LEXICO
BIBLICON







II 388. f.

LEXICON BIBLICON SACRAE PHILOSOPHIAE CANDIDATIS elaboratum, opus & diligenter recognitum, & recens locupletatum, cum opportuna obscuriorum interim locorum atq; insignium sententiarum explicatione, Per Andream Placum Moguntinum.

Δευτέρων ἀμεινόνων, id est, secunda meliora.

Μωμήσασθαι πάντα ῥᾷον ἐστὶ, ἢ μιμήσασθαι.

Cauillari omnia promptius est, quàm æmulari.





II 388. f

COLONIAE, Anno M. D. XLIII.

¶ Cum priuilegio Cæsareo ad Sexennium.

Anno Dni 1572. Adam Conarski de Cobelino epus Posnanien Collegio Posnan Societatis Jesu ad Inscriptus Catal. Coll. Posnan.

LEXICON
BIBLICON



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

~~6~~

~~11,7,00~~

1241812 (S)

VDIE P3146.

II 388. f.

LEXICON BIBLICON SACRAE PHILOSOPHIAE CANDIDATIS elaboratum, opus & diligenter recognitum, & recens locupletatum, cum opportuna obscuriorum interim locorum atq; insignium sententiarum explicatione, Per Andream Placum Moguntinum.

Δευτέρων ἀμεινόνων, id est, secunda meliora.

Μωμήσασθαι πάντα ῥᾷον ἐστὶ, ἢ μιμήσασθαι.

Cauillari omnia promptius est, quàm æmulari.





II 388. f

COLONIAE, Anno M. D. XLIII.

¶ Cum priuilegio Cæsareo ad Sexennium.

Anno Dni 1572. Adam Conarski de Cobelino epus Posnanien Collegio Posnan Societatis Jesu ad[illegible]

Inscriptus Catal. Coll. Posnan.

AVTORVM CATALOGVS, EX quibus collectum est potissimum hoc Lexicon.

AVTORES Græci.

¶POETAE.

Homerus.
Pindarus.
Sophocles.
Euripides.
Aristophanes.
Callimachus.
Nicander.
Oppianus de piscib.
Lycophron.
Theocritus.
Hesiodus.

¶HISTORICI.

Herodotus.
D. Halicar.
Xenophon.
Pausanias.
Iosephus.
Herodianus.
Dioge. Laertius.

¶COSMOGRAPHI.

Strabo.
Stephanus.
Ptolemæus.
Pomponius Mela.

¶ORATORES.

Demosthenes.
Aeschines.
Isocrates.
Aristides.
Lysias.
Lucianus.
Philostratus.

¶PHILOSOPHI.

Plato.
Aristoteles.
Alexã. Aphrodisęus.
Theophrastus.
Plutarchus.

¶MEDICI.

Dioscorides.
Hippocrates.
Galenus.
Aesopus.

¶THEOLOGI.

Origenes.
Basilius.
Nazianzenus.
Chrysostomus.
Augustinus.
Hieronymus.
Ambrosius.
Cyprianus.
Hilarius.
Theophylactus.
Eucherius Episcopus Lugdunensis.

¶GRAMMATICI.

Suidas.
Etymologicon.
Iulius Pollux.

AVTORES Latini.

¶POETAE.

Plautus.
Terentius.
Vergilius.
Horatius.
Ouidius.
Catullus.
Lucanus.
Lucretius.
Lucillius.
Martialis.
Persius.
Iuuenalis.
Ausonius.
Tibullus.
Propertius.
Claudianus.
Publius Mimogra.
Statius.
Sillius Italicus.
Manlius.

¶HISTORICI.

Salustius
T. Liuius.
Iustinus.
Iulius Capitolinus.
Valerius Maximus.
Nauclerus.
Orosius.
Platina.
M. Antonius Sabellicus.

¶GRAMMATICI.

Nonius Marcellus.
Festus Pompeius.
M. Varro.
Diomedes.
Donatus.
Seruius.
Porphyrion.
Acron.

¶ORATORES.

M. Cato.
M. Tullius Cicero.
Quintilianus.
Seneca.
Q. Curtius.
Lactantius Firmian.
Plinius Cæcilius.
Asconius Pædianus.

¶MIXTI AVTORES.

Plinius Auunculus.
Aulus Gellius.
Macrobius.
Petronius Arbiter.
Propertius.
Angelus Politianus.
Hermolaus Barbarꝰ.
Alex. Hegius.

¶PANDECTAE IVris.

Labeo.
Paulus.
Modestinus.
Vlpianus.
Caius.
Maphæus Vegius Laudensis.

¶PASSIM ET MIxtim cum ueteres, tum neoterici autores.

Solinus.
Aelianus.
Plinius vterq.
Diodorus Siculus.
Aemilius Probus.
Pompilius.
Vegetius.
Vitruuius.
Columella.
Frontinus.
Apuleius.
Sulpitius Verulanus.
Priscianus.
Valla vterq.
Chrophorus Landi.
Raphael Regius.
Domitius Chalderi.
Ioannes Crastonus.
Manuel Moscopulꝰ.
Caper.
M. Capella.
Phoca.
Lancilotus.
Omnibonus.
Leonicænus.
Torrentinus.
Pyrrhus Perottus.
Iunius Maius.
Dionysius Nestor.
Ambrosi. Calepinus.
Petrus Gillius Albiẽ.
Ioannes Munsterus.
Petrus Cholinus, & Ioan. Frisius Heluetij.
Philppus Beroaldus.
Marius Grapaldus.
Polidorus Vrbinas.
Henricus Bebelius.
Marcus Marulus.
Martinus Phileticus.
Ioannes Brassicanus.
Iacobus Henrichmã.
Ioann. Altenstaigus.
Deside. Eras. Rotero.
Guilielmus Budæus.
Lodouicus Viues.
Φίλιππος Μελάγχθων.
Petrus Dasypodius.
Erasmus Alberus.
Iacobus Horlinus.
Iacob. Faber Stapulẽ.

τέλος.

S.D. 1212.III
BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU
19 Dn. 1266

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, EIDEMQVE

Clarissimo principi Electori, ac Domino, D. Ioanni Lodouico ab Hagen, Ecclesiæ Treuirensis Archiepiscopo merentissimo, sacri Romani Imperij per Galliam, & regnum Arelatense Archigrammataeo, D. suo indulgentissimo, F. Andreas Placus Moguntinus, conditione Anypodetus, S. D. P.

QVVM superioribus aliquot elapsis annis, Ioannes Lodouice Archiepiscope Treuirorum amplissime, Lexicon hocce Biblicum, opera prius tumultuaria per Tygographum Melchiorem Nouesianum, Coloniæ Agrippinæ in publicum emissum, non modo castigatius, sed etiam locupletius, et auctius, vt iterũ excuderetur, sedulo (quod in me fuit) curarim, ratus, quibus prior, & informis ille fœtus non displicuisset, fieri non posse, quin idẽ nitidior paulo, maioricꝫ cura formatus, magis, magisque esset placiturus: vtpote ab ipsissimo Placo non sine puluere recognitus, nec opinionem meã fefellit euentus. Etẽm intra breue tẽpus admodum, exemplaria sesquimille, quotquot excusa fuerant, non solum distraxit Chalcographus, verꝫ veniebant etiam quotidie, qui plura flagitarent. Quo factum est, vt celerius, cꝫ destinarat, hanc secundam æditionem adornare sit coactus, me quoque interim haud segniter adlaborante, vt quicquid vel amicorum adnotauerat diligentia, vel vitilitigatorum suggillarat, expunxeratꝫ inuidia, sycophantia, vel malitia potius, aut lectio mihi autorum proborum suppeditauerat, adiectaretur. Est emẽ eiusmodi liber ille argumenti, cui subinde, & in horas citra modum pene fieri possit accessio, atque augificatio. Dum igitur inter manus adhuc versaretur opusculum, & iam ad vmbilicum festinaret, ecce tibi R.P. suo sese strepitu (quasi sorices) quidam produnt, qui siue fructus maioris faciendi gratia, siue quod animo parũ æquo ferunt alienam felicitatem ipsi infelicissimi, non veriti sunt falcem in alienam (quod aiunt) mittere messem. Quid emẽ dissimulẽ id quod sentio? posteaquam semel, atqꝫ adeo primus (quod sciam, exceptis Mammetrecto, & sui similibus) ego humilem quidem hanc, sed neutiq̃, reor, inutilem suscepi, grauate tamen & coactus, prouinciam, sic meam iure quodam factã esse censeo, vt nemo deinceps temere me viuo, & inconsulte in eam grassari debeat, aut ranarum instar coaxare. Non quod obstare velim, quicũcꝫ literis instructi, felicius in hoc gene-

re & melius quid præstare possint,quo minus tentent,quod ego facere sum ausus.Imo hortor eruditiores,cõtendat aliquis meũ laborem superuacaneũ, & ociosum reddere.Sed meo nomine(cum aliorꝝ incõmodo)suum ad quæstum,neminem puto bonum virum abuti decet, multo minus emblemata quædã, ceu tessellas insititias,ex nescio quibus petita libris,nostro passim inserere,vel ordinem denicꝙ peruertere,qui doctis merito probatur,quocꝙ ego sum vsus,propterea quod dum primæ positionis vocabulo cõposita simul, & ab eo interdum deductitia subiiciuntur,facili etiam,aut puer,aut lector,opera,totã ipsius progeniem,& nepotes,& cognationem videt,ac memoria citius complectitur,id quod non minus alij,quam ego aliquando in auditoribus meis instituendis re ipsa expertus sum.Iam,quæ caussa præcipue,cũ me, tum viros quosdam perdoctos,studiorꝝ, studiosorumcꝙ profectum iuuare gnauiter studentes,permouerit,vt id operis primum conscriberetur,testatus sum alias,et nihil obscure,nimirꝝ qui linguã Latinam vel mediocriter callẽt, intelligunt,cuius monetæ vocabula ego οὐκ ἀπουνητὶ, id est,nõ sine labore,congesserim.Cur igitur suauiculi isti homines dictitant,me suppilasse perrãcidulos illos,ad quorum nomen protinus oẽs eruditi nauseant, quoscꝙ iã annos complures ab Academijs prorsus exulauisse manifeste constat? Quam declarant egregie,cum ista iactitant,nihil se,necꝙ cerebelli,neque frontis habere penitus.Proinde si quis est qui mallet multa esse prætermissa, is aliquid de suo affectu remittens alijs,cogitet itẽ multos esse,qui mallent addita, pro varia ementium sententia.Alius em̃ cupit sibi elegantioris tm̃ linguæ quasi scrinium, alius vult vnũ sibi Dictionarium sufficere pro multis,adeoque oĩbus,in quo nihil desideret.Ita sunt affecti fere pauperiores,quorꝝ vt nostri gregis hoĩm, & partis maioris in primis putaui habendã esse rationem. Alius incidens in Plautum,aut alium quempiam antiquorꝝ, illa quoque cupit e Dictionario quid significent discere.Alius sacræ scripturę est addictior(huic ego hoc collegi Lexicon)qui & ipse cum primis ob pietatẽ iuuadus est,vt bonas dictiones intelligat,& admonendus,ne barbaris a pueris assuescat. Interim aũt (vt hoc obiter dicatur)dum quasdam in Biblijs lectas dictiones reprehendo,nec ea veneratione,qua quis fortassis vellet,excipio,nemo suspicetur me hoc agere,vt sacris scriptis decedat autoritas.Absit a me hæc impietas: nam asserta,et constituta fidei ac spei nostræ principia,non labefactata cupio. Nec vero sacrum sensum,aut fontem accuso,sed translatorem(non D.Hierony.certe) q̃ non solum sua barbarie multos a legendis sacris deterruit, sed etiã Germanũ spiritus sancti sensum cõpluribus in locis obscurauit,deinde pia ingenia, dũ linguarum aliarꝝ cognitione carent,frustra diu,miserecꝙ torsit. Tantum abest vt subscribere velim illorum opinioni,qui putãt(pio fortassis, sed tamen infelici errore)quicquid dictionis,etiam minus Latinæ in sacris sit,id omne spiritus sancti autoritate augustum esse debere.Mihi hoc nondum persuasum est,necdum intellexi vllo sacrorꝝ scriptorum testimonio probari posse. Sed ita sentio(absꝙ tamen obstinata contentione)babariem adeo non esse gratã spiritui sancto,vt aduersetur etiam,& q̃ incultiora nolint excoli, eos spm̃ sanctum

ctum impedire. Ad rẽ redeo. Si Iulio Polluci certa indubie ratio constitit, vt Dictionarium suum, non vna epistola, sed denis (in tot em̃ libros digessit.) Cõmodo Cæsari nuncuparet, quẽadmodum & Lodouicus Cælius Rhodiginus, vir iuxta doctus ac pius fecit in sedecim libris, quibus titulum esse voluit: Antiquarũ lectionum, Ioanni Grolierio dedicaret, multo iustius ego, qui nihil omnino sum ad illos, ne peripsema quidem, Lexicon hoc possum, q̃uis illustrissimo piæ recordationis præcessori tuo primũ, Heroi oĩm seculorũ æterna memoria dignissimo, Domino Ioanni a Metzenhusen dicatũ, T. R. C. secũdo, atq; bonis auibus dedicare, qui etiãnum totius Treuericæ dicœcesios, imo vniuersi orbis diceris κοσμοφαίτωρ, si quis te hoĩem suis æstimet virtutibus. Cuius laudes & encomia, si quis conetur meritis prosequi prœconijs, pluribus opus foret parasangarum Chiliadibus, & longius extenderetur decorũ T. R. Amplitud. catalogus, quam annorũ numerus. Verũ id nec huius loci est, nec tua patitur, scio, modestia, quæ sola in hoc pene, vt ita dicam cum pace, & venia, est immodesta. Qui cũ modis omnibus sis maximus, tamen hoc nomine potissimum magnus videris, quod ipse solus magnitudinẽ tuam non agnoscis, vt hæc ipsa sit tuipsius summa laus, quod cum meritis omnem superes laudem, haud tamen vllam, quantumuis moderatam, laudatiũculam admittas. Sed vt edicam proprie & breuiter quod ad rem pertinet: Si T. R. Celsitudini videor prioris lucubrationis dedecus hac æditione secundaria satis eluisse, non me pœnitet huius operæ, quamuis molestæ. Apud studiosos autem & veræ pietatis amatores, plurimum fauoris ac defensionis accesserit Lexico meo, si tuo, hoc est, Christianissimi, & integerrimi Archiepiscopi iudicio fuerit, & calculo albo comprobatus, qui vt his temporibus longe turbulentissimis inclytæ Treuirorum Ecclesiæ præsulem incorruptissimum præstas, ita disciplinis quoque liberalibus, quarum & ipse peritus es, peritissimosque in Treuerica tua alis aula, quorum nomenclaturam in præsentia supprimo, ne cuiquã videar supparasitari, munificentissimũ exhibes Mecœnatem. Eoque precor, vt pulcherrimos tuos conatus Christus Optimus, Maximusq; fortunare dignetur. Vehementer enim discruciat animum meum ista fatalis lues, quæ per orbem propemodum vniuersum & Principum concordiam, & Christiani populi religionem, & honestissimas disciplinas mire vitiauit, vsq; adeo, vt me studiorum, quibus alioqui nihil est dulcius, interdum pigeat. Sed in primis domini Clementia Clementissima, deinde tua, tuorumque similium vigilantia, spero futurum, o si, vt huic plusquam ferreo, imo Chalybæo seculo succedat ætas, si non aurea, certe paulo felicior. Datum apud tuos Confluentes, e Cœnobio Minoritarum, Calend. Februarijs. Anno ab orbe redempto M. D. XLIII.

R. C. T.

Humilis Sacellanus

F. Andreas Placus.

AD CANDIDVM

IVXTA AC PIVM LE-
ctorem Præfatio.



TAMETSI Candidiſſime Lector, mea præfatione nil opus, quod fuſe ſatis, ſuperq; eleganter Reuerendus P. Nicolaus Herborn, olim Epitropus, id eſt, Commiſſarius, Ciſmontanus, nunc proh dolor vita functus, inſtitutor olim meus nunquàm pœnitendus præfatus ſit, qui ad hoc me laboris ac ſtudiꝝ capeſſendum primo præter alios multos eſt hortatus, identidem inculcans cum verbis tum epiſtolis, operæprecium, ac rem non inutilem me facturum ſtudioſis meliorum ſacrarumq; literarum. Excuſaui primum (vt par erat) perquàm tenuem ingenꝝ venulam, excuſaui apte, aperteq; dicendi vires exiguas, excuſaui occupationes varias, aliaq; permulta. Sed ille ſuas artes intentans mihi, ac expertus omnes perſuadendi vias, tandẽ impulit vel obeditionis mandato, vt prouinciam hãc ſuſciperem, cui, vt dicam ingenue, me nunquàm parem futuꝛ rebar. Habes, quo impulſore cœperim, ne temere me id muneris difficillimi obiuiſſe, aut iudices, aut ſuſpicere: tantum abeſt, vt me quadantenus ingeſſerim. Conſilium autem fuit ſtatim, ſimul ac vnam atque alteram paginam expertus, à cœpto deſiſtere, verum ab alꝝs multis ſubinde interpellatus, vt cœpta proſequerer, negocium, vti ob oculos vides, perſecutus ſum, neſcio Hercle quàm feliciter, maximis certe laboribus. Proinde haud abs re fuerit pium Lectorem in libri frontiſpicio commonere paucis (cum palmam obtineat qui mare concha includat) qd illum in hoc noſtro Dictionario oporteat expectare, & quid mihi viciſſim ab ipſo præſtari conueniat. Primum, Dictionarium ſcribo, non Commentarios, & hoc duntaxat, qd ad lectionis Biblicæ, & ſynceritatem & intelligentiam faciat, cõmodet, conducat: ne quis vt improbus conuiuator pro ientaculo prandium, pro mœrenda cœnam efflagitet, & requirat à me, quod ab argumenti ſuſcepti profeſſione ſit alienum. Hanc in præſentia fabulam agendam ſuſcepi. Quemadmodum iam mihi argumento ſeruiendum eſt: ita par eſt, vt comis lector, ceu commodus ſpectator faueat agenti, vel vtroque pollice precetur felix auſpicium, feliciorem Cataſtrophen, id eſt, finem, exitum, & præſenti ſcenæ ſeſe accõmodet. Porro inſtrumentum vtrunq;, quod vocitant & vetus & nouũ, omni qua licuit diligẽtia, quaq; decuit fide, vel ad verbum perlegi, & hinc vocabula quædam ex ſingulis capitibus, quæ mihi videbãtur obſcuriora, nec omnibus, vtpote rudioribus ſacrificulis ac Monachis facile obuia, cum Græca, tum Latina, tum etiam interim Hebraica, quanquàm pauca fortaſſe, non omnia, hoc enim eſſet immenſi laboris, & ſupra captum meum vires q; meas perexiguas, ſelegi, atq; ex optimis quibusq; & probatis autoribus ea, vt cernere eſt, pro Andrica, hoc eſt, virili mea, explicaui. Præterea & elenchum omnium fere dictionum, quæ in hoc Lexico continentur, ipſe adieci. Sicq; omnia Indice vno comprehenſa ſunt, vt quæcunque quærantur dictiones, inueniri facile poſſint. Quam autem ob cauſam id negocij ſuſceperim epiſtola Herbornea, modo huic operi coagmentata fuerit, & cumulanter & vberrimè commonſtrabit, ad quam te optime Lector Laconiſmi gratia remitto. Iam ne te longiori, quàm par ſit, procœmio morer, id à te quiſquis tandem futurus ſis, beneuole Lector, comprecatum velim, ſi obtinere ſaltem poſſum, vt non eo animo in manus ſumas hoc quale quale opuſculum, quo forſitan ſumis Noctes Atticas Gellij, aut Angeli Politiani viri politiſſimi Miſcellanea, videlicet quo neruos ingenij (quod mihi perexiguum, atque plumbeum eſt) vim eloquentiæ, & eruditionem retruſam, velut ad Lydium exigas lapidem. In rei ſacræ explicatu verſor, & in ea re quæ ſimplicitate, puritateque eſt orbi commendata. In qua ridiculum eſt, humanam oſtentare velle eruditionem (præſertim eam quæ non adeſt) impium humanam iactitare eloquentiam, quæ etiam ſi forte adeſſet, quæ quàm longiſſime abeſt, diſſimulare conueniebat, ne quis merito poſſit obij-

cere,

cere, τὸ ἐμφακῆ μύρον, id est, in lente vnguentum. Simplici puroq; studio hoc trado Christianis auribus, quo posthac in sacrosancta philosophia & plures versarentur, & lubentius. Hæc potissima caussarum est, cur hanc aleam iecerim. Denique vt minore cum negotio, ita maiore cum fructu Christum ipsum, quo teste simul & adiutore molior hæc, parum mihi propicium imprecor, nisi ex hisce laboribus adeo nihil aucupor laudis euanidæ, vt magnam etiam certamque corpusculi mei, maxime oculoꝝ, iacturã, sciens ac volens incurrerim. Porro famæ dulcedine tantum abest vt titiller, vt ne nomen quidem meum fuerim adscripturus, ni veritus fuissem, ne hac ratione operis eleuaretur vtilitas, quod apud omnes suspecta res sit liber ἀνώνυμος, hoc est, obscurus, & sine nomine. Atqui hoc pium est opus, Christianum est opus, & ob Christianam pietatem susceptum. Sed plane Grammaticum, nonnihil tamen interim vel obiter attingens sacræ Theologiæ. Proinde te quæso pie lector, vt tu quoque vicissim pias aures, & Christianum pectus ad legendum adferas. Si qua erunt scrupulosa, anxia aut dubia, sæpe repetita, ceu crambe bis posita, æqui consulito, quasi vel cognitu vtiliora, vel præceptu & explicatu mihi difficiliora. Non enim omnia possumus omnes. Quandoq; bonus dormitat Homerus. In magnis siquidẽ (vt ille ait) & voluisse sat est. Tu qui emunctioris es nasi, si quid cessatum est, si quid inertia hallucinatum, beneuole corrigas, licebit. Non enim feci altos nimis & obscuros hoc in negotio sinus, sed primitias quasdam, & quasi libamenta ingenuorum studiorum dedi. Igitur id oratum, impetratumq; optarim, vt in legendo, quæ pridem sciuerint, non aspernẽtur quasi nota, inuulgataq;. Nam & quid tam remotum in literis est, quin id tamen complusculi sciãt? Quæ porro noua sibi ignotaq; offenderint, æquum esse puto, vt fine vano obtrectatu considerent. Quæ autem parum plana videbuntur, aut minus plena & instructa, peto inquam, vt ea non docendi magis, quàm admonendi gratia existiment, & quasi demonstratione vestigiorum contenti, persequãtur ea post si licebit, vel libris repertis, vel magistris. Si quæ vero putauerint reprehendenda, ijs, si audebunt, succenseant, vnde ea nos accepimus: hosce præclarissimos autores ἀκινήτους, id est, immotos, inuiolabiles, carpãt Momi, videlicet Xenophontem, Theophrastum, Suidam, Stephanum, Solinum, cæterosq; quorum nomẽclaturam in frontispicio Dictionarij offendes, exquisitissimæ eruditionis heroas, ac linguæ Latinæ, Græcæq; peritissimos viros, ne aureos promisisse montes me credas. Legito Dictionariũ, & rem ita se habere certo cognosces. Sed eũ, q̃ aliter apud alium scripta legerint, ne statim tempore obstrepant, sed tractationes rerum, & autoritates hominum pensitent, quos illi, quosq; ego secutus sum. Erit autem id longe optimum, vt qui in legendo, scribendo, explicando, commentando, nunq̃ voluptates, nunq̃ labores ceperunt, nullas hoc genere vigiliolas vigilarunt, neq; vllis inter eiusdem Musæ æmulos certationibus disceptationibusq; elimati sunt, sed intemperiarum, negotiorum, offutiarumq; pleni sunt, abeãt percunctando, scribẽdo, ab hoc Lexico nostro procul, alia sibi oblectamenta quærant. Vetus adagium est: Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui. At etiã, quo fit quorundam male feriatorum hominum sæuitas irritatior, mutuabor ex Aristophanis Coronopesta pauca. Et quam ille homo festiuissimus fabulæ suæ spectandæ legem dedit, eãdem ego huic operi dabo, vt illud ne attingat, neve adeat profestum, & prophanum vulgus à ludo Musico diuersum. Cæterum ego ad vtrumque iuxta paratus sum, vt vel rationẽ reddam si quid recte scripsi, vel ingenue confitear errorem, si cubi lapsus deprehẽdar. Homo sum, & humani nihil à me alienũ esse duco. Hoc igitur animo cũ ego dederim hæc optime Lector, fac vt tu quoque simili accipias. Ea res vtrique nostrum commodo futura est. Nam & tu plus capies vtilitatis, si libenter & candide, quod donatur acceperis, & me meorum laborum, mearumque vigiliarum minus pœnitebit, si cognoro bonis vsui fuisse. Quod si quis existet, vel adeo præfractus, vel adeo durus & iniquus, vt nullis incantamentis deliniri queat tab hoc certe vel precibus illud impetrare conabor, vt hoc saltem æquitatis tribuat pijs studijs, quod tribunalia tribuunt parricidijs & sacrilegijs. Illic turpe iudicatur, si cognitionem anteuertant calculi, nec pronunciatur, nisi caussa diligenter excussa. Legat prius ac inspiciat, deinde si videatur, damnet ac reijciat. Superbum est de libro ferre sententiam, quem non intelligas, superbius de eo, quem ne legeris quidem. Habes optime Lector præfationem longiorem quàm proponebam, partim Gellianam, partim Erasmicam, sed ad meum institutum commodissimam. Non enim erubesco, hosce doctissimos viros vel ad verbum citare, meisq; nenijs præferre. Nihil enim alienius ab ingenio, moribusque meis, quàm ad exemplum Aesopicæ corniculæ, alienis me vẽditare plumis, aut relictis ab

aquila cadaueribus vesci coruus. Quod si forte futuri sunt nasutuli, critici, obtrectatores, qui me aliorum sensa compilasse criminabũtur, hosce hoc Hieronymiano refutare duxi. Si cuiquam vitio vertitur aliorum bene dicta referre, accusetur Ennius, Maro, itẽ Plautus, Cæcilius, Terentius, Tullius quoque, & cæteri eloquentes viri, qui non solum versus, sed & multa capita, & longissimos libros, ac fabulas integras transtulerunt.

Vale iam Lector quisquis futurus es bene, quem etiam atque etiam rogo, vt si quid fructus ex eo excerpseris Lexico Biblico, officij memor, vt Christiano dignum est, me vicissim pijs votis, & precibus Christo commendes, à quo vno solidum laboris huius præmium expecto. Id vnum tamen in præfationis calce hexastichon sexagenarijs illis de põte præcipitatis, & inuenustæ vetustatis amatoribus, atque in veteri suo fere fermento mucoso perseuerantibus, libenter ob oculos ponam subinde, & inspectandum, & lectitandũ, & quo sæpius, eo commodius. Id est huiusmodi:

Mumpsimus orabat triginta circiter annos
Indocti quidam sacrificus generis.
Sumpsimus interea quantumuis esse legendum
Admonitus, tenuit Mumpsimus ille suum.
Sic hodie multi retinent didicere quod olim.
Nec bona complecti, nec meliora volunt.
Iterum opto valeas, qui leges liuore posito.
Αυτή γὰρ ἀυτιπελάργοσις ἱκανή. Hoc est,
Ipsa quidem gratiæ relatio sufficiens est.

DE ACCENTIBVS, ET PRIMO DE HEBRAICIS, breuis institutio

QVVM igitur illud sit omnium Grammaticorum cõsensu receptissimum, dictiones peregrinas, nisi literaturam mutauerint, cum suo accentu ad nos migrare oportere, consulamus iam non Hebræos, quorum genus iustissimo quodam Dei iudicio, non tamen sine magna literarum iactura extinctum est, sed vnumquemque ex regeneratis nuper in CHRISTO, vel mediocriter Hebraicæ linguæ peritum: & comperiemus tertium quodq; verbum apud illos, etiam ex his quæ Latinam declinationem admittere non possunt, accentu acuto in penultima, atque etiam nonnunquàm in terra à fine proferri debere. Itaque cum dicimus Abel accentu in fine acuto, non Græce proferimus, quia apud illos in fine grauatur: non Latine, quia nullum nomen Latinum, nisi corruptum, acuit vltimam: non Hebraice, quia illi primam accentu acuto proferunt. Igitur nullo harum trium linguarum, quibus Ecclesia vtitur, sed suo, hoc est, ab ignorantia nato accentu isti pronunciant, vtpote vltima acuta, cum proferendum sit Ἄβελ accentu in prima. Hactenus ille, cuius vt prolixitatem vitemus, hæc est reliqua doctrina. Abizai, Abimelech, Bersabee, Caraim, Coeleth, Casleu, Esau, Ezel, Engaddi, Ephrata, Gomer, Iezabel, Isboseth, Miphiboseth, Lamech, Mathusalem, Ramatha, Iared, Heber, Iapheth, Laza, Ramathaim, Ephraim, Berzellai, Issai, Madai, Edrai, Vlai, Sale, Eliezar, Phares, Zacansophtim, atque alia multa, non dici accentu acuto in fine, sed in penultima. In tertio quoque à fine complura ex Hebræis non declinatis, enunciari accentu acuto, vt Ionathan, Osianna, Mahalelel. Atque etiam ex declinatis, vt Vrias in tertia à fine, sic Tobias, Esaias, Zaccharias, Gomorra, &c. Concludit autem dictiones Hebraicas Latine declinatas, accentum habere Latinum, vt si Abrahamus & Isaacus dicantur, Latino more pronuncientur. Similiter si Balaam, Dauid, Esdras, Israel Latinam suscipiant declinationem, Latinum ceperint & accẽtum. Nomina vero Hebraica ex Græco traducta, accentum habere Latinum. Vnde nomina in ias accentum in antepenultima habebunt, siquidem trium, aut plurium fuerint syllabarum, vt Abdias, Azarias, Ezechias,

zechias,Esaias,Hieremias,Ieconias,Iosias,Matathias,Zaccharias,Sophonias, Ozias, Onias,Baracchias,Tobias,Vrias,Maria. Item nomina Hebræa,quæ extensione vnius syllabæ,ad Græcam,Latinamve declintationem trahuntur, in eadem syllaba retinent accentum apud nos,in qua fuit apud Hebræos. Vnde sicut Adam,Abraham,Iacob,Ioseph, Phicol,Satan,apud Hebræos in fine acuuntur:ita Adamus, Abrahamus, Iacobus, Iosephus, Phicolus,Satanas,apud nos accẽtu in penultima acuto seu circumflexo proferri debent. Quanquàm & alia possit esse ratio, cur Iacobus & Iosephus penultimas producant, quod videlicet per ω mega, & ita ς scribantur. Consimili ratione, à Daniel, Israel, Michael. &c.fieri possunt,Danielus, Israelus, Michaelus penultima acuta, quia & vltimas illa in el secundum Hebræos acuunt,atque per ita ς Græcum scribuntur. Quæ præterea apud Hebræos accentu acuto in antepenultima proferuntur, si nominis extensione fiant Latina, accentiunculam in eadem,hoc est,antepenultima,habebunt,vt Iocabes, Abel, Nohe prima acuta,nos Iocabeda, Abelus,Noheus, accentum in tertiæ fine faciemus. Eliezer quoque penultima acuta, fit Latine Eliezarus antepenultima acuta. Eadem etiamnum fuit ratio,cur barbara quædam in icus producant penultimam, quod prius finalem acuebant, vt à Theutonico Theoderic,nos Theodoricus, ab Alaric, nos Alaricus, à Rodoric, nos Rodoricus, à Frederic, nos Fredericus facimus. Nam quod Alexander (cuius doctrinam non omnino eleuo) scripsit, in proprijs icus producitur, vt Federicus,multos in errorem (quod tamen in contumeliam eius non euomo) induxit,putantes omnia sic proferenda, cum Dominicus,Euthicus,Rusticus, & alia multa propria nomina penultimam corripiant,& ita antepenultimam acuant, quàmuis differentiæ causſa quidam rusticum penultima acuta perperam & magis vsitate,quàm δεικτικῶς, id est,demonstratiue, & recte proferant.Iam syllabæ accidunt quatuor,tonus,tempus,spiritus,& passio. Tonus est triplex,acutus,grauis,& circumflexus.

Tonus acutus habet duo loca supra literam, & vocatur kadma, vel azla minor, cuius signum est virgula à dextra ad sinistram ascendens kadma. Infra literam præcedenti contraria,& vocatur maerich vel mercha, cuius signum est virgula à dextra ad sinistram descendens.

Tonus grauis habet duo loca:supra literam,& est simile maerich, vocaturq; azla maior,vel geresch,vel terem,cuius signum est virgula à sinistra ad dexteram ascendens.Infra literam,& est simile kadma,& in metro etiam ponitur supra. Huius signum & vocabulũ est .Vide Sebastianum Munstherum,& Raimundum Mithridatem Romanum.

Tonus circumflexus habet duo loca: supra, vel etiam subtus in carmine, & vocatur schophar ilui,vel munah,cuius signum est, .Infra literam, & vocatur schophar galgal,eius signum est ʊ.

Tempus est triplex,longum,breue,& medium. Tempus longum in principio dictionis habet accentum talscha vel thlischa maiorem, cuius signum supra ponitur. In medio quandoque in dissyllabis præcedente kadma, & vocatur .In fine, si a est vocalis,præcedente accentu galgal,& vocatur paser gadol.Si e est vocalis,ponitur supra,& nominatur paser katenna.Si i est vocalis,ponitur supra vltimam literam,& vocatur pa schet,&c. Tempus breue nihil cõtinet,nisi in vltima accentũ, thischa katannah,id est,thischa minorem, vbi proprie sedem habet. Tempus medium reperitur in principio, medio,& fine.In principio habet accentum mahepach,infra scilicet literam,cuius signum est semicirculus, siue cornu <. Reperitur etiam supra literam in carmine, & tunc mercha sequens est pausa. In medio habet etiã tempus medium accentum,mercha chepulah.i.mercha duplicem,cuius hoc ⸗ signum est, duæ scilicet virgulæ à dextera ad sinistram sub litera descendentes,&c.

Spiritus habet duos accentus.] Lenem & durum,& sunt aspiratio atq; tenuitas. Aspiratio ponitur supra literas,& est linea — quæ vocatur raphe,vel raphatum: Tenuitas ponitur in earundem literarum medio, punctus scilicet vnus,qui dagesch,vt appellatur.

Passio habet quatuor accentus.] Primus est geminatio, & est punctus in medio literarum tenuitatem habentium, hod est, dagessabilium tantum:& geminat literam, nominaturque dagesch, vt mimmœnu à nobis. Secundus est suspensio: & fit in principio sententiæ,vocaturque zakeph paruum,cuius signum est tale ⸗ zakoph. In medio sentẽtiæ est œthanahetha,ſ. Porro in fine sententiæ est soph phasuk, cuius figura est linea directe descendens, & duo puncta ad latus sinistrum. Tertius est vnio, & vocatur Hebraice samiar,

ce ſamiar, vel makaph, Græce hyphen, & eſt linea iungens duas dictiones, vt chi –llo. Quartus eſt diſtinctio, & vocatur paſik. Eſt autem virgula diuidens dictiões, & diſtinguẽs ſententias, cauſanſque ſuſpirium, vt haſſuikalah, &c. Ad hæc habent Hebræi in ſua lingua adhuc triplicem accentum, videlicet Grammaticum, quem Taaim. Rhetoricum, quem mœthœg, & Muſicum, quem Neginah vocant. Grammaticus eſt, quo dictio ſimplici pronunciatur voce. Et hunc cuiuſlibet dictionis prolatio requirit, quo vox reſonet eminentior. Rhetoricus eſt, quo dictio ornate profertur. Muſicus, quo modulatione quadam & harmonia dictiones proferuntur. Grammatici accentus non habẽt aliquam figuram, vel ſignum in Bibliis, ſed eorum loco ſucceſſerunt accentus Muſici. Vnde quamcunque dictionis ſyllabam videbis tropo Muſico ſignatam, ibi Grammaticum accentum locum habere ſcias. Poſſit proinde is accentus demonſtrari virgula erecta ſupra literam, vel infra, vt Phaar & dabert verum cum idem officium impleãt accentus Muſici, ſat fuerit eos ſciſſe. Inſequitur.

DE ACCENTIB. GRAECIS.

Προσῳδία accentus (nam id ſignificat Græca vox πρός, ad, ᾠδή, carmen) eſt ratio pronunciandi ſyllabæ accidens: alia eſt breuis, alia longa: dein acuta, vel grauis, vel inflexa, &c.

¶ Accidunt ergo ſyllabæ προσῳδίαι.

Μακρά, id eſt, longa	–	Ὀξεῖα, id eſt, acutus	/
Βραχεῖα, id eſt, breuis	∪	Βαρεῖα, id eſt, grauis	\
Δασεῖα, id eſt, aſper	῾	Περισπωμένη, id eſt, circumflexus	~

Tempus	Longum	–	vt ἥρως.
	Breue	∪	vt θεός.
Tonus	Acutus	/	vt θεός.
	Grauis	\	vt θεός.
	Inflexus	~	vt θεοῦ.
Spiritus	Aſper	῾	vt ἑλένη.
	Tenuis	,	vt ἔρως.

Alij ſyllabæ accidentibus paſſiones adnumerant lectionis adminicula, ad puncta proprie pertinent. Sunt autem ἀποστροφὴ auerſio ' ſupra extremam dictionis in fine eliſa vocali ponitur, eſtq; ἀποστροφος ſignum eliſæ vocalis, vt κύριε ἐλέησον, pro κύριε ἐλέησον, id eſt, domine miſerere. In poematis ſæpe initiũ dictionis occupat, vt eſt Callimachi hoc, ὦ ' πολλῶν οὐ παντὶ φαίνεται, ἀλλ' ὅτις ἐσθλός, p ἀπόλλων, hoc eſt, Apollo nõ cuiuis apparet, ſed bono.

ὑφὲν, ſubunio, ſyllabarum cõtrahendarum nota, vel eſt virgula ſubiecta verſui circumflexa, qua duo verba, cum res exigit, copulamus, hoc ſigno ⏑, vt qui⏑cũque. Ante⏑tulit greſſum. Et Turnus, vt ante⏑uolans, tardum præceſſerat agmen.

ὑποδιαστολὴ.] Subdiſtinctio, ſub extrema dictione ponitur, dictionem alteram ab altera deducens. hoc ſigno, μηδὲν ἄγαν, id eſt, ne quid nimis. Vſus paſſionum ſæpe ad diſcernẽdas homonymas voces confert, ὅτι ab ὅς, τις, ὅτι quoniam, &c.

DE TEMPORIBVS.

Primum ſyllabæ accidens tempus eſt, nec enim vlla ſyllaba tono effertur, niſi pro ratione temporis. Atque ideo ſunt tempora perinde ac fulcra quædam tonorum, quæ illi natura in ſyllabis priora requirunt. Itaque ſpectabit doctus Grammaticus, primum quanta ſit ſyllaba, longa ne an breuis, longam dignoſces, aut longa vocali, η ω, aut diphthongo, αυειου, quæ omnes longæ ſunt, aut poſitione, ἄρτος, id eſt, panis, ἄξις, id eſt, tabula in qua antiqui ſcribebãt. Breuem breui vocali, ε ο, θεός. Mediam autoritate, non vocali. Nam etſi mediæ ſint vocales, tamen ea eſt vis illarum, vt in conſtitutione ſyllabarum aut lõgæ ſint, vt ἱερός, id eſt, ſacer, aut breues, vt φίλος, id eſt, amor. Autoritate mediã arbitrabere, nam & quæ breuem natura vocalem habet, nonnunquàm extenditur, vt apud Homerum μέλος, id eſt, cantus.

Prudens hoc loco multas poematum figuras omitto, vt pro ὁδὸς ὁδός, id eſt, via. Sic Latinis pro opilio vpilio, protrahendæ ſyllabæ gratia.

DE TONIS.

Difficile

DE ACCENTIBVS GRAECIS.

Difficile iudicium tonorum est, partim quod res non perinde Latinis veteribus frequens, hodie fere negligatur: partim quod & apud Græcos videatur vsu, quàm regulis magis probari. Vetustissimi Græcorum nullos apices scripserunt, vt est in antiquis quibusdam inscriptionibus cernere, & confirmat Politianus. Postera ætas Grammaticorum artibus exercita, hæc literis adiunxit ἐπισύλια, id est, capitella & fulchra, quasi notas pronunciationis. Habitusque tum qui ea contemneret, non sat politus. Vellem & Latinis par diligentia in obseruandis tonis fuisset, nec dubito quin mansisset integrior superioribus sæculis ratio loquendi. Sed ad institutum, vt poterit simplicissime, καμὰ μαθέσεσιν, id est, & quàm indoctius, rudius, inelegantius, dicam aliquid de tonis quatenus res patitur, profuturum etiam Latinis. Tonus velut comes est temporis. Nec idem syllabæ accidēs est tempus quod tonus, vt in corpore aliud est magnitudo, aliud color: ita in syllaba, aliud temporis ratione venit, aliud toni efferendum.

Deinde & quæ cuique appellationes conueniunt inter se dissident. Tempori longum, breue, produci, corripi attribuimus. Tono acutum, graue, inflexum. Errauerís, si idem dixeris longum & acutum, graue ac breue, aut si quid aliud est huiusmodi. Longius hæc oportet agam, quod vulgus Grammaticorum inepte in hac re versetur. Non omnes longæ acutæ sunt. Vergilius: Verg. longa est, non acuta: ἀφισοτέλης, φίφ longa est, non acuta. Nec omnes acutę longæ sunt. Vergilius, gi acuitur etiamsi breuis syllaba, sic ἀφισοτέλης, ὡρισένης, τέγέ acuuntur, etiamsi breues syllabæ. Plærumque Latini homines philosophia i acuta dicimus, ita Theologia, prosodia, non quod censeamus i longum esse, sed quod acuatur, atque id solitum isto pronunciari modo, non Latino, sed Græco. Græcæ sunt dictiones, nec adeo Romanis attritæ linguis, vt exuerint genuinum tonum. Fecit vulgus Romanum historia, comœdia, tragœdia, Latino tono leuigatis syllabis. At Philosophia & quædam similes voculæ, doctis mansere vt hospites, externæque, non Latinæ: ergo & Græcos tonos custodiunt, cur non prosodiam dicimus vt comœdiam, quando cogis me prosodia dicere. Altera vox vulgo Romano detrita, quasi Romana facta est. Altera in scholis doctorum hominum, vt Greca delituit. Igitur recte dices Philosophia, Theologia, quàmuis nō Latine. Egregia sentētia Quintiliani est, quæ huc spectat: Qui Græcam figuram sequi malet, non Latine quidem, sed citra reprehensionem loquetur. Assuerunt Latini homines & plærisq; alijs Græcismis, vt paraclitus, qui num recte efferantur vides. Nec enim ϰ in i Latinorum transit, sed e obliquum. Habes non male dici Philosophia, sed Græce, nec longum esse i sed acutum. Id quod sexcentis versibus quidam probare conantur, rem minime dubiam, indoctis etiam. Interim & hoc velim obserues: Metri mensuram tempus esse, non tonum, puto autem metri mensuram, scansionem, ea est in temporibus.

DE ACCENTIB. LATINIS.

Syllabæ quatuor accidunt, videlicet, tenor, spiritus, tempus, numerus. Tenor est modus vel sonus quo syllaba aut eleuatur, aut deprimitur. Latine dicitur accentus, & prosodia Græce, id est, voculatio vel modulatio vocis, in thesim, id est, in depositionem, & arsim, id est, eleuationem. Et est triplex, acutus, grauis, circumflexus. Mercurius enim tres voces reperisse dicitur. Acutam ab æstate, grauem ab hyeme, mediam vero à vere sumpsisse. Vtimur autem accentu, ne productionis vel correptionis ratio confundatur, licet sæpe syllaba correpta acuatur, vt est penultima verbi calefacit, frigefacit. Acutus, quo syllaba eleuatur, vt omnis ferme vox monosyllaba significatiua acuitur, vt mel, fel, &c. Grauis, quo syllaba deprimitur, qui in nulla dictione consistit, nisi in eadem sit acutus, vt vltima nominis dominus. Circumflexus, qui vtroque constat, Latinis rarus, cuius loco acuto frequentius vtuntur. Spiritus est modus quo syllaba leniter, aut aspere profertur. Leniter, vt ara, amo, onus. Aspere, vt hara, homo, honos. H enim vocalibus augendi flatus caussa additur. Varro syllabas quasdam dicit asperas, vt trux, vrbs, &c. Lenes, vt lana, luna. Retorridas, quæ mutam habent extremam, vt hic, hæc, hoc. Tempus est syllabæ pronunciandæ mora. Hoc ad rationem metricam pertinet. Et est triplex, longum, breue, anceps siue commune. Omnis enim vocalis ex appositu consonantum, vel longa vel breuis est, aut anceps, id est, quæ tam corripi quàm produci potest, autorum vsu, aut sequente muta cum liquida. Huius te regulæ semper memorem esse volo, vt tenebræ, aratrum, cathedra, &c. Numerus. Omnis syllaba ad minus vna, quàmuis improprie, vel sex literis ad summum constare potest, vt a, ab, abs, sors, trans,

stirps.

stirps. Quisquis iam volet amussatius & exactius perdiscere hosce accentus, legat Capnionem, Ricium, Mithridatem, & Hebraicum librum, qui Schaar hamœtœg vocatur excerptum. Legat & reliquas prosodiarum communes et generales regulas, cum Hebraicas, tũ Græcas, tum Latinas denique, maxime viginti duas Prisciani Latinas regulas, & aliorum de vocali ante vocalem, de deriuatis, de signandis accentibus, in nominibus habentibus affixa, de consignificatiuis, de verbis præsentis, præteriti, futuri temporis, de Participio, Infinitiuo, Imperatiuo & similes. Quibus adeo refertæ sunt Grammaticorum omnium chartæ, vt non habeant plureis Athenæ τριοβόλους, id est, triobolares noctuas.

DE SPIRITIBVS.

Multo negotio Chœroboscus tractauit spiritus. Tu cãdide Lector paucis accipe, quæ ad rem, commodumve attinent.

DVO SVNT SPIRITVS.

Asper siue crassus, qui Græce δασεία nominatur, & est flatilis, hoc est, flatus, seu aspirationis nota ‘ pro qua nos h scribimus, vt halo primæ syllabæ, Græci supponunt quasi ‘ nostrum dextro circulo vocali aspiratione, hac figura ‘ halo, siue Helena.

Tenuis, Græce ψιλή vocatur, & est ficcitas, seu exilitas prolationis, quæ inuerso à Græcis mutatur, id est, finistro circulo, hoc signo ’ dempta aspiratione, vt alo, alis, alere. Aeoli omnino ignorant aspirationes.

Spiritibus vtimur in solis earum dictionũ initijs, quæ vocalia sunt, vt ἔρως, amor, ὁδός, via. Y semper aspiratur, vt hymnus, &c.

Ex consonantibus sola ῥ, initio dictionis aspiratur, in medio si duo sunt ῥῥ, alterum tenui, alterum aspiratione signabis, vt ῥώμη, ἐπίῤῥημα, id est, Rhoma, aduerbium. Pyrrhus, rufus, &c. Hæc de prosodia. Vestrum erit optimi Lectores, & operam meam boni facere ac æqui, & frequentes, ne frustratus videar studio, & diligentia mea, hisce adsciscere vsu linguæ aceruos exemplorum. Hactenus de accentibus.

FINIS.

PERSIVS.

O Iane à tergo quem nulla Ciconia pinsit.
In Ciconiam Palus.

APud eruditos controuersum est, an vetus Testamentum habeamus ad emendationem Diui Hieronymi, magis etiam ambigitur (quamquam ego nihil ambigo) de nouo. Hæc D. E. Rot. Declaratione xlij. ad Censuras Theologicas Parhisiensium. Absit, absit Christiane Lector, vt ego vel in minimo suggillem, carpam, eleuem tam sancti, tam doctissimi viri, Diui Hieronymi autoritatem, doctrinam. Vide Guilielmum Budæum, virum vnde vnde fine controuersia doctissimum super hac re in Pandectas, ex L. posteriore .ff. de Origi. Iur. Ex eadem lege paulo post de Tribunis militum, & me non iudicabis matœologum.

ARGV-

ELENCHVS OMNIVM

FERE VOCABVLORVM, HOC IN DICTIONARIO Biblico contentorum, iuxta literarum ordinem digestus.

Aaron Leuit.1
Ab accidentibus 3.Esdræ 2
Abalieno.4.Esdræ 6
Abba.Marc.14.& Rom.8
Abbadon Apoc.9
Abdemelech Hiere.38
Abdenago Dani.1
Abdias,Abdi Abdi.1
Abdico 2.Cor.4
Abditus Psal.16
Abdo 1.Reg.13
Abduco 2.Para.36.& Baruch 4
Abductio 3.Esdr.8
Abel Gene.4
Abel magnum, sub dictione,lapis magnus 1.Re.6
Abela 2.Reg.20.& Hebr.11
Abeo Gen.30.& Bar.1
Abessalon 2.Maccha.11
Abia Luc.1
Abiathar Marc.2
Abiegnus.3.Reg.5.& 2.Pa.3
Abietarius Exod.35
Abigere Gene.15.Exod.8
Abihu Leuit.10
Abijcio 3.Esdr.1
Abilene Lucæ 3
Abimelech Gen.20.& 21
Ab incunabilis in præfatio. prima in Iob.
Ab infantia Marc.9
Abiron Psal.105
Aisa 2.Reg.10
Abisag 3.Re.1
Abyssus Gene.1.& 7
Ablactatum Psalm.130
Ablacto. Gen.21.& 1.Re.1
Abluo Esaiæ 4
Abnuo Ruth.3.& 3.Re.20
Abolitus Rom.4
Abominabilis Psal.52
Abominatio.De.7.2.Pa.33
Abominor Exod.8
Abortio Iob.21
Abortiuus Exod.21.& Numeri 12
Abra Iudith.8
Abraham Gene.23
Abram Gen.17
Abriesdri Dan.1
abruptus 1.Reg.24
abs Psal.83.& Eccī 7
Absolon 2.Reg.13
absconditi ad Coloss.2
absit Iob 27.Rom.3
absynthium Prouer.5
absoluo 3.Esdr.9
absorbeo Psalm.123
abs te Ioannis 17
abstergo Prou. 20
abstractus Iacob.1
absurdus in Præfatio. in Epistolas Pauli.
ab vno ad xv. lectio suspecta in epist.ad Paulin.ca.6
abutor Hester 13
academiæ, &c. in epistola ad Paulinum capite.1
acedeo Eccī 22
acedia ibidem
a cedro 3.Reg.4
aceldema Matth.27
aceruatim Sapien.18
aceruus Exod.22.Nehe.4
acetabulum.Exod.25.Nu.7
acetum Prou.10
Achab 3.Reg.16
achaia in prologo 4. Euangelioꝝ,& in Luc.pfatio.
acharis Eccī 20
Achas 4.Reg.17
achates Exo.28
achias 1.Reg.14
achikam Hiere.26
achila 1.Reg.23
achimaas 2.Reg.18
achinoem 1.Paralip.3
achitob 1.Regum 14
achitophel 2.Regum 15
acidus Eccī 4
acies Deuter.20
acini 4.Esdræ 9
acinus Numeri 6
acolytos Acto.28
a cōmentarijs 1.Paralip.18. 2. Regum 20
acroceraunia in secunda pfatione super Paralipom.
acrogonicos ad Ephes.2
Acta,actiones Acto.1
actus Ibidem
aculeatus Hieremi.51
acuo Psalm. 139
acus Esaiæ 3
accelero Psalm.30
acceptum ferre Roman.4
accersio Sapien.1
accerso Gene.26.Exod.1
accessus Roma.5
accingere Psalm.44
accinctus 3.Regum 20.Nehemiæ 4
actiones Acto.1
accipiter Leuitic.11
accito notario, in præfatione Tobiæ.
accitus Hester 4
accola Leuitic.18
Psalm. 104
accubitus Tobiæ 2. Canticorum 1
accumbo Gene.24
ada Gene.36.in præfatione Iohelis.
adadrimon Zachar.12
adam Genesis quinto,& Psalm. 4
adama Oseæ 11
adamas Ezechiel.3.Zach.7
adaquo Gene.29
adar 1.Esdræ 6.Hester 3
adarsa Macchabæo.7
adazer Eodem
adelphos Hierem.32
adeodatus 1.Paralipom.20
adeps Gene.4.3.Regum 8
à dextris Psalm.109
adficio Ezechiel.22
adfines Leuitici 18
adflictio Ionæ 3
adfligo Numeri 11.& 29
adglutinatus Baruch.3
ad horam,Iob 10.2.Corin.8
adhuc Apocalypsis 22
adiada Macchabæo.12
adinuentio.Iudic.2.Psal.27
adipiscor Ecclesiastici 40
adire Lucæ 8
adiuro Matthæi 26
adiutor ad Philemonem.

Adiuuo 2.Paralipo.14
Adiũcio Gene.24
Adytum 1.Paralipo.28
Ad liquidũ in p̃fatione Esai.
Adluceo Psalm.96
Adminiculum Hester 16
Administratio 2.Cor.4
Admissurus Gene.30. & in præfatione Lucæ.
Admitto in p̃fat.12.pphet.
Admonitio 3.Esdræ 2
Ad vnum Iob 26
Adoleo 1.Para.23. Exo.30
Adonai Exo.6.& Iudit.16
Adonaisama Ezech.48
Adonias 3.Regum 1
Adonis Ezechiel.8
Adoptio Roma.8
Adopto Hester 2
Ador 2.Macchabæ.13
Adoro Exod.34. Psalm.28
Adramelech 4.Reg.17
Ad regulam,&c. 3.Reg.6
Adria Acto.27
Adrumetis Ibidem
Adrumetum Ibidem
Adsero in præfa.tertia Psal.
Adsum Baruch.3
Ad Titum Liuium in epist. ad Paulinum.
Aduena Leuit.17.1.Para.29
Ad vnum Psalm.13.& 52
Adulterantes 2.Corinth.2
Adulterinus Sapien.4
Adultus Gene.25
Addecimare 1.Reg.8
Ad destinatum ad Phili.3
Addo Zacha.1
Addus 1.Maccha.13
Adduxit spiritum Gene.8
Aedes Leuitici 14
Aeditio in præfatiõe ad Desyder.& Hester 10
Aedicula 4.Regum 23
Aedifico Psalm.126
Aedo Gene. 30
Aegyptus. Gen.12.Psal.113
Aelam Esaiæ 21
Aelurus,&c. Sapien.14
Aemulator Deutero.5
Aemulor Numeri 11. & Prouerbio. 24
Aemulus domus Eli 1. Regum 2. & 1.1
Aeneas Acto.9
Aeneus Leuitic.26.Iob 6
ænigma Nume.12.2.Para.9
æquales angelis Lucæ 20
æque.Exod.38.Nehemiæ 12
æquitas Psalm.110
æquus Exod.37
æramentũ 3.Esdr.8.Eccĩ 12
ærarium Gene.45. Iosue 6
æris plurimum 1.Parali.18
ærius Hester 8
æruginare Eccĩ 12
ærugo 1.Paralipome.6. & 3.Regum 8
ærumna Psalm.31. Ecclesiastes 2
æschines philosophus in epistola ad Paulinum cap. 2
æstimo Leuitici 27
æstuatus Eccĩ 51
æstuo Iob 20
æternus 1.Paralipo.17 Psalm. 27
æther Iob 35
æthiopia Gene.2. Esaiæ 43
æthiopissa Num.12
æthiops Psalm.71
ætho Genesis 2
æuum 3.Esdræ 2. Ecclesiastici 18
à foris Gene.7
africus Psalm.77
afferema 1.Maccha. 11
affero Genesis 18
afficio Matth.10
affigo Malach.3
affigor Hester 6
affines 1.Parali.4
affinitas 2.Paralipo.18 3.Regum 3
affluenter Iacob.1
affluo Psalm.61
agabus Acto.11
agagita Hester 8
agallim Esaiæ 15
agapes in Iudæ epistola
agar Genesis 16
agareni Psalm.82
agiographa in præfatione Iudith & Tobiæ.
agitator Nahum 2
agitatus Iudith 15
agmen 1.Reg.17. Iudith 15
agnitor cordis Eccĩ 7
agnus Gene.21. Exod.12
agon 2.Macch.3.1.Corin.9
agonia Lucæ 22
agonizo Eccĩ 4
agrarius Ecclesiastici 37
agreste Sapien.19
agrippa Acto.25
agger Exod.8.Esaiæ 19
aggestus 2.Machab.13
aggæus 1.Esdræ 5
aggressura 3.Esdræ 5
ah,ah,ah Hierem.1
ahias 3.Reg.11
ahila 4.Regum 14
ahoites 1.Paralipo.11
aio Gene.24. Nehemiæ 2
aioth Esaiæ 10
akut Hebræo.3
ala Ruth 2.Psalm.16
alabastrites Eccĩ 24
alacer Hester 5
alahin kadĩschin Danie.4
alazones 2.ad Timo.3
aibani in epist ad Pauli.ca.1
albor Leuitici 13
albugo Leuit.21. Tobiæ 6
alcimus 2.Maccha.14
alcæus in epistola ad Paulinũ,& in præfatione Iob 1
alexander 1.Macchabæo.1 & ad Timoth. 1
alias Genesis 20
alienigena Ge.17.1.Esdr.10
alimonia Leuitici 3
alimentum Gene.42
alioqui Gene.30. Iob 2
aliquando Tobiæ 5
aliquantulum ad Hebræ.10
aliud est,si cõtra,quõ intelligendũ,in præfat. ad Desy.
alma Esaiæ 7.Matth.1
alo Leuit.22. 2.Reg.9
aloe Prouerb.7.Ioan.19
alonge Esaiæ 10
alpha & ω in p̃fat.Ioã.Apo.1
alphabetũ in plogo Galeato,& in præfatione Hiere.1
altarium 1.Corinth.9
altercor Eccĩ 9.in epist.Iudę
alteruter Gen.13.3.Esdr.4
alterutrum 4.Esdræ 13
altilia 3.Reg.4
altilis Matth. 22
altitudo Eccĩ 43
altrinsecus Gen.15.Leuit.14
altum sapere ad Rom.11
altus 4.Esdræ 7.Luc.5
alueolus Daniel.14
alueus Exod.2.Iosue 3
alumnus Numeri 32

Aluus Iudicum 3
Allatus 2. Parali. 21
Allego Sapien. 18
Allegoria ad Galat. 4
Alleuiamentum Eccī 36
Alleuio Ibidem
Alleuo Pſalm. 144. Eccī 36
Allicio 3. Eſdræ 4
Alligatura 2. Regum 16
Alligo 3. Eſdræ 1. Pſal. 146
Allifio Eſaiæ 25
Allium Nume. 11
Allophylus Gen. 17. Pſal. 55
Alloquor Iudith 4
Allotrioepiſcopus 1. Pet. 4
Alluuio Iob 14
Amabilis domini, in epiſtola ad Paulinum ca. 6
Amalechites Num. 14
Amalek Pſalm. 82
A malo vinci Roma. 12
Amana Cantico. 4
Amaria Sopho. 1
Amaricatus Apoc. 10
Amaritudo Iob 23
Amaritias Daniel. 6
Amaſa 3. Regum 2
Amaſias 4. Regum 13
Amathi Ionæ 1
Amathita 1. Macchabæ. 12
Ambitio 2. Paralipo. 16
Ambio 2. Paralipo. 4
Ambitus. Heſter 13. Prou. 25
Amblacema Daniel. 6
Ambulo Pſalm. 127
Amen Num. 5. 3. Regum 1
Amentia Deute. 28
Ames Exodi 25
Amethyſtus Exod. 28
Amictus Heſter 8. Pſalm. 103
Amicus Eccī 37
Aminadab Cantico. 6
Amita Leuitici 20
Amigdala Gene. 30. Nu. 17
Amygdalus Eccēs 12
Amnis Gene. 41
Amodo Eſaiæ 9
Amon Nahum 3. Sopho. 1
Amorræi Gene. 15
Amorræus Amos 2
Amos Amos 1
Amoueo Gen. 29. 2. Paral. 36
Amphipolis Acto. 17
Amphorephorus Danie. 14
Amphotides Iudic. 8
ampliatus Roma. 16
amplius Pſalm. 61
amula 3. Regum 7
amman Nahum 3
ammanitis 2. Macchab. 4
ammaum 1. Machabæ. 3
ammon Gene. 19. Pſalm. 82
ammonius in præfatione 4. Euangel.
anacephaleoſis Ephe. 1
anaglypha 3. Regum 6
analon Marc. 9
analphabetus in prologo Galeato.
amalech 4. Regum 17
anania Daniel. 1
ananias Acto. 5
anapauſis 2. Theſ. 1
anathema Deuterono. 7. 1. Paralipom. 2
anathor Hiere. 11
anathotites in præfatio. Hieremiæ prima.
anceps Iudic. 3. Hebræ. 4
ancilla Pſalm. 122
ancora Hebræo. 6
ancorarius Ibidem
andreas Matth. 4
andronicus 2. Macchabæ. 4
Roma. 16
anebe in præfatione ad Deſyderium.
anechu Eccī 2
anectoteron Matth. 11
anetum Matthæi 23
angariare Matth. 27
angelus Gene. 16
ango 1. Regū 1
anguillam cauda tenere, in præfatione Iob prima.
angularis lapis Ephe. 2
angulus Sophoniæ 3
anguſtia Sapientiæ 5. 2. Corinthiorum 2
anguſtiamini 2. Corin. 6
anguſtus Num. 33. Ioſue 17
aniles fabulæ 1. Timo. 4
anima Roman. 13
animæquior Baruch 4. Marci 10
animaduerto 1. Paralip. 19. 1. Regum 4
animalis 1. Corinth. 2
animans tis Geneſis 1
anypodetos Eſaiæ 20
anon 2. Regum 10
anſa Exod. 26. & 36
ante me factus Ioan. 1
antelucanus Sapientiæ 11
antemurale. Eſa. 26. Threñ. 2
anthracion Eccī 32
anthrax Eſaiæ 6
antichriſtus 2. Theſſa. 2
anticipo Pſalm. 76. 1. Macchabæo. 10
antidicos Eſaiæ 15
antiochenus. 2. Macch. 6. & in præfatio. Lucæ Euang.
antiochia 2. Tim. 3. Act. 13
antiochus 2. Maccha. 1
antipas Apoca. 2
antipater 1. Macchab. 12
antipatris Acto. 23
antiphatia Ezechie. 13
antiquare Hebræo. 8
antiquitus Eſaiæ 1
antiſtes 2. Paralipo. 29
antrum Gene. 23. Iudic. 6
anulus aureus Iacob. 2
anus Gene. 18. 1. Regum 6
anna 1. Reg. 1. Lucæ 2
annales Heſter 2
anniuerſarius Iudic. 21
annona 3. Reg. 4. 1. Eſdræ 7
annuo Lucæ 5
apadno Daniel. 11
apamia Iudith 3
apechu Eccleſiaſtici 2
apelles, in prologo quatuor Euangeliorū, & Roma. 16
appello Acto. 25
aper Pſalm. 79
aperantos 1. Timo. 1
aperiens vuluam Nume. 8
aperire oſtia domus. 1. Re. 3
apes Pſalm. 117
apex in prolog. Gale. Mat. 5
aphec 1. Reg. 4. & 3. Reg. 20
aphricus Ioſue 18. Eſai. 21
apiarium Lucæ 24
apithia Epheſ. 2
apyraſtes Eccī 32
aplatias Daniel. 6
à planta pedis Eſaiæ 1
apocalypſis Apocal. 1
apocryphorū tertij & quarti in præfati. Eſdræ & Nehe.
apocryphum in plog. Gale.
apollo 1. Cor. 1. & 1. Cor. 4
appollonia acto. 17
appollonius Tianæus, in epiſto. ad Paul. ca. 1. & 2. Macc. 3

Appollophanes.2.Macc.10
Appollos 1.Corin.3
Aporia Eccī 27
Aporior 2.Corin.4
Apoſphragiſma Ezech.28
Apoſtaſia 2.Theſſa.2
Apoſtata Iob 34.Prouer.6
Apoſtatare Eccī 10
Apoſtatrix Ezechiel.2
Apotheca 1.Paralipom.27
Iohel. 1
Abſinthos Apoca.8
Aptharſia Epheſ.6
Apparatus 2.Macch.10
Appareſco 4.Eſdræ 7
Apparitores 1.Reg.19
Appendo Gen.23.Eſaiæ 40
Appelleris Eccī 5
Appetitor 1.Petri 4
Apphia ad Philemonem.
Appij forum Acto.28
Applico Exod.40.Num.3
Appollion Apoca.9
Appropiare Exod.3
Aquæductus 3.Regum 18.
& 4.Regum 18
Aqualiculus Eccēs 12
Aquila auis Leuitici 11.vir,
Romañ. 16
Aquilo Gene.13.Leuit.1
Ar Eſaiæ 15
Ara Exodi 27.Iudic.2
Arabas 2.Paralipo.26
Arabathane 1.Maccha.5
Arabia Eſaiæ 21
Arabs 2.Para.17.Acto.2
Aratiuncula 3.Reg.18
Aradij Ezech.27
Aran Ibidem
Araneus Iob 8
Aratrum Eccleſiaſtici 38
Arauna 2.Regum 24
Arbea 1.Macchabæ.9
Arbee Geneſis 23
Arbellis 1.Macchabæo.9
Arbiter Gen.39.3.Eſdræ 8
Arbitror Iob 15
Arbona Heſter 7
Arbuſta Pſalm.79
Arca Geneſis 6
Arca de lignis Sethim.Deu-
teronom. 10
Arcanum 1.Paralip.15
Arcarius Heſter 3.Rom.16
Archierea Zacha.3
Archieunuchus Daniel.1
archippus Coloſ.3
archiſynagogus Lucæ 13.
Marci 5
architа Tarentinus in epiſt.
ad Paulinum cap. 1
architectus.Eccī 38.1.Cor.3
architriclinus Ioan.2
archiuum in præfat.Heſter
arcturus Iob 9.Amos 5
arcuatus in præfatio.Ioſue
arcus 1.Para.8.Nehemiæ 4
area Nume.15.Ruth 3
aream ornam 1.Paralip. 21
arenoſus Eccī 25
arens Ioſue 3
areola 3.Eſdræ 1
areopagus Acto.17
areopolis Eſaiæ 15
aretas 2.Corin.11
arethas 2.Macchabæ.5
argilloſus 2.Paralipo.4
argob 4.Regum 51
argumentū. Ge.39.Hebr.11
ariditas Iudith 11
aridus Geneſis 1
ariel Eſaiæ 29.Ezechie.43
aries Gene.22.Ezech.4
arimathia Matth.27
arioch Daniel.2
ariolus Deut.18.Num.22
ariſtarchus Coloſ.3.Act.20
ariſtæas in præfat. ad Deſy.
ariſtobulus 2.Macchabæ.
1. Roma. 16
arythmetici in epiſtola ad
Paulinum,capite 6
arythmus Nume.1
arma militiæ noſtræ, in epi-
ſtola ad Paulinum cap. 3
armamentarium.1.Para.11.
3.Regum 14
armariū, in epiſtola ad Pau-
linum cap. 4
armenia Gene.8
armentarius Amos 7
armentum Gen.13.Num.7
armigatus 2.Regum 6
armigeri 1.Para.10.1.Re.17
armilla Gene.24.Nume.31
armon Amos 4
armus Exod.29.Deute.18
arnon Ioſue 12.Eſa.16
aroma Exod.30.3.Reg.10
aroer Ioſue 12.Eſaiæ 17
arphat Eſaiæ 37
arphaxad Gene.19.Iudit.1
arſaces 1.Macchab.14
artaba Daniel.14
artaxerxes 1.Eſdræ 7
artemas ad Titum 3
artemon Acto.27
articulus Gene.7
artion,lappa Oſee 9
arto Iob.11
artus Leuit.1.Iob 16
arula Hierem.36
aruina Exod.29.Leuitic.3
aruū,in præfat.I.in Pſalteri.
arx 1.Paral.11.2.Maccha.5
arrha Ephe.1
arrhabo Gene.38.Ephe.1
arreptitius Hierem.39
arrogantia Prouerb.8
arrogans Iob 40
as Matth.10
aſaradon 4.Regum 19
aſaramel 1.Maccha.14
aſcalon Iudic.14
aſcella Leuiti.1.Prouerb.19
aſcenſus ſcorpionis Iudic.1
aſcia Pſalm.73
aſebia Ezech.33
aſel Michęæ 1
aſer Gene.30.Lucæ 2
aſia Act.16.& in præfat.Ioā.
aſianus 2.Macchab.10
aſilus Oſee 4.2.Maccha.4
aſiongaber 3.Regum 22
aſylum 2.Maccha.4
aſyncritus Roma.16
aſmodeus Tobiæ 3
aſpernatio Eccleſiaſtici 22
aſphaltum 2.Macchab.11
aſphanes Danie.1
aſphat 1.Macchab.9
aſpis Iob 20.Pſalm.13
aſtaphis,vua paſſa. 1.Reg.25
aſtaroth 1.Reg.12
aſtarthen 3.Reg.11
aſteriſcus in præfatione ad
Deſyderium,& in præfati-
one 1.Paralipomenon.
aſtyages Danie.14
aſcopera Iudith 10
aſtronomi in epiſto.ad Pau
linum cap. 6
aſtrologi Ibidem
aſtutia Prouerbio.1.2.
Corinthio. 11
aſſuerus Heſter 1
aſſarad Amos 1
aſſare 3.Eſdræ 1

Assaremoth 1.Macchab.4
Assatura 2.Reg.6
Asscio in prolog.Apocaly.
Assentior Gene.34
Asser Ecclesiastici 29
Assestria Sapien.9
Assidei 1.Macchab.7
Assiduo Eccī 30
Assyrij Gene.2
Asson Acto.20
Assumentum Marci 2
Assumo Tobiæ 9
Assumptio Psalm.88
Assur Psal.82.Esaiæ 52
Assus 1.Paralipo.16
Atactos 2.Thessa.3
Atergo 1.Macchab.9
Athacus Leuit.11
Athalia 4.Reg.8
Athei Ephes.2
Athenæ 1.Thess.3.Acto.17
Athenis magister in epistola ad Paulinum,cap. 1
Athenobius 1.Maccha.15
Athistæ 3.Esdræ 2
Athlas Eccī 33
Atomus 1.Corin.15
Atramentum 2.Corin.3
Atramentarium Ezechie.9
Atrium Psal.28.Hier.26
Atrociter 2.Parali.28
Attalia Acto.14
Aamen Num.14.Leuit.26
Attenuatus Nehem.5
Attenuo Leuit.25.Iob 17
Attero 1.Para.17.Esaiæ 3
Attollo Psalm.23
Attonitus Iob 15
Attonsus Hiere.9
Attributus Deute.29
Attrita frons Ezech.3
Attritus Nehem.9
Auaro tam deest,&c.in epistola ad Paulinum cap. 6
Auceps Prouer.6
Auctus Gene.26
Aucupium Leuit.17
Audenter Actor.2
Audi nos dñe rex Gene.23
Auditio Psalm.111
Auditorium Acto.25
Aue in 2.Ioannis epistol.
Auete Matth.28
Auersatrix Hierem.3
Auersio 3.Regum 9
Auersio Exod.23.3.Reg.11
auersus Deut.30.2.Reg.2
à uertice,in prefatio.2.Para.
auerto Exod.9.2.Parali.18
auguratrix Esaiæ 57
augurium Eccī 34
auguror Gene.44
augurior Leuitici 19
augustus 2.Paralipome.15. Acto. 25
auis Lucæ 13
aulæum 2.Reg.17
auolare Leuit.14
auorhiair Deute.3
aura Iob 4
aure audire Acto.28
aurichalcum 3.Reg.7
auricularius 2.Reg.23
aurifex Sapien.15
auriga 2.Paralipomen. 18.3.Regum 22
auris Bataua in prologo quatuor Euange.
aurora Iob 3.Cantic.6
aurugo 2.Para.6.Hiere.30
ausculto Tobiæ 9.Cant.8
ausitis Hiere. 25
auster Iob 9.Psalm.125
austerus Ezech.34.Luc.19
authenticum in præfatione ad Desyderium.
autor Hebræo.12
autoritas 3.Regum 21
autochthon Acto.7
autumnus Micheæ 7
auxiliarius 1.Macha.3
auxilior Esaiæ 41
auxilium Psalm.120
auunculus Gene.28
auus Ibidem
axis 3.Reg.7.Eccī 33
azabthani Matthæi 27
azael Amos 1.4.Reg.12
azarias 4.Reg.14.Tobiæ 5
azecha Hieremi.34
azyma Deut.16.Osee 7
azymus Gene.19.Exod.34
azor 1.Maccha.11
azotidas Nehemiæ 13
azotus 2.Para.26.Esaiæ 20

BAal Hierem.2
Baali Osee 2
Baalim 1.Regum 12
Baalpharasim 1.Parali.14
Baalsalisa 4.Regum 4
Babel Gene.11
Babylon 4.Reg.20.4.Esdr.3
bacchides 1.Macha.7
baculus Psalm.22
baculus arundineus.Esai.36
baddin Daniel.10
bahen 1.Macchab.13
bahurim 2.Reg.16
balaa Gene.30
balac Micheæ 6
balasor 2.Regum 13
balbus Esaiæ 32
baldad Iob 2
bale Gene.14
balsamum Eccī 24.Ezec.27
balthazar Danie.1
balthemus 3.Esdræ 2
baltheus Leuit.8.Deut.23
balista 1.Macchab.6
banaias 3.Reg.1
baptista Matthæi 11
baptizo Iudith 12
barabbas Matth.27
barachias Esai.8.Zach.1
barasa 1.Macchabæ.5
barathrum Iudicum 5
barbara in secunda præfatione Paralipom.
barbatus 2.Maccha.10
barieu Acto.13
bariona Matth.16
barnabas Colossen.3
bartholomæus Marci 10
bartimæus Ibidem
baruch Hiere.32.Baruch 1
basanisterion Hierem.20
basan Esaiæ 2.Hiere.22
baschama 1.Macch.13
basilides in prologo quatuor Euangeliorum.
basilica 2.Paralipom.4
basiliscus Psal.90
basis 1.Esdræ 3.Eccī 26
bastazon Amos 1
batillus Nume.4
batrachomyomachia Sapien. 19
batus 3.Regum 7.1.Esdr.7
battologia Matthæi 6
bdellium Gene.2.Nume.11
bean 1.Macchabæo.5
beatus Psalm. 111
beelphegor Deuteronomij 4. 2.Paralipomen.12
beelzebub 4.Regum 1. Matthæi 10
beeri Osee 1
behemoth Iob 40

Belial Deut.13. Nahum 1
Belschelida 1. Macchab.11
Belua Eccī 43.21. Maccha.4
Bellator Hierem.42
Belligero Micheæ 4
Bellum 1. Paralip.7
Benadab 3. Regum 20
Benedico Psal.66. Roma.12
Benedixeris Iob 1
Benedictio 2. Corin.9
Benereem Danie.1
Benevti Gene.12
Beniamin Hierem.6
Benigne exhibuit Acto.28
Benignor 3. Esdræ 4
Bennoni Gene.35
Ben nun in præfatio. Iosue
Beor Micheæ 6
Beryllus Exod.28
Bernice Acto.25
Beronice Ibidem
Beroth 2. Regum 4
Berotha Ezech.47
Berrhœa Acto.17
Bersabee Gene.21. 1. Reg.3
Berzellai 3. Reg.2
Beseleel Exod. 31
Bestia Psal.148. Apoca.13
Bestiarij Apocal.13
Bethabara Ioan.1
Bethacerem Hiere.6
Bethania Matth.21
Bethanim 3. Regum 8
Bethauen Iosue 7. Osee 4
Bethbesse 1. Maccha.9
Bethdagon 1. Maccha.10
Beth eder Ioan.5
Bethel Gene.12. Cant.2
Beth iesimoth 25
Bethleem Matthæi 2
Bethleemites 2. Para.20
Bethoron 1. Maccha.3
Bethphage Matthæi 21
Bethsabee 2. Regum 12
Bethsachara 1. Macch.6
Bethsaida Matthæi 11
Bethsan Maccha.5. & 12
Bethseda Ioann.5
Bethula Esaiæ 7. Matth.1
Bethzecha 1. Maccha.7
Bezech Iudicum 1
Bethsames 1. Regum 6 & 4. Regum 14
Biblij Ezech.27
Bibliotheca 1. Esdræ 5
Bibraia Actor.16
Biblis 3. Regum 5
biceps Prouer. 5
biduum Numeri 9
bigæ Esaiæ 21
bilibris Apocalyp.6
bilinguis Eccī 6. 1. Tim.3
bimaris Acto.27
bimathus Matthæi 2
byrsi Acto.9
byssinus 1. Para.15. Hester 1
byssus Gen.41. Prouerb.31
bithynia Acto.16
bitumen Gene. 6
blandimentum Prouer.28
blasphemo Leuitici 24. 4. Regum 19
bœotia in prologo quatuor Euangeliorum.
boȳ in præfatione Daniel.
bolis Acto.27
boni portus Ibidem
bonitas Roma. 2
bonum 1. Corinthio.7
borith Hieremi. 2
bosor Esaiæ 63. 1. Macch.5
bosphorus Abdiæ 1
bostrah Esaiæ 34
bos Psalm.8
botrys 4. Esdræ 9
botrus Nume.13. Cantic.1
boos Ruth 2
brabeum Philippen.3
brachæ Daniel.3
brachiale Eccī 21
brachium exertum Ezec.4
brachium tuum 1. Reg.2
brachium Psalm.43
brachyti Hebræo.2
brachmanæ in epistola ad Paulinum.
brachiolum 2. Parali. 9
bractea Exod.26. & 39
branchiæ Tobiæ 6
brauium 1. Corinth.9
breschith. in prologo Galea.
bresith Genesis 1
briona Ioannis 3
bruchus Leuit.11. Psal. 104
bubalus Deut.14. 1. Para.16
bubastis Ezechiel.30
bubo Leuiti.11
bubulus 2. Regum 6
buculus Amos 7
buccella Gene.18. 3. Reg.17
buccina Exod.19. 2. Reg.20
buccino Psalm.80
bugæus Hester 12
bulla Iudicum 8
buleutes Lucæ 23
burdo 4. Regum 5
butyrum Iob 20. Esaiæ 7
buxus 4. Esdræ 14. Esaiæ 30
buzi Ezechiel.1

CAcabus 2. Paralipo.35
1. Regum 2
Cacozelos Ezechiel.28
cacumen Gene.8. Exod.19
cidaris Leuiti.16
cadauer Gen.15. 3. Reg.13
cades Gene.16.
cado Psalm.5
cadus 4. Regum 6
cædes Deutero.21. Hester 9
cædo Leuitici 4
cæpe Numeri 11
cæsar Marci 12
cæsarea Philippi Matth.16
cæsaries 2. Regum 14
cæsor Deuterono.29
caiaphas Matthæi 26.
cain Genesis 5
cainan Ibidem
caladrius Leuit.11
calamitas Gene.44. Iob 5
calamus Exod.25. Psal.44
calathus in præfatione secunda super Iob.
calcaneum Ioannis 13
calcaneus Psalmo 55
calculus 2. Regum 27. Prouerbio. 20
calendæ Num.10. 1. Reg.20
caliga Gene.14. Acto.12
caligo Gene. 15. Deuter.33
calix Psalm.10. 1. Corin.11
calos Licmeos Actor.27
caluaria 4. Reg.9. Matth.27
caluicies Esaiæ 3
caluicium Leuitici 13
calumnia Genesis 26
calumniator Psalmo 71
calumnior 1. Re.12. Zach.7
caluo 1. Paralipom.19
calx Deut.27. 2. Macchab.3
callide Exod. 32
callidus Genesis 3
callis Iob 19. Esaiæ 26
callisthenes 2. Macchabæ.8
camelopardalis Deuter.14
camelus Gene.12. Leuit.11
caminus. 4. Esdræ 6. Mala.4
campestria 4. Regum 25

Campo Taneos Psalmo 77
Cana Ioannis 2
Canalis Genesis 24
Canaria Osee 9
Cancelli 4.Reg.1.Prouer.7
Cancer 2.Timoth.2
Candax Actorum 8
Candelabrũ Exod.25.Nu.8
Candeo Numeri 12
Canes in prologo Galeato.
Canes mei in p̃fa. I. sup Iob.
Canicies Prouer.20. Eccī 25
Caninus dens in præfatio. prima Paralipomenon.
Caniſtrum Geneſis 40
Canon in præfatione Tob.
Canthes 3.Regum 7
Canthus 3.Regum 7
Canticum Psalmo 149
Canus 3.Regum 2
Captio Psalmo 34
Caper Leuitici 16
Capharnaũ Matt.4. Ioan.2
Capharſalama 1.Maccha.7
Caphthetha 1. Maccha.12
Capitium Exodi 28. Iob.30
Capillatura 1.Paralipo.3
Capite nos 2.Corinthio.7
Capitellum 3.Regum 7.& 4.Regum 25
Captiuus 4.Eſdræ 5
Capnodochnon Osee 13
Caprea Deut.12. 1. Para.12
Capſella 1.Regum 6
Captiuitas Psalmo 84
Capto Psalmo 93
Captus à Piratis, in epiſtola ad Paulinum capite 1
Capulus Iudicum 3
Caput 1.Paralipomenon 23
Cappadocia Deu.2.Hier.47
Cappadox Deutero.2
Capparis Eccleſiaſtes 12
Carbaſinus Heſter 1
Carbunculus Exodi 28 Eccleſiaſtici 32
Carchedon Eſaiæ 23
Carcinoma 2. Timothæi 2
Cardiognoſtes Eccleſiaſti.7
Cardo Deuter.30. 1.Reg.2
Carduus 2.Para.25. 4.Re.14
Carectum Iob 8
Carex Exodi 2
Cariathaim Ezech.25
Cariathiarim Ioſ.13.1.Re.7
Carica 1.Regum 25
carina 1.Regum.5. Sapi.5
carinare Sapientiæ 5
carioth Amos 2
carmelus 3.Reg.18.Iudith 1
carmen Exodi 15
carmen Muſicum Ezech.33
carmonij 4.Eſdræ 15
carpentarius Exodi 35. 1.Paralipomenon 9
carpentum 1.Paralipomenon 20. 2.Regum 12
carpo Gene.41.Numeri 22
carpos Oſee 14
carnaim 1.Macchabæo.5
carnion 2.Maccha.12
caro Ioannis 17
carruca Eſaiæ 66
cartus 3.Eſd.5.Eccī 33
carthaginenſis Ezechiel.23
carthago Eſaiæ 23
carthilago Iob 40
cartallus, lũ Deu.26.Hier.6
caſa Sapientiæ 10
caſia Iob 42.Exod.30
caſleu Nehemiæ 1. Zacch.7
caſphor 1.Maccha.5.& 2.12
caſpiæ 1.Eſd.8
caſtellum Matthæi 21
caſtigo Psalmo 117
caſtus Ezechiel.9
caſtra Gen.32.Ezec.4
caſtrametor Exo.14
caſula Eccleſiaſtici 14
caſſidile Tobiæ 8
caſſis 1.Regum 17
caſſiteros Eccleſiaſtici 22
caſſus 1.Reg.19.Ezechiel.13
caſus Eccleſiaſtes 9
catabole Epheſio.1
cataclyſmus Gene.7.Eccī 39
catalogus in præfat. Tob.& in præfati. ad Cor. ſecun.
catamane Ezechiel.46
cataplaſma Sap.16. Eſaiæ.38
cataracta Gene.7.Pſalm.41
catechizare Galat.6
catellus Matthæi 15
caterua Exod.35.Matt.27
cathedra Iob 29.Pſal.1
catholicus in prologo ſuper epiſtolas Canonicas.
cathos axion eſtin 2.Theſ.1
catinus Lucæ 11
catorthoma Eccleſiaſtici 32
catulus Gen.49. Iudic.14
catullus in epiſtola ad Paulinum capite 6
catus Sapien. 14. Baruch 6
caucaſus in epiſtola ad Paulinum capite 1
cauea Eccī 11.Ezech.19
cauerna Cantico.2.Eſaiæ 2
cauillor in præfatio. Danie.
caula Deutero.28. Nume.32
cauma Iob 30
caupo Eccleſiaſtici 26
cauponãtes verbũ 2. Cor.2
cauſa Psalmo 42.Lucæ 23
cauſor Deutero.30.Rom.3
cauteriatus 1.Timot.4
cauum in prologo Apocal.
cedar Psalmo 119.Eſaiæ 21
cedeſſa 1.Macchabæo.11
cedrinus Leuit.14.2.Reg.7
cedron Hiere.31.Ioannis 18
cedrus Numeri 24.Eſaiæ 2
ceila 1.Reg.23. Nehemiæ 3
celatura Exodi 27
cellarium Deu.28. Lucæ 12
celebrare Geneſis 11
celebratus Leuitici 16
celebris Geneſis 45. Ruth 4
celebritas 2.Paralipome.30
celeon Iudith 2
celethi 3.Regum 1
celeuma Hieremiæ 48
celeuſma Hieremiæ 25
celtes Iob 19
cæmentarius 4.Regum 22
cæmentum Geneſis 11
cenchrea Romano.16
cendebæus 1.Macchab.15
cenezeus Ioſuæ 14
cenæus 2.Macchabæo. 12
cenſus 4.Eſd.5. Mat.22
centeni 2.Regum 18
centeſimum,&c.Matthæi 13
centuplum 1.Paralipom.21
centuria 1.Regum 29
centurio Exod.18.2.Reg.18
cœnaculum 3.Regum 6
ceos Actorum 21
cephalæon Hebræ.8
ceramium Eſaiæ 5
ceramyſthæ Apocalyp.14
ceraſtes Geneſis 49
ceratine Oſee 5
ceremoniæ Gen.26.4.Re.23
cereth 1.Paralipo.18
cerinthus in prologo quatuor Euangeliorum.
certatim Iudicum 9

Certus ſum Lucæ 20
Ceruicale 3.Eſdræ 3
Ceruicatus Eccleſiaſtici 16
Ceruicęs p̃mere, in p̃fa. Eſd.
Ceruix Exodi 33. Leui. 26
Ceruſſa 4. Regum 9
Ceruus Pſalmo 41
Cethæa Ezech. 16
Cethim Hieremiæ 2
Cethura Gen. 25. 1. Paral. 1
Cetus cete Geneſis 1. Iob 7
Chæte Matthæi 10
Chalane Amos 6
Chalanno Eſaiæ 10
Chalceus 2. Timot. 4
Chaldæi Hieremiæ 21
Chaldæus ſermo, in præfatione Tobiæ.
Chaldaicus, in præfa. Dani.
Cham Geneſis 5
Chamæleon Leuitici 11
Chambri Iudith 8
Chamos Eſaiæ 15. Hiere. 48
Chamus 4. Reg. 19. Pſal. 31
Chanaan Eſaiæ 23
Chananæi Gene. 24
Channa Ezechi. 27
Chaos 4. Eſdræ 5. Lucæ 16
Characa 1. Macchab. 12
Character in prolo. Galeat.
Charagma Apocalyp. 13
Charcamis Eſaiæ 10
Charybdis Actorum 27
Charis 1. Corinth. 12
Chariſmata Ibidem
Charith 3. Regum 17
Charites 1. Corinth. 12
Charmel Eſaiæ 32
Charmin Iudith 8
Charran Ezech. 27. Acto. 7
Charta 4. Eſdræ 15. in ſecunda Ioan.
Chaſdim Habacuc 1
Chaſma Lucæ 16
Chaſmatia Lucæ 16
Chaſmaticus Ibidem
Chelion Ruth 1
Chelmad Ezech. 27
Chenereth Ioſue 12
Chera, Thera Pſalmo 131
1. Timoth. 5
Chereas 2. Macchabæo. 10
Cherub Geneſis 3
Cherubim Eſaiæ 6
Cherubin 2. Paralip. 3
Chetim Eſaiæ 23
chios Actorum 20
chirographū. Tob. 1. Col. 2
chirogrillius Leuitici 11
chytropodes Leuitici 11
chlamys 1. Reg. 24. Matt. 27
choloes 1. Corinthio. 1
chloros Apocalypſis 6
chobar Ezechi. 1
chodchod Ezech. 27
chœnix Eccl̃ 1. Lucæ 12
chœno Lucæ 16
chole Eccleſiaſtici 31
cholera Ibidem
cholos Eſaiæ 47. Zaccha. 9
chorda Pſalmo 32. & 150
choritæ 1. Paralipome. 26
chorozain Matthæi 11
chorton Lucæ 12
chorus Exodi 15. Canti. 7
chryſolithus Exodi 28
chryſodactylos Iacobi 1
chronicon in prolo. Galeat.
chroniſmus Oſee 1
chub Ezechi. 30
chuſi Amos 9. Sophoniæ 1
chus Nahum 3. Amos 9
chriſtus 1. Regū 24. Pſal. 2
cicatrix Leuitici 13. Nehe. 4
cicer 2. Regum 17
cidaris Exodi 28. Leuitici 8
cilicium Genſ. 37. Exodi 26
cilicinus Apocalyp. 6
ciliſmos Michææ 6
cinara 1. Macchabæ. 13. & 4
cinæus Iudicum 1
cincinni Iudith 16. Ezechi. 8
cingo Iob 19
cinnamomū Exo. 30. Pro. 7
cinonia Romanorum 15
cinoth in prologo Galeato. Threnorum 1
circinus Eſaiæ 44
circulatores in epiſtola ad Paulinum capite 6
circulus Exodi 25
circūcido Gen. 17. 2. Par. 16
circunciſio Romanorum 2
circundo Geneſis 27
circumitus Numeri 13
circuitus Exodi 7
circumſpectans Iob 15
circumſpicio Baruch 5
circūuenio Gen. 31. 2. Cor. 7
cyrene Amos 1. & 9. Acto. 2
cis 1. Regum 9
ciſon Pſalmo 82
ciſterna Gene. 37. Deut. 6
citatus 4. Eſdr. 12. Acto. 24
cithara Gen. 31. 1. Parali. 13
citharиſtria Apocalyp. 14
citharœdicus Ibidem
citharœdus Ibidem
citrī Eſaiæ 23
citus Sapientiæ 13
ciuitas ſolis Eſaiæ 19
cyathus Exo. 25. 1. Corin. 11
cyclades Hieremiæ 25
cygnus Leuitici 11
cyliſmi Oſee 9
cymbalum 1. Paralipomenon 13. Iudith 16
cyminum Eſaiæ 28. Matt. 23
cynomyia Exodi 8. Pſal. 77
cyparиſſus Canticorum 1
cyphus 1. Regum 26
cypriarches 2. Macchab. 12
cyprius Actorum 4
cyprus Cantico. 1. Acto. 27
cyrenæus 2. Macc. 2. Mat. 27
cyrinus & Cyrenius Lucæ 2
cyrus 2. Paralipomenon 36
clam Gene. 31. 1. Regum 19
clamo Pſalmo 119
clango Exodi 19. Numeri 10
clango Numeri 23
clarifico Ioānis 17. 2. Theſ. 3
claritas Ioannis 5
claſſis Deute. 28. 3. Regum 9
clauda Actorum 27
claudis Hieremiæ 35
clauis in præfati. 2. Pſalterī
clauſis oculis in præfat. Eſd.
clauus Numeri 33. Iudicū 4
clemens 2. Parali. 10. Ruth 2
cleopatra Heſt. 11. 1. Mac. 10
clarus Pſalmo 67. 1. Petri 5
clibanus Gene. 15. Pſalm. 20
cline 1. Regum 9
cliuus 2. Para. 25. 2. Regum 15
clypeus 2. Par. 25. 2. Regum 1
coa 2. Paralipomenon 1
coaceo in præfatio. Prouer.
coaceruo Nūm. 16. 2. Tim. 4
coagitata Lucæ 6
coagulo Iob 10
coanguſtatus 2. Paralipo. 33
cochlea 3. Regum 6
cocytus Iob 21
coccinea Matthæi 27
coccineus Ioſuæ 2. Cantic. 4
coccinus Gen. 38. 2. Reg. 1
coccus Exodi 28. Eſaiæ 1

Cæcutio in prologo super epistol. Canonicas.
Cælatura 3. Regum 6
Cælebs 1. Corinthi. 7
Cæleſſyria 1. Macchab. 10
Cœleth in prologo Galeat.
Cæmentarius 3. Reg. 5
Cæmentum Eccleſiaſtici 22
Cœna Lucæ 14
Cœnaculum Hieremiæ 22
Cœnomyai. Exo. 8. Pſal. 104
Cœnum Hieremiæ 38
Coercitus Deuterono. 21
Cœtus Gen. 49. 2. Paral. 11
Cogetur Iob 37
Cogitamen 4. Eſdr. 7
Cognatio Gen. 12. 1. Par. 4
Cognomen Danielis 10
Cognoſco Pſal. 100. Luc. 1
Coheleth Eccleſiaſtes 1. & in præfatione prouerb.
Cohibeo Iob 29
Cohors Matthæi 27
Coinquinatio Iudith 9
Coinquino Matthæi 15
Colaphizo 2. Corinth. 12
Colentes Actorum 17
Colybiſta Matthæi 25
Colymbethra Ioannis 9
Colo 2. Par. 33. Malachiæ 3
Colocynta 4. Regum 4
Colon in præfatione prima ſuper Paralipomenon.
Coloni Mar. 12
Colonia Exodi 12
Color Ezechiel. 16
Coloſſæ Coloſſen. 1
Colonus. Gene. 21. Leui. 18
Coluber Gene. 49. Amos 5
Columba Sophoniæ 3
Columna Pſalmo 98
Collabor 1. Regum 21
Collaboro 2. Timo. 1
Collatio in præfatione Eſa. Romanorum 15
Collactaneus 2. Macch. 9
Collactens Ibidem
Collecta. Deu. 16. 1. Cor. 16
Collega Iob 16. Daniel. 4
Collido Geneſis 25
Colligatio Eſaiæ 58
Collis Exodi. 17. 4. Reg. 16
Collyrida. Leuit. 5. 2. Reg. 6
Collyrium Apocaly. 3
Colloco. Iob 36. Pſalmo 112
Colluctor Eccleſiaſtici 51
collurium Apocalypſis 3
coma Iob 14
combureris Eſaiæ 43
comburo Leuitici 4
combuſtura Leuitici 13
comedo Gen. 43. Exo. 34
comes Geneſis 18
comeſſatio. Deu. 21. Prou. 23
comeſſator Prouer. 28
cominus 3. Regum 20
comitatus Gen. 50. Lucæ 2
comitor Tobiæ 5
compactus Eccleſiaſtes 11
compages Exodi 36
compago Exo. 26. Eccī 27
compar 2. Reg. 2. Philipp. 4
compareo Geneſis 37
comparo Sapientiæ 13
compeditus Sapientiæ 17
compello Geneſis 19
compendium in præfatio. Eſdræ & 2. Reg. 18
compertus 2. Paralip. 16
compeſco Tobiæ 12
compes 2. Regum 3
compeſcor Pſalmo 82
compingo 2. Regū 22. & in prologo Marci
compita 2. Regum 1
complaceo Pſalmo 25
complantatus Rom. 6
complector Pſalmo 47
complico Eccleſiaſtes 4
complodo. Iudic. 7. Ezec. 22
complosus Numeri 24
complutus Ezechiel. vigeſimo ſecundo Amos 4
compono Nehemiæ 6
comportati aggeres Ezec. 4
compos 3. Eſdræ 8
compoſitio verborū, in prologo Eccleſiaſtici
compoſitum Heſter 14.
compoſitus deo Iob 9
compoſtella. 1. Macchab. 8
comprobo Ioſue 20
computreo Hieremiæ 13
comma in præfatione ſuper Iob prima.
commando Prouerbio. 30
commaticus in præfatione 12. prophetarum.
commeatus 2. Macchab. 11
commendatitius 2. Cor. 3
commentariolum, in præfatione ſecunda Pſalterij.
commentatiolus, in præfatione Eccleſiaſtes.
cōmētarius. 1. Eſd. 6. Heſ. 12
commeo 2. Maccha. 11
commercium, in prefatione ſecundæ ad Corinthios.
commereo 1. Paralipo. 21
comminari Matthæi 9
comminor Marci 8
commiſceo Geneſis 18
commiſſio. Eccleſiaſtici 18
commiſſura Matthæi 9
commiſſuræ 1. Parali. 22
commixtim 1. Eſdræ 3
commodare Lucæ 11
commodius 3. Regum 22
commodo Pſal. 36. & 111
commoratio 3. Eſdræ 9
commori 2. Corinth. 7
commoueo 1. Paralipo. 36
commune Roman. 14
communico Eccleſiaſtici 13
concaptiuus Tobiæ 1
concauum Exodi 27
concaleo Pſalm. 38
concentus Iob 38
concerto Sapientiæ 15
concha Iudicum 6
concidens. Nume. 14. Mat. 5
concidit Numeri 22
concido Gene. 4
concido 1. Regum 11
concilium. Pſal. 21. Matt. 10
cocinno Exod. 25. Leuit. 24
concio Deut. 9. Nehemiæ 5
concionari Actuum 12
concitatus Nume. 11. & 27
concito Iudicum 18
cōclaue. 2. Reg. 4. & 4. Reg. 6
concludo Iudith 5
concorporales Epheſ. 3
concors Eccleſiaſtici 25
concrepo 1. Paralip. 15
concubia Marci 13
concubina Gen. 22. 2. Reg. 3
concubitus Geneſis 38
conculco. Pſalm. 55. & 138
concuſſio Eſaiæ 14
concutio Iob 1. Lucæ 3
condere leges Eſaiæ 10
condenſus 2. Reg. 18. Eſa. 10
conditio Eccleſiaſtes 3
condico Exodi 8. Iob 8
condictum Geneſis 18
condio Geneſis 50
condo. Exodi 34. 3. Eſdræ 4

Condita Genesis 49
Conditus Cantico.8
Conducere Matthæi 20
Conduco Ecclesiastes 7
Conductitius 1.Macch.6
Confectus 2.Paralipo.13
Confero Iob 28.Galat.2
Conferre Hieremiæ 22
Conferta Lucæ 6
Conficere Leuitici 26
Conficio Numeri 11
Confido Psalmo 56
Configo Prouerb.22
Configuratum Philip.3
Cõfinis in plogo Galateo.
Confirmatus Psalmo 116
Confiteor. Tob.13.Psal.74
Conflare. 4.Reg.22. Esa.22
Conflicto in præfati. super epistolas Paulinas.
Conflatile Exodi 32.Deu.9
Conflatorium Prouer. 27
Confossus Iudith 6
Confortare 2.Timot.2
Confortatus 2.Paralipo.1
Confotus Esaiæ 59
Confractus Esaiæ 46
Confundere Roman.5
Confuto Iob 11
Congero Numeri 5.& 22
Congestus Iosue 8
Conglobo Iosue 7
Conglutinatus Deute.10
Cõglutino Gen.34.Psal.43
Congredi Matthæi 1
Congregare Genesis 49
Cõiector. Gen.40.Prou.23
Coniectura Danielis 2
Coniũcio Genesis 41
Coniunx Gene.28.Iob.7
Coniuratio 2.Regum 45
Connubiũ. Iosue 25.Heb.13
Conopæum Iudith 10
Conops Ibidem
Conquassatus 2.Regum 22
Conquirere Marci 9
Cõscientia. Eccle.7. Rom.9
Conscius Exod.29.Iob 16
Consecro Exo.13. 4.Re. 16
Consector in prefatione super Ecclesiasten.
Consenescere Tobiæ 6
Consenior 1.Petri 5
Consepultus Romano.6
Conserere manus. Zach.14
Consero Ecclesiastes 2
confido Nahum 3
consiliarius 2.Paralipo.22
consilior Psalmo 30
consisto Psalmo 26
consistorium Hestr 5
consitus hortus Hester 1
consitus Iudicum 11
consobrina Genesis 29
consobrini Tobiæ 7
consolatio Roman.1
consolator Iob 16
consolor 2.Reg.10. Eccle.38
consono 2.Paralipo. 20
cõsors in põfa. super Ecclesia.
conspectus Psalmo 141
conspergo Hieremiæ 7
conspersus Numeri 15
cõspuendũ sit, in põfa. Esdrę.
constabilitus Esaiæ 46
consternatus Genesis 27
consterno Hieremiæ 48
cõstringo Num.30.Iudic.21
constructa Ephesio.2
construere Tobiæ 4
constupro Hieremiæ 2
consulo 1.Para.10. Iudic.1
consumere Leuitici 26
consumor Lucæ 13
consumptus Actorum 12
consutus Iosue 9
cõtabesco.2.Reg.13. Ezec.4
contaminare Leuiti.22
contaminatus 1. Timot.1
contendo Lucæ 13
contenebresco Hierem. 13
conteri Ionæ 1
conterritus Daniel.2
contestans 2.Paralipo.24.
cõtestor 1.Reg.8. Zacha.3
conticeo 1.Reg.2. Esai. 24
conticinium Marci 13
cõtignatio. 2.Pa.34.Eccl.10
continens Eccle.15
continuo Sapientiæ 18
contorqueo Esaiæ 58
contra stimulum Acto.9
contractio Ezechi.7
contractus Iob 7
contraho 1.Regum 14
& 2.Regum 4
contribulis 1.Thes.2
contrecto 1.Ioan.1
controuersia Ezechi.44
contuberniũ. Sapi.8. Mar.6
contumax Prouer.29
cõtumelia. Prou.11. Thes.2
contundo Exo.30. Prou.27
contus Iudith 9
conuallis Gen.12.Cant.6
conuentio Matthæi 20
conuenio Actorum 2
conuenire Hester 8.Matt.1
conuenticulum Psalm.15
conuentus Iacobi 2
conuersor Ecclesia.8
conuescens Actorum 1
conuitior Ecclesia.8
conuiua 2.Regum 19
conuulnero Iob 16
Cophinus 4.Re.10. Psal.80
coprian Lucæ 13
copulo Iudicum 3
cor Psalmo 130
coram Exo.40. 4.Esdræ 8
corbon Matthæi 27
cordatus Iob 34
coriandę. Exo.16.Num.11
coriarius Actorum 9
corrigia Marci 1
corinthus 1.Corinthi.1
contristari 2.Corinth.2
corneus Psalmo 97
cornipeta Exodi 21
cornu Psalmo 43
cornutus Exodi 34
corona Psal.20. Prouer.12
corono Psalmo 102
corpus mortis Rom.7
correctio Iudith 11
correptio Tobiæ 3
corrigo Hester 8
corripere Leuitici 26
corripior Psalmo 89
corroboro Psalmo 102
corrodo Exodi 9
corrumpũt mores. 1. Cor. 15
corruptela 4.Esdræ 6
corruptor in prologo super epistolas Canonicas.
cortina Exodi 26. Iudith 14.
corus Nume. 11. 3.Reg. 4
coruscans Lucæ 17
coruscare Exodi 40
coruscus 4.Esdræ 10
cosymbe Exodi 28
cosmocrator Ephesi.6
cosmos Iacobi 3
cottidianum Matth.6
coturnix Num.11.Psal.104.
cous Actorum 21
coutor Iohannis 4.
crabro Iosue 24.
cranium

Cranium Esaiæ 3
Crapulor Psalmo 77
Cras moriemur 1. Corin. 15
Crassitudo Iob 15. Psal. 140
Crassus Gene. 41. Deut. 31
Crater 1. Esdræ 8. Canti. 7
Cratera Exodi 24. Num. 4
Craticula Exodi 27
Cratistos Actuum 23
Creagra 2. Para. 4. Hiere. 52
Creare Genesis 1
Crebro 4. Regum 21
Creditor 4. Reg. 4. Esai. 50
Creditus Leuit. 6. Rom. 3
Credo Psalmo 115
Crœsus in epistola ad Paulinum cap. 6
Cremium Psalmo 101
Crepido Exodi 2. Leuit. 2
Crepusculum 2. Regum 2
Cretes Actorum 2
Creta 1. Macc. 10. ad Tit. 1
Cribro 2. Reg. 22. Dani. 14
Criminator Leui. 19. 2. Ti. 3
Criminatrix ad Titum 2
Crypta Esaiæ 2
Crispans Esaiæ 3
Criticus Hebræorum 4
Crystallus 1. Para. 47
Crocodrilus Leuiti. 11
Crocotulæ vestes Canti. 4
Crocus Cantico. 4
Croton Psalmo 77
Cruciatio Sapientiæ 6
Cruciamentum 4. Esdræ 6
Crudus Exodi 12
Cruor Nume. 32. 3. Regū 2
Crustula Exo. 29. 3. Reg. 14
Ctesiphon in prefatione ad Desyderium & Amos 6
Cubare Genesis 19
Cubicularius Iudith 12
Cubiculum Tobiæ 3
Cubile Hester 14
Cubitus Gene. 6. 2. Para. 3
Cucumer Numeri 11
Cucumerarium Esaiæ 1
Cudere in præfatiõe Iosue.
Culeus Esaiæ 37
Culina Ezechielis 46
Culmus Gene. 41. Osee 8
Culter lapideus Iosue 5
Cultor Iob 13
Cultrix Acto. 19
Cultus Exodi 33
Cum apparuissem Acto. 21
cum stomacho loqui in epistola ad Paulinũ capite 6
cunctatio Hester 4
cunctor Numeri 22
cuneus Deut. 20. Nume. 2
cunus Lucæ 2
cupido 2. Paralipo. 19
cupitus Prouerbiorum 7
curatores ad Galatas 4
curia 1. Macchab. 8
curiositas Numeri 4
curiosus 4. Esdræ 9. Eccĩ 3
cursim Esaiæ 10
curule 3. Regum 4
custodes domus ad Titũ 2
custodia 1. Paralipo. 26
custos Exodi 34

DAbir Genesis 22
dactyli in psati. Iob 1
dadan Ezechiæ 27
dag gadol Ionæ 2
dagon Esaiæ 46. 1. Macc. 11
dalila Iudicum 16
dalmanutha Marci 8
damar Actorum 17
damaris Ibidem
damascus Gen. 14. Esa. 17
damascck 2. Corin. 11
damnatio Actorum 25
damula Prouerbio. 6
dan Gene. 39. Hieremiæ 4
daniel Danielis 1
danista Eccĩ 29. Lucæ 7
daphnis 2. Macchab. 4
dare dextras 1. Maccha. 6
dare manus Thren. 5
darius Daniel. 6. Aggæi 1
datan Psalmo 105
datheman 1. Macchab. 5
datum Ecclesiastici 1
dauid 1. Reg. 22. Psalmo 1
deambulatorium 3. Reg. 7
debacchor Iudicum 20
debbora Gene. 24. Iudic. 4
debilis Matthæi 18
deblaun Osee 1
deblata Ezechi. 6
decachordum Psal. 91
declauo Nehe. 13. 1. Cor. 11
decanus Exodi 18
decapitare Matthæi 14
decapolis Matt. 4. Marci 5
decerno Nume. 6. Prou. 8
decerpo Iudicum 14
decet Psalmo 64
decido Iudith 14
decima Exodi 22
decipula Iob 18
decliuis Iudicum 19
decollare Matthæi 14
decor 1. Para. 1. Psal. 92
decorticare Genesis 30
decorum 1. Paralip. 5
decorus Gene. 24. 2. Reg. 1
decrepiti 2. Paralipo. 56
decretũ. 1. Re. 27. & 3. Reg. 8
decurio Marci 15. Luc. 23
decursus Psalmo 1
dedecus Eccĩ 3. 2. Corin. 4
dedan Hieremiæ 25
dedicatio Numeri 7
dedicatus 1. Paralip. 25
dedico Deut. 20. 2. Paral. 7
dæmoniades Iacobi 3
dęmoniõ. 2. Para. 11. Psal. 95
deesis 1. Timoth. 2
defœcatus Esaiæ 25
deferueo Hester 2
deficio Psalmo 83
deforis Genesis 7
deformatus. Nu. 17. 2. Co. 3
defossum in præfat. Iohan. & prologo Apocalyp.
defraudo Ecclesiastici 14
defricare Leuitici 6
defugat in argumẽ. Hiere.
defunctio Ecclesiastici 1
deglutio. Psal. 105. Eccĩ 23
deiero 1. Reg. 20. Eccẽs. 9
deinceps Gene. 42. Eccẽs 9
de industria. Iob 34. Hier. 38
delatio Hester 12
delatura Ecclesiastici 26
delear Danielis 6
delegare 3. Reg. 11
delibor 2. Timothei 4
delibutorium Amos 6
delibutus Ibidem
delictum Psal. 21. Gala. 6
delinio 2. Paralip. 24
delino Genesis 34
delinquo Iob 33. Psalmo. 33
delyramentum Luc. 14
delonge Esaiæ 10
delos Osee 3
delphines Iacobi 3
delubrum 2. Parali. 34
deludo 2. Paralipo. 32
demas Coloss. 3
de mendacio extructo, in epistola ad Desyderium.
demeto 3. Reg. 16. Iob. 24

deme-

Demetrius 2. Mac. 2. Act. 19
Demissus 3. Regum 21.
Demo in Marci prologo.
Demolio 3. Esdræ 4
Demolior 1. Regum 15
Demophon 2. Macchab. 12
Demoror Ecclesiastici 17
Demosthenes in p̃fat. Esaiæ
Demosthenis dictum in epistola ad Paulinũ capite 2
Demum Nu. 19. 2. Macc. 6
Denarius Matthæi 20
Deuoto Ecclesiastici 19
Densus Exodi 9. Habacuc 2
Denudo Esaiæ 47
Deo gratia 1. Corinth. 15
Dorsum Psalmo 128
Depascor Exodi 22
Depastus Psalmo 79. Esaiæ 3
Deperire 2. Regum 13
Depopulatio Mich. 2
Depopulator Esaiæ 21
Depopulor Numeri 31
Depositũ Leui. 6. 1. Tim. 4
De post fœtantes Psal. 77
Deprauare 2. Petri 3
Deprauo Prouerb. 10
Deprecatio Psalmo 6
Deprecor 2. Paralipo. 6
Derben Actorum 14
Derbeus Actorum 20
Derco Apocalypsis 12
Derepente 2. Paralipo. 29
Derideo Lucæ 16
Deripio Esaiæ 10
Discerpo Marci 1
Descriptio puinciarũ Ez. 27
Desæuio Num. 16. Iosue 22
Desiderium Psalmo 20
Desidero Psalmo 111
Designo Lucæ 10
Desilio Iudicum 4
Desino Gene. 18. 2. Para. 16
Desolatorius Psalmo 110
Desolor Psalm. 78. Esaiæ 6
Despicio Psalmo 53
Despõdeo Exo. 21. 2. Co. 11
Desponsa Lucæ 1
Desterno Genesis 24
Destinatus Hester 16
Desudo in præfatio. Prou.
Desuper Tobiæ 3
Deterreo Iob 11
Detestor Hester 14
Detractor Prouerb. 14
Detraho Psalmo 37. & 100
detrimentũ Eccĩ 20. Mat. 16
deturpo 1. Corinth. 1
deuirgino Eccĩ 20
deuito 1. Timo. 4
deuoluo Genesis 29
deuorator Lucæ 7
deuoro Exodi 9. Esaiæ 1
deuotare Prouerb. 20
deuotatio 3. Regum 8
deuouere Actorum 23
deuteronomiũ Deu. 1. & 17
dextrale Exod. 35. Nume. 31
dextrariolum Iudith. 10
diabole Apoca. 12
diabolus 3. Regum 21
diaconus Philippen. 1
diadema secũdo. Regum 1
diadeo Apocalyp. 12
dialectici in epistola ad Paulinum capite 6
dialectus in præfat. Danie.
dialogus in secunda præfatione Paralipomenon.
diametron Ecclesiastici 33
diana Actorum 19
diaphanum Apoca. 21
diastrophe Osee 2
dibon Esaiæ 25
dibre haiomim, in prologo Galeato, & in prima præfatione super Paralipome.
dictio 2. Macchab. 2
dice Actorum 25
ditio Genesis 37. Nume. 21
dicto obedire ad Titum 3
didacticon 2. Timo. 2
didascali 2. Timoth. 4
didymus Cant. 4. Ioan. 11
didrachma Matthæi 17
diem de die 2. Petri 2
diffamo 3. Esdræ 4. Luc. 16
differre Leuitici 6
digero 1. Reg. 1. 2. Parali. 20
digestus Danielis 5
digitus Exodi 8
digno Tobiæ 12
dĩ Exodi 21
dilabor 1. Regum 13
dilatare Genesis 9
dilato Prouerb. 18. Esa. 54
dilectus ad Philemo.
diligenter 1. Thessa. 5
diligo Psalmo 114.
diluesco. 1. Reg. 29. 4. Re. 10
diluculo Iob 8. Psal. 107
diluculum Exod. 8. Iosue 6
diluuium Gene. 7. Psal. 28
dimensum Lucæ 12
dimensus est Ecclesiastici 1
dimicare Deuteronomiũ 20
Numeri 10
dimidius Ecclesiasti. 29
dimittere Matthæi 1
dimon Esaiæ 15
dina Genesis 30
dinastes Actorum 8
dionysius Areopa. Acto. 17
diopetes Actorum 19
dioscorus 2. Macca. 12
diospolis Ezechi. 30
diotrephes 3. Ioan. epistо.
diphthera Zaccha. 5
diplois Psalmo 108
dipsas Deuterono. 8
directum Psalmo 25
direptus. Esaiæ 42. Baruch 4
dirigo Psalmo 28. & 100
dirigor Psalmo 140
diripere Esaiæ 10
dirumpo Psal. 115. Esai. 64
diruo Numeri 16
dirus 2. Macc. 9
dirutus Nahum 2
discalciatus Esaiæ 20
disceptatio Roma. 14
discepto Iudicum 12. Iob 31
discerno Psal. 42. 1. Esd. 10
discessio 2. Thessalo. 2
discinctus 3. Regum 20
disciplina Prouerb. 8
disciplinatus Iacobi 3
discolor Hieremiæ 12
discolus 1. Petri 2
discophorus in præfa. Dan.
discretor Hebræorum 4
discrimẽ. Iudic. 5. Hester 11
discriminale Esaiæ 3
discriminare Iudith 10
discubitus Ecclesiastici 41
discus Matthæi 14
dysenteria Esa. 13. Acto. 18
disertus in præfatio. Esaiæ.
dispendium Prouerbi. 27
dispensator 3. Reg. 18
dispertio Esaiæ 53
dysphemin 1. Thessa. 1
disseco Actorum 7
dissensio Hester 13
differo in præfatiõe 2. super Psalterium.
dissertitudo Esaiæ 33
dissipo Gen. 9. Psal. 32

distan-

Distantia Deut.1. Eccl.6
Dystychin 1. Thess.1
Distillo Cant.4.
Dissutus Leui.13
Dithalassus Acto.27
Diuersoriũ Exo.4.Hiere.9
Diuerto Gene.19
Diuinatio 4.Reg.17
Diuinitus Eccle.49
Diuinus Esai.44.Hiere.27
Diuscuron Acto.28
Diuulgare Hester.1
Doch 1.Macc.16
Docibilis Ioan.6
Docilis 3.Reg.3.& Ioan.6
Dodanim Esaiæ.21
Doech 1.Reg.22
Dogma Hester.4. Iob.13
Dolatus 3.Reg.6
Doleo 1.Reg.22
Dolo & dolio Deute. 10. Osee.6.
Dolosus Malachi.2
Doma 2.Reg.5. Proue.21
Domesticus Esaiæ.3
Domicilium Psal.101
Dominator Esaiæ.3
Domini Tyranni, in epistola ad Paulinum cap. 4
Dominor Eccli.17
Dominus videt Genes.22
Domus Psal.117. Lucæ.1
Domus exasperãs Eze.2
Domus idoli Amos.7
Dona Lucæ.20
Donec Psal.104.Mat.1
Donum Leuiti.6
Doram 1.Maccha.15
Dorcas Marc.5
Dorix Eccli.24
Dormito Psal.120. 2.Pet.2
Dos Genes.34
Dositheus 2.Macc.12. Hester.11.
Dothaim 4.Reg.6
Drachma Nehemiæ.7.Lucæ.15.
Draco Exo.7. Psal.73
Dracontium Apoc.12
Dragma Psal.125.Lucę.25
Drama Nehemiæ.7.Lu.15
Dramaticus Nehe.7
Dromades Esaiæ.59
Ducatus Eccli.7. Mat.15
Ductile Exod.25. Psal.97
Ductilis Num.8
ductus Ezechiel.17
dudũ in argumento Hieremię & in pfatiõe Actorꝝ.
duæ gentes Ezech.35
duæ semis tribus Num.34
duæ virgæ Zaccha.11.
duma Esaiæ.21
dumtaxat Leuit.14.&.21
duo & ambo Iosue.3
duplicia Esaiæ.40
duplico Eccli.42
dura Daniel.1
dura ceruix Acto.7
durachon Esai.33
durius agam 2.Cor.13
dux 1. Paralipp. 7. Matthæi.2

EAdem vocabula, in præfatione secunda super Paral.
Eadem 4.Reg.10
Ebenus Ezechi.27
Eber 1.Parali.1
Ebibo Iob.6
Ebion in prologo quatuor Euangeliorum.
Ebullio Ezodi.8.Prou.15
Ebur 3.Reg.22
Echathana Iudith. 1. 1.Esdræ sexto.
Ecclesia Nume.20.Psal.149
Ecclesiastes Ecclesiast.1.& in prologo Galeato.
Ecce Psal.133
Ecce virgo Matth.1
Echidna Acto.28
Echo Sapien.17
Etiam Philip.4. Apocal.1
Econtra Exo.34. 4.Regũ.2
Econtrario 2.Cori.2
Ecstasis Acto.3.&.11
Ecthetas Ezechi.91
Ectroma Num.12
Edaphizin Lucæ.19
Eden Gene.4.Esaiæ.37
Edico 3.Esdræ.5
Edictum 1.Esdræ.7
Edissero Matthæi.13.&.15
Edoceo Psal.24
Edom Esaiæ.63. Abdiæ.1
Educo Exodi.3.Psal.22
Edulium Gene.25.Leui.7
Effœminatus 3.Re.14.Esa.3
Effero 2.Paral.34. Psal.82
Efficax Eccle.9.
Effigies Marci.16
effloreo Psal.102
effodio 2.Paral.26
effor Psal.93.Prouer.18
effrem Ioannis.11
effringo Gene.19.Iudith.2
effugio Iob.1
Effundo Psalmo.141
egenus Iob.5. Psalmo.85
Egere Psalmo.33
egero 2.Paralip.21
egestus Deuteron.23
egredior Genesis.24
egregius 1.Paralip.12
egroto Esaiæ.38
euilath Genesis.2
eiulatus Hester.4
eiulo Genesis vigesimo septimo.Iob 35
elaboro, in præfatiõe Lucę.
elamitæ Actorum.1
elangueo Nahum.1
elassa Hieremiæ.29
eleale Esaiæ.15
eleazar Leuitici.10
eleazarus 1.Macchab.6
electrum Ezechiel.1
eleemosyna Tob.2.Eccle.3
elegans Exodi.2. 2.Reg.14
elementa in plogo Galeato
elementum Galat.4
elenchus Hebræorum.11
elephas 1.Macchab.1
eleuo Exodi.7.Ezechiel.11
eleutherus 1.Macchab.11
eliachim Iudith.4
eliakim Esaiæ.22
elicio Prouerbiorum.30
elido 4.Regum.8. Eccle.1
eliezer Exodi.2
elich Lucæ.3
elim Esaiæ.15
elimais 1.Macchab.6
elymas Actu.13.
elimelech Ruth.1
elingo Baruch.6
eliphas Iob.2
elisa Ezechielis.27
Elizabet Lucæ.1
elle hadbarim Deutero.1
Elolatus est, in pfa. 12. prophetarum.
eloi Marci.15
elongo Psalmo.70
eloquens Exodi 4
eloquor Acto.2
elucido Ecclesiast.24

Elul Nehemiæ.6. 3.Reg.6
Emachuel 1.Macchab.11
Emano Iacobi.3.
Emarceo Esaiæ.21
Emath Iosue.13
Emaus 1.Macchabæ.3
Emergo Genesis.41
Emigro Psal.51
Emineo Exodi.38
Eminus 5.Regum.20
Emissarius Leu.16.1.Reg.22
Emissio Baruch.2
Emmanuel Esa.7.Matth.1
Emmet Hieremi.20
Emola 3.Esdræ.1
Emollio 2.Paralip. 34
Emolumentum Eccles. 4. Malachiæ.3
Emortuum Romanor. 4
Emplastrum Sapientiæ.16
Emptitius Genesis.17
Emunctorium Exodi.23
En 2.Paralip.18.Hester.7
Enalion Iacobi.3
Encænia Ioannis.10
Enchiridion in præfati. secunda Psalterij.
Endor Psalmo.82
Energia 1.Corinth. 12
Engaddi 1.Regũ.24.Can.1
Engallim Ezechiel.47
Ennon Hiere.7.Ioannis.3
Enoch Genesis.5
Enon Esaiæ.47
Enos Genesis.4
Enotisasthę ī p̄fatio. Iohelis
Enteuxis 1.Timoth.2
Enthusiasmus Esaiæ.12
Epaphras Colossen.1
Epaphroditus Philip.1
Eparches Actorum.25
Eparchia Actorum.25
Eparchiotes Actorum.25
Ependima Osee 3
Epænetus Romano.16
Epha Esaiæ.60
Ephœbus 1.Maccha.4
Epesus Ephesio.1
Ephi Leuitici.5.1.Reg.17
Ephod Exodi.25.1.Paral.15
Ephraim Gen.41.Psal 59
Ephrata Genes.35. Psal.131
Ephron Genesis.23
Epiblema Matth.9
Epicuræi Actuum.17
Epinicion 2.Maccha.8
1.Paralip.15.
episcopatus Psalmo.108
episcopus in p̄fatiõe Tobiæ
epistantes Actuum.17
epistemon Iacobi.3
epistyliũ 2.Paral.4.3.Reg.7
epistola Hester.8
epithalamium Cantico.1
epitome in epistola ad Paulinum capite. 6
epiusion Matt.6
epomis Osee.3
epphatha Marci.7
epulans 3.Esdræ.7
epulari Deutero.12
epulæ Tobiæ.8
epulum Numer.10
equester Hieremiæ. 12
equidem Hieremiæ.33
equitatus Deute.17
eradico Eccle.3.Lucæ.17
erado Sapientiæ.13
erastus Romano.16
erat moriturus Lucæ.7
e regione Gene.16.Deu.27
eremus Deuter.1.1.Para.5
ergastulum Exodi.6.Hieremiæ. 37
ergo Sapientiæ.7
ergone 3.Regum.8
erigeron in præfatione Ezechielis.
erinatius Psalmo.103
eripio Psalmo.139
erubesco 4.Regũ.3.Eccl.41
eructo Psalmo.18
erudio Deuter.8. Prouer.9
eruditus Esaiæ.50
eruere Iudicum.9
erumpo Esaiæ.58
eruo Psalmo.32
eruor Prouerbio.2.
erutus Leuitici.13
Esaias Esaiæ.
esca Matthæi.3
esdras 1.Esdræ.1
esdris 2.Macchabæo.12
esebon Iosue.12.Cantic.7
esoptron Sapientiæ.7
esra 1.Esdræ.7
essattha Danielis.6
essei Matthæi.16
est est, non non. Matthæi.5. Iacobi 5
est,& non 2.Corin.1
esto Genesis.31.2.Corin. 12
etenim 2.Paralip.20
et euenit sermo 2.Regum.3
ethai 2.Regum.18
ethan Psalmo.73
et Hebionitas, in præfatio. Esdræ.
ethnearches,in præfatio.Esaiæ.
ethnearchia in eadẽ p̄fatio.
ethnicus Matthæi.5
etymon in p̄fatiõe Danielis
et q̄druplex in epistola ad Paulinum capi. 6
et tulit vir inaurem Ge.24
euaginare Leuit.26.Iud.9
euaneo Matthæi.5
euangelicus in præfatione Hieremiæ prima.
euangelista Esaiæ.42
euangelium in prologo 4. euangeliorum.
euãgelizo Psal.67.Esaię.40
euangelizor Matthæi.11
eubulus 2.Timoth.4
eucharis Ecclesi.6
euello Psal.128.Hieremię.1
euenit 1.Esdræ.8
euentus Gene.41.2.Reg.11
euerto Lucæ.15
euge Psalmo.34.& 69
eupator 2.Macchabæo.6
euphratæus Ruth.1
euphrates Deute.1.2.Paralipome. 35
eupolemus 2.Macchab.4
euicino Deut.19. Hiere.23
euilmerodach 4.Regum.25
euito Prouerbiorum.17
eumenes 1.Macchabæo.8
eunica 2.Timoth.1
eunuchus Deuteronom.23 4.Regum 20
euoco Prouerbiorum.27
euodia Philippens.4
euomo Leuiti.18
euroaquilo Actorum.27
eurus 4.Esdræ.15
eusebia 1.Timoth.2
eusebius Ezechiel.33
euthymi Actorum.17
eutychus Actorum.20
eutrapelia Ephes.5
ex abundanti est 2.Corin.9
exactio Nehem.10
exacerbo Psalmo.9
exactor Exodi vigesimo secun-

cundo.Zachariæ 9
Exacuo Psalmo.63
Exacutus Ezechiel.21
Ex aduerso Ezechi. 13
Exagito 1.Regum.16
Exaltare Ioannis.3
Exaltatus Psalmo.130
Exalto Psalmo.29
Examen Iudicum.14
Examinatus Hester.15
Exanguis 2.Macch.14
Exanimus Iudicum.5
Exarare Iob.19
Exaratum Danielis.5
Exardeo Psalmo.2
Exareo 3.Regũ.13.Psal.128
Exaro Esaiæ.23
Exaspero Psal.65. Eccli.4
Excæco Exodi.23
Excedo Iob.42
Exceptorium Eccle.39
Excerebro Esaiæ.66
Excessus Lucæ.9
Excessus mentis 4.Esd.13
Excido Iudith.3 Prou.9
Excido Deu.4. Eccli.14
Excidor Romano.11
Excoquo Esaiæ.1.&.48
Excorio Micheæ.3
Excors Eccli.6
Excubare Numer.18
Excubiæ 4.Regum.11.
Excubo Exo.38.Numeri.3
Excutio 1.Regum.30
Excusatio Ioannis.15
Excussus Psalmo.126
Execrabilis Eccli. 10
Execratio 2.Par.15.3.Esd.7
Execramentum Eccli.15
Execror Psalmo.55
Exedra 1.Para. 9. Hiere.35
Exegematicus Nehemię.7
Exemplar 4.Reg.16.Tob.1
Exentero Tobiæ.6
Exeqæ Gen.50.2 Paral.21
Exerceo 2.Paralip.24
Exæreta Danielis.10
Exæreton Matt.6
Exerro Sapientiæ.12
Exæstuo Marci.7
Exhaurio Numeri.5
Exhilaro Psal.103.Prou.15
Ex hoc 2.Corint.5
Exhortatio 2.Cor.1
Exigo Exodi.5
Exilio Tob.2.Act.14
exinanio Psalmo.136
exinanitio Psalmo.74
exinanitus Romano.4
exinde 3.Esdræ.6.Ioã. 19
existimo Psalmo.72
exodus Exodi.1
exorcista Actu.19
exorcizo Matthæi.26
exordium,in prefatio.terti. Psalte.
exossare Hieremiæ.50
exostoas Ezechiel.41
expando Psalmo. 142
expaueo Genesi.27.Tob.7
expectans Lucæ.23
expeditio Iudith.2
expedit Iob.15
expediti Deu.3.Esaiæ.15
expensa 4.Regum.12
expergiscor Hiere.51
experimẽtũ Hest.3.2.Cor.13
experior Iudicum.2
expers 3.Esdræ.4
expeto Num.31. Iudic.15
expiatio Num. 9.Nehe.12
expiare Leuitici.16
expio Exodi.29
explano Deuterono.1
exploratores Iudith.10
exploro Genesis.42
expostulo Gen.20. 1.Mac cha. 15
exprobrans Psalmo.43
exprobro Nehe.6.Mar.16
expugnare Psalmo.128
exquisitum opus Psal.110
ex quo Iob.20
exta Ezechiel.21
extales 1.Regum.5
extemplo Num.30.Prou.6
extendo Psalmo.124
extenuare Exodi.34
exterminium Sapientiæ.1 1.Macchab.7.
extermino Sap.11.Matt.6
externus Numer.2
exterus Num.18. Sapi.12.
extimesco Eccle.7
extollentia Eccle.23
extrico Tobi.6
extruo 4.Regum.25
extunc Psalmo.75
exul Numer.35
exulto Psalmo.50
exuro 1.Paral.14 Eccle.43
exustio Esai.64
ezechias 4.Reg.20. Osee.1
ezra 2. Macchab.8
FAber Marci.6
fabrefactio Exodi.31
fabricatores mẽdacij Iob.13
fabrico Exodi.4.Iob.34
fabula Tobiæ.3
facetia Ephesiorum.5
facere horam Matt.20
facere 3.Regum.18
facies Psalmo.12. &.81
facile Sapientiæ.19
facinus Iosue.7
factio Amos.6
factura. Psalm.61. Ephe.2
facula Eccli.48
falcatus Iudicum.1
falsarius in præfatione.2.super Iob.
falsiloquus Iob.16
falx Deuterono.16
fames 2.Para.9. Psal.58
familia 1.Paral.7.Lucæ.1
famosissima solis mensa, in epistola ad Paulinũ ca.1
far Leuitici.2
farcio Ezechiel.30
fascia Esaiæ.3
fasciculus Cantico.1
fascinare Gala.1
fascinatio Sapientię.4
fascis in præfatio.Esdræ.& Nehe.
fasti 1.Paralipo.27
fastigium 2.Regum.18
fatui ficarij Hieremiæ.50
fatuus Esaiæ.32.
faucilla. Gene.19.Leui.6
fauus Prouerbio.5
fauus mellis Lucæ.33
faux Iob.12.&.33
fax Iudicum.15
fœderatus 3.Regũ.20
fœmen Deutero.28
fœminalia Exodi.28
fœmur Gen.47. Ezec.24
fœnerator Psal.108.Luc.7
fœnero Deutero.28
fœneror Eccles.29
fœnũ Psal.101. Ioannis.6
fœtus Gene.32.1.Reg.6
felethi 1.Paralip.18. 3.Regum.1
felis Sapientiæ.14
fenenna 1.Regum.1
fenestram aperire Hier.22

Ferculum Canticorum.3
Feretrum 2.Regum.3
Feriatus 2.Macchabæ.5
Feriæ Leuitici.23
Ferio Deuterono.29
Ferme in præfatio.ſuper Eccleſiaſten
Fero Hieremiæ.28
Ferre vterum Matthæi.1
Ferus Sapientiæ.14
Feſtinato 2.Paralip.26
Feſto mediante Ioannis.7
Feſtuca Matthæi.7
Feſtus Tobiæ.2. Pſalmo.75
Fex Pſalmo.74
Fiat.fiat Iudith.10. Pſal.40
Fibula Exodi.26.1.Mac.10
Ficetum 1.Paralipome.27. Amos 4
Fictiles & le. Leuit.6.4.Regum 3
Fictio Sapientiæ.7
Fictor Amos.7
Fictus Sapient.1
Fideliter in tertia Ioan.epiſ.
Fideiuſſor Prouer.20
Fiducia 1.Ioannis.5
Fiducialiter Eſai.12
Figmentum Pſal.102.Ro.9
Figo Nume.33
Figulus Sapienti.15
Figura in prologo Galeato & Sapient. 18
Filij Ammon Ezec.25
Filij Dauid Matth.1
Filij diffidentiæ. Ephe.2
Filij hominum Pſalmo.4
Filij Sadoch Ezechiel.44
Filiolus 1.Ioan.2
Filius perditionis Ioan.17
Filius ſaltus 1.Paralip.20
Fimbria Nume.15. Matt.9
Fimus Ezechielis.4
Finitor Zacchar.2
Finis 1.Timoth.1
Firmamentum Geneſis.1. Pſalmo. 18
Firmo Pſalmo.92
Fiſcella Exodi.2.& in præfatio.in Iob.ſecunda.
Fiſcus 1.Eſdræ.7
Fiſſura Eſaiæ.2
Fiſtula Iob.40. 2.Regum
Fixura Ioannis.20
Flabellũ in pſa. Iob.ſecũda
Flaccens Eſaiæ.19
flaccus in pfatio.Iob.prima
flagellũ Pſal.37.Nahum.3
flagitium Gene.44
flagro Numero.11
flagrum 2.Macchab.7
flatus Eſaiæ.57
flaueſcere Prouerb.22
flauus Leuitici.13
flecto in oratione Manaſſe
fluctuatio Pſalmo.54
fluctuo ad Epheſios.4
fluctus Iob.9
fluentum Ioſue.3
flumen Pſal.64.& 136
fluo Pſalmo.96
focarius 1.Regum.8
folliculus Exodi.9
fomes Geneſis.37.Nu.28
fons draconis Nehem.2
fons patens Zacch.13
for faris Eſaiæ.59
foras Geñ.15. Pſalmo.40
forticeps Exodi.27
fores Iudicum.16
forcices Exodi.27
forinfecus Nume.15.3.Re.6
formella 1.Regum.17
formido Iob.13
fornux Geneſis.19
fornicari 1.Corinth.5
fornicarius Eccli.19
fornicatio Numeri.14
fornicor Leuit.20. Iudic.2
fornix 1.Reg.15.Prouer.20
forpices Exodi.27
forſitan Pſalmo.54.Ioan.4
fortẽ,nõ fontẽ Pſalmo.41
foſſa Tobiæ.8
fotus Eſaiæ.1
foueo 3.Regum.1
Fractura Hieremiæ.30
Fragmen 1.Reg.30.Can.4
Fragor 1.Regum.7
Fragrare Cant.1. Gene.27
Framea Pſal.9. Zacch.13
Fraudo Actorum.5
Fremeo Pſalmo.2.&.111
Frendeo 3.Regum.21
Frequentia Nume.16.Nehem.4
Frequens Gen.45.2. Par.30
Frigo 1.Paral.9. Hiere.29
Frondoſus Deute.12
Frons Hieremiæ.3
Fruges Nehe.9
Frugi Eccli.31
fruor Num.3. Heſter.15
fruſtra Nehem.2
fruſtro Iob.40
fruſtum Exodi.29
frutetum Eſaiæ.7
frutex Eccli.3
fucus Sapient.15
fuga Pſalmo.141
fugitiuus Num.35.Ioſue.20
fulcra 3.Regum.10
fulcio Canticorum.2
fulgor 2.Reg.22.Pſal.17
fulgurans haſta Nahum.3
fulguro Iob.20
fullo 4.Reg.18.Eſaiæ.7
fuluus Geneſis.30
fumarium Oſee.13
fumo Deuterono.29
fumus Pſalmo.101
funda 1.Paral.12.1.Reg.17
fundamen Pſalm.81
fundere preces Baruch.1
fundibularij 4.Regum.3 Iudith 6
fundibulum 1.Macchab.6
funditus Ioſue.6.4.Eſd.16
fundo 1.Paralip.28
funebris Deut.26
fungor Exodi.28.1.Par.24
funiculus Heſter.13
fumus Gene.23.Nume.6
fur Eccli.5
furnus Nehem.3
furo Oſee.7
furor Eſaiæ.12.Pſalmo.6
fuſcina Exodi.27
fuſcinula 1.Reg.2.1.Par.28
fuſcus Cantic.1
fuſile 2.Paralip.4.Iob.41
fuſorium Zachariæ.4
fuſorius Exodi.32
fuſus 2.Reg.3

GAba 1.Reg.7
Gabaa Oſee.5
gabaon 3.Reg.3. Eſaię.28.
gabbaa 1.Regum.7
gabbatha Matthęi.27
gabelus Tob.1
gabriel Lucæ.1
gad Geneſis.30
gadditis Ioſue.1
gaius Romano.16
galaad Hier.8.Cant.4
galaadithim 1.Macc.5
galatæ Galat.1
galatia 1.Macc.8.1.Cor.16

Galbanus Exo.30.Eccli.24
Galeatum principium,in p logo Galeato
Galgala Deut.11. Oſee.4
Galilæa Matt.2
Gallicantus Marci.13
Gallicinium Ibidem
Gallio Actorum.18
Gallogræcia 1.Macchab.8. 1.Corint.16
Gallus gallinaceus Eſai.22
Gamaliel Actor.5
Gammadim Ezech.27.
Gangrena 2.Timoth.2
Gannio Eſaiæ.10
Gareb Hieremiæ.31
Garizim 2.Maccha.5
Gaudimonium Baruch.4
Gaza Gene.10. Heſt.3
Gazara 1.Macchab.7
Gazaris 1.Macchab.13.& 16
Gazeus Ioſue.13
Gazeron 1.Macc.4
Gazer Ibidem
Gazophylacium Matt.27
Gebal Pſalmo.82
Gehenna 4.Eſd.2. Mat.5
Gelboe 2.Regum.1
Gelu Iob.37
Gemellus Canticorum.4
Gemini Geneſis.25
Gemitus Hieremi.45
Gemma Gen.40. Prou.17
Gemmarius Exodi.27
Gena Canticorum.1
Genealogia 1.Eſd.2. 1.Timot.1
Gener 1.Reg.18.Tobiæ.10
Generatio Eſa.38. 1.Ioan.5
Generoſus Sapientiç.8
Geneſis manifeſtiſſima,in epiſtola ad Paulinũ. ca.6
Geneſis Geneſis.1
Genezar 1.Macch.11
Genimen Pſal.64. Ezec.36
Genimina Matthæi.23
Gennema Ezechi.36
Geometræ in epiſtola ad Paulinum cap. 6
Geon,nilus,melo Gene.2
Gens Pſalmo.78
Geraris Geneſis.20
Geraſeni Mat.8. Marci.5
Germana in p̃fatio . Paralipome.
germanitas Zacch.11
germanus Philip.4
germen Eſaiæ.4
germinatus 1.Parali.5
gerreni 2.Macchabæo.13
gerſom Exodi.2
gerſon Ibidem
gerulus Ruth.4
geſen Geneſis.47
geſſemanim Eſaiæ.28
geſſur 2.Regum.15
geſtare Deuteron.1
geſtatorium 2.Macchab.9
geth 2.Reg.8.Amos.6
gethæus 1.Regum.5
getſemani Matthæi.26
gibber Leuitici.21
gibbus Eſaiæ.30
gibblĩ & gibelim 3.Reg.5
giezi 4.Regum.4
giganteus Numero.13
gigas Geneſis.7. Pſalm.18
gilon 2.Regum.15
gith Eſaiæ.28
glarea Iob.21
gleba 4.Eſd.2. Iob.28
globus Numer.16. 4.Re.9
glorioſus Pſalmo.86
gnarus Geneſis.25.3.Reg.9
gnidius Actorum.27
goatha Hieremiæ.31
godolia 4.Reg.25.Sopho.1
gog Ezech.38. Apo.29
golgatha Matthæi.27
goliath 1.Regum.17
gomer Eſaiæ.1
gomor Exodi.16
gozan 4.Regum.17.Eſa.37
græcia Ezechi.27. Zacc.9
gramma Lucæ.16
grammateus Eccli.10. 1. Corinth.1
grammatici in epiſtola ad Paulinum.cap. 6
grandæuus 1.Regũ.4
grande fœnus ĩ p̃fat.Ioſue.
grandis Ioſue.24
grando 4.Eſd.15.Iob.38
granum 4.Eſd.4. Mar. 4
groſſor 2.Regum.24
gratia Romanorum.1
gratias ago 2.Timo.1
gratifico Epheſi.1
gratis Nume.11.Pſal.34
gratuito Danielis.11
gratuitus 2.Re.24.1.Para.21
gratulari Tobiæ.11
gratulatio Philippen.1
grauiter accipere Gene.48
grauis Pſal.34.ad Titũ.2
gregatim 2.Macchab.14
groſſi Cant.2. Nahum.3
groſſus 3.Regum.12
gryps Leuitici.11
gymnaſia in epiſtola adPaulinum.cap. 6
gymnaſium 1.Mac.1.&2.4
gymnoſophiſtæ in epiſtola ad Paulinum.cap. 1
gyro Gene.30.Eccles.1
gyrus Exodi.30. 2.Reg.5
gubernaculum Prouerb.1
gubernare. Prouerbio.16
gubernator Ionæ.1
gurbaal 2.Paralip.26
gurges Iob.36.Eſai.48
gurguſtium Iob.40
gutta Pſalmo.44
guttur Pſalmo.149

HAazenu in præfatione Iohelis
habacuc Habacuc.1
habel Hebræorum.11
habena 3.Re.22. Nahum.2
habitudo Gen.41.2.Mac.15
habitus Heſter.15
habitus ſanctus ad Titũ.2
hadrach Zaccharie.9
haggæus Haggæi.1
hagiographa in plo.Galea.
hagios Apocal.10
halietos Leuitici.11
halitus 3.Reg.17.Iob.19
halleluia Tobiæ.13
haman Heſter.3
hamatus 1.Regum.17
han Zaccharie.6
hanes Eſaiæ.30
hanameel Hieremiæ.31
hananeel Ibidẽ,& Zacha.14
hara Iudicum.2
haran Eſaiæ.37
hariolor 1.Regum.15.& 4. Re.21
hariolus Leuit.19.1.Reg.28
harundinetũ Ioſue.16.Pſalmo.67
harundo Matthæi.11
haſer Ezechie.47
haſtile Exod.25. 1.Reg.17
haud Leuit.13.1.Timot.6
hauran Ezechie.47

Haurio Exodi.4. Eſaiæ.12
Hebdomas Geñ.29.Exo.34
Hebes in epiſt.ad Pau.ca.6
Hebetatus Ecclēs.19
Hebræi Hebræo.1
Hebron Geñ.13.1.Paral.3
Hæccine Deu.32.Thren.2
Hecyra Matthæi.8
Hædera Ionæ.3
Hæreditas Pſalmo.46
Hæreo Geñ.22
Hæres 1.Eſd.9
Hæreſis 1.Corinth.11
Hæreticus ad Titum.3
Hæſito Lucæ.9
Helchana 1.Regum.1
Helem Zacchar.6
Heli 1.Regum.1
Heli, heli Matt.27
Heliachim 4.Reg.18
Helias 3.Regum.17
Heliodōrus 2.Macchab.3
Heliopolis Geñ.41.Eſa.19
Heliu Iob.32
Helizeus 4.Regum.3
Helkeſei Nahum.1
Hellada 1.Macchab.8
Helleniſmus Daniel.13
Hema Matth.9
Hemath Eſaiæ.10
Hemath magna Amos.6
Hemorrhouſa Matthæi.9
Hennon 2.Paralip.28
Hœdus Eſaiæ.11
Hepar Threno.2
Hercules 2.Maccha.4
Heri Exo.21. 1.Paralip.11
Hericius Eſaiæ.14
Hermageddon Apocal.16
Hermagoras in epiſtola ad Paulinum cap. 6
Hermas Romano.16
Hermon Ioſue.12.Cant.4
Hernia Leuitici.21
Herodes Matt.2.Luc.23
Hērodiani Matth.22
Herodias Mat.14.Marci.6.Lucæ 9
Herodion Roman.16
Herodius Leuit.11.Pſal.103
Hermes Roma.16
Hermogenes 2.Timot.1
Heruca Iohelis.1
Heſter Heſter.1
Heſychius in præfatiōe quatuor euangeliorum
hethalon &c. Ezec.47
heu Ezec.6.Hieremiæ.4
heua Geñ.3. 2.Corint.11
hexameter in p̄fatione prima Iob.
hexapla in præfat. Eſdræ & Nehemiæ.
hexaplus in p̄fat.Iob prima.
hezechiel Ezechiel.1
hians 2.Macchabæo.6
hiberæ neniæ in præfatione ad Deſyderium.
hic Matt.12.Lucæ.11
hierapolis Coloſſ.3
hieratias Oſee.3
Hieremias Hieremi.1
hiericho Ioſue.2.Matth.20
hierichontinus Hiere.39
hieroboam Oſee.1
hieronymus 2.Maccha.12
herophanta Ezec.44
hieroſolyma Matt.2
hieroſolymita Eccli.50
hieruſalem Palmo.121
his itaq; geſtis Geneſis.22
hilarus Eccli.26
hilaſmos Pſalmo.124
himas Eſaiæ.5
hin Ezechiel.46. Exodi.29
hinnio Eccli.33.Eſa.10
hinnitus Iob.39
hinnulus Prouerb.5
hiram Rhei 3.Reg.7
hircus Leuitici.9
hirudo Prouerb.30
hirundo Tobiæ.2
hiſpania 1.Macchabæ.8
hiſpidus Geneſ.25
hiſtoria in p̄fatione Eſaiæ. & 2.Macchab.2
hiulcus 2.Macchabæo.6
hoc ſcio, q̄p neſcio in epiſtola ad Paulinum ca. 6
hodie Pſalmo. 94
holdai Zaccha.6
holocauſtoma 2.Paralip.2
holocauſtū Geñ.8.Exo.18
holofernes Iudith.2
holoſerica Apocalyp.18
homerocentones in epiſtola ad Paulinum ca. 6
homicida Actorum.3
homilia in præfatione ſecūda Pſalterij.
homo peccati 2.Theſſalonicenſ. 2
homo triū literarū Eccli.5
homonymos Exodi.2
homotechni Actorum.18
honorifico Pſalmo.138
hora Ioannis.16
Horatius in epiſtola ad Paulinum cap. 6
horeb Exodi.3.Pſalmo.105
horologia Eſaiæ.38
horrendum Sapientiæ.6
horreum Deutero.28
horripilatio Eccli.37
Horror Oſee.13.Iob.18
hortulanus Ioannis.20
hortus voluptatis Iohelis.2
hoſios Apocalyp.15
hoſpitalitas Hebræor.13
hoſtia Leuit.1.Roman.12
hoſtilis Leuit.26.Eſa.1
hoti Actorum.11
huc 4.Eſdr.3
huius em̄ & genus ſumus. Actorum. 17
huiuſmodi 2.Paralip.6
hulcus Exodi.9.& 2.Regum 20
humanum dico Roman.6
humilio Threno.5.Phil.2
humilis Heſter.15
humus Deut.13.Nehe.9
hus Gen.22.Iob.1
hyacinthinus Numer.4. Heſt. 1
hyacinthus Exodi.28. Canticorum 5
hyades Iob.9
hyalon Apocalyp.15
hyalurgus Ibidem
hybernalis Sapientiæ.16
hybernus 3.Eſdræ.9
hybridæ 4.Regum.5
hydra ſibilet, in præfatione Eſdræ.
hydria Gene.24.Ioannis.2
hydrops Lucæ.14
hyemo Eſaiæ.18. 1.Corinth. 16
hymenæus 1.Timoth.1
hymnus 2.Parali.7.Pſal.67
hyotheſia Epheſios.1
hyperacmos 1.Corinth.7
hyperaſpiſmus Pſal.143
hyperaſpiſtes Ibidem
hypocondria Eſaiæ.26
hypocoriſticum Eſaiæ.40
hypocrita Iob.8.Eccli.1

Hypodicos Roma.3
Hypopodion Psal.109.Matthæi 22
Hysωpus Exod.12.Leuit.14
IAboch Iosue.12
Iacio Genes.21.Ioan.8
Iacob Genesis.25
Iacωbus Iacobi.1
Iacobus Alphæi Lucæ.6
Iactantia Hieremiæ.48
Iactare Iob.18
Iaculum 4.Regum.13. 1. Macchab. 6
Iadasan Iudith.1
Iairus Marci.5
Iam Ioannis.5
Iam redit & virgo, in epistola ad Paulinum cap. 6
Iambri 1.Macchab.9
Iamnes 2.Timothei.3
Iamnia 1.Macchab.4
Iamnitæ 2.Macchab.12
Ianitor 1.Paralipome.9
Ianthina vestis Ezechiel.16
Iaphet Genesis.5
Iarcha in epistol. ad Paulinum cap. 1
Iasa Esaiæ.15
Iason Roma.16.Actor.17
Iaspis Exodi.28
Iasub Esaiæ.7
Iauan Esa.66.Ezechi.27
Iazer Esaiæ.16
Iberi Ezechiel.27
Iberia 1.Macchabæ.8
Ibex 1.Reg.24.Iob.39
Ibis Leuitici.11
Ichthys Ioannis.6
Iconium Actorum.14
Ictus Nume.35
Idaia Zachariæ.6
Idcirco 2.Paralip.16
Idioma in pfa. Iob.prima
Idiota 1.Corint.14
Idipsum sapere Philip.4
Idithum 1.Paralip.25
Idolæum 1.Corint.8
Idolium Ibidem
Idololatres 1.Corinth.10
Idololatria in præfatione super epistolas Paulinas
Idolothytum 1.Corint.8
Idolum Gene.31.Deuter.7
Idoneus 2.Corint.2
Idumæa Psalmo.59.&.82
Ieblaam 4.Regum.9
iebus Zacbhar.9
iechelia 4.Regum.15
iecur Leuitici.1.Thre.2
iedida Eccles.1
iehu 3.Regum.16
iemineus 2.Regum.29
ieris Genesis.13
ieschua Zacchar.9
iezrael Osee.1
iesu naue in plogo Galeat.
iesus naue Eccli.46
ietro Exodi.3
iezabel 3.Regũ.16
iezonias Ezechiel.8
ignauia Iosue.18
igniculus Esaiæ.30
ignitus Num.21.Nahũ.2
ignominia Esaiæ.47
ignoro Tobiæ.5
ignosco Iosue.24
ignotus deus Acto.17
ilex Esaiæ.44
ilia Leuitici.3
ilion 2.Regum.20
ilium Ibidem
illamentatus 2.Macc.5
illectus Iacobi.1
illex Esaiæ.44
illico Hester.7. Tobiæ.11
illisus Lucæ.6
illuc 4.Regum.9
illucesco Tobiæ.8
Illudentibus Iudæis in præfatione prima super Paralipomeñ.
illudo Prouerb.14
illumino Psalmo.26
illunis Eccli.43
illusor Prou.3.2.Petri.3
illustro Iob.3.Psal.30
illuuies Deutero.28
illyris Romano.15
imago Psalmo.72
imbecillis 2.Paralip.28 Nehe. 4
imbecillitas Roma.15
imber Iob.29
immaculatus Psalmo.118
immanis Iob.36. Tobiæ 6
immineo Deutero.11. 2. Paralip. 28
immitis Eccli.13
immitto Psalmo.33
imo Roma.3
immolare Genesis.31
immolatitia Actor.15
immunis Iudith.12.Eccli.16
impedatura 3.Esdræ.5
impœnitens cor Roma.2
impello Esa.25
impendiũ 3.Esd.6.Eccli.21
impendo Iudith.11
impensa Exodi.21
impensius in prologo sup epistol. Cano.
imperitus Iob.38
impero 2.Paralip.10
impertio Tob.1
impetigo Leuitici.21
impetus 3.Regum.22
impietas 4.Esdræ.4
impiger Prouerbio.6
impingens Esaiæ.62
impingo 4.Regum.11
impius 2.Paralip.19
implano Eccli.15
implere Matthæi.1
impolitus Deutero.27. 1. Esdræ 5
imponere Geñ.26.1.Re.28
importune Eccli.32
importunus 2.Thessal.3
imposterum Prou.29
imprecans Leuit.16.in oratio.Manas.
improbitas Lucæ.11
improbus Baruch.4
improperium Psalmo.68 Roma. 15
in,id est,per 2.Corinth.1
inalto Eccli.20
inambulo 2.Corint.6
inanis Gene.1.Psalmo.7
inaquosus Psalmo.62
inauris Exod.32. Prou.25
in calce in præfatione tertia Psalter.
incantans Psalmo.13
incantator Eccli.12
incaneo 2.Regum.12
incanto Exodi.7
incassum Deutero.32. Leuitici 26
incastratura Exodi. 26. & 35.
incedo Leuit.26
incensum Psalmo 65. Lucæ 1
incensus Exodi.29
in cœnaculo Sion, in epistola ad Paulinum.ca. 6

Incæstus Leuitici.18
Inchoatio Hebræorum.6
Incido Psalmo.7. Eccli.8
Incisiones in plogo Galeat.
Incisura Leuitici.21
Inclamo 3.Regum.13
Inclareo Exodi.19
Inclinata Lucæ.13
Inclino Psalmo.114
Incluſor 4.Regum.24. Hieremiæ. 24
Inclytum 1.Paralipo.29
Inclytus Deuteron.4. Prouerbi. 4
Incoinquinatus Sapientię.4
Incolatus Ezechi.19
Incolumis Tobiæ.6
Incommodare Psalmo.36
Inconcuſſus in præfati. ſuper epiſt.Paul.
Inconſutilis Ioannis.19
In cornu Eſaiæ.5
Incorruptio Epheſios.6
Incrementum Numer.31. 1.Corinth.3
Increpo Geneſis.37. Numer.10
Incubo Deuteronomij.22
Incudo Eccli.33
Incumbo Ioſue.22.Iud.3
Incuruatus in oratione Manaſſæ
Incuruo Pſal.68.Roma.11
Incus Iob.41.Eccli.38
Indefinenter Hebræo.10
India Iob.28
Indico. Exodi.33. Iudicum.11
Indictio 3.Regum.5
Indicus Ezechiel.27
Indigena Exodi.12. Leuitici.18
Indigere Nume.10
Indignor Matthæi.20
Indirectum 1.Regũ.6
Indoctæ fabulæ 2.Petri.1
Indoles 3.Reg.11.1.Para.12
Indulco Eccli.12
Indulgentia Eſaiæ.61
Indus 1.Macchab.8
Induſtria Exodi.21. Iudith.11
Induſtrie 2.Paralipome. 24.
Induſtrius 3.Regum.11
Inedia Iob.28
ineo Geneſis.31. Exodi.34
iners Eccli.18
in faciem reſiſtere Galat.2
infamis Prouerbiorũ.2
infantulus Leuitici.12
infectus Leuitici.13
infenſus Hebræorum.3
inferi Matthæi.16
inferior veſtri Iob.12
infernus Pſalmo.29. Baruch. 2
infero Geneſis.8. 2.Reg.9
inferre Romanorum.3
inferus Tobiæ.13
infitior Leuitici.6
infixus Pſalmo.9
infodio Geneſis.35
infœcundus Geneſis.30
in foribus eſſe Geneſis.4
infreno Eſaiæ.48
infremo Iob.16
infrunitus Eccli.23
infuſorium Zacchari.4
ingeniculans 3.Eſdræ.8
ingenium quaſi vinum probare, in prętatione ad Deſyderium.
ingens 2.Paralipome.1.Baruch. 3
inglorius Iob.12. Eſaiæ.52
ingraueſco Geneſis.45
ingruo Exodi.1
inguen 2.Regum.2
inhibeo 1.Eſdræ.5
in ictu oculi 2.Corinth.15
injcio Geneſis.39
inimicor Eccli.28
in immenſum 2.Corint.10
iniquitas Pſalmo.35
inire fœdus Exodi.23
initia 1.Regum.15
initiare Exodi.29
initiatus Nume.25. Leui.16
initio Pſalmo.105
initium ſacerdotis officium in epiſtola ad Paulinum capite. 4
initus Geneſis.24
iniuria Pſalmo.145
in neruo Iob.13
innitens Ezechiel.29
innitor Geneſis.28. Iob.15
innocens Geneſis.24
innoteſco Pſalmo.78
innouo Pſal.50. Eccli.36
innoxius Nu.14. 4.Re.24
inobedientes 2.Timoth.3
inolitus Leuitici.13
in omnia Tobiæ.13
inops Pſalmo.11.&.85
in orbem Iob.1
inordinate 2.Theſſalo.3
in poſterum Heſter.10
in præceps Deute.12
in præſentia 2.Paralip.18
in promptu habere 2.Corinth. 10
inquam Hieremiæ.40
inquilinus Leuitici.22
inquinamentum 2. Corinthi.7
inquino Eccli.13
inquiſitor 1. Corinthior.1
in reliquo 2. Timothei.4
inſania Eſaiæ.12
inſanio Eſaiæ.24
inſcius Eccli.10
inſenſatus Galatas.9
inſeparabilis in pfatio.Luc.
in ſeptuagin.animabus &c. Deuteronomij 10
inſequor Eccli.31
inſertus Romanorum.11
inſideo Tobiæ.2
inſigne caſtrorum Acto.28
inſignis Leuitici.26
inſimul Geneſis.36
in ſinu 3.Regum.22
inſipiens Pſalmo.13
inſitus Iacobi.1
inſolens Heſter.3
inſomnis Heſter.6
inſons Exodi.20
inſperate Sapientiæ.11
inſtar Iob.20
inſtaurare Epheſios.1
inſtaurari Romanorum.13
inſtita Ioannis.11
inſtitor Eſaiæ.23
inſtruo 1.Regum.4
in ſublime tolli Lucæ.12
in ſublimibus Iob.15
inſubſidiatus 3.Eſdræ.9
inſula Pſalmo.96
inſulto Iudith.5
in ſumma 1.Petri.3
inſuper 2.Paralipo.28
inſurgo Pſalmo.53
inſultentabilis in oratione Manaſſæ.
in ſyluam ligna ferre in prafatione tertij Pſalterij

Inte-

Integer Iacob.1
Intellectus Psal.110
Intelligentia Danie.10
Intempesta nox 3.Reg.3
Intendens Psalm.129
Intentator Iacobi.1
Intercludo Daniel.10
Intercolumnium 3.Reg.7
Intereo Iudith.6
Interest Galata.2
Interim Hester.10
Interitio Psal.106
Interitus 1.Corin.5
Intermissio Eccli.17
Intermitto 2.Paralip.16
Internetio Nume.17
Inter paucos discipulos in epistola ad Paulinũ,cap.1
Interpello Deute.25
Interpres in præfa.ad Desid.
Interrasile 3.Reg.7
Interruptus Nehemi.4
Intestinus Exod.12
Inter tantos Ioan.6
Intertrimentum Matth.16
Interuallum Lucę.22
Intono Psalm.28
In transitu 1.Corin.16
Introire Psalmo.99
Intuitus Numeri.24
Intumeo Ezechi.47
Intumesco Deut.17
Intus & foris Apoc.5
Intexto 2.Paralip.3
In vacuum 2.Corinth.6
Inualeo Leuit.25
Inualidus Numer.11
In vanum Psal.126
Inuenta est in vtero habẽs. Matt.1
Inuentio Baruch.3
In ventum loqui Hiere.5
Inuestigabiles Ro.11
Inuestigo 1.Paralip.19
Inuetero Psalmo.6
Inuicem Roma.14
Inuideo Eccli.14
Inuidus Eccli.6
Inuiso Deut.11
Inuitus 1.Paralip.21
Inuius Psalmo.62
In vnum volumen in epistola ad Paulinum.cap. 6
Inuolumentum Sapient.7
Inultus Iob.24
Ioab 3.Regum.2
ioachim Lucæ.3
ioakim Danielis.1
ioanna Ioannis.1
ioannes Ibidem
ioarim 1.Macchabæo.2
ioas 4.Regum.12
ioathan Osee.1
iob Iob.1
iohannan Hiere.42
iohel Iohelis.1
ioiada 4.Regum.11
Iona Sophoniæ.3
ionadab 4.Regum.10
ionas Ionæ.1
ionathan 1.Regũ.20
ionathas 1.Regum.18
ioppe Ionæ.1
ioppitæ 2.Macchabæ.12
iordanis Hiere.12
iosabeth 4.Regum.11
iosaphat 3.Regum.22
iosedech Haggæ.1
ioseph Gene.30
ioseph ab Pharaone nominatio.Genesis 41
Iosephus quis, in præfa. ad Desyder.
iosias Sophoniæ.1
iosue in præfatione Iosue
iota Matth.5
iouis proles Acto.19
irascor Psalmo.78
iris Apocalyp.4
irretio Esaiæ.8
irrideo Iob.11
irrigare Leuitic.24
irriguus Deut.11
irritator Ezech.2
irritatrix Ezech.24
irritatus Leuitici.26
irrito Psalmo.5
irritus 1.Esdræ.9
irrogare 3.Esdræ.8
irrugio Gene.27
irrumpo 2.Regum.19
isaac Genesis.17
isai 1.Regum.17
ischariotes Matth.10
ismael Genesis.16
ismaelitæ Psalmo.82
israel Psalmo.113
issachar Genes.30
isthmos in primo prologo ad Corinthios.
ita 4.Esdræ.4
italia in prologo.Marc.
iter Genesis.24
iteratò 4.Esdræ.3
itero Eccli.19
iterum Sapientiæ.14
ithamar Leuitici.10
ituræa Lucæ.3
itychi 1.Corinth.15
Iudaismus 2.Maccha.8
iubilæus Leuitici.25
iubilus Psalmo.46
iuchal Hiere.38
iucundor Eccli.16
iucundus Psalmo.111
Iuda Genesis.19
iudas Galilæus Actor.5
iudas Psalmo.59
iudæa Psal.75
iudææ Matthæi.2
iudicatum est Actorum.27
iudicium Psalmo.142
iudico Psalmo.42
iudith Iudith.1
iugalis 2.Regum.8
iugerum 1.Regum.14
iugis Prouerb.15
iugiter Esaiæ.52
iugulo Iudicum.12
iugum 2.Regum.16
iulius Actor.27
iumentum Lucæ.10
iuncus, in præfatione Iob secunda
iungo, in præfat. Prouerb.
iunia Romanorum.16
iuniperus 3.Regum.19
iupiter Actorum.14
iurgium Genesis.13
iurgo Iudicum.8
iusculum Esaiæ.65
iusiurandum Eccli.44
iustitia Psalmo.14
iustini exemplaria, in prima præfatione super Paralipome.
iustissimum pondus. 1.Paralip. 21
iustus Actor.1
iuxta Psalmo.33
iuxta basim Exodi.29
iuxta Ismeniam, in prima præfatione super Paralipome.
ixion Deutero.14

Kiseliu Zaccharię.7
Knethomeni 2.Timothei 4

Kœſœth Ezechiel.9

LAbium Exod.25
Labrum Pſal.119
Labruſca Eſai.5
Laccos Eſaię.22
Lacedæmonas 2.Macch.5
Lacerta Leuitici.11
Lacertus Iob.22
Lachis Eſaiæ.37
Lachryma Pſal.41
Lacinia Geneſis.39
Lacinioſus in præfatio. Heſter.
Lactens Pſalmo.8
Lacto Prouerbio.1
Lactuca Exodi.12
Lacuna Eſaię.19
Lacus Geneſis.40
Lacuſculus Mar.12
Laganum Numer.6
Laguncula Eſaiæ.10
Laicus 1.Reg.21
Lalumenos Ezech.16
Lama Matth.27
Lambo Iudic.7
Lamento Matt.11
Lamech Geneſi.5
Lamentum Hierem.9
Lamia Eſaiæ.34
Lamina 4.Regum.18
Lampades Iob.41
Lampas Exo.10
Lampadion Apocal.8
Lampron Apocal.15
Lamuel Prouerb.31
Lancea 1.Regum.17
Lanceariꝰ Actorum.13
Lanceatus 2.Reg.23
Lanceola 3.Reg.18
Languor Exodi.15
Langueo Pſalmo.87
Lanugo Sapiẽ.5
Laodicea Coloſſen.2
Lapathes Iudith.10
Laphet Actorum.27
Lapido Eccliꝯ.22
Lapidicina 4.Reg.22
Lapidicina 2.Paral.35
Lapis adiutoriꝰ 1.Re.7
Lapis magnus 1.Re.6
Lappa Oſee.9
Lapſus 4.Eſd.8
Laqueare 3.Regum.6
Laqueatus Haggæi.1
Laqueus Pſalmo.123
Larus Leuitici.11
laſciuio 1.Paralipo.13
laſciuus Eccle.20
laſſeo Actorum.27
laſſeſco Eſaiæ.44
laſſitudo Iudic.8.
laſſo Exod.17
laſthenes 1.Macch.11
laſſus Iob.22
later Exodi.1
laterna Ioannis.18
lateres Eſaiæ.9
latet Iob.42
latibulum Pſalmo.17
latiori opere in præfatione Eſdræ.
latito 4.Regũ.7
latomus 1.Eſdræ.3
lator Iob.36
latratus in præfatio. tertia Pſalteriꝰ.
latrina 4.Reg.18
latro Hieremię.3
latrocinor Iudic.11
latrunculator Marci.6
latrunculus Oſee.7
lauacrum Cantico.4
laudo Pſalmo.112
laus inferior, ĩ plog. Apoc.
laxare Exo.17
lazarus Lucæ.16
lebes 1.Regum.2
lebbæus Matthæi.10
lectica Eſaiæ.66
lectito in præfatione quatuor euangeliorum.
lectulus Canticor.3
lecythus 3.Regum.17
læſura Sapientiæ.11
leena Geneſis.49
legatio 2.Paralipo.32
legatus Iudith.3
legio Matthæi.26
legiſlator Iacobi.4
legitime 1.Timoth.1
legitimus Exodi.12
lemma Nahum.1
lenio Eccleſiaſtici.48
lenitas Heſter.13
lenticula 4.Regum.9
lentiſcus in præfatione Danielis.
lædoria in præfatione Ezechiel.
lætitia Pſalmo.99
lætor Pſalmo.9
leo Ezechielis.19
lepos ad Epheſios.5
leſtris 2.Timothei.3
leua Canticorum.2
leucate in præfatione ſecunda Paralipome.
Leui Numeri.2
leuiathan Iob.3
leuigo Geneſis. 6.Deute.27
Leuitarum ac ſacerdotum cenſus in plogo Galeato
leuites Deuterono.12
leuiticus Leuitici.1
leuiculus 3.Regum.10
leuo Pſalmo.112
lens Geneſis.25
lex Romanorum.7
lex agraria Eccliꝯ.37
lia Geneſis.29
libamen Geneſis.35
libanus Iudith.1
libare Geneſis.35
libatio Eccliꝯ.30
libatorium 3.Eſdræ.2
libellus repudiꝰ Matth.5
libens 1.Paralip.21
liber 2.Macchabæ.6
liber generationis Matt.1
liber grandis Eſaiæ.8
liber inuolutus Apoc.6
liber repudiꝰ Eſaiæ.50
liberi Iudicum.13
libertus 1.Corinth.7
libido Coloſſenſ.3
libo 4.Regum.16
librariꝰ in præfatione Eſd.
librarius Heſter.8
libum Exodi.30
libya Hieremiæ.46
libyæ Actorum.2
libyes Ezechielis.27
licentia Heſter.3
licet Nehem.13
liciatorium. 1.Regum. 17
licium Iudicum.16
lictor 1.Regum.19
lictores Actorum.16
lien Exodi.29
ligatura 1.Regum.25
ligo Iohelis.3
lilium Canticorum.2
lima Eſaię.44
limatus Ezechielis.21
limen Heſter.2
limnen Danielis.6
limus Pſalmo.68
linea in pręfatio. Danielis.

Linea vestis Ezechielis.9
Lingua Psalm.38
Linguosus Psalm.139
Lingurius Exodi.28
Linio Genesis.6
Lino Ezechielis.13
Linon Apocalypsis.13
Lipon 2.Timothei.4
Lippus Genesis.28
Literatura Psalmo.70
Literæ apud Hebræos duplices, in plogo Galeato.
Lithon Apocalypsis.15
Lithostrotos Matthæi.27
Litigo Ecci.34
Iohannis 6
Litigiosus ad Titum.3
Lito Ecclesiastici. 35
Liturgus Hebræorum.8
Litus Leuitici. 14
Lituus 2.Regum.20
Liuidus Ecclesiastici.14
Liuor Exodi.21
Lobna 4.Regum.8
Locare Lucæ.20
Loculus Genesis.50
Locupletatio Iudith.2
Locupleto Ecclesiasti.27
Locusta Exodi.9
Logicon 1.Petri.2
Logomachia 1.Timoth.6
Logos in epistolam ad Paulinum capit.4.
Lois 2. ad Timotheum.1
Longa litera Ecclesiasti.5
Longanimus, in oratione Manass.
Longæuus Iosue.13
Lotamentum Ecclesia.22.
Lorum 3.Regnum.7
Loth Psalmo.82
Lothus in pfatione Ezech.
Lothophagi in eadē præfa.
Lubrico Threnorum.4
Lubricus Psalmo.34
Lucar Esaiæ.17
Lucaria festa Ibidem
Lucerna Numeri.8
Lucianus in præfatione quatuor euangeliorum.
Lucifer Esaiæ.14
Lucius 1. Macchabæo.15
Lucror Matthæi.2
Lucubratiuncula in præfatione Iudith.
Lucus 4.Regum.13
Iud Esaiæ.66
Iudibrium Hebræ.11
Iugeo Numeri.14
Iugubris Leuitici.10
Iuith Esaiæ.15
Iumbare Hieremiæ.13
Iuna Ecclesiastici.43
Iunatici Matthæi.4
Iunula Esaiæ.3
Iupanar Nume.25
Iustro 1.Paralipo.28
Iustrantes Iosue.18
Iustrata Numer.31
Iustratus 2.Regum.24
Iuter 4.Regum.16
Iuteus Ecclesia.22
Iutum Psalmo.39
Iux Psalmo.61
Iuxuria Sapientiæ.2
Iycaonia Actorum.14
Iycaonice Actorum.14
Iyrisca 4.Regum.5
Iydan 1.Macchab.11
Iydda Actorum.9
Iyddæus præceptor, in 1.præfatione Iob.
Iydia Actorum.16
Iydus Hieremiæ.46
Iympidius Sapient.17
Iympidus 1.Regum.17
Iyra 2.Regum.6
Iysanias Lucę.3
Iysias 1.Macchab.3
Iysimachus 2.Macchab.4
Iystra Actorum.14
Iystris 2.Timoth.3

MAalon Ruth.1
macchabæus. 1.Macchab.1
macedo 1.Macc.1
macellum 1.Corinth.10
macer 2.Macchab.10
maceria Canticorum.2
machina in præfa.Danielis.
machinatio Hester.8
machinor Gene.42
machas nomicas ad Tit.3
macies 2.Regum.13
macto Genesis.46
macula Psalmo.14
madabas 1.Macchabæo.9
madeo Iudic.6
madian Psalmo.82
madianites Nume.10
madianitis Numeror.25
madidus Hieremię.23
magdalum Hieremiæ.44
magdalus Exod.14
mageda Matthæi.15
mageddo 4.Regum.9
magethcæna 1.Macchab.5
magicus Sapientiæ.17
magillah Zacchar.5
magistratus Exodi.18
magmas 1.Macchab.9
magna Græcia in epistola ad Paulinum, cap. 1
magnalia Ecclesiast.17
magnas Iudith.5
magnatus Eccles.4
magnifice Esaiæ.12
magnificentia Psalmo.144
magniloquus Psalmo.11
magnopere 4.Esd.7
magog Apocalypsis.20
magus Leuitici.19
mahar Matthæi.6
maiestas 2.Paralipome.7
maior natu Genesis.48
makeloch. Zachariæ.11
malachias 1.Macchab.1
malachias propheta in epistola ad Paulinum, ca. 4
malachim in plog. Galeato
malachoch in eodē plogo.
malagma Sapientię.16
malalcel Genesis.5
malapunica Exodi.28
malassar Danielis.1
malea Actorum.27
male Matthæi.17
maledicere Romanor.12
maledictio Romanorum.3
maledictiōe pessima 3.Re.2
maledictum Galat.3
maleficium Esaiæ.47
maleficus Exod.7
malitia Matthæi.6
maligno Psal.73
malignus Psalmo.14
malleator Iob.41
malleolus Danielis.3
malleus Iudic.4
mallos 2.Macchabæ.4
malogranata Deutero.8
malogranatum Iohelis.1
malogranatus 1.Reg.14
malumpunicum Cantic.4
malus Canticorum.2
mambre Genesis.23
mambres 2.ad Timoth.3
mammona Mat.6. Luc.16
manahen

Manahen Acto.13
Manasses 4.Regum.21
Mancipium 2.Macch.8
Mancipo Nume.4
Mancus 4.Esd.2
Mando Gene.6
Mandragoræ Cant.7
Mane 2.Parali.31
Mane Dani.5
Manere sibimet Acto. 28
Manica Esaiæ.45
Manicare Luc.20
Manipulus Deuter.24
Mana Deutero.8
Mansiuncula Gene.6
Mansuetudo Psal.131
Manubiæ 1.Para.20
Manus 1.Paral.24.
Manũ conserere Prouer.6
Manus contracta Ezec.2
Manus missa Ibidem
Manu tentans 2.Pet.1
Manzer Deut.23
Maranatha 1.Cor.16
Marcidus Eccl.11
Marceo Iosue.18.
Marcesco Iob.30
Marcus in prolog.Marci.
Mare Psalm.135
Mare deserti Iosue.12
Mare æneum 1.Para. 18.
Mare Galilææ Iohã.6
Maresa Miche.1
Margarita Matth.13
Margaritum Matt.7
Margo Exod.28
Maria Matth.1
Mariboth Ezech.48
Marisca fatua Hiere.50
Maritimus Iosue.9
Maroth Micheæ.1
Marsupium Gene. 43
Mas census Acto.13.
Masaloth 1.Macha.9
Masphat Hieremiæ.40
Massa Romano.9.
Zachariæ. 5
Massagetæ in epistó.ad Paulinum cap.1.
Matathias 1.Maccha.2
Matæologia 1.Timoth.1
Materia 4.Regum.6
Matertera Leuit.20
Mathusalem Gene.5
Mathan Hieremiæ.38
Matrix 4.Esd.4
Matthæus Matthęi.1
Matutinus Leuit.9
Mature Gen.32
Maturitas Psalm.118
Mausolæum 2.Paral.35
Mauzim Daniel.11
Maxilla Iudic.15
Meander Gen.2
Medaba Esaiæ.15
Medela Eccl.38
Medena 2.Esd.6
Medeo Esai.61
Medior in prologo primo ad Gorinth. 1
Medi Act.2
Media 1.Macch.14
Medicamentum Sipien.1
Medicus Esaiæ.3
Mediocris Eccl 17
Meditor Psal.89
Meditatio Psal.38
Medulla Ezec.17
Medullatus Psal.65
Melanodochion Ezec.9
Melchias Hiere.38
Melchisedec Psal. 109
Melchon Hierem.49
Melissios Luc.24
Melite Acto.28
Mello 2.Regum.5
Melodia 1.Para.15
Melothi Iudit.2
Melote Heb.11
Membrana Tobi. 11
Membratim 2.Macch.1
Memini Iob.10
Memor Tob.14
Memoria Roma.1
Memorabile Psalm. 134
Memoro in pfatione Tob.
Memphis Hiere.2
Mendax Psal.115
Menelaus 2.Macc.4
Mensa Psal.22
Mensus est Esaiæ.48
Mensus 3.Regum.17
Menstrualis Leuit.15
Menstruatus Esaiæ.64
Menstruus Leuit.12
Menta Matth.23
Mentior Acto.5
Mentum 2.Regum.20
Meozel Eechi.27
Mephiboseth 2.Reg.4
Mephitis Threno.2
Mepote Hebræo.4
merari Iudith.8
merax Deut.32
mercenarius Eccl.34
mercurius Acto.14
mergulus Leuit.11
meridianus Iob.11
meridies 2.Regum.4
meridio Iob.24
merodach Baladan Esa.39
merum Psalm.74
mesopotamia Acto.2
metanoitæ Marci.1
metibor Psalm.59
metior Deutero.21
meto Leuiti.23
metor Nume.2
metreta Iohannis.2
metricus in prefatiõe Iob.1
metrum in prefation.Esaię.
mi 4.Reg.2. & Tob. 7
micheas micheæ.1
michol 1.Regum.18
migadal Ezechie.29
migma Esai.30
migro Matth.9
miletæi canes Acto.20
miletus Act.20. 2.Tim.4
militia Iob.7
militia cœli 4.Regum.17
milium Esaiæ.28
mille Psalmo.3
milleni 2.Regum.18
miluius Hieremiæ.8
miluus Leuiti.11
minare Acto.18
mina 1.Esdræ.2
mingo 1.Regum.25
mino Exodi.3
minor Threno.3
minutatim Leuiti.2
minutum Exodi.16
mico Exodi.19
minium in pfatione Heft.
mirabilia Psalmo.95
mirifico Psalmo.16
misac Dani.1
misael Leuiti.10
miser consummatus Esa. 16
miser Psalmo.85
miserans Hieremiæ.2
misereor Psalmo.122
miseria Iacob.5
misse in prologo Galeato.
mithridatus 3.Esdræ.2
mithridates 1.Esdræ.1
mitigo Psalm.84

Mensa Psal.22
Mensus est Esaiæ.48
Mensus 3.Regum.17
Menstrualis Leuit.15
Menstruatus Esaiæ.64
Menstruus Leuit.12
Menta Matt.23
Mentior Actor.5
Mentum 2.Reg.20
Meozel Ezech.27
Mephiboseth 2.Reg.4
Mephitis Threno.2
Mepote Hebræo.4
Merari Iudith.8
Merax Deut.32
Mercenarius Eccli.34
Mercurius Actorum.14
Mergulus Leuit.11
Meridianus Iob.11
Meridies 2.Regum.4
Meridio Iob.24
Merodach Baladan Esa.39
Merum Psalmo.74
Mesopotamia Act.2
Metanoitæ Marci.1
Metior Deut.21
Meto Leuiti.23
Metreta Ioannis.2
Metrum in præf.Esaiæ.
Micheas Micheæ.1
Michol 1.Regum.18
Migadal Ezech.29
Migma Esaiæ.30
Migro Matt.9
Miletæi canes Actor.20
Miletus Act.20.2.Timo.4
Militia Iob.7
Militia cœli 4.Reg.17
Milium Esaiæ.28
Mille Psalmo.3
Miluius Hiere.8
Minare Actorum.18
Mina 1.Esdræ.2
Mingo 1.Regum.25
Mino Exodi.3
Minor Threno.3
Minutum Exodi.16
Mico Exodi.19
Minium in præfat.Hester.
Mirabilia Psalmo.95
Mirifico Psalmo.16
Misac Daniel.1
Misael Leuit.10
Miser cõsummatus Esa.16
Miser Psal.85
Misereor Psal.122
miseria Iacobi.5
Mille in prologo Galeato
mithridatus 3.Esdræ.2
mithridates 1.Esdræ.1
mitigo Psalmo.84
mitra Exodi.29
mixtus Nehe.7
mnason Actor.21
mneme Zacch.1
mnemosynon Osee.14
moab Esaiæ.15
modestia Philippen.4
modica fides Matt.8
modin 2.Maccha.2
modius Matt.5
modulor Iudith.16
modulus Eccli.47
mola Deutero.24
mola asinaria Matt.18
molaris Iudic.15
moles Iosue.3
molestus Daniel.6
molior 2.Paralip.13
mollis 1.Corinth.6
moloch Hiere.32
molybdos Eccli.22
momentum Esaiæ.40
monile Iudicum.8
monoceros Esaiæ.34
monopolium 2.Macc.11
mons Psalmo.71
mons diuisionũ Esaiæ.28
mons filiæ Sion Esaiæ.16
monstrum 4.Esdræ.5
montosus Deut.11
monumentum Lucæ.23
mœchor Matt.5
mœchia Sapient.14
mœchus Leuit.20
mœde Esaiæ.21
mœnia Prouerb.9
mœreo Ezech.13
mæschi Ezech.16
morasthi Hiere.26
mordeo Exodi.36
moria Genesis.22
moror Psalmo.69
morphe Philip.2
morphomata Osee.3
morari Psalmo.69
mors Eccli.41
morsus in præfat.Esaiæ.
mortariolum 3.Regum.7
morticinum Leuitic.7
morus Pal.77.Lucæ.17
mos Psalmo.67
moses Exodi.2
mosoch Ezech.27
moth Hiere.28
mothoth Hieremi.27
mucro 2.Regum.2
mugio Hiere.51
mulcta 4.Regum.23
mulctare 3.Esd.1
mulgeo Iob.10
muliebria Genesis.18
mulsum Nehe.8
multiloquium Matt.6
multiplex loquẽdi ratio in præfatione Danielis.
mundare Matt.8
mundus Hester.2
munificus 4.Esdræ.7
munitio 1.Macc.10
murenula Nume.31
murex Baruch.6
murmur Actorum.6
murus fictilis Hieremi.48
mus Leuitici.11
musach 4.Regum.16
muscipula Sapient.14
musica Eccli.32
musimones 4.Reg.5
mussito Esai.29
mustela Leuit.11
mustum Act.2.Cantico.8
mutatoria Esai.5
muthesia Ephesio.6
mutio Iosue.10
mutuo Nehemi.5
mutuor Matt.5
mutuum Exodi.22
mutuum dare Deutero.15
myctirizin Lucæ.16
mygale Leuit.11
mygdonia Actorum.16
myropazon 2.Petri.1
myra Acto.27
myrias Apocal.9
myrica Hiere.48
myrobrecharius 1.Reg.8
myropola Ibidem
myrrha Matth.2
myrretum Zacc.1
myrrinus Hester.2
myrtus Iudith.10
mysia Actorum.16
mysterium Iudith.2
mysticus Esaiæ.5
mytilenę Acto.20

NAasson Tobiæ.1.
Matt. 1

Nabaioth Esaiæ.60
Nablum 1.Paralip.15
Nabo Esaiæ.15
Naboth 3.Regum.21
Nabuchodonosor 4.Re.25
Nabuthæi 1.Macchab.5
Nabuzardan Hieremi.39
Nadab Leuitici.10
Nahum Nahum.1
Naim Lucæ.7
Nanæa 2.Macchab.1
Nani Ezechie.27
Naphtha Daniel.3
Narcissus Roma.16
Nardus Cantico.1.&.4
Nasus Canticorum.7
Natalis Gene.40.Mat.14
Natatoria Ioann.9
Nates Esaiæ.20
Nathan Zaccha.12
Nathanael Ioan.1
Nathania 4.Regum.25
Natio Psalmo.71
Nauarcha Actorū.27
Nauclerus Ibidem
Naues maris Esaiæ.60
Naues Tharsis Esaiæ.2
Naufragium facere 1. Timoth. 1
Nausea Numeri.11
Nauseare Numeri.21
Nauta 2.Paralip.8
Nazaræus Matth.2
Næ Genesis.8
Neapolis Actor.16
Nebula Sapientiæ.2
Necessarius Eccli.15
Necho Hieremiæ.46
Neco Deuter.13
Necto Exodi.36
Nefas Iob.31
Nefarij Hester.13
Negeb Hieremiæ.32
Negotium Exodi.18
Nehemias Nehe.1
Nemrod Miche.5
Nemus Iudicum.6
Neniæ in plog. 4. Euāgel.
Neo Matth.6
Neocoros Actorum.19
Neomenia 2.Paral.2
Neophyrus 1.Timoth.3
Neoterici Genesis.1
Nephaleos ad Titum.2
Nephas 1.Esdræ.4
Nephthalim Gene.30
nephthar 2.Macchab.1
naphtalites 1.Paralip.27
nepotes Deutero.6
nequam 1.Regum. 16
nequeo Genesis.13
nequitia Psalmo.27
nereus Roma.16
neruiceus Iudic.16
neruus 2.Paralip.16
nesrath 4.Reg.19
nesthæus 2.Macch.4
nex Actorum.8
nezer in præfatione ad Desyderium.
nicanor 1.Macchabæ. 7
nicodemus Ioannis.3
nicolaitæ Apocal.2
nicolaus Acto.6
nicopolis ad Titum.1
nidus Ecclesiastici.36
nicea in præfatione Iudith.
nimbus 4.Esdræ.15
nimrim Esaiæ.15
niniue Ionæ.1
nisan Nehe.2
nisi Hebr.6
nitor 4.Regum.17
nitrum Hiere.2
nix Libani Hiere.18
noctua Leuitici.11
noe Genesis.5
noemi Ruth.1
nolo Psalmo.145
nomen domini Psal.8
nomina mensiū 3.Reg.6
nomisma Macchab.15
nomothetes Iacob.4
no Ezechi.30
nō cecidit ex omnibus verbis 1.Reg.3
non erubesco euangelium Romano. 1
norma Esaiæ.44
nothus Eccli.43
notus Ibidem
nouacula Numeri.6
nouale Hieremi.4
nouellus Psalmo.127
nouerca Leuiti.20
noxa 1.Esdræ.4
noxia Ibidem
nubes Hebræ.12
nudiustertius 1.Reg.21
nudiusquartus Acto.10
nugæ Sophoni.3
numenius 1.Macchab.12
nummularius Matth.21
nuncium Tobiæ.8
nuncius 2.Regum.18
nunquid Saul inter prophetas.1.Regum 10
nurus Leuitici.20
nuto Tobiæ.7
nutricius Osee.11
nycteris Esaiæ.2
nycticorax Psal.101
nimbus Lucæ.12
nympha Coloss.3
nymphocomus Ibidem

Obaudio 3.Esdræ.4
obduco Gene.9
obededom 1.Paralip.13
obedio Prouerbio.17
obelus in præfatione ad Desyderium.
obesus Genesis.41
obfirmare Leuitici.17
obiicio Deutero.22
obiurgare Nehe.13
obiugatrix Ezechi.3
oblatro Psalmo.39
oblecto Ecclesiastici.26
obligo Num.21. Prouer.13
obliuiscor Psalmo.12
obnixe Iudic.19
obolus in epistola ad Paulinum cap. 6
obrigeo 2.Regum.23
obrutus in argumē.Hiere.
obryzum 2.Paralip.3
obsaria Ioannis.6
obscuro Iob.3
obsecro Romanorum.12
obsequium Ibidem
obsequor 3.Esdræ.7
obseruare ventum Ecclesiastes 11
obses 2.Paralip.25
obsidio Ezechiel.4
obsido Iudith.5
obsisto Hieremiæ.7
obsordeo Esaiæ.33
obstetricor Exodi.1
obstetrix Genesis.35
obstinatus Ruth.1
obsto Hieremiæ.7
obstruo Genesis.26
obstupeo Hester.7
obstupefacio Gene.41
obstupesco Hieremi.31
obtemperare Iudith.11
obtendo Genesis.44

Obteſtor Hieremiæ.42
Obtingo 1.Paralipome.26
Obtrectatores in præfatione ad Deſyd.
Obturare 4.Regum.5
Obuenio 3.Eſdræ.8
Obuñs manibus in epiſtola ad Paulinum cap. 6
Obumbro Sapientiæ.19
Obuoluo Iob.38
Occaſus Pſalmo.67
Occumbere Numer.20
Occupatio Eccleſiaſtes.1
Occurro 2.Paralipome.30
Ochozias 4.Regum.1
Ocium Prouerbior.28
Ocrea 1.Regum.17
Octo Eccleſiaſtes.11
Oculus Pſalmo.122
Odibile Eccleſiaſtici.10
Odioſus Eccleſiaſtici.10
Odolla 1.Regum.22.Micheæ 1
Odollamites Geneſis.38
Odoro Iob.39
Offa in præfatiõe Danielis.
Offenſio 2.Corinth.6
Offero Geneſis.4
Olda in pfatio.Hieremiæ.2
Olea Eſaiæ.24
Oleaſter Romano.11
Oleatus Numeri.11
Oliab Exodi.31
Oligopiſtos Matthæi.8
Oliua Pſalmo.51
Oliuetum Lucæ.20
Olla Pſalmo.59
Olus Geneſis.9. 3.Reg.21
Oluſculum Romanorũ.14
Olympias Romanorũ.16
Omen 3.Regum.20
Omphacinum vinum Apocal. 6
Omphax Ibidem
Onager Pſalmo.103
Oneſimus Coloſſ.3
Oneſophorus 2.Timoth.1
Onias 1.Macchabæorũ.12
Oniropolus Prouerbio.23
Onocentaurus Eſaiæ.34
Onacrotalus Sophoniæ.2
Onus Malachiæ.1
Onus Niniuæ Nahum.1
Onycha Exodi.30
Onychinus Geneſis.2
Onyx Geneſis.2
oecodomus Ezechi.11
oeconomicus Xenophõtis in pfatione ad Deſyder.
oeconomus Lucæ.16
oeſtrus Oſee.4
o Zacchari.2
ooliba Ezechiel.23
oolibama Geneſis.36
oolla Ezechi.23
opacus 1.Regum.23
operarius Eccleſiaſtici.19
operculum Numeri.19
operio Pſalmo.146
opes Numeri.10
ophaz Hieremiæ.10
ophel Micheæ.4
ophni 1.Regum.1
ophiomachus Leuitici.11
ophir 3.Regum.10
opilio Amos.7
opinatiſſima Iudith.2
opitulatio 1.Corinthio.12
oporophylacium Pſal.78
oporopolis Ibidem
oporotheca Pſalmo.78
oppando Exodi.27
oppido Geneſis.19
oppidum 1.Paralip.2
oppilo Nehemiæ.7
opportunus Prouerb.15
opprimo Leuitici.19
opprobramentũ Sopho.3
opprobrium Pſalmo.21
optimates Nehemiæ.2
optio 2.Regum.24
opulentus Eſaiæ.32
or Eſaiæ.31
ora Pſalmo.132
ora Italiæ in epiſtola ad Deſyderium cap. 1
orama Nahum.1
oraculum Exodi.25.& in pfatione Eſaiæ.
oratio 1.Timoth.2
orbare Geneſis.27
orbis Pſalmo.23
ordior Eſaiæ.25
ordo 1.Paralip.6
oreb Pſalmo.82
organa Pſalmo.136
origenes in præfatio.ad Deſyderium.
origenis labor in præfatiõe Eſdræ.
orion Iob.9
oriza 2.Regum.17
ormiſcos Eſaiæ.61
ornis Lucæ.15
oronaim Eſaiæ.15
orpha Ruth.1
orphanus Pſalmo.67
orthoſaida 1.Macchab.15
ortus Pſalmo.102
ortygometra Sapientiæ.16
oryx Deuter.14.Eſaiæ.51
os Iob.19
os opprimere Lucæ.11
os oſſis Iob.19
oſanna Matthæi.21
oſcito 4.Regum.4
oſculor Canticorũ.1
oſee Oſee.1
oſias Amos.1
oſtentare Hebræo.6
oſtentui habere Ibidem
oſtentum Exodi.4
oſtiolum Ezechielis.41
oxybaphos Numeri.7
ozias Oſee.1
oziel Leuitici.10

PAbulum Daniel.4
pacatus Iob.21
pachyteron Ezechiel.33
pacificus Exodi.20
pactum Prouerbio.2
paginula Hieremiæ.36
pagus 1.Regum.27
palam facere Apocal.1
palam loqui Ioannis.7
palantes Iudicum.20
palata 1.Paralip.12
palatium Eſaiæ.39
palea Exodi.5
palæſtina Hieremi.47
palæſtra 2.Macchab.4
palinurus Eſaiæ.34
paliurus Eſaiæ.34
pallium Geneſis.24
pallor Pſalmo.67
palma Deuterono.25
palmes Ioannis.15
palmyra Ezechiel.48
palo Iudicum.9
palpare Exodi.9
palpebræ Iob.41
palpito 2.Regum.18
palus Eccleſiaſtici.27
palluſter Geneſis.41
pãmachius in præfatiõe Ioſue.
pamphylia Actor.2
pandochæu Lucæ.10

Pango 3.Regum.8
Panicus casus Ezechiel.26
Panificus 1.Regum.8
Pannus rudis Marci.2
Panolethria Esaiæ.10
Paphus Actorum.13
Panoplia Ephesio.6
Papilio 2.Regum.11
Papula Leuitici.22
Papyrio Exodi.2
Parabola 2.Paralip.7
Paracletis 2.Corinthio.1
Paracletus Ioannis.14
Paradisus ī epistola ad Paulinum ca. 4
Paralipomenō in ꝓlog. Ga.
Paralysis 1.Macchabæo.9
Paralyticus Matthæi.8
Paraphos Psalmo.124
Paraphrastes in ꝓlogo Galeato.
Parasceue Matthæi.27
Parcæ tres Ecclesiastici.31
Parcus Ecclesiastici.31
Pardus Esaiæ.11
Parere Esaiæ.66
Parere Ibidem
Parietinæ Ezechiel.36
Paristrosa Osee.4
Parius Hester.1
Pharmacopola 1.Regum.8
Parmena Actorum.6
Parœcus Actorum.7
Paropsis Matthæi.23
Parrhesia Ioannis.7
Parthenos Esaiæ.7
Parthi Actorum.2
Participatio Psalmo.121
Partior Iosue.19
Partitio 1.Paralip.24
Parturio Psalmo.7
Paruipendo Leuitici.10
Paruulus Matthæi.18
Pasco Iob.24
Pascuo 1.Regum.16
Pascualis 1.Regum.18
Passer Psalmo.83
Passer solitarius Psalmo.101
Passiones Romanorum.1
Passus Numeri.35
Passus pedis Actorum.7
Pastophorium 1.Maccha.4
Pastilli Sapientiæ.16
Pastino Marci.12
Patara Actorum.21
Patens Psalmo.5
pater Alexādri & Rufi Marci 15
paterfamilias Matthæi.20
paternitas Ephesio.3
pathe Romanorum.1
pathmos in ꝑfatio. Ioannis.
patibulum Genesis.40
patradelphos Esaiæ.5
patres interrogandi sunt, in epistola ad Paulinū ca. 4
patria ad Ephesios.3
patriarcha Hebræo.7
patro Deuterono.4
patroba Romanorum.19
patroclus 2.Macchabæ.8
patruelis Exodi.6
patruus Iudicum.10
paueo Leuitici.26
pauimentum Numeri.5
paulus Romanorum.1
pauo 3.Regum.10
pauper Psalmo.85
paupertatula 1.Paralip.22
pauus 2.Paralip.9
pauxillum Genesis.18
pax Psalmo.124
pax huic domui Matth.10
paxillus Deuteronomi.23
peccans peccatum Rom.7
pectusculum Exodi.29
peculiaris Iudith.15
peculium 1.Paralip.29
pecus Tobiæ.10
pædagogus 1.Corinth.4
pædia Ephesiorum.6
pedalis Hieremiæ.51
pedes Hieremi.12
pedester Ibidem
pedica Iob.18
pedetentim in epist. ad Paulinum ca. 6
pedissequa Hester.2
pedissequus 1.Regum.25
peiero Leuitici.6
pelagus Ionæ.2
pelicanus Psalmo.101
pelles in prologo Galeato
pelles madian Habacuc.3
pellicatus Leuitici.18
pellucidum Apoca.21
pelta 2 Paral.23
pelusium Ezechie.30
pendo 3.Esdræ.2
penetrabile Psalmo.104
penetrale Matth.24
penetro Hester.9
peninsula Ecclesiastici.47
pennatus Prouerb.1
pennula Leuitici.11
pensationes 2.Paral.21
pentapolis Sapient.10
pentateuchus in ꝓlogo Galeato.
pentecontarchus Esaiæ.3
penteconter Esaiæ.3
pentecoste 2.Macchab.12
pentathlon 2.Macch.4
penu Lucæ.12
penula 2.Timoth.4
penuria Iudicum.18
per caliginem Iob.22
per somnium perq; nebulā Iob 33
per ter Actorum.10
pera Iudith.13
peragrare Ezechie.39
percontor Iudith.6
percrebreo Iudicum.16
percussura 1.Macchab.15
perdix Ecclesiastici.11
pereffluo Hebræorum.2
peregre 2.Macchab.5
peregrinor Genesis.47
pereo Psalmo.145
perflatus Iob.37
perfodio Numeri.25
perfruor Ecclesiastes.6
perfuga 4.Regum.25
perfungor 2.Macchab.6
perfusus 2.Parali.30
pergamus Apocal.1
peribolus Ezechiel.42
pericope in præfa. Danielis.
perilambanon Habac.1
perilepsis Ibidem
peripsema 1.Corint.4
periscelis Numeri.31
periuro 3.Esdræ.1
periusion Matt.6
peristera Ionæ.1
perizoma Genesis.3
permaneo Psalmo.60
pernicies Ecclesiastici.48
pernoctans Lucæ.6
peroro 2.Macchab.15
perpendiculum Zaccha.1
perperam 1.Corint.13
perpetior Deuterono.22
perpetro Ecclesiastes.8
perplexus Iob.40
persas orientales in epistola ad Paulinum capite. 1

Perſæ Ezechielis.27
Perſepolis 2. Macchab.9
Perſeuero Eccleſiaſtes.3
Perſia Danielis.11
Perſida Romanoꝝ.16
Perſis 1.Macchab.3
Perſonata lappa Oſee.9
Perſono 1.Regum.4
Perſpicuum Geneſis.26
Perſtillo Eccleſiaſtes.10
Perſtrepo Exodi.19
Perſtringo in ſecunda præfatione Pſalterij.
Perſuaſum habere Sapien.13
Perſuaſus Lucæ.20
Perterreo Iudicum.4
Pertimeo Eccleſiaſtici.48
Pertinax Geneſis.49
Peruagor 4.Regum.17
Peruertor Pſalmo.17
Peruius 1.Regum.24
Perurgeo 1.Macchabæo.9
Pes Pſalmo.121
Peſſulus Canticorum.5
Peſtilens Prouerb.19
Peſtilentia Pſalmo.1
Petra 3.Regum.19
Petrus Matt.16. 1.Petri.1
Petulans in epiſtola ad Paulinum cap. 6
Phaſce Eſaiæ.7
Phaceia 4.Regum.15
Phadaia 4.Regum.23
Phagolædori in præfatione Ezechielis.
Phalacroma Hiere.16
Phalanx 1.Regum.17
Phalatias Ezechielis.11
Phanuel Lucę.2
Phanum 3.Regum.11
Phantaſię Eccleſiaſtici.34
Phantaſma Matth.14
Pharan Habacuc.3
Pharao Eſaię.19
Pharaones Pſalmo.135
Pharaſim Eſaię.28
Phariſęi Matthęi.16
Phaſe Numeri.9
Phaſeron 1.Macchabęo.9
Phaſga Deuterono.3
Phashur Hieremi.20
Phaſma Matth.14
Phaſſur Hieremię.38
Phatuel Iohel.1
Phatures Ezechie.29
Phetros Eſaię.11
phiala Hieremię.52
philadelphia Apocal.1
philanthropus Oſee.9
philarches 2.Macchab.8
philargyri 2.Timoth.3
philauti Ibidem
philemon ad Philemonẽ
philetus 2.Timoth.2
philippi Actorum.16
philippici Philip.1
philippus 1.Macch.6
philiſtęa Eſaię.14
philiſtĩm Eſaię.2
philo in pręfati. Iob prima.
philohiſtoricus in epiſtola ad Paulinum ca. 6
philolędori in pfatio.Ezec.
philologus Roma.16
philoſophus Coloſſ.2
philoxenia Hebr.13
phinees 1.Regum.1
phiton Exodi.1
phlegon Roma.16
phœbades Eſaię.8
phœbes Romano.16
phęlone 2.Timoth.4
phœnice Actorum.15
phœnicia Actorum.11
phœnix Geneſis.14
phogor Deutero.4
phraſis in ,plogo Galeato.
phrenes Eſaię.26
phroimus Eccli.23
phrygia Actorum.2
phryx 2.Macchab.5
phua Exodi.1
phud Phul Eſai.66
phur Heſter.3
phurim Heſter.11
phut Nahum.3
phygellus 2.Timoth.1
phylacterium Matth.23
phyſetera Hieremi.6
phyſon Geneſis.2
piaculum Leuitici.17
piceus 4.Eſd.2
pietas 2.Macchab.12
pigmei Ezech.27
pigmenta 2.Paralip.16
pigmentarius Cantic.3
pignoro Amos.2
pignus Epheſi.1
pigredo Prouerbio.19
pigritor Actorum.9
pila Eſaię.22
piloſus 4.Regum.1
pilus Exodi.16
pincerna Geneſis.40
pindarus in epiſtola ad Paulinum ca. 6
pineus 2.Parali.2
pinnaculum Matth.4
pinus Eſaiæ.44
pion Eſaiæ.5
piſcina Ioannis.5
piſcor Hieremiæ.16
piſidia Actorum.14
piſtor Geneſis.40
piſtrinũ in pfatio.Daniel.
pitacium Ioſue.9
pitarchin ad Titum.3
pix Eccli.13
placabilis Prouerbioꝝ.15
placenta Hieremiæ.7
placitum Geneſis.29
placo Eccleſiaſtici.45
placor Eccleſiaſtici.39
placus Hieremiæ.7
plaga Ezechielis.7
plaga meridiana Exodi.36
plagiarius 1.Timoth.1
planctus Ezechi.19
plane 1.Theſſ.2
planicies Ioſue.11
plantarium Danielis.2
planus in Ioannis 2.epiſtol.
plaſma Romanor.9
plaſmare 4.Regum.19
plaſta vel tes in epiſtola ad Paulinum ca. 3
plaſtice Romano.9
platanus Geneſis.30
platea 1.Eſdræ.10
plato in epiſtola ad Paulinũ ca. 1
platonis dogma, in præfatione ad Deſyderium.
plaudo Pſalmo.46
plauſtrum Nume.7
plauſus Iudith.14
plebs 3.Eſdræ.4
plecta 2.Regum.7
plecto 3.Eſdræ.8
pleiades Iob.38
plenitudo Pſalmo.23
plumarius Exodi.26
plumbum Ibidem
plumeſco Iob.39
pneumaticus 1.Corinth.2
poculum 1.Corinth.11
poderis Sapientiæ.18
pœnas dare 2.Theſſ.1

Pœnitudo Oſee.11
Podium Ezechiel.29
Polenta Ioſue.5
Polinctor Ezechiel.39
Pollex cũ reliquis in Mar. prolog.
Polio Hieremiæ.46
Polliceor Deuterono.31
Polluo Nehemiæ.13
Pollutio Iudith.4
Polyandrion Ezechiel.39
Polymita arte Exodi.36
Polymitarius 1.Paralip.20
Polymitus Exodi.28
Pomarium Daniel.13
Pomerium Eccleſiaſtes.2
Pomiliones Ezechie.27
Pomorũ cuſtodia Pſal.78
Pompa Hieremiæ.47
Pondo Geneſis.24
Ponere Ioannis.13
Pontifex Hebr.4
Ponticus Actorum.18
Pontius Pilatus Matt.27
Pontus Actorum.2
Poples Iudicum.7
Populus Pſalmo.116
Populus arbor Geneſis.30
Porphyrio Leuitici.11
Porphyropolis Actorũ.16
Porro Ioannis.21
Porrum Numeri.11
Porta Pſalmo.147
Portentum Deuterono.4
Porthmon Matth.8
Porticus Ioannis.10
Portio 3.Eſdræ.8
Portius Feſtus Actorũ.24
Poſſeſſio Eccleſiaſtici.5
Poſſideo Actorum.1
Poſtes Iudicum.16
Poſterus Leuitici.17
Poſticus Iudicum.3
Poſtis Exodi.12
Poſtliminium in præfatiõe Ioſue.
Poſtulatio 1.Timot.2
Potentatus Pſalmo.19
Poteſtas Romanor.13
Potior Geneſis.29
Pratum Sapientiæ.2
Prauicors Eccleſiaſtici.3
Praxis Actorum.1
Præcauens Geneſis.6
Præcello Romanorum.3
Præcido Exodi.34
præcino Exodi.14
precioſus Lucæ.7
præcipitare 4.Regum.9
præclarus Pſalmo.15
præco Geneſis.41
præcoquus Micheæ.7
præcordia Eſaiæ.26
præda Numeri.21
prædeſtinatus Romano.1
prædeſtino Romanor.8
prædica Iudicum.7
prædico Deuter.8
prædo Hieremi.4
prædor 3.Eſdræ.4
præfatiuncula in præfatio. quatu.Euangeliorum.
præfectus 1.Paralip.26
præfero 3.Eſdr.9
præfinitio Epheſio.3
præfinitum 1.Regum.30
præfinitum tẽpus Galat.4
pregnans Matthæi.24
prænotari in præfat.Ioan.
prænoto in plogo Macch.
præoccupatus Galat.6
præoccupo Pſalmo.94
præordinare Actorum.22
præpoſitus Nehem.11
præputium Romano.2
præripio Geneſis.30
præſagiũ in epiſt. ad Deſyd.
præſcientia 1.Petri.1
præſcire Romanorum.8
præſertim in plog. ad Rom.
præſes 1.Eſdræ.7
præfidium 1.Paralip.11
præſto Iob.23
præſto ſum 1.Regum.3
præſtolor Iob.7
præſum Eſaiæ.32
præſumptio Eccleſiaſtici.1
prætexo Iob.36
prætor 3.Eſdræ.3
prætorium Matth.27
præualeo Pſalmo.12
præuarico Nehem.13
præuaricor 1.Paralip.10
precatio in epiſt.3.Ioannis.
præceps 2.Paralip.25
presbys Prouerbiorum.23
presbyter Eccleſiaſtici.4
præſepe Iob.6
preſſura Ioannis.16
priapus 2.Paralip.15
primas Miche.5
primatum habere Eccli.24
primitiæ Romanor.8
primogenitus 1.Paralip.5
primores 2.Macchab.6
primus recubitus Matt.23
princeps Pſalmo.145
priſca Romanorum.16
priſcilla Actorum.18
priſtinus Leuitici.26
priuilegium Ruth.4
probatica Ioannis.5
probo Pſalmo.138
problema Iudicum.14
procaciter Prouerbi.21
procax Prouerbi.7
procella Pſalmo.106
proceres 1.Paralip.29
proceritas Danielis.4
procerus Deuter.2
prochorus Actorum.6
procinctus in præfati. ſuper Eccleſiaſten.
procliuior Prouerbio.29
procubo Marci.1
procumbo Ibidem
procurator Matth.20
prodeo Pſalmo.16
prodigium Pſalmo.45
prodo 4.Regum.6
prodotæ 2.Timothei.3
produco Geneſis.1
productile Exodi.25
præfia in plogo Macchab.
præfium Pſalmo.143
proegraphe ad Galatas.3
profanus Leuitici.10
profero Eſaiæ.42
proficiſcor Geneſis.24
profluuium Leuitici.12
profugus 3.Regum.12
profundum Pſalmo.129
prognoſis 1.Petri.1
prographe ad Galatas.3
progreſſior ætas Ioſue.23
prologus in plogo Galeat.
prolixus Exodi.19
pro merito, in plog. Apoc.
promineo Numeri.21
promiſſio Pſalmo.55
promiſcuum Numeri.10
promoueo 1.Eſdræ.8
promptarium 4.Eſdræ.4
promptuarium Pſalm.143
promulgo Numeri.36
pronubus Iudicum.14
pronus Geneſis.17
procœmium in plogo q̃tuor Euan-

Euangeliorum.
Propago Psalmo.79
Propalare Hebræorum.9
Prophanatum Nehe.13
Prophano Psalmo.88
Prophanus Leuitici.19
Propheta Hieremiæ.23
Prophetare Nume.11
Prophetes 4.Regum.20
Prophetia Prouerbiorum.29
Prophetizo Matt.26
Propitiare Leuitici.23
Propitiatorium Nume.7
Propitior Psalmo.24
Propitius Numeri.14
Propositio Psalmo.77
Propugnaculum Cantic.4
Prora 3.Regum.5
Prosa in præfat.Esaiæ.
Proscribo ad Galatas.3
Proselytus Matt.23
Prosequor in præfatione in epist.Pau.
Proseuche 1.Timoth.2
Prosochthin Hebr.5
Prospectus Sapientiæ.9
Prospero 1.Esdræ.6
Prosphagium Ioannis.21
Prosterno Lucæ.19
Prostibulum Leuitici.21
Prostituere Leuitici.19
Prostitutio Apocaly.17
Prostratus Iosue.2
Prosum Genesis.25
Prothagoras ī præfatiōe ad Desyde.
Protego Prouerbiorum.2
Protelo Deutero.5
Proterui 2.Timot.3
Proteruia Ibidem
Proteruus Deute.21
Prothesis Ephesi.3
Prothyron Ezechiel.40
Protraho Nehemiæ.9
Prouectus Iosue.13
Prouentus 1.Corint.10
Prouerbium Prouerb.22
Prouidentia Actorum.24
Prouideo Exodi.18
Prouincia Ecclesiastici.5
Pro virili,in præfatione ad Desyd.
Pro vitulis Pharim Ose.14
Prouocatrix Sophoniæ.3
Prouoco 4.Regum.14
Proxenia Hebr.13
prudens in præfatio.Esaiæ.
pruina Psalmo.118
pruna Iob.41
prurigo Deuterono.28
psallo Psalmo.137
psalmista in p̃fatio.Actorum.
psalmus Psalmo.56
psalterium in præfat.1.Psalterij.
psaltes 1.Parali.25
pseudographus in præfatione Prouerbiorum.
pseudopropheta Matt.24
psilli Apocal.1
psimmythion 4.Regum.9
psychice Iacobi.3
psychicos 1.Corint.2
ptisana Prouerbio.27
ptisanarium Ibidem
ptolomais 1.Macc.5
ptolomæi plures in præfatione ad Desyderium
ptolomęus Euergetes.in prologo Ecclesiastici
pubertas Prouerb.2
publicani Matthæi.5
pudicus ad Titum.2
puer Lucæ.7
pugillaris Lucæ.1
pugillus Ecclesiastes.4
pugio Iudith.13
pugna verborum 1.Timothei 6
pugnæ legis ad Titum.3
pugno 1.Corint.9
pulex 1.Regum.26
pullulare Genesis.41
pullus Genesis.49
pulmentarium Ioannis.21
puls Leuitici.23
puluis Psalmo.29
punctus Iob.20
pungo Apocalyp.1
pupilla Prouerbio.7
pupillus Exodi.22
puppus 3.Regum.5
purpura Prouerb.31
purpurati 3.Esdræ.3
purpurissum 4.Regum.9
pusillanimis Psalmo.54
pusio Apocaly.13
pustula Leuitici.13
putare Leuitici.25
puteus Apocal.9
puteus iuramenti Gene.46
puteolis Actorum.28
putiphar Genesis.37
putredo Iob.25
pygargus Deutero.14
pyra Actorum.28
pyramis 1.Macc.13
pyrine Daniel.3
pyrus 1.Paralip.14
pythagoras, in epistola ad Paulinum ca. 1
pytho Actorum.16
python Esaiæ.8
pythones 4.Regum.21
pythonissa 1.Paralip.10
Quadragena 2.Corint. 11
quadrans Matt.5
quadrifariã Ezec.45
quadriga Zacc.6
quadrus Iudith.1
quatio 1.Paralip.16
quaternio Actorum.12
quatuor 1.Paralip.23
querela Iob.33
querimonia Philip.2
quæso Genesis.23
quæstio Exodi.33
queo Danielis.2
quercus 4.Esdræ.14
quercus Basan Esaiæ.2
quid Apollo 1.Corint.3
quinquagenarius Esaiæ.3
quinquagenus 3.Reg.18
quinquennis 2.Regum.4
quinquertiũ 2.Macc.4
quinq; verba Pauli, in epist. ad Paulinum cap. 6
quinta vice Nehemi.6
quisquiliæ Amos.8
quis putas Matt.18
qui vero Exodi.32
quod coniunctio in epistola ad Paulinum ca. 6
quo Esaiæ.1
quo libet Prouerb.26
quo minus in prefatione super epistolas Pauli.
quomodo Threno.1
Raama Ezechiel.27
rabba 2.Reg.12
rabbath Ezechie.21
rabbe Amos.1
rabbi Matth.23
rabboni Mar.10
rabsaces Esaiæ.36
racematio Esaiæ.24
racemus Deutero.24

Racha Matth.5
Rachel Matth.2
Radiantia signa,in p̃fatione prima super Psalterium.
Radius Sapienti.16
Radix Esai.11.
Rado in p̃fatione Iob pria.
Ragau Iudith.1
Rages Tobi.1
Raguel Tobi.6
Rahab Psalmo.86
Raim amatores Hieremi.3
Rama Matth.2
Ramathiam 1.Regum.1
Ramathe 1.Macchab.11
Rameſſe Geneſis.47
Rameſſes Exodi.1
Ramnus Psalmo.57
Ramot Ezechiel.27
Rammor 3.Regum.22
Ramus Ezechiel.8
Ramuſculus Esai.18
Rana Sapient.19
Raphael Tobi.5
Raphaim Esai.17
Raphidim Exodi.17
Rapidus Daniel.7
Rapina Psalmo.61
Raptim Iob.6
Raſias 2.Macchab.14
Raſin Esai.7
Rates 3.Esdr.5
Rathimus 3.Esd.2
Ratio Actorum.22
Rationale 1.Petri.3
Ratis Sapient.14
Raucus Psalmo.68
Reatus Deuterono.21
Rebecca Geneſis.24
Reboo 1.Regum.14
Recaluaſter Leuitici.13
Recenſeo 3.Regum.10
Recenſitus Exodi.30
Rechabitæ Hieremi.35
Recido Geneſis.42
Reclinatorium Cantico.3
Reconditus in p̃fat. Iohelis
Recordor Threnoꝝ.5
Recraſtino in epiſt. ad Paulinum cap. 6
Rector Eccleſiaſtici.32
Rector mundi Ephe.6
Recubo Matth.8
Redactus Ioſue.21
Redditus 1.Esdr.4
Redeo Exodi.32
redigere Ibidem
redimo Exod.34. Psalm.7
rediuiua,in p̃fatione ſuper epiſtolas Paulinas
redoleo in p̃fatione Sapien.
redundo Eccleſiaſtici.47
refectio Psalmo.22
refocillo 2.Regum.16
refrenare Iacobi.1
refrigero Exodi.23
refuga 3.Esdr.2
refugium Psalmo.89
regem melech Zacchar.7
reges Arabiæ Hieremi.25
regina Saba 2.Paralip.9
regio 1.Paralip.8
regno Psalmo.92
regredior Psalmo.7
regula Leuitici.19
regulus Ioannis.4
releuans in p̃fatiõe Heſter.
religio Exodi.12
religioſus Daniel.3
reliquiæ Psalmo.36
reliquum eſt 1.Corinth.7
remeo Tobi.10
remetior Matth.7
remigium Esaiæ.33
reminiſcor Psalmo.24
remiſſa manus Prouerb.12
remitto 3.Esdræ.4
remmon Zacchar.14
remphan Actorum.7
renatus Ioannis.3
renes Psalmo.25
renunciare Lucæ.9
renuo Psalmo.76
reor Eccleſiaſtes.2
repandus 2.Paralip.4
repedo 2.Macchabæoꝝ.3
repente Esaiæ.48
rephan Actorum.7
replico 2.Paralip.35
reprobus 2.Corinth.13
reptile Gene.7. Psalmo.68
repto 1.Regum.14
repudiare Leuitici.21
repudium Deuterono.24
reputo Heſter.6
requies 2.Theſſal.1
requiro Romanoꝝ.3
reſcio Actorum.22
reſeph Esaiæ.37
reſideo Hieremiæ.40
reſiduus Esaiæ.4
reſina Hieremiæ.8
reſono 2.Paralip.13
reſpecto Oſee.5
reſponſum Matth.2
reſtat 4.Esdræ.8
reſtis Iudith.6
reſto Deuteronom.3
retiaculũ 3.Reg.7.Pſal.140
reticulum Exodi.29
retribuo Psalmo.137
retrorſum Psalmo.9
retuſus Eccleſiaſtes.10
reuelo Psalmo.118
reuera 2.Macchabæoꝝ.3
reuereor Psalmo.34
reum,Beel,Theem 1.Eſd.4
rhaab Ioſue.2
rhabduchos Actorum.16
rhama Hieremiæ.40
rhamnus Psalmo.57
rheda Apocalyp.18
rhen Exodi.29
rhegma Ezechiel.27
rhegium Actorum.28
rhetorici in epiſtola ad Paulinum cap. 6
rhinoceron Iob.39
rhinoceros Deuter.33
rhode Actorum.12
rhodocus 2.Macchab.13
rhodus Actorum.21
rhoonas Zacchab.12
rhoma Actorum.23
rhomani in prologo ad Romanos.
rhomphæa Eccleſiaſtici.21
rhythmus in præfatiõe Iob prima.
ridiculus Habacuc.1
rigidus Prouerbiorum.18
rigo Psalmo.6
ripa Exodi.2
rite 2.Paralip.31
ritus Exodi.29
rixor 2.Regum.14
robor Ezechielis.19
robur 2.Paralipome.25
robus 2.Regum.17
robuſtus Geneſis.10
rhoim,paſtores Hieremi.3
rophaim Esaiæ.26
roro Esaiæ.45
roſtra ferrantia Esaiæ.41
rota Psalmo.76
rota figlaria Hieremiæ.18
ruben Geneſis.29
rubenitis Ioſue.1

Ruber 2.Paralip.8
Rubigo Deutero.28
Rubrica Exodi.25
Rubrum Geneſis.25
Rubus 4.Eſd.14
Rufus Romano.16
Ruga ad Epheſios.4
Rugio Eſaiæ.31
Rugitus Iob.39
Rumino Leuitici.11
Rumpo Hieremiæ.2
Rumuſculus Marci.1
Runcina Eſaiæ.44
Ruo Leuitici.9
Rupes Eccleſiaſtici.43
Ruſticatio Eccleſiaſtici.7
Ruſticior in præfatio. Hieremiæ prima
Ruta Lucæ.11
Ruth Ruth.1
Rutilo Matth.16

SAba Eſaiæ.43
Sabaim Eſaiæ.45
Sabama Eſaiæ.16
Sabaoth 3.Eſdræ.9
Sabarim Ezechielis.47
Sabat Zachariæ.1
Sabbatiſare 3.Eſdræ.1
Sabbatum Exodi.20
Sabæi Iob.1
Sabulum in epiſtola ad Paulinum cap. 1
Saccinus Zaccha.13
Sacculus Eſaiæ.37
Saccus 4.Eſdræ.16
Saccus pertuſus Haggæi.1
Sacerdotium 1.Paralip.6
Sacerdos Exodi.3
Sacramentum Daniel.4
Sacrarium 1.Corinth.9
Sacrificium Pſalmo.39
Sacrilegium Numeri.25
Sacrilegus Ioſue.22
Sacroſanctum 3.Eſd.7
Sacrum Exodi.13
Sadducæi Matth.16
Sagena Matth.13
Saginatus Prouerb.15
Sagitta Eſaiæ.49
Sagulah Matth.6
Sagum Iudicum.3
Sain Ezech.30
Sal Leuit.2. Matth.5
Sal inſulſum Marci.9
Salamis Actorum.13
Salathiel Haggæi.1
Salem Hebræorum.7
Salim Ioannis.3
Salina Ezechiel.47
Salitus Ezechiel.16
Saliua in præfatione quatuor Euangel.
Saliuncula Eſaiæ.55
Salix Pſalmo.136
Salman Oſee.10
Salmana Pſalmo.82
Salmanaſar 4.Regum.17
Salmon Actorum.27
Salomon 3.Regum.3
Salſugo Pſalmo.106
Saltatrix Eccleſiaſtici.9
Saltus 1.Regum.14
Saluator Zacchari.9
Salum in epiſtola ad Paulinum cap. 6
Saluo Pſalmo.97
Salutaris Pſalmo.9
Samaria 3.Regum.13
Samarites Lucæ.10
Sambuca Danielis.3
Sambuciſtria Ibidem
Samia vaſa Eſaiæ.45
Samothracia Actorum.16
Samos Actorum.20
Samuel Actorum.13
Sandalium Marci.6
Sanguinare Eccleſiaſtici.42
Sanguiſuga Prouerb.30
Sanies Iob.2
Sanir Ezechielis.27
Sanctificatio Pſalmo.131
Sanctifico Nehemiæ.3
Sanctimonia Pſalmo.95
Sanctuarium Ezechiel.21
Sanctum Pſalmo.110
Sanctum dare canibus, in p. fatione Eſai.
Sanctum ſæculare Hebræorum 9
Sanctus Leuitici.12
Saon Amos.2
Saphanatphaneh Daniel.1
Saphacias Hieremi.38
Saphir Micheæ.1
Sapientia in præfatione Sapient.
Sapiẽtior Ethan &c. 3.Reg.4
Sapphira Actorum.5
Sapphirus Exodi.28
Sappho in præfatione Iob prima
Sara Romanorum.4
Saraballa Danielis.3
Sarai Geneſis.17
Saraſar Zachariæ.7
Sarcina Eccleſiaſtici.21
Sartio 2.Paralipome.34
Sarculum 1.Regum.13
Sardis Apocalyp.1
Sardius Exodi.28
Sardonyx Iob.28
Sarepta Abdiæ.1
Sargon Eſaiæ.20
Sarmatæ in ſecund. pfatione Paralip.
Sarmenta Actorum.28
Saron Eſai.33
Sarona 1.Paralip.27
Saronas Actorum.9
Sartago 1.Paralipome.9
Sarta tecta 4.Regum.12
Sata 2.Paralipom.2
Sata tria Matth.13
Satan Iob.1
Satago Luc.10
Satelles 1.Regum.19
Sator Hieremiæ.50
Satrapa 4.Regum.18
Satum Geneſis.18
Saucius 2.Macchab.14
Saulus Romano.1
Scabellum Pſalmo.109
Scabies Leuitici.13
Scabro Deuteron.7
Scalpellum Hieremi.36
Scandaliſo Matth.5
Scandaliſor Matth.11
Scandalum Pſalmo.49
Scapha 2.Macchab.12
Scapula Zaccha.7
Scateo Exodi.16
Scæa Danielis.8
Sceleratus Eſaiæ.1
Sceleroſus Eccleſiaſtici.2
Sceleſtus Ibidem
Scelus Ezechiel.22
Scena Pſalmo.14
Scenofactoria ars Acto. 18
Scenopegia Nehemiæ.8
Scenopios Actorum.18
Sceptrum Sapientiæ.6
Sceua Actorum.19
Scheda in pfatione Iob pria.
Schema Sapientiæ.18
Schematiſmenos in præfatione Iob prima.
Schinos in præfatiõe Danielis.

Schiſma Ioannis.9
Schola tyranni Actor.19
Scholom lecho Matt.10
Scophthim in prologo Galeato.
Scientia 2.Corinthio.11
Scilicet Tobiæ.12
Sciniphes Pſalmo.104
Scinipes Exodi.8
Scio, q̃d neſcio in epiſto. ad Paulinum cap. 6
Sciolus in p̃fat.Danielis.
Sciſcitor Danielis.2
Sciſſura Matt.9. 1.Cor.11
Sclerotracheli Actorum.7
Scira Heſter.3
Scopo Eſaiæ.14
Scopulus 1.Regum.14
Scorpio Numer.34
Scorpius 3.Regum.12
Scoria Eſaiæ.1
Scortator Deuterono.23
Scortum Prouerb.6
Scotoma Eſaiæ.19
Scriba 1.Corint.1
Scrupulus 1.Regum.25
Scrutor Pſalmo.63
Sculpo 2.Paralipo.2
Sculptile Iudic.17.Pſal.96
Sculptor Exodi.28
Scurra 2.Regum.6
Scurrilitas Epheſi.5
Scutarius 2.Paralipom.12
Scutra 3.Regum.7
Scutula 1.Macc.4
Scutulata veſtis Ezech. 17
Scylla Actorum.27
Scyphus Eccleſiaſtes.2
Scyrpus Iob.8
Scytala Zacc.11
Scytha Coloſſ.3
Scythopolis 2.Macc.12
Scythopolitæ 2.Macc.12
Sebae Eſaiæ.4
Sebaſten Oſee.8
Sebia 4.Regum.12
Seboim Oſee.11
Secantes in p̃fatione Tobię.
Seceſſus Matt.15
Secreto Matt.24
Secretum Eſaiæ.24
Secundina Deuterono.28
Secũdoprimum ſabbatum Lucæ 6
Secundo Ionæ.2
Securis Matt.3
ſecus Ezechiel.1
ſecta ad Galatas.5
ſedala Ezechiel.47
ſedechias Hieremi.39
ſedes Sapientiæ.9
ſedes maieſtatis Matt.16
ſeditio Numer.20
ſedo Actorum.14
ſeductor 2.Corint.6
ſedulo 4.Regum.4
ſeculare ad Tit.2
ſeculum Pſalmo.20
ſæuus Iudicum.14
ſeges Prouerbio.14
ſegor Eſaiæ.15
ſegregatus Romanoꝝ.1
ſeir Eſaiæ.21
ſeira 4.Regum.8
ſelemias Hieremiæ.38
ſeleucia Actorum.13
ſella in præfatione Iohelis.
ſellum Hieremiæ.32
ſelmon Pſalmo.67
ſem Geneſis.5
ſemei 2.Regum.16
ſemeias Hieremiæ.29
ſementis Leuitici.26
ſemicinctium Actoꝝ.19
ſeminare Geneſis.26
ſeminarium Geneſis.37
ſeminifluus Numeri.5
ſeminiuerbius Actoꝝ.17
ſemino Pſalmo.125
ſemis Exodi.25
ſemita Pſalmo.22
ſemiuiuus Lucæ.10
ſemnos ad Titum.2
ſenator Lucæ.23
ſenecia in p̃fatio. Ezechiel.
ſenecio in eadem præfatio.
ſenior ī ſecũda Ioãnis epiſt.
ſeniores in epiſto. ad Pauli. cap. 4
ſenium Pſalmo.70
ſenis mutare linguã, in p̃fatione quatuor euangeli.
ſennaar Danielis.1
ſennacherib Eſaiæ.36
ſennan Micheæ.1
ſentis Iob.3
ſenus Apocal.4
ſepelio Geneſis.23
ſepes Eſaiæ.5
ſepharuahim 4.Regum.17
ſepharuaim Eſaiæ.36
ſephet Tobiæ.1
ſephora Exodi.1
ſepia furua Eccleſiaſtici.28
ſepio Ibidem
ſepta 2.Paralipo.23
ſeptopolis Iudith.3
ſeptum 4.Regum.11
ſeptuplum Pſalmo.11
ſepulchrum Pſalmo.87
ſequeſter Deutero.5
ſera Pſalmo.147
ſeraphim Eſaiæ.6
ſerenus quis in epiſtola ad Paulinum cap. 6
ſerere Leuitici.25
ſericus Apocal.18
ſermocinatio Prouerbio.3
ſermocinor 4.Regum.2
ſeron 1.Macchabæoꝝ.3
ſerotinus Iob.29
ſerpo 2.Timot.2
ſerratus 3.Regum.7
ſerro 2.Regum.12
ſertum Eſaiæ.28
ſeruo Ioannis.17
ſeruos domini veſtri 3.Re.1
ſeruus Pſalmo.133
ſaſach Hieremiæ.25
ſeſſor 2.Macchab.3
ſeth Geneſis.4
ſethim Micheæ.6
ſeuus 2.Regum.21
ſextarius Leuitici.19
ſexus virilis 1.Reg.1
ſi Pſalmo.94.Marci.8
ſi,id eſt,an Actorum.1
ſiba .Regum.9
ſiban Baruch.1
ſibila Iob.27
ſibilus Hieremiæ.18
ſica Iudicum.3
ſicarius Actorum.21
ſiccatio Ezechiel.26
ſiccine 1.Regum.15
ſiccus Pſalmo.94
ſicena Pſalmo.107
ſicemam Pſalmo.59
ſicera Eſaiæ.5.Lucæ.1
ſichar Ioannis.4
ſichem Oſee.6
ſichimis Eccleſiaſtici.50
ſicilia in præfat. Paralipo.
ſiclus Leuitici.27
ſidon Eſaiæ.23
ſidonij Deuteronomij.3
ſidrach Danielis.1
ſignaculum Romanoꝝ.4

Signare 2.Corinth.1
Signati ad Epheſi.1. Apocalyp. 7
Signatores Apocalyp.5
Signo Ioannis.3
Signum Deuteronom.6
Sihor Hieremiæ.2
Sijm Eſaiæ.23
Silex Iob.19
Siliqua Lucæ.15
Silo Hieremiæ.7
Siloa Nehemiæ.3. Eſaiæ.8 Luc. 13
Simila 3.Regum.4
Similago Eccleſiaſtici.35
Simius 3.Regum.10
Simon Matth.4
Simonides in epiſt. ad Paulinum cap. 6
Simplicitas Prouerbio.19
Simulacrum 1.Regum.19
Simulatio Romanoꝝ.12
Simulator Prouerbioꝝ.11
Sin Exodi.17
Sin autem Apocalyp.2
Sina Exodi.31
Sinapis Matth.13
Sindones Eſaiæ.3
Sine deo Epheſi.2
Sine querela 1.Theſſalo.2
Sinite vſqꝫ huc Luc.22
Singillatim Pſalmo.32
Singulare certamen 1.Re.17
Singulus Pſalmo.144
Sino 2.Macchabæorũ.6
Sinopis Hieremi.22
Sinus Prouerbiorum.16
Sion Pſalmo.124
Si licet Matth.10
Siquidem 3.Regum.8
Si quo minus Ioannis.14
Si quo modo Eſaiæ.37
Sit haſirim in præfati. Prouerb.
Siren in præfatione Ioſue
Sirene Eſaiæ.13
Siſara Iudicum.4
Siſtrum 2.Regum.6
Sitarchia 1.Regum.9
Sitometrion Lucæ.12
Situla Eſaiæ.40
Situs Ioſue.11
Smaragdus Eccleſiaſtici.32
Smele Danielis.13
Smigma Danielis.13
Smyrna Apocalyp.1
ſobnas Eſaiæ.22
ſoboles Ioſue.22
ſobrius ad Titum.2
ſocer Exodi.3
ſocietas 1.Ioannis.1
ſocoth 4.Regum.17
ſocrus Matth.8
ſodales 3.Eſdræ.6
ſodalitium Eccleſiaſtici.37
ſodi Baruch.1
ſodoma Geneſis.10
ſodomita Geneſis.13
ſodomiticum 4.Eſdræ.5
ſœcemah Oſee.6
ſolarium 2.Regum.16
ſolatium Hebræorum. 13
ſolennis 4.Regum.10
ſolẽnitas azymoꝝ Deu.16
ſoleo 4.Regum.17
ſolers Eccleſiaſtici.19
ſolido Ezechiel.34
ſolidus Eccleſiaſtici.29
ſolitas Hieremiæ.9
ſolium Iob.23
ſollicitare Exodi.5
ſolummodo 4.Eſdrę.7
ſonitus Ezechiel.10
ſopater Actorum.20
ſophar Oſee.5
ſophiſma Eccleſiaſtici.37
ſophiſtice Ibidem
ſophim 1.Regum.1
ſophonias Sophoni.1
ſopor Iob.33
ſoporatus Pſalmo.3
ſor Eſaiæ.23
ſorbeo Geneſis.24
ſorbitio 2.Regum.13
ſordeo Iob.18
ſordes 3.Regum.15
ſorck Eſaiæ.5
ſors 1.Paralip.6
ſorte exijt Luc.1
ſortẽ mittere Nehemi.11
ſortior Ruth.1
ſortito Ezechiel.45
ſoſipater Actorum.20
ſoſes phones in epiſtola ad Paulinum cap. 2
ſoſpes Hieremi.38
ſoſpitas Iob.5
ſoſthenes 1.Corinth.1
ſoſtratus 2.Macchab.4
ſoter Habacuc.3
ſpacium Eccleſiaſtes.3
ſpado Eccleſiaſtici.10
ſparta 1.Macchab.12
ſpatula Leuitici.23
ſpecimen Baruch.6
ſpectabilis 1.Paralipo.17
ſpectaculum 1.Corinth.4
ſpectrum Matth.14
ſpecula Eſai.3
ſpeculantes 2.Corinth.3
ſpeculator 2.Regum.18
ſpeculor Tobiæ.11
ſpeculum Sapienti.7
ſpecus Iudicum.15
ſpelæum Marci.11
ſpelunca Ioannis.11
ſperes 2.Macchabæo.7
ſpermologus Actorum.17
ſpes 2.Macchabæo.7
ſphalma Danielis.6
ſphæra Eſaiæ.29
ſphela Hieremiæ.32
ſpica Luc.6
ſpiculator Marci.6
ſpiculum 1.Macchab.6
ſpira Matth.27
ſpiraculum Iob.32
ſpiramentum 4.Eſdræ.7
ſpiro Actorum.9
ſpiritalis 1.Corinth.2
ſpiritus Ioannis.3
ſpolians Coloſſ.2
ſpondæus in præfatiõe Iob prima.
ſpondeo Prouerb.17
ſponſalia 1.Regum.18
ſponſio 4.Eſdræ.7
ſpontaneus Numeri.29
ſponte Leuitic.7
ſporta Marci.8
ſportella in præfatione Iob ſecunda.
ſpuma Sapientiæ.5
ſpumo Marci.9
ſpurcus Numeri.19
ſpurius 1.Regum.17
ſpurcitia Deutrono.7
ſputamen Iudicum.16
ſputum Ioannis.9
ſqualeo Hieremiæ.41
ſqualidus Threno.1
ſquama Actorum.9
ſtabilimentum Sapient.6
ſtabulum Lucæ.10
ſtachys Romano.16
ſtactes Geneſis.37
ſtadium Lucæ.24
ſtagnum Pſalmo.106

Stamen

Stamen Leuitici.15
Stanneus Zacchari.4
Stannum Esaiæ.1
Stater 4.Regum.7
Statera Psalmo.61
Staticulum Daniel.3
Statio Genesis.49
Statuarius Zacchari.11
Statuo Psal. 148
Statura Ezechiel.1
Status Actorum.12
Statutus dies Tobiæ.10
Stellæ cœli Esaiæ.13
Stellæ imago in præfatione Iob secunda.
Stellio Prouerbiorum.30
Stephana 1.Corinthioꝝ.1
Stephanus Actorum.6
Stercus Lucæ.13
Sterilis Psalmo.112
Sterilitas Psalmo.34
Sternere Genesis.22.Deu.19
Sternor Esaiæ.14
Sternutatio Iob.41
Sterquillinium Hieremi.8
Stibinus 1.Paralipome.29
Stibium. 4.Regum.9
Stigma ad Galatas.6
Stilla Ezechielis.21
Stillare Micheæ.2
Stillicidium Psalmo.71
Stilus in præfatione Sapientiæ.
Stimulus 2.Corint.12
Stipendium Romanoꝝ.6
Stipes Numeri.8
Stipo Canticorum.2
Stipula 1.Macchabæoꝝ.4
Stirps Esaiæ.14
Stoici Actorum.17
Stola Hester.6
Stomachus 1.Timoth.5
Storax Ecclesiastici.24
Stragulum 4.Regum.8
Stramentum Genesis.31
Strategus Actorum.1
Stratorium Amos.6
Stratum 2.Paralipome.6
Stratus Psalmo.6
Strebloterion Hieremię.20
Strenuus Exodi.18
Strepitus Iudith.14
Striatus 3.Regum.7
Strideo Esaiæ.8
Strophium Lucæ.19
Structor 3.Esdræ.6
strues Genesis.22
struthius Iob. 30
stupa Ecclesiastici.21
stupeo Iudicum.15
stuppa Iudicum.16
stuprum Genesis.34
struthio Leuitici.11
suadeo Iudith.12
suadibilis Iacobi.3
suauis Psalmo.99
suauitas 2.Corinth.6
sub pellibus 1.Paralip.17
sub viro Romanoꝝ.7
subalaris 4.Esdræ.11
subcinericius 3.Regum.17
subditus Romano.3
subdolus 2.Corinth.11
subex Romanorum.3
subiectibilis Baruch.1
subintro Romanoꝝ.5
subito 4.Esdræ.13
subiugale 3.Esdræ.5
subleuo 1.Regum.2
sublimare 1.Regum.2
sublimis Esaiæ.4
sublimitas 1.Corint.2
submitto Actorum.6
subneruo Iosue.11
subregulus 3.Esdræ.6
subripio Daniel.6
subrepo Deuterono.15
subsannatio Ios.34
subsanno Hieremiæ.20
substantia Prouerbioꝝ.3
substantia Genesis.13
subtegmen Genesis.14
subter 2.Paralipome.5
subtilia Esaiæ.19
subtritus Deuter.8
subucula Leuitici.8
subula Deuterono.15
suburbanum 1.Para.6
suburbanus Numeri.35
successor Ecclesiastici.46
successus Ecclesiastici.11
succido Esaiæ.38
sudarium Ioannis.20
sudes Iob.40
sufferentia Iacobi.5
suffectus 2.Macchab.4
sufflatorium Hieremiæ.6
suffocata Actorum.15
suffoco Iudicum.5
suffossus Psalmo.79
suffragor 3.Esdræ.6
suffultio Ecclesiastici.50
suffundo 4.Regum.8
suggero Ioannis.14
suggillatio in præfatiõe ad Desyderium.
suggillo Lucæ.18
suillus Esaiæ.65
sulamitis Canticorum.6
sulcus Ecclesiastici.38
sulphur Psalmo.10
sulphureus Apocal.9
summa 1.Parali.9
summatim Daniel.7
summo mane Matt.20
sumptus 1.Esdræ.6
suna 4.Regum.4
supellex Iudith.15
super Numeri.8
superabundo Romano.5
superadultus 1.Cor.7
superbus Psalmo.118
supercilium Tobiæ.11
super centum 20. in epistola ad Paulinum ca. 6
supergredior 1.Thessal.4
superhumerale Exodi.28
super ipsorum Ezechiel.1
superliminare Amos.9
super morte 1.Parali.19
superstes Genesis.46
superstitio Colossen.2
superstitiosus Actor.17
supersum Nehemiæ.1
super seruos dei, in epist. ad Paulinum ca. 6
superuacue Psalmo.24
supplanto Psalmo.16
supplementum Mar.2
supplex Sophoniæ.3
supputo 3.Regum.3
supputatio in prologo Galeato.
supra Baruch.2
sura Iudicum.15
surrectus Prouerbi.30
sus Prouerbiorum.11
susanna Daniel.13
suscipio Actorum.24
susæ Nehemiæ.1
susis Daniel.8
suspendium Iob.7
suspicere Genesis.15
sustinentia 1.Thessal.1
sustineo Ecclesiastici.2
susurro Rom.1
susurrus Iob.4
sycaminus Lucæ.17

Sycomoros Luc.19. Esaiæ 9
Syene turris Ezechiel.29
Sylua in pfatione Iosue.
Syluanus 2.Corinth.1
Symbolum Prouerbio.23
Symeon Gene.29.Lucæ.2
Symmachus in præfatione Iob prima.
Symphonia Luc.15
Sympresbyter 1.Petri.5
Synagoga Psalmo.85
Synceris Philip.1
Synceritas 2.Corinth.1
Synceriter Tobiæ.3
Synchronus in pfatione duodecim prophetarum.
Synoche Zacchari.9
Synodia Luc.2
Synodus in pfatiõe Iudith.
Syntagma in præfatione ad Desyderium.
Syntyche Philippen.4
Syntrophus Actorum.13
Syracusa Actorum.28
Syriace Daniel.2
Syrophœnissa Marci.7
Syrtes Actorum.27
Syrus in præfatione Lucæ.
Syssomata Ephesio.3
Syzetes 1.Corinth.1

TAbernaculum Psalmo 14
Tabes 2.Paralip.21
Tabesco Psalmo.111
Tabita cumi Marci.5
Tabula Prouerbiorum.3
Tabulatum 3.Regum.6
Talaris 2.Regum.13
Talantiæan Apocal.16
Talentum 3.Regum.16
Talia pstabat,in epistola ad Paulinum ca. 6
Talitha Marci.5
Talpa Esaiæ.2
Talus Ezechiel.47
Tamion Lucæ.12
Tandem 2.Paralipome.30
Taneos Esaiæ.19
Tanis Psalmo.77
Tantali fons, in epistola ad Pauli.ca. 1
Tantummodo Esaiæ.4
Tabes Prouerbio.7
Tapetum 2.Regum.17
Taphnis in argumẽto Hie.
taracha Esaiæ.37
tarsus Actorum.21
tartarus 2.Petri.2
taurea 2.Macchab.7
taurus Ecclesiastici.6
taxatio 3.Esdræ.8
tebeth Hester.2
tæda Iob.41
tædet Iob.9
tædium Psalmo.118
teglatphalasar 4.Regum.15
tego Nehemiæ.2
tegula Luc.5
tela Iudicum.16
telonæum Matth.9
telos Romanorum.9
telum 2.Regum.11
temere Ecclesiastes.5
temeritas 2.Regum.6
temperatura Ezechiel.15
tempestas Psalmo.49
temporaneus Deutero.11
tempus Iudicum.4
temulentus Prouerbio.26
tendicula Prouerb.1
tenellus Prouerbio.4
tenia Ezechiel.44
tentorium Genesis.31
tenuitas Esaiæ.10
tertium cœnaculum Actorum 20
terebinthus 1.Reg.17
tergus Ecclesiastici.21
tergum Ecclesiastici.21
terrere Leuitici.26
terribile Genesis.26
terrigena Psalmo.48
tertio 2.Corinthiorum.13
tertius Romanorũ.16
tertullus Actorum.24
testa Iob.2
testamentum Psalmo.24
tesseradecas in præfatione Hieremiæ 2
Tesseratetradius Acto.12
teteleſmene Osee.1
tetragrammaton in prologo Galeato.
tetrarcha Luc.3
texo Nehemi.3
texilis Exodi.28
textrina Tobi.2
thabeel Esai.7
thabor Psalmo.88
thaddæus in Iudæ epistola.
thalamus Psalmo.18
thalassa Actorum.27
thalassio 1.Timoth.1
thamat 2.Regum.13
thare Genesis.11
tharsis Psalmo.47
thartan Esai.20
tharuah Amos.2
thassus Actorum.20
thau Ezechiel.9
theatrum Actorum.19
thebę Ezechiel.30
theca calamaria Ezechie.9
thecel Daniel.5
thecua Hieremi.6
thecue 1.Paralip.4
thema in pfatione Hester.
theman Hieremi.25
theodas Actorum.5
theodidacti in epist. ad Paulinum cap. 4
theophilus Luc.1.Acto.1
theraphim Osee.3
there Asar, in prologo Galeato.
thereuma Zachariæ.9
theristra Esaiæ.3
thersa 3.Regum.14
thesaurizo Romanorũ.2
thesaurus 1.Paralipome.26
thesis Genesis.4
thessalonica 2.Thessal.1
theta in pfatione Hester.
thicon Ezechiel.47
thnesimæon Psalmo.78
thobia Zacchari.6
thobias & pastor in prologo Galeato.
thogorma Ezechiel.27
thomas Ioannis.14
thophet Esaiæ.30
thora in prologo Galeato.
thorax 1.Thessalo.5
thorus Sapientiæ.3
thraso glorioſus Eccli.44
thrax 2.Macchabæorũ.12
threni Threnorum.1
thronus Psalmo.9
thrulla Amos.7
thubal Ezechiel.27
thubal thobel Esaiæ.66
thuribulum 3.Regum.7
thyatira Apocaly.1
thyinon Apocalyp.18
thymiama 3.Regum.3
thymiamaterium Hiere.52
thyrsus 2.Macchabæ.10

Tiara Exodi.28
Tibia Psalmo.146
Tignarius 4.Regum.22
Tigris Iob.4
Timon Actorum.6
Timeo Psalmo.127
Timotheus 1.Timoth.1
Tina ligna 3.Regum.10
Tinea Iob.27
Tinnulus in præfatiõe Iob prima.
Tinnio Hieremiæ.19
Tintinnabulum Eccli.45
Titan Iudith.16
Titio Esaiæ.7
Titubo Eccli.37
Titulus in psati.3. Psalterij.
Titus ad Titum.1
Tmemata in plogo Galea.
Tobias Tobiæ.1
Toffus Esaiæ.2
Tolerantia 2.Corinth.1
Tollere Marci.11
Tondeo 1.Regum.25
Tonitrus Ioannis.12
Tono 1.Paralip.16
Toparchia 1.Macchab.11
Topazius Psalmo.118
Topus Ioannis.20
Torta Hieremiæ.37
Torculat Numer.18
Torculum 4.Regum.6
Tornare Esaiæ.44
Tornatilis Canticorum.5
Torques Esaiæ.3
Torquens Iob.17
Tormentum Sapientiæ.3
Torreo 1.Paralip.13
Torrens Psalmo.17
Torris Amos.4
Torsiones Esaiæ.13
Tortuosus Iob.26
Tortura Eccli.32
Tortus Leuitici.21
Torus 1.Paralip.5
Torus maritalis Maccha.1
Totidem Deuterono.9
Totum in epistola ad Paul. cap. 6
Trabes 2.Paralip.3
Trabs Matthæi.7
Trachonitis Lucæ.3
Tracto Eccles.8
Trador Hieremiæ.37
Traduco Matthæi.1
Traducti 2.Petri.3
traductio Sapientiæ.11
tragelaphus Deuterono.14
traha 1.Paralip.20
trahel Ezechiel.42
trames Eccli.24
transfero in præfatione Hester.
transfigurare 2.Corinth.4
transfreto Deuterono.30
transfugio 1.Regum.29
transgredior Iosue.4
transfigo Hester.9
transilio Prouerbio.14
transitus Deuterono.4
transmigro Psalmo.10
transmutatio Iacobi.1
transtra Ezechielis.27
transuado Ezechiel.47
transuerto Ecclesiastici.4
trapeza in præfatione Danielis.
trapezeta Matthæi.25
tremo Esaiæ.66
trepido Ecclesiastici.34
tribula 1.Paralipo.20
tribulatio Psalmo.53
tribulus Matthæi.7
tribunal Matthæi.27
tribunus 1.Regum.17
tributarius Iosue.17
tributum Genesis.49
Tricæ Apinæ Eccli.32
trichaptum Ezechielis.16
triclinium 1.Regum.9
trico Ecclesiastici. 32
tridens 1.Regum.13
triennis Genesis.15
trierarchus Danielis.11
trieris Esaiæ.33
triphon 1.Macchabæo.11
triplois 2.Macchabæo.14
tripudium Hester.8
triftega Ezechielis.42
triftegum Actorum.20
tritici mensura Lucæ.12
tritura 4.Regum.13
triuium Esaiæ.15
trium partiũ sectio in epistola ad Paulinum cap. 6
triumphans Colossen.2
triumpho 2.Corinthio.2
troas Ibidem
trochilus Esaiæ.30
trochus Ezechiel.1
troglodytæ 2.Paralip.12
trogyllium Actorum.20
trophæum 2.Macchab.5
trophimus 2.Timoth.4
trucido Psalmo.36
trulla 4.Regum.25
truncus Iudith.13
Tryphena Romanor.16
tryphosa Ibidem
tuba Psalmo.150
tubiacui 2.Macchab.12
tubin 1.Macchabæorum.5
tugurium Esaiæ.1
tullius in præfatiõe Esaiæ.
tumens Genesis.31
tumultuo 3.Regum.1
tumultuor Esaiæ.3
tumultuosus Prouerbi.20
tumultus Hester.11
tumulus 2.Paralip.34
tunc 1.Paralip.13
tundo Exodi.16
tunicas Cosmitas Exod.28
tuor Hieremiæ.15
turbo Esaiæ.21
turbulentus Esaiæ.42
turbulentus riuus in præfatione prima Psalterij.
turgeo Numeri.17
turma Numeri.1
turpitudo Exodi.20
turris nebulosa Micheæ.4
turtur Psalmo.83
tutela 3.Esdræ.8
tuto Baruch.6
tutores ad Galatas.4
tyberis in 2. præfat.Paralip.
tyberius Lucæ.3
tychicus ad Ephesios.6
tympanistria Psalmo.67
tympanum Psalmo.149
typhonicus ventus Act.27
typos 2.Regum. 12. Ioannis 20
typus domini in epistola ad Paulinum cap. 6
tyrannis 3.Regum.16
tyrannoctonus Sapient.12
tyrannus Ibidem
tyro Hieremiæ.52
tyrus Esaiæ.23

VAcca lasciuiens Osee 4

vaccæ pingues Amos.3
vacillare Iob.4
vaco Psalmo.45
vacuefactus Iob.14
vacuus Deuterono.16

Vade in terrã excelſam Geneſis 22
Vades Prouerb.22
Vadum Iudicum.12
Vagao Iudith.12
Vagio Iob.38
Vah Iob.39
Vaiedabber in prologo Galeato.
Vaiſkra in eodem prologo
Valefacere 2.Corin.2
Validus Nehemi.9
Vallatus 4.Regum.25
Vallo Ionæ.2
Vallicula Leuitici.14
Vallis achor Eſaiæ.65
Vallis Ioſaphat Iohelis.2
Vallis multitudinis Ezec.39
Vallis pinguiſſima Eſai.28
Vallis ruinarum Hiere.31
Vallum Lucæ.19
Valuæ 4.Regum.18
Vangiones in ꝓlogo Macchab.
Vaniloquium 1.Timot.1
Vanitas Eccles.1
Vapulo Oſee.4
Vario in præfatiõe quatuor Euangeliorum
Vaſa Hiere.21
Vas fictile 2.Corinth.4
Vaſis 2.Paralip.29
Vaſthi Heſter.1
Vaſtitas Eſaiæ.1
Vaſtus Nume.14
Vates qui dicantur in præfatione ad Deſyde.
Vaticinans Nehe.6
Vaticinor 2.Paral.18
Vber Pſalmo.91
Vbi Ioannis.3
Vbi in præfatione Danielis.
Ve Gene.8.4.Eſdræ.16
Vecors Prouer.7
Vectigal 3.Regum.10
Vectigalis Eſaiæ.31
Vectis 1.Paral.15
Væh Hiere.45
Veelle ſchmoth in prologo Galeato
Vegetare Gene.9
Vehemens Iob.1
Velamen Exodi.34
Velamentum Pſal.60
Vello Eſaiæ.50
Vellus Pſalmo.71
velox Pſal.13
velum Leuitici.16
vena Prouerb.10
venale ſacerdotium 2.Machabæor. 11
venator Geneſis.10
vendico 1.Maccha.15
venificium 4.Regum.9
veneficus Galat.5
veneo Leuit.25
venia Eccli.3
venimus Numeri.16
venimus Matth.2
ventilabrum Matt.3
ventilo 3.Regum.22
ventoſus Iob.16
ventres ad Titum.1
ventus Exodi.9
venundare Leuit.27
venundatus Eſaiæ.42
venuſtus Geneſis.29
vepres Geneſis.22
vepretum Eſaiæ.7
verberare aera 1.Cor.9
veredarius Heſter.8
verenda Deutero.25
vereor Iob.3
veretrum Deuter.23
vergo Ioſue.15
vergens Ezechi.40
vermiculatus Can.2
vermiculus Leuit.14
vermis Pſalmo.21
vernaculus Hieremi.2
vernus Deuterono.16
vernus Exodi.34
verriculum Matth.13
verſatilis Geneſis.3
verſipellis Prouerb.14
verſutia Eccli.39
verſutus Prouerb.12
verſus 3.Regum.7
vertex 3.Regum.18
vertigo Eſaiæ.19
verum 2.Paralip.35
veruntamen Geneſis.15
veſania Heſter.16
veſanus Sopho.3
veſcor Exodi.13
veſpa Sapientiæ.12
veſper 3.Regum.17
veſpera Pſalmo.58
veſpere Matth.28
veſpertilio Leuit.11
veſperus Iob.38
veſtibulum 2.Regum.17
veſtigium Sapientiæ.2
veſtimenta Matthæ.21
veſtri Matth.10
vetatus Actorum.16
veteranus Sapientiæ.2
vexatio 3.Eſdræ.6
vexo Pſalmo.93
vexillum Numeri.2
viaticum Deutero.15
vibro Pſalmo.7
vicarius Leuitici.24
vicenus Iudith.1
vices Nehe.4
vicia Eſaiæ.28
vicies millies Apocal.9
viciſſitudo 1.Regum.24
victima Prouerb.17
victorq; Sinon, in præfatione Eſdræ.
viculus 1.Paralip.2
vicus Matthæi.6
videns 2.Paralip.19
vidua Pſalmo.67
viduertas 1.Timoth.5
vigil Daniel.4
vigilia matutina 1.Reg.11
villa Lucæ.14
vinacia Oſee.3
vincere malum Roma.12
vincio Iob.36
vindemia Iudicum.8
vindemitor Hiere.6
vindemio Pſalmo.79
vindex Sapientiæ.12
vindico 1.Macchab.15
vinea Ezechi.26
vinea meri Eſaiæ.27
vinetum Amos.4
vinitor 4.Regum.25
vinum myrrhatum Matthæi 27
violare Leuitici.21
violator Iudith.9
violentus Miche.3
vipera Actorum.28
virago Geneſis.2
viratus Eccli.28
viretum Geneſis.41
virga Pſalmo.124
virgo Eſaiæ.7
virgultum Eſaiæ.53
virgulata veſtis Pſalmo.124
viridare 4.Eſdræ.5
viriliter Pſalmo.30
viror Eſaiæ.15
virtus Pſalmo.20

Virtute totum est in epistola ad Paulinum ca. 3
Visio Esaiæ.2
Viso 4.Regum.8
Vita Psalmo.62
Vita comes 4.Reg.4
Vita fungi 3.Esdræ.1
Vitæ excessus 2.Mac.4
Vitalia Exodi.29
Vitetis supercilium in præfatione Esdræ.
Viciatum in præfatione Hester.
Vitis Psalmo.127
Vitrearius Apocal.15
Vitta Ecclēs.12
Viua vox ī epistola ad Paulinum cap. 2
Vlaī Daniel.8
Vlciscor 2.Corint.10
Vlcus Iob.2
Vlna Genesis.24
Vltio Psalmo.93
Vltor Iudicum.6
Vltro 1.Esdræ.3
Vltroneus Exodi.25
Vlulare Numer.10
Vlulatus Iudicum.25
Vmbilicus Prouer.3
Vmbra Psalmo.56
Vmbraculum Esai.4
Vna 3.Esd.9
Vnam petīj Psal.26
Vncia 2.Reg.21
Vnciales literæ in præfatione Iob prima.
Vncinus Amos.8
Vnde Psalmo.120
Vndecumq; Sapientiæ.14
Vndiq; Eccli.46
Vngula Eccli.24
Vnguentarius 1.Regum.8
Vnguentum Psal.132
Vnicolor Gene.30
Vnicornis Psalmo.91
Vnio Matth.7
Vniuersitas iniquitatis Iacobi 3
vniuersus 2.Paralip.32
vnus 1.Esdræ.2
vocati Matth.20
vocatus Roma.1
vociferatio Psalmo.26
vocifero 2.Paralip.13
volucris Genesis.7
volumen Ezechiel.3
volumen volans Zacc.5
voluntarie Psalmo.53
volito Hester.9
volutatus Iudith.14
voluto Iudicum.5
volutor Marci.9
vomer 1.Regum.13
vomis Esaiæ.2
vorago 3.Regum.11
voueo Ecclēs.5
vox Psalmo.114
vpupa Leuit.11
vr Esaiæ.32
vr Chaldæorum Gene.11
vranophorus Eccli.33
vrbanus Roman.16
vrbs 2.Paralip.27
vrceus Ecclēs.2
vredo 4.Esdræ.15
vrgeo 2.Paralip.34
vrgeor in prologo Macc.
vri 1.Corinth.7
vrias Esaiæ.8
vriel Danielis.8
vrna Hebræo.9
vro Psal.25
vrsa 2.Regum.17
vrsus 1.Regum.17
vrtica Esaiæ.34
vsq; ad canos Esai.46
vsquequaq; Psalmo.118
vsquequo Psalmo.12
vstulare 3.Esd.4
vsura Psalmo.14
vt Lucæ.11
vt ita dictum sit Hebr.7
vt dignum est 2.Thessa.1
vtensile 1.Paralip.9
vter Psal.32
vterus 2.Paralip.21
vtinam Psalmo.118
vtiq; Psalmo.50
vtor Iudith.3
vua 2.Paralip.34
vua passa 1.Regum.25
vulgo Hieremiæ.3
vulgus 1.Regum.14
vulnus sæuum Apoca.16
vulpes Psalmo.62
vultur Leuitici.11
vulua Lucæ.2

XAnthicus 2.Mac.11
Xenium Eccli.11.& Macchab. 11
xenophon in pfatio. ad Desyderium.

ZAbadei 1.Macchabæorum 12
zabdiel 1.Macchab.11
zabulon Genesis.30
zaccharias Zacchar.1.Lucæ 1
zacchæus Luc.19
zanclæ Actorum.27
zara Genesis.38
zeb Psalmo.82
zebedæus Matt. 4.
zebee Psalmo.82
zelo 3.Regum.19
zelor Zaccha.8
zelotes Exodi.20
zelotypia Numeri.5
zelotypus Eccli.26
zelus Psalmo.68
zenas ad Titum.3
zib 3.Regum.6
zio Var Ibidem
ziph 1.Regum.23
zizanium Matth.13
zona Psalmo.108
zoora Esaiæ.15
zorobabel Haggæi.1
zur vallis Hieremi.7
zima Osee.7

FINIS
Indicis.

ARGVMENTVM IN EXPLICATIONEM EPISTOLAE SEQVENTIS.

ETHnicorum sapientum,& Ecclesiasticorum exemplis prouocat ad studium literarum,præcipue sacrarum:& in his quantum sit difficultatis,ostendit. Deinde ceu mundum quendam diuinæ scripturæ exponit oculis,ac veluti per transennam commonstrat,quo magis inflammet ad huius studium, singulos eius libros,autores & argumenta elogijs quibusdam breuiter commendans.

IN EPISTOLAM DIVI HIERONYMI, AD PAVLINVM PRESBYterum, de omnibus diuinæ historiæ libris explicatio.

FRATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens,detulit simul & suauissimas literas,quæ à principio amicitiarum fidem probatæ iam fidei, & veteris amicitię noua pręferebant.] Hunc locũ deprauatum, vel ex hoc liquet,quod exemplaria nulla inter se consentiunt.Forte sic legendum est:Quæ à principio probatæ iam fidei fidem,& veteris amicitiæ noua præferebant argumenta.Apparet Paulinum in frontispicio epistolæ suæ locutum fuisse de necessitudine sua, id est,familiarite,amoris coniunctione,& vadata amicitia,quam habebat cum Hieronymo. Eam quum uetus esset, nouis argumentis renouauit. Catalogus exemplorum quæ sequuntur eo pertinet, ne quis sibi statim vindicet scientiam sacrarum scripturarum, sed diu discat priusquam doceat.

Sic Pythagoras mẽphiticus vates.] De studio Pythagoræ,meminerunt Valerius Max.libro.viij. & Laertius Diogenes in illius vita. Iuuenis adhuc Aegyptum adijt, nam Agypti ciuitas est Memphis, eiusque gentis literas ac sermonem perdidicit. Tum vatum Memphiticorum.i.Aegyptiacorum arcanos commentarios scrutans,innumerabilium sæculorum obseruationem cognouit.Hinc ad Persas profectus,magorum disciplinas omnes didicit. Deinde in Cretam nauigauit, ibiq; cum Epimenide descendit in antrum Idæum. Profectus est & Lacedæmoniam,vt eorum politiam,& instituta cognosceret. Post hæc descendit ad certamen Olympicum. Deniq; Italiam adijt. Nam à Samo patria iam tyrannide oppressa discesserat, Crotone docuit, & leges Italis dedit.

Plato Aegyptum.] Is cum post poeticam (nam hanc primum fuit amplexus) contulisset sese ad philosophiæ studium,audisset que post Socratis mortem Cratylum, & Hermogenem annos iam natus duodetriginta,Megaram profectus est,ad Euclidem mathematicum: post Cyrenen Aphricæ ciuitatem adijt autore Plutarcho. Hinc in Italiam ad Pythagoricos, Philolaum, & Eurytum. Dehinc Aegyptum adijt,& sacerdotum arcana didicit. Longius autem amore philosophiæ pereginaturus,sed bellis Asiæ coactus,Athenas redijt.

Architam Tarentinum.] Huius non meminit Laertius, sed Valerius Maximus

dicens: Architas Pythagoricus erat, cuius epitaphium in Odis scripsit Horatius. Hunc audiuit Tarenti. Locris autem audiuit Timæum, Arionem & Chœtum.

Oram Italiæ.] Id est, finem, quia maiori obiacet ea pars Italiæ.

Magna Græcia.] Sic Valerius: In Italiæ etiam partem, quæ tunc maior Græcia dicebatur, perrexit. Et Plinius: Quotã partem ex ea appellando Græciam magnam. Apparet autem illic olim Italos Græce fuisse locutos, ob commertia Græcæ gentis, quandoquidem & Hercules huc peruenisse legitur.

Vt qui Athenis magister erat.] Videtur imitatus Valerium, sic eñ ille: Quoq; tempore à studiosis iuuenibus, certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus, petebãtur. Ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas, vastissimosq; campos, effusam barbariem, & flexuosos fossarum ambitus, Aegyptiorum senum discipulos lustrabat.

Academiæ gymnasia.] Villa Platonis qua docebat semotus ab vrbe, dicebatur Academia, hodie pro palæstra literaria, quam barbari vniuersitatem, siue Bursam vocitãt, sumitur. Gymnasia enim dicuntur loca, in quibus exercebantur palęstritæ, aut similes: postea philosophorũ quoq; conuentus gymnasia dicta: nam γυμνάζειν Græcis exercere est, quemadmodum in palæstra exercentur tyrones ad luctam, aliptæq; vnguntur. Porro Academia villa erat prope Athenas loco nemoroso, & subpalustri, ac ideo insalubri, possessa olim ab Academo heroe, vt ait Laertius. Nam hoc prætermittendum non est, gymnasia fuere hæc fere, Academia, Lycæũ, Prytanæum, Canopum, Stoa, Tempe, Cynosarges. Hactenus Iohannes Lodouicus Viues Valentinus.

Captus a piratis.] Piratæ, latrones, p̃dones, spoliatores maris sunt, q̃d marinas naues infestent. Narrant aũt quidam Platonem primum Sicilam adiisse, vt Aetnæ ardentis uideret miraculum, ibi euocatus à Dionysio ad colloquium, cũ liberius quiddam dixisset, offensus grauiter tyrannus, occidere parabat, verum exoratus à Dione tradidit Pollidi legato Lacedæmonioꝝ, vt eũ venderet. Is Aeginam adductum vendidit. At Aeginitæ legem tulerãt vt capitale esset, si quis Athenienſis Aeginam veniret. Itaque capitis accersitus est. Absolutus est autem, cum patronus diceret, legem dicere, si quis homo: at hunc esse philosophum. Sed amicorum redemptus pecunia, liber Athenas remissus est. Hac de re loqui diuum Hieronymum satis apparet cum addat, maiori mente se fuit, quæ verba ferme in omnibus, quos ego & vidi & legi libros, mendose leguntur: ita, maior emente se fuit, corrigantur.

Ad Titum Liuium.] Plinius in epistola ad nepotem: Nunquàm ne legisti, inquit, Gaditanum quendam Titi Liuij nomine, gloriaq; cõmotum, ad visendum eum ab vltimo terrarum orbe venisse, statimque vt uiderat, abijsse? Hic Titus Liuius Patauinus, res Romanas miro artificio, luculẽtoq; sermone perscripsit. De hoc diuus Hieronymus in hac Epistola, sic infit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentię fonte manantem de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis celebrandumq; miraculum, vt tantam vrbem ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Fuit & alius Liuius poeta comicus cognominatus Andronicus. De quo Diomedes. Constat, inquit, apud Romanos, primum latino sermone comœdiam Liuium Andronicum scripsisse. Gellius libr. xvi. Primus omnium T. Liuius poeta fabulas docere Romę cœpit post Sophoclis, & Euripidis mortem annis plus fere C. & LX. Titus quippe prænomen Romanorum est, à Tio, honoro. Liuius à liuore forte deductum. Gades autem in Hispania sunt. Item Gades duæ insulæ sunt, & vtranq; tam singulari numero Gaddam, quàm in plurali Gaddes appellamus, &c. Hinc Gaditanus a, um, penulti. prod. (forte à Gadis, quæ est minor insula, habetque oppidum ciuium Romanorum quod Iulia appellatur) vt mare Gaditanum. Et Gaditanæ puellæ, dicuntur libidinosæ, procaces. Vide Martialem de puella Gaditana, distichon est insubidum & procax, ideo nõ adscribam.

Apollonius.] Tianæum intelligit, qui vixit magni nominis sub Claudio & Nerone, vsque ad tempora Neruæ. Huius peregrinationes, ac vitam omnem scripsit Philostratus sophista, nugacissimis deliramentis, & prodigiosis somnijs refertam. Vnde diuus Hieronymus dubitat, vtrum magum eum appellare debeat, an philosophum.

Persas.] Persæ orientalis regionis populi sunt, à Perse, seu à Perseo rege Persæ, vel Macedonum. Propertius: Persarum fatuit Babylona Semiramis vrbem. Horum primus

primus rex, vt Iustinus refert libro primo, fuit Cyrus.

Caucasum. Caucasus Indiæ mons est æditissimus ad Septentrionem versus Scythas, Indiam à Scythia dirimens, asper et inhospitalis. Virgilius: Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur syderibus proximus, vnde astra maiora visuntur, & eorum ortus occasusq; diligenter perspiciuntur. Hinc caucaseus. Virgilius: Caucaseasque refert volucres.

Albanos. Albania regio est in Oriente à colore populi vocata, eo quod albo crine nascantur. Hæc sub oriente sub mare Caspium surgens per oram Oceani septentrionalis vsq; ad Mœotidas paludes per deserta ostenditur, quorum canes maximę ferocitatis prædicantur. Albæ sunt multæ. Est enim Alba in Hispania, quæ & virgo dicitur. Plinius lib. iij. Est in Gallia Narbonensi Heluorum oppidum. Est in Italia ad Lacum Fucinum, vnde Albenses. Est in Gallia citeriore quæ cognominatur Pompeia. Est in Latio in dorso montis Albani, quæ Alba longa. Roma vero, non illa modo quam Romulus condidit, colonia est huius Albæ, quam deduxerunt Romulus & Remus, sed etiam veterem illam quæ ante hanc fuit, sunt qui arbitrantur à Romulo Aeneæ filio conditam. Deinde cum ob cœlum pestilens, tum & incursiones hostium desereretur, ab Albanis miserãtibus esse restitutam missis eo de suis ciuibus, qui lapsa repararent, & frequẽtem facerent vrbem solitariam. Liuius lib. I. bello Veienti, cum Mœtius Albanus cum exercitu medium se gessisset, nec Tullo Romano regi pugnanti ex fœdere adfuisset, Tullus Mœtium quadrigis discerpi, Albã vero dirui iussit, Albanosq; Romam migrare. Hactenus Viues, in librum diui Augustini de ciuitate dei, cap. xiij. A quacunq; Albanos deduxeris, haud male opinor, deduxeris.

Scythas. Scythia regio Septentrionalis est, à Scytha Herculis filio, vt Herodotus inquit, ita dicta. Et est duplex Scythia, altera Europæia, altera Asiatica. In Scythia Europæ, solum est aurę producens, vt Pomponius refert, inhabitabile tamen propter Griphes aurum custodientes. Scythia vero Asiæ à Iustino libro. ij. describitur. Inde dicti sunt Scythæ populi, qui bipartiti sunt: alteri Europæi, alteri Asiatici. Hinc scythicus, & scythice aduerbium. Porro Scytharum feritas in prouerbium cessit, vt quicquid agreste, quicquid barbarum, ac sæuum intelligi vellent, id scythicum appellarent, vt scythica oratio. Scytha accissans asinum, Scytharum solitudo. Vide Chiliades adagiorum. Hinc composita manant σκυθοτοξότης dicitur scythice sagittans. Scythopolis, Scythagę ciuitas hodie, olim Bethsan dicta, quam Manasses hæreditauit Augustino teste in libro Iudicum. Scythotauri, populi Scythiæ, qui (vt Solinus scribit) pro hostijs aduenas cædere consueuerunt. Scythici mores, sunt efferi. Apuleius: Pleriq; eorum Scythicis moribus viuebant.

Massagetas. Massagetæ vel massagetes, pen. cor. nobiles sunt populi Scythiæ Asiaticæ vltra mare Caspium, hi cum per deserta discurrunt, sanguinem equorum suorum potant, de quibus Lucanus in. iij. Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli. Massagetes quo fugit equo, volucresq; Geloni, & Claudianus in Ruffinum: Et qui cornipedes in pocula vulnerat atrox Massagetes.

Physon amne transmisso. Physon diuus Hieronymus eundem putat, quem autores Gangen appellant, qui & ipse in India est, quanquàm ponant autores Brachmanas in Oceano Indico, vt intelligas insulam esse. Physon interpretatur oris mutatio, siue multitudo aut extensio.

Peruenit ad Brachmanas. Brachmanes siue Brachmanæ pen. prod. populi sunt Indiæ, de quibus incredibilia produnt autores. Sunt vitæ temperatissimæ, nullum illic animal quadrupes, nulla agricultura, nullum ferrum, non domus, non ignis, non aurum, non argentum, non panis, non vinum, sed aeris salubritate, paucissimis arborum fœtibus, & lympidissimæ aquæ potu, quàm diutissime viuunt, pietatis & iustitiæ obseruantissimi. Aliaq; quàm plurima mira narratu, quæ persequi non est huius instituti. Ad hos & Alexandrum visendi caussa legimus peruenisse.

At Hiarchã in throno sedentem. Philostratus in vita Apollonij, libro iij. scribit apud Brachmanas sapientes esse, quorũ princeps (ipsorum opinor lingua) Iarchas vocetur. Hos visit Apollonius, à quibus ita est acceptus. Hiarchas in æreo sedebat throno, aureis exornato statuis, is Apollonium nominatim salutabat. Infra Hiarcham in sellis humilioribus sedebant cæteri. Deinde post dissertionem philosophicam, Hiarchas ostendebat Apollonio statuam, Tantali subscriptione notatam, longam cubitos quatuor, similem manu phialam porrigenti. In hanc humor perennis ita distillat, vt nunquàm tamen exundet. Ex ea phia-

labibunt Indici philosophi priusquàm eant cubitum, deinde thoris herbaceis incumbentes dormiunt, ex eadem propinant, si quem in amicitiam recipiunt. Hinc Tantaleum poculum libasse (secundum Polydorum) dicimus, amicitiæ fœderatos, atque vadatos.

De Tantali fonte potantem.] Fontẽ vocat phialam, q̃d in ea velut e fonte subscatens semper exuberet humor aquæ. Tantali vocat, ꝙ statua q̃ phialam tenet, Tantali titulum teneat. Nam hunc putãt humanissimum fuisse, mansuetissimumq; erga hoïes. Hinc manauit adagium: Tantaleum poculum libemus, quum ad amicos amicitiæ cõfirmandæ causſa scribimus, aliud quoque: Tantalea siti laborare, de bonis, quibus tamen vti non liceat, dicitur: de Tantali pœna vide Horatium in sermonibus. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Pocula, quid rides? mutato noïe de te Fabula narratur, congestis vndiq; saccis Indormis inhians, & tanquàm parcere sacris Cogeris, aut pictis tanquàm gaudere tabellis. Magnas inter opes inops.

Inter paucos discipulos.] Nam Apollonius refert duodeuiginti fuisse.

Inde per Elamitas Babylonios.] Notiores sunt hi populi, quàm vt hic fusius explicentur, recenseanturq;.

Et Gymnosophistas.] Gymnosophistæ, philosophi sunt vltra Indoscythas, ita vocati, quod nudi in syluis agant, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. De his quoq; mira dictu prodiderunt autores, quæ nihil ad hunc pertinent locum. Sed hoc dicam ex Lodouico Viue, viro Hispano, nostra ætate et memoria doctissimo, qui in Commentarijs super librum Augustini de ciuitate dei. xiij. capite. xvij. sic inquit: Qui conuenit Gymnosophistas in India poni? quum Philostratus in peregrinationibus Apollonij in Aethiopia statuat ad Nilum amnem, ex cuius sententia diuus Hieronymus Paulino scribens, ait: reuersus Alexandriam perrexit Aethiopiam, vt Gymnosophistas & famosissimam solis mensam videret in sabulo. Sed Plinius, Solinus, Strabo, Apuleius, Porphyrius & & alij Gymnosophistas in India locãt ad ripas Indi fluminis regione Indoscythica, nec male tamen Philostratus. Nam origo illorum philosophorum Indica est, vbi duo genera sapientum fuisse tradit lib. xvi. Strabo, alios qui in vrbibus versabantur, dictique sunt ciuiles, Brachmanas vocant. Hi findonibus & pellibus corpus velabant, sicut idem testatur Strabo. Philostratus narrat illos denudasse se, vt cum Apollonio lauarent, & ex eis vnum epistolam sinu prolatam matri dedisse adolescentis, cuius filius dæmonicis intemperijs exagitabatur. Erãt alij in eadem terra philosophi in syluis degentes, nudi foljs interdum & arborum corticibus intecti, quos Hermanos & Gymnosophistas nominant, e quibus illi Gymnosophistæ Aethiopici manarunt. Nam accolæ Indi fluuij maxima & validissima manu in Aethiopiam narrantur migrasse, ibiq; iuxta Nilum sedes habuisse, eamq; regionem etiam Indiam vocatam, & sapientes philosophatos nudos, vtrobique dictos Hermanos, & à Græcis γυμνοσοφισάς, illudque de subligaculis promiscuum esse in India Aethiopiaq; sapientũ, & fere vulgi. Diodorus libro quarto, de moribus Aethiopũ loquens, alios perhibet nudos prorsum incedere, alios vulpinis caudis pudenda tegere, alios subligaculis ex capillis contextis. Et Strabo ex Nicolao Damasceno octo seruos Indos à legatis illius gentis dono datos Cæsari Augusto scribit, nudos toto corpore præter virilia, quæ subligaculis velabant, hactenus ille.

Famosissimam solis mensam.] Locus est in Aethiopia, nempe pratum quoddam, semp multa carnium copia refertum, quas illuc noctu magistratus ponunt, vt exorto sole liceat vnicuiuis qui velit accedere, vesciq;ue, vnde vulgus putat eam ciborum vim diuinitus innasci campo. Proinde locum ἡλιοτράπεζαν, heliotrapezan, id est, solis mensam, vocant. Ad hanc visendam Cambyses rex legatos suos misit, autores sunt Herodotus in. iij. Solinus & Pomponius Mela. Hãc rem nobis luculenter & graphice tradunt Philippus Beroaldus, & Henricus Bebelius suo æuo Latinæ linguæ vindices.

In Sabulo.] Sabulum arena est grossior. Hinc Sabulosus, est arenosus, vt terra sabulosa. Et sabuletum quoq; dicitur locus, in quo sabulum abundat.

Item sablo, onis, idem quod sabulum, si Ambrosio in libro Hexameron creditur, q inquit: Infirmissimo ita omnium vilis sablonis puluere vis, maris intempestas cohibetur, &c.

Post Damascum Arabiamque.] Sic enim ipse narrat in epistola ad Galatas. Galat. I. & ij. cap. Sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum

trum, & manſi apud eum diebus quindecim. Et paulo poſt: Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus, ſeorſum autem ijs qui videbantur aliquid eſſe, ne forte inuacuum currerem aut cucurriſſem.

Hoc enim myſterio.] Quindecim ſeptenarium & octonarium (qui numerus hebdomadis, ogdoadiſque nomine exprimitur) complectuntur. Septenarius ad Iudæos, & legem Moſaicam pertinet. Octonarius ad Euangelium. Sabbatum enim Iudæorum ſeptem diebus finiebatur, huic ſucceſſit Euangelij gloria, & reſurrectionis quies, quam octonarius numerus ſignificat. Vnde tres Pſalmi ſunt eodem inſcripti titulo, nempe pro torcularibus, qui omnes ogdoados myſterium habent, octauus, octogeſimus, & octogeſimus tertius. Siquidem Euangelij gloria coruſcante gentium torcularia nouo muſto exuberabant, dilatato in octauum diem Moſaicæ legis ſabbato. Huiuſmodi ferme Hilarius Pictauenſis in Pſalmos. Ideoq; addit Hieronymus, futurus gẽtium prodicator.

Latentis energias.] Ἐνέργεια, cum per ε ſcribitur, vim ſignificat & efficaciam, actũ, virtutem & operationem, ab ἐνεργέω, quod eſt ago, ſiue efficio in aliquo quippiam. Cum per α, vt ἐνάργεια euidentiam, & ἐναργὴς euidens & manifeſtus dicitur.

Viua vox.] Sic vocant, non vocem ſcriptam, quæ quaſi mortua eſt, ſed ab ore docentis prolatam. Cice. in Tuſcula. quæſt. Licet enim ſatis exemplorum, ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamen viua illa (vt dicitur) vox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Et Plinius in Epiſtola quadam ſic inſit. Præterea magis vt vulgo dicitur, viua vox afficit. Nam licet acriora ſint quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicẽtis adfigit. Idem Tullius ad Atticum libro. ij. Vbi ſunt nunc, qui aiunt, id eſt, viuæ vocis, ζώσης φωνῆς. Quanto magis vidi ex tuis literis, quàm ex illius ſermone, quod ageretur? Porro q̃d Cicero protulit abruptũ ac mutilum, hoc quidã ſupplerunt de ſuo, ad hunc modum, id eſt, viuæ vocis maiorem virtutẽ eſſe, actumq; & efficaciam. ζώσης φωνῆς μείζων ἐνέργειαν εἶναι. Diuerſum eſt huic adagioni illud: Muti magiſtri, qui libri ſunt, ait Aulus Gellius libro. xiij. capite ſecundo: Quoniam vocis (vt dicitur) viuæ nimia penuria erat, ex mutis (quod aiunt) magiſtris cognoſcerem.

Quid ſi ipſam beluam audiſſetis.] Id Plinius in Epiſtola ad nepotem narrat hiſce verbis: Niſi vero falſum putamus illud Aeſchinis, qui cum legiſſet Rhodijs orationem Demoſthenis, admirãtibus cunctis adieciſſe fertur, τί δὲ εἰ αὐτοῦ Δημοσθένους ἠκούσειτε, id eſt, Quid autem, ſi ipſam audiſſetis beluam? Et illud, in ſcriptis Demoſthenis magnam Demoſthenis partem abeſſe.

Aechines.] Pen. prod. Athenien. philoſophus Socratis auditor, & octo fuerunt hoc nomine, ſecundum Laertium Diogenem. Hic orator extitit Græcus, Demoſthenis æmulus. Alius ſtatuarius fuit inſignis, & cætera.

Et ſine autore.] Alij codices habent, ſine doctore, & forte melius.

Et plaſte ceſſent manus.] πλάττω, Græce fingo, formo, & πλάστης, figulus, fictor, qui fingit e materia, veluti argilla, cæra, gypſo, glarea, aut ſimilibus. Ars dicitur πλαστική, id eſt, figulina, ſeu fictoria. Hinc πλάσμα, figmentum, & πλάσις formatio, πλαστικός figulus, πλαστός fictus, à quo protoplaſtus, primus parens, e luto formatus Adam.

Virtute totum eſt.] Semigræce locutus eſt, illi ſiquidem δυνάμις dicunt, id eſt, potentia, virtus, quod actu nõ ſit, ſed quod eſſe poſſit, vt ſemen exiguum, δυνάμει, magna eſt arbor. Nam δύναμις potentia & virtus eſt Græcis, & δύναμαι, poſſum.

Ad pedes Gamalielis.] De hoc legis Actorum quinto: Surgens autem quidam in concilio phariſæus, nomine Gamaliel, legis doctor, honorabilis vniuerſæ plebi, iuſſit foras ad breue homines fieri, dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ: Attendite vobis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis. Ante hos enim dies extitit Theudas dicens ſe eſſe aliquem: cui cõſenſit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occiſus eſt, & omnes quicunq; credebãt, diſſipati ſunt, &c. Huius diſcipulus fuit Paulus, vt ipſe teſtatur Actorum. cap. xxij. Ego ſum vir Iudæus, natus Tharſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis.

Arma militiæ noſtræ.] Ad Corinthios ſecundæ cap. x. Quanquàm æditio vulgata nonnihil diſcrepet à verbis Hieronymi.

τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ, hoc eſt, Siquidem arma

militiæ noſtræ non carnalia ſunt,ſed potentia deo. Diuus Ambroſius legit, fortia deo. Laurentius mauult,valida deo. Cæterum illud deo,Græcis datiuus eſt inſtrumẽti, poletq; perinde ac ſi dicas,fortia per deum, & opera diuina. Vtinam liceret omnibus Epiſcopis,maximeq; ijs qui in Pauli locum ſucceſſerunt,tam vere ſuoq; iure hanc vſurpare vocem,quàm ipſe Paulus, Arma militiæ noſtræ non carnalia,ſed fortia deo,non ad demolitionem oppidorum,arcium,ſed impiarum cogitationum. Hæc ſunt arma,hæc bella,hæ pugnæ,hæc victoria, hi triumphi digni ſucceſſoribus apoſtolorum.

Malachias propheta.] Ita legitur Malachiæ.ij. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius,quia angelus domini exercituum eſt.

In tantum ſacerdotis officium.] Sacerdotem Epiſcopum dicit. Nam olim ſoli Epiſcopi ſacerdotes vocabantur,& ijdẽ preſbyteri,id eſt,ſeniores. Deinde, cum plures eſſe cœpiſſent, princeps omnium, ſacerdos, & Epiſcopus,& antiſtes(nũc ſummus pontifex,& Papa) vocabatur,cæteri presbyteri. Ex his palã liquet,proprium Epiſcopi munus eſſe,docere populum, non logomachias,ſed Chriſtum & arcanas ſcripturas. Atq; is qui ſummi pontificis ſibi nomen vendicat, deberet in eo quod ſummũ eſt munus, eſſe ſummus.

Interroga patrem tuum.] Patrem intelligit Epiſcopum, qui patres eſſe deberent, non domini. Patres omnia ſua transfundunt in filios. Domini ad ſuum commodum ſeruis vtuntur & abutuntur. Domini etiam ſunt tyranni, & qui non legibus, ſed libidine dominantur. Seniores, autem vocant presbyteros. Græce enim πρεσβύτερος, ſenior dicitur.

Que eſt in paradiſo.] παραδεισος, Hortus apud Xenophontem,& locus ſeptus ferarum viuarum. Iohãnes Craſtonus ſolum in maſculino genere ponit,ita etiã Gellius, & eſt pomarium,id eſt,hortus conſitus. Eſt quoq; nomen oppidi. Strabo & Plinius autores. Eſt etiamnum locus in oriente ſitus, longo tractu maris diſtans à continente. Hic locus à primi hominis reatu intercluſus eſt, nec vlli animantium datur in eum aditus. Hinc Paradiſiacus poſſeſſiuũ: quod hoc tetraſticho haud omnino inelegãte teſtabor.

Qui tenero aſſueſcit laudatis moribus æuo.
Et facit ætherei iuſſa ſacrata dei. Tempora
defectæ quum mors rapit vltima vitæ. In
Paradiſiacos mox volat ille lares.

Cum eum arbori vite.] Tanquàm lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum dabit in tempore ſuo. Et adſimilabitur arbori iuxta riuos aquarum conſitæ,quæ cum tempus aduenerit proferet fructum ſuum. Diuus Hieronymus ex Hebræo, quod tranſplantatum eſt, rectius tamen putant plantatum πεφυτευμένον à Septuaginta dictum, & hic poni paſſiuum eius verbi, quod in Ezechiele habetur, vbi legitur capite decimo ſeptimo: Plantabo ſuper montem excelſum & eminentem.

Meditabitur.] Id eſt,exercebitur,hoc enim ſignificat & Latine meditari,& Græce μελετᾶν.

Armarium.] Ab armis,eſt locus vbi cibaria,libri,& ſimilia reconduntur. Plautus in Captiu. duobus. Cellas refregit omnes intus recluſitq; armarium. Quin ex occluſo atq; obſignato armario decutio argẽti quantum libet. Idem in Epidico. Huius diminutiuum eſt armariolum.

θεοδίδακτοι Theodidacti.] Legimus Iohannis ſexto,hoc eſt,docti à deo,vel vt vulgata habet æditio. Docibiles dei, verius dociles,vt ſuo loco clarius offendes.

λόγος] Logos enim Græce multa ſignificat. Nam & verbum eſt, & ratio, & ſupputatio, & cauſſa vniuſcuiuſque rei,per quam ſunt ſingula quæ ſubſiſtunt. Item ſermo, oratio,ſtudium,quæ vniuerſa recte intelligimus in Chriſto.

Ευνοῦχος Eunuchos.] Ab εὐνὴ,id eſt, cubile,& ἔχω quaſi cuſtodio cubile,quia id hominum genus ſeruabatur cuſtodiendis cubilibus regum. Et proprie Eunuchi ſunt q ſe ſponte caſtrauerunt,vnde ſunt illi verſus.

Caſtratos natura facit,violenta ſpadones.
Mangonum improbitas,eunuchos ſola voluntas.

Vlpianus tamen Iuriſconſultus ſpadonum nomẽ generale eſſe adfirmat, & eo omne genus euiratorum comprehendi. Ab Eunuchus fit Eunucho verbum, quod ſignificat caſtro,cuius paſſiuum eſt Eunuchor. Varro: Si quis patriam maiorem parentem extinguit,in eo eſt culpa,quod facit pro ſua parte is,qui ſe eunuchat. Afranius itaq; eunuchatus in medium prodit. Eſt autem Græca vox εὐνοῦχος, vnde εὐνουχισθῆναι caſtrator dicitur, vulgo eyn geltzenlichter, εὐνουχίζω caſtro. Quidam Spadones, caſtratos,eunuchos,& euiratos ita diſtinguunt, vt caſtrati ſint,quibus teſtes naturaliter deſunt. Spadones quibus violenter detracta eſt virilitas, hoc eſt,execti, Eunuchi qui ſe ſponte caſtrarunt.

runt. Euirati, modo eunuchati, hoc est, quibus amputata sunt virilia, modo lasciui, perditi, atque effœminati. Varro: Euirauit omnes Veneri vaga pueros. Plautus: Adolescēs euiratus, ac mollis. Locus erit huic vocabulo aptior. Matth. xix.

Tacco de Grammaticis. Grammatici, literarum, elementorum, & grammatum professores sunt, maxime poetarum, oratorūq; expositores, & interpretantur literatorij vel literatores, à gramma litera, tanq̃ absolute, & pfecte docti. Differunt tamen Grāmaticus, & Grāmatista, sicut literatus & literator, Grammaticus enim Græce, Latine literatus dicitur, qui est absolute doctus, sed Grāmatista Græce, & literator Latine dicitur mediocriter & imperfecte doctus. Hactenus Suetonius Trāquillus de Grammaticis, & Rhetoribus, & eodem teste Grāmatici proprie dicuntur poetarum interpretes, qui à Platone rhapsodi dicuntur. Hinc Grāmatæi vocantur scribæ, Archigrammatæi, principes scribarū, qui etiam ab epistolis dicuntur, vulgo kantzler. Grammatophorus, literarum portitor, baiulus, tabellio, & tabellarius. Grammatophylatium, locus vbi publica scripta seruantur. Grammatocyphon, qui capite submisso, & in genibus papyrum tenens scribit. Grammatice, ars literaria, quæ in emendate loquendo, scribendoque consistit.

Rhetores siue Rhetorici. Oratores sunt, tametsi nonnihil differant, quod Orator sit, qui in iudicijs & concionibus, atq; legatiõe causas agat, vt Demosthenes & alij. Rhetor vero, qui Rhetoricē profitetur, à ῥήσις, quod dictio, & locutio Græcis est. Sed sæpe confunditur hæc differentia. Hinc rhetoricari, & rhetorissare, id est, rhetorice loqui, & oratorie.

Philosophi. Sapiētiæ amatores sunt. Vnde philosophia pen. cor. Latino more, sapientiæ amor, hæc animū formar, vitam disponit, actiones dirigit, agenda & omittēda demonstrat. A philosopho manat philosophicus, & philosophice adu. Et philosopha ster. i. imitator philosophorum. Philosophor verbū. Cice. lib. I. de nat. deo. Et cū minime videbamur, tū maxime philosophabamur.

γεωμέτρης, Geometra. Dicitur mensurator terræ, nō autem dicitur à metior metiris, &c. penultima enim non producitur, vt ille dicit, sed corripitur. Vnde legi debet carmen Iuuenalis Saty. iij. Grammaticus, Rhetor, Geometra, pictor, aliptes, nō Geometer. Geometra enim prima, & secūda syllaba non possunt breuiari, cū prima per αι diphthongum, vel η, aliquando tamen ε, scribatur, secunda cum ω mega, id est, o magno, & longo, multa igitur inconuenientia sequerentur, legas igitur geometra pen. breui, nō longa. Hactenus Henricus Bebelius. Hinc Geometria, pen. cor. mensura & dimensio terræ ab Aegyptijs inuenta, vide Christophorum Landinum, lib. I. Carminum Horatij. Hi ergo huius artis autores fuerunt, quæ deinde à Pythagora ad Græcos est trāslata, & adaucta ab ijsdem, ex Mathematicis disciplinis quatuor, vna videlicet: Astrologia, Musica, & Arithmetica, quæ in numeros ac formas diuisa est, quam Oratori necessariam esse autumant eruditi.

Dialectici. Id est, disputatorij, quos logicos vocant. Nam dialecton Græci appellant loquendi proprietatem, idiotismū, linguæq; genera, sicuti Quintil. docet lib. I. quę apud illos quinque sunt (licet alij plures ponant) videlicet: Ionica, Dorica, Aeolica, & Attica elegantissima, atq; cōmunis omniū lingua. Hinc Dialectice, ars disputatoria, & Dialecticus. Diuus Hieronymus ait contra Ruffinum. Septem modos conclusionum dialectica me elementa docuerunt, à διαλέγομαι, quod est comprobo, disputo.

Musici. Nominantur, qui Musicen, id est, canendi modum, mensuramq; callent, à μοῦσα, quæ cantum Latine significat. Et μουσικός, canorus, & musices peritus. Hinc μουσουργός cantor, cantrix, citharista, & verbum μουσίζω, cantu contendo.

Astronomi & Astrologi. Appellantur, qui astrorum scientiam pfitentur, quorum alteri. i. astronomi, ab astronomia, hoc est, astrorum regula, lege, normaq;. Alteri, hoc est Astrologi, ab astrologia. i. sermone & ratione deriuantur apud Græcos. Aduersus hosce Astrologos Iohānes Picus Miradula Concordiæ Comes, disputationū duodecim libros ædidit, qui velit legat.

Addam ego Arithmeticos. Id est, numeratores & supputatores, qui numeris, & calculandi arte & supputandi ratiõe vtuntur. Hæc ars Arithmetica dicitur, ab ἀριθμός. i. numerus, ἀριθμέω numero, ἀριθμητός numerabilis. Hinc Arithmetica, est numeralis scientia. Hæc inter disciplinas Mathematicas, primas tenet, quoniam ipsa vt sit, nulla alia indiget. Sed Musica, Geometria, & Astronomia eius auxilio egent. Hæc à Phœnicibus ob mercaturas inuenta est. Porro Pythagoras numerorum perscrutator habitus est maximus, eorumq; indaga-

tricem Arithmeticam posteris reliquit commendatissimam.

Et in tres partes scinditur.] In doctrinã, rationẽ, & vsum. Hoc loco desunt Græca, quæ ex veterum codicum vestigijs restituemus ad hunc modum, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν, id est, decretum, rationem et experientiam.

Homerocentonas.] Latini vestem e pannis versicoloribus consutam vocant centonem. Græci κέντρωνα. Nam Latini detrahunt ρ in ea dictione. Vnde carmen ex varijs versuum fragmentis, hinc atq; inde consutis contextum, centonem appellamus. Qualis est Ausonij Centõ nuptialis, ex Vergilianorum carminum fragmentis concinnatus textat & Probæ centon: extat & Homerocenton argumento cõsimili. Arbitror autem legendum non Homerocẽtonas, sed Homerocentronas, & Vergiliocentronas. Etenim cum compositio Græca sit, oportet & Græcam seruare dictionem. At ea habet ρ. Quãquàm in Suida, & Etymologico Græco, ὁμηροκέντρα legimus, non ὁμηροκέντρωνας, sed haud scio an deprauate. Est autem huic generi peculiare, autorum verba in sensum loge diuersum detorquere, velut illud Vergilij de inferis: Nulli fas casto sceleratũ insistere limen, Ausonius detorquet ad coitum, & pudenda muliebria. Qui volẽt huius carminis leges cognoscere, legat præfationem Ausonij in suum centonem, &c. Hinc adagium: Farcire centones, est gloriosis mendacijs & consarcinatis fabulamẽtis quenquã obtundere et explere. Plautinũ est in Epidico. Addam hæc de centonibus ex Viue: Centones frusta sunt panni, coloris varij: hinc versicolores vestes centones dicuntur. Viles etiam non modo quibus amicimur, sed quibus ſq; lecti insternuntur, quales ruri & militiæ: vt apud Catonem senem, & Sisennam historicum, & Caium Cæsarem. Metaphorice carmẽ est ex multis alieni poematis particulis concinnatum, vt Homerocenton, seu Græce ὁμηροκέντρωνα nã κέντρωνες vocãt Græci: tum etiam Vergiliocenton, quod non vnicum est. Nam & Probæ, & Ausonij Vergiliocentones legimus.

Jam redit & virgo.] Hæc quidam trahunt ad Mariam virginem Christi parem, & credidit diuus Augustinus sanctum spiritum per os inimicorum vera fuisse locutum, cũ Vergilius de Erigone sentiat. Quanquàm illic poeta Sibyllæ vaticinium recensuit. Carmen est in Bucolicis, si quis desideret Aecgloga quarta. Hoc modo ad verbũ: Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Tu modo nascenti puero, quo ferrea primũ Definet, & toto surget gens aurea mundo. Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo, &c.

Nate mee vires, &c.] Carmen est ex primo libro Aeneidos. Atque his verbis Venus alloquitur Cupidinẽ filium. Quæ quidam stulte trahere conabantur ad patrem æternum, & illius filium Iesum. Hæc sunt carmina si quis forte requirat: Nate meæ vires, mea magna potentia solus, Nate patris summi, qui tela typhoea temnis. Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

Talia prestabat memorans.] Verba sunt Aeneæ apud Maronem ij. Aeneidos libro, quæ quidam accommodant Christo pendenti in cruce. Carmina adscribam: Talia prẽstabat memorans, fixusque manebat. Nos contra effusi lachrymis, coniunxq; Creusa, Ascaniusque, omnisque domus: ne vertere solum Cuncta pater, fato vrgenti incũbere vellet Abnegat, inceptoque & sedibus hæret ijsdem.

Circulatorum ludo similia.] Circulatorẽ, Paulus Iurisconsultus eum esse dicit: Digestis de extraordinarijs criminibus, qui serpentes circũfert ac proponit, ꝙ si cui ob eorum metũ dãnum fuerit, pro modo admissi punitur, cuius fœmininũ est circulatrix, ꝙ significat eam, q̃ lucri gratia p vrbem vagat & saltãdo vel alio ludicro genere aucupat gratiã spectatorũ. Circulatorem qñque accipimus, p cyclico, & circũforaneo, quẽ Græci ἀγύρτην vocant, ein kelber artz, q sua carmina coronæ recitat. Talis ab Horatio vocatur Cyclicus. Is etiã, q in corona hoĩm aliqd agit, circulator appellat. Apuleius, præstigiatorẽ stipatũ mortalibus suas fallacias admirãtibus nominat circulatorẽ. Sic em̃ inquit, lib. I. Circulatorẽ aspexi equestrẽ spatã præacutam mucrone infesto deuorasse. Hinc circulatim aduerbiũ, hoc est, per circulũ. Sueton. In summo publico luctu, externarũ gẽtium multitudo, circulatim suo quæq; more lamentata est. Et circulatorius adiect. Vñ Quintil. præcipit nobis parandã vim orãdi, non circulatoriam voluptatẽ spectantibus.

Cum stomacho loquar.] Cũ stomacho loq, est irasci & excãdescere. Hinc adagia. Mouere bilẽ, mouere stomachũ, vtrũq; vsitatissimum, pro eo quod est ad iram prouocare.

Ne hoc quidem scire quod nescitis.] Quod hoc loco coniunctio est, perinde est, quasi dicat, ne hoc quidem scire, te insciũm esse.

um esse. Alludit ad Socratem, qui solitus est dicere, se vnum id scire, quod nihil sciret. Et hoc ego ingenue fateor, me id scire, quod nihil scio.

Videlicet manifestissima est Gene-sis.] Hæc legenda sunt non simpliciter, sed per ironiam, cum nulla pars scripturæ sacræ difficilior sit quàm Genesis, propter mysteriorum profunditatem, adeo vt olim Iudæi non admiserint ad huius libri lectionẽ, nisi prouectiores ætate. Iam omnes passim ἀνίπτοις χερσὶν ἡμῖν ποσὶν quod aiunt, nudis manibus, pedibusq; irrumpunt in huiusmodi adyta, irreuerenter atq; imparate præsumunt, lacerant, docent antequam discant.

Patet Exodus.] Et hoc καταντίφρασιν. i. per contrarium dictum est, vt & illud quod sequitur, in promptu est, atq; in confesso.

Deuteronomium.] Exposuit Græcam vocem, δεύτερος Græce secũdum significat, siue posteriorem, & νόμος legem, quasi secunda & posterior lex.

Hucusque Moses.] Horum quinq; voluminum Mosen autorẽ æstimant. Notum est illud Numenij philosophi (ait Iohannes Picus Mirãdula, in procœmio Heptapli) nõ aliud esse Platonem, quàm Atticũ Mosen. Sed & Hermippus Pythagoricus testatur Pythagoram ex Mosaica lege plurima in suam philosophiam transtulisse.

Pentateuchus.] A πέντε quinq;, & τεῦχος volumen, quod quinque complectitur volumina, vel quod ea pars quinq; constet voluminibus.

Quibus quinque verbis.] Hic Hieronymus videtur nonnullã vim facere verbis Paulinis. Nã is in epistola prima ad Corinthios cap. xiiij. sentit se malle paucula verba loqui in Ecclesia sic, vt audientes ædificẽtur, quàm decem milia, quę solus intelligat, & nulli prosint ad ædificationem.

Prosa incipit.] Initium & finis Iob, oratione soluta composita sunt, ipsum opus carmine cõstat, ligataq; & pedestri oratiõe. Fastidita petit varium mea Musa palatum. Non vno est semper mensa paranda cibo.

Propositione &c.] Hisce partibus cõstat syllogismus rhetoricus, Propositione, qua exponunt id quod cõstituunt probare. Assumptione, quam quidam rationem vocant, qua probant id quod propositum est. Confirmatione, quæ pluribus argumentis confirmat rationem. Conclusione, quæ iam veluti probatum repetit, id quod propositum fuerat. Quidam confirmationi subijciunt exornationem, quæ rationem & confirmationem exemplis locupletat. Ergo quod Dialectici suo more colligũt aridius, hic rhetorice disserit.

Typus domini.] Hoc est, forma, figura, adumbratio, exemplar: à quo typographus qui & calcographus, calcotypus vocatur. Hinc Chalcographia & Typographia, horum officina.

Super seruos dei.] Sic enim legimus Iohelis cap. ij. Sed & super seruos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meũ, &c.

Super centum xx. credentium nomina.] Tantus eñ erat numerus cõgregatus post ascensionem Christi, vt narrat Lucas Actu. apostolicoꝝ cap. i. Qui locus adhuc ostendebatur viuo Hieron. in Hierusalem.

Ab vno vsque ad quindecim.] Hæc lectio mihi nonnihil est suspecta. Forte scriptum erat, ab imo vsq; ad summum. Siquidem cœnaculum appellatur superior pars ædium, quæ procul à terra semota est. Quoniam igitur in cœnaculum gradibus ascenditur, admiscuit Hieronymus mysteriũ qndecim graduum, qui sunt in Psalmis: quibus significantur incrementa piorũ, ab imo ad summa paulatim proficientium.

Mystice.] Id est, occulte, arcane, aduersbium est, à mysticus. Hinc mysterium, hoc est, arcanum, occultũ. Et mysta vel mystes, sacris initiatus, quem Latini sacrificum, seu sacrificulum vocant, & nos sacerdotem.

In cenaculo Sion.] In Hierusalem datus est spiritus sanctus, & in monte Sion ædificata est Hierusalem, vt testatur in Commentarijs Esaiæ diuus Hieronymus. Maluit autem dicere cœnaculum Sion, vt adluderet ad ascensum. Sion enim mons, & Latine sonat speculam. Deniq; in Psalmis xv. graduum, nominatim fit mentio Sion. Qui confidunt in domino sicut mons Sion, &c. vt intelligas cœnaculum hoc significasse fastigium illud, ad quod quindecim perfectionis gradibus ascenderetur.

Ipse cernit fictorem.] Sic enim legis Amos cap. vij. Et ecce fictor locustæ in principio germinantium imbris serotini. Tralatio lxx. sic habet: Et ecce fœtus locustarum veniebat matutinus. Vide diuum Hieronymum in Commen. super hunc locum.

Adamantinum.] Pen. corr. possessiuũ est ab adamante. Propert. Colchis flagrantes adamantina sub iuga tauros. Horatius I. carminum: Quis Martẽ tunica tectũ adamantina Digne scripserit? Sed adamantæus, pen. prod. & idem significat. Ouidius libro vij. Metamorphoseos: Ecce adaman-

tæis

tæis Vulcanum naribus efflant. Sic Cryſtallinus, Amygdalinus, Myrrhinus, Smaragdinus, Hyacinthinus, Verius, Ianthinus, Byſſinus, Cilicinus, &c. omnia penultimam habent breuem, nõ vt vulgo proferuntur. Etſi Smaragdinus apud Prudentium poetam, etiam penultima longa inueniatur. De Cryſtallino Bilbilitanus vates, hoc eſt, Martialis ait: Et turbata breui quæſtus cryſtallina vitro. Idem: Frangere dum metuis cryſtallina frangere peccas. Iuuenalis. Grandia tolluntur criſtallina maxima rurſus. De Amygdalino Serenus. Fertur Amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus. Item de Myrrhino, Iuuenalis. Myrrhina deinde adamas notiſſimus & Beronices. Sed Clandeſtinus longe debet pronunciari, cõtra cõmunem Grammaticorum opinionem & vſum. Vnde Silius Italicus. Ceu Clandeſtino traheretur fœdere bellum. Marcus quoque Manilius. Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. Similiter & Mediaſtinus, ſti longa effertur. Et mediaſtini, teſte Nonio Marcello, nõ tantũ balneatorum, ſed & miniſtri, & curatores ædiũ vocati ſunt. Horatius in epiſtolis: Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Porro mediaſtinum interpretatur Priſcianus, quaſi in medio ſtans. Aliꝫ ſcribunt mediaſtynus, vt dicatur ab ἄστυ, τος, quod vrbem & ciuitatem ſignificat, iudicent doctiores.

Uncinum. Vncinus pen. prod. diminutiuum eſt ab vncus, quod fuſtem, ab imo latere incuruum, ac ſeſe retorquẽtem ſignificat, quo olim inſtrumento puniebãtur damnati. Iuuenal. Impactus Seianus ducitur vnco. Hinc vncinatus, vncinis armatus. Et vncus adiectiuũ, id eſt, incuruus. Ouidius. Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat. A quo aduncus, vt naſus aduncus & redũcus. Ouidi. Naſo ſuſpendit adunco. Item aduncо, & inunco verba deriuantur.

Micheas de Moraſthi, coheres Chriſti. Moraſthi viculus eſt, iuxta Eleutheropolin vrbem Paleſtinæ, vbi natus fuit propheta Micheas, vnde ſe Moraſthiten vocat, vti ſcribit Hieronymus in præfatione Commentariorum, quos in hunc ædidit prophetam. Porro Moraſthi ſermõe Hebraico ſonat hæredem. Vnde diuus Hieronymus ſimul adluſit, & ad Hebraicam vocem, & quod ſcripſit Paulus ad Romanos capite viij. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti.

Habacuk luctator. Fortis & rigidus. Nam hæc omnia ſignificat Hebraice Habacuk.

Sophonias ſpeculator. Nã Sophonias Hebraice ſonat, ſpeculã domini, vel cognitorem arcanorum domini.

Aggeus feſtiuus et letus. Et hic adludit ad vocem Hebraicam, quæ illis ſignificat feſtiuum ac lætum.

Zacharias memor domini. Zacharias Hebræa lingua mẽoria domini eſt. Teſtis diuus Hieronymus in huius interpretatione, & enarratione potius.

Malachias aperte. Obſcurius quidem, ſed tamen hic quoque videtur ad Hebræam vocem adludere. Nam Malachias ſonat angelum domini, vel annunciantem dominum. Id enim eſt angeli palam annunciare Chriſtum.

Et quadruplex. Hoc ad Threnos, id eſt, Lamentationes pertinet. Verum, quoniam id paucis explicari non poteſt, qui volet cognoſcere, legat præfationem diui Hieronymi in Threnos Hieremiæ.

Iſte partes. Principium & finis, ἄλφα καὶ ω. Prora & puppis, hoc eſt, tanquàm à capite & calce pendeat totum negotium. Vide Chiliades.

Cum exordio. Quoniã & hic multa fabulis ſimillima videantur, niſi in ingeniũ incidant præparatum ac præcox.

Et totius mundi philohiſtoricus. Non dubium eſt, quin hic locus ſit depraua tus. Sunt qui legendũ putent, polyhiſtor. Id enim cognominis additũ fuit Appioni Grãmatico, qui ſingularum gentium hiſtoriam contexuit. Autor Aul. Gelli. li. v. Noctium Atticarum cap. xiiij. Aut certe Polyhiſtoros ne longius recedamus à ſcriptura. Polyhiſtor, ſiue polyhiſtoros græce dicitur, q multa nouit ac memorat, vt ille Hippias multiſcius. Præmiſit enim, temporum conſcius. Mihi potiſſimum arridet, vt legamus phiſtoros, id eſt, cognoſcendi cupidus. Sic eñ audiꝫt à Gabriele paranympho, quia vir deſideriorum es. Danielis cap. ix.

Simonides noſter. Quoniam Dauid Lyricis verſibus ſcripſit Pſalmos, & ab aliꝫs ſcriptos cecinit, recenſet poetas Lyricos gẽtilium, ad quorum diſtinctionem Dauid Simonidem noſtrum vocat. Quippe Simonides cognomento Melicus dictus eſt, vir e Cea inſula. Hic lõgas & duplices literas inuenit, hoc eſt, η & ω. Euſtathius inquit, duplices cuiuſmodi ſunt, ζ ξ, id eſt, ſſ x. Præterea memoriæ artem, & lyræ tertium ſonum cõperit. At Plinius octauam, ait, chordam addidit Simonides.

Sere-

Serenus]. Hic Gordiani Iunioris præceptor fuit. Cuius mentionem fecit Macrobius in Caracalla, & libro Saturnalium tertio. Ferunt & hodie extare nonnulla illius carmina. Reliqui Lyrici noti sunt.

Pindarus.] Scopæ Lyndij filius, poeta Thebanus Lyricorum princeps, tantæ æstimationis, vt & Macedoniæ regibus charus. Et Alexander Thebis captis edixerit: Pindari domum ne comburite, id enim Alexandrum ferunt admonuisse. Inuentus est mortuus, cum cœpisset dormire in Gymnasio, in gremio pueri.

Alceus.] Cognomento Mitylæneus, fratrem Antimenidem habuit, quem à virtute bellica laudat. Oppressa autẽ patria à Tyrannis, poemata Lyrica aduersus eos ædidit, quæ Stratiotica, id est, militaria inscribũtur, propterea aureo plectro merito donatur, elocutione magnificus, & diligens, ad lusus amore descendit, cum tamen maioribus aptior. Horatius. Et te sonantem plenius aureo Alcæe plectro.

Horatius.] Poeta fuit Venusinus Lyricorum scriptor, de quo vide Iunianũ Maium, & Cornucopiæ. Hic cognomento Flaccus dictus est. Mortuus est anno ætatis suæ sexagesimo tertio, imperij Augusti, xxxiij. in Esquilijs sepultus.

Catullus.] Poeta latinus, sed nõnihil insubidus, obscœnus, lasciuus & impudicus. Mantua. Sunt quibus eloquij datur aurea vena poetæ. Sed cadit in sordes inficiturque luto. Hinc Catullianus. De quo Marti. epigrammatum libro. Da mihi basia Catulliana. Quæ si tot fuerint, quot ille dixit. Donabo tibi passerem Catulli. Hoc carmen obscœniorem quempiam cælat intellectũ, quẽ salua verecundia nequimus enunciare.

Decachordo.] Decachordum instrumentum est Musicum, decem chordas aut fides habens. Sed non facit argutum chorda soluta sonum.

Ab inferis suscitat.] Adlusit ad id qđ est in Psalm. lvi: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo.

Solomon pacificus.] Nam hoc Hebræis sonat Solomon.

Et amabilis domini.] Id enim Hebræis iedidia significat, qđ nomẽ Solomoni à Nathã impositũ est, vt habetur. ij. Reg. xij.

Epithalamium.] Est carmen nuptiale. Significat autem canticum mysticum.

Paralipomenon.] Græce sonat omissorũ, siue prætermissorum ac relictorũ, geniti uus est græcus pluralis, ideo cũ accentu scribendum acuto in penul. παραλειπομένων.

Epitome.] Epitome, vel Epitoma, t exili scribitur, & corripit pen. quia per o micron, .i. o paruũ, & breue scribitur. Et latine interpretatur compendium siue abbreuiatio, breuiarium. Et dicitur à tome quod est sectio, vel incisio. Tomon enim Græci appellãt particulas librorum abscissas. Hinc Epitomus, compendiosus, breuis, circuncisus.

Adiutor videlicet et cõsolator.] Rursum exponit Hebrea nomina. Nam Esdras, siue hebraice Ezras, adiutor seu atrium. Nehemias vero consolatio, seu requies domini interpretatur.

In vnum volumen.] Apud Hebræos Esdræ & Nehemiæ sermones in vnum volumen coarctantur, vt testatur Hieronymus in præfatione super Esdra, vbi quæ tertio & quarto referũtur, somnia vocat. Itaq; duos primos libros vnũ faciunt Hebrei, reliquos duos non recipiunt.

Proselytorum.] Proselytus, penultima cum y græco, & postea t exili græca vox est, ab προσελεύθω, quod est aduenio. Et aduena, peregrinus, aduentitius nobis est. Sic eñ in Actis apost. legitur. Iudæi quoq; & proselyti, &c. Matth. xxiij. Deo fauente exactius explicabitur.

Scio quod nescio.] Ambiguis verbis explicuit Socratis sententiam. Quod hic cõiunctio est, non nomen. Sensus est, hoc tantum scio, quod sum nescius.

Verum Cherubim.] Cherubim neutrius generis, & pluratiui numeri tantum, pro choro angelorum. Cherub vero et Cherubim, per m, tam mascul. quàm neutrius generis, vt ait diuus Hieronymus, scientiæ multitudo interpretatur.

Octauo enim ad Hebr.] In alio loco dixit epistolam ad Hebr. non recipi à Latinis, sicut nec Apocalypsim à Græcis. Nunc vtrunq; complectitur ecclesiæ candor.

Philemonem.] Philemon ad quem Paulus vnicum, & perbreue scribit epistolium, Colossensis fuit, interpretatur secũdum Hieronymum in eandem epistolam, mire donatus, siue os panis, ab ore, non ab osse. Theodoretus in Græcorum scholijs, hunc Phrygẽ fuisse testatur. Suo loco dicetur vita superstite.

Profugitiuo.] Pro Onesimo, ὀνήσιμῳ, id est, vtilis græca vox est. Ad quam Paulus adlusit, cum diceret: Qui tibi aliquando inutilis, nunc autem & mihi, & tibi vtilis, hoc est, nunc, id est, quod dicitur Onesimos.

Apocalypsis.] Latine reuelatio, ab ἀπό καλύπτω

καλύπτω, quod est reuelo.

Concionem.] Concio tria significat. s. locum, cœtum, & suggestum, vnde verba fiunt, quam alij ambonem græco & elegantissimo nomine vocant. Et orationem ipsam quæ ad populum habetur. Hinc concionor, orationem habeo: & concionator, qui orationem habet, qui græcis Ecclesiastes. Hic pro sermone accipitur, seu cœtu.

Petulans et hebes.] Petulans improbus dicitur, à petulantia, q̃d est improbitas, cum alios per contumeliam petimus, quandoq; pro superbo sumitur. Interim pro lasciuo & petulco. Et generaliter est lasciuiamentum, seu effrenatio immodica ad quoduis vitium propensa, à petendo dicta. Porro hebes, obtusus, piger, tardus, acumine carens. Hinc hebetudo, à verbo hebetesco, hebeto, hebeo & hebesco. Per translationem, ingenium hebes dicimus rude & plumbeũ.

Obuijs manibus.] Prouerbiũ, idem quod obuijs vlnis seu brachijs, id est, auide, & fitiẽter. Græci ἀμφοτέραις χερσὶν, hoc est, ambabus manibus dicunt.

Hermagoræ tumiditate.] Nõnulli codices habẽt tumiditate. Vterq; sensus est tolerabilis. Hermagoras rhetor erat græcus, et subtilis, quem citat aliquoties Mar. Tull. in opere de Inuentione. Quintil. autor.

Eusebium.] Eusebius, nomen viri pij iuxta ac religiosi, sic eũ interpretatur εὐσεβιος, siue εὐσεβὴς, & Eusebia pen. producta. i. pietas, religio. Num Cæsarienſem putet, addubito: opinor tamen.

Salum.] Mare dicitur, à sapore salis, vel à verbo græco σαλεύω: quod mouere & fluctuare significat. Verg. Perq; vndas superante salo.

Varo tam deest.] Annæi Senecæ dictum est, quod vnum citat Gellius, tanquã bene dictum.

Totus mundus.] Mundus hic significat supellectilem repositam, vnde & mundum muliebrem dicimus ornatum.

Obolus.] Genus ponderis, quod sex siliquas continet. Terentius obolo emptos, dicit in Andria. Hinc diobolaris, est vilis, q̃si duob. obulis. Et triobolaris, quasi pro tribus obolis. Plaut. Homo trioboli ego sum.

Pedetentim.] Græcis prouerbio dicitur κατὰ πολὺς βάσιμ: vbi quis non præcipitanter, atq; inconsyderate, sed sensim atque cunctãter aggreditur negotium, arteq; rem gerit magis quàm impetu.

Procrastino.] Idẽ procrastino, quod est de die in diẽ differre et trahere, cõperendinare. Hinc procrastinator, est comperendinator, & cessator: quemadmodũ Accessæus nauta solebat semp lunã caussari in nauigatiõe, vt sic moraret nauigantes. Vide Chiliades.

Totum.] Integrum dixit. **Scilicet nisitu.**] Scilicet hic Ironiam habet, & pronũciatur cum quadam acerbitate. Nam tum negat quod dicitur. Verg. Scilicet is superis labor est, quasi dicat, nõ labor est. Est etiam coniunctio expletiua, quæ dicta sunt obscurius, apertius exponit scilicet, videlicet, hoc est, id est, vt quatuor sunt virtutes. s. prudentia, iustitia, fortitudo, temperãtia. Et semper dictio exponens & expolita debent esse in eodem casu. Sed & aduerbium affirmandi est, id est, certe. Ouid. Scilicet est aliquid cũ sæuis viuere ventis, hoc est, profecto multũ est. Sed videlicet, id est, verbi gratia.

Gazophylacium.] Nomẽ compositũ est, ex Perſica & Græca, φυλάττω enim Græcis custodio est, & Gaza Perſis diuitię, quasi locus ille dicatur, in quo opes reconduntur, alias Aerarium.

Cresus.] Fuit vltimus Lydorũ rex, primo quidẽ felicissimus ac ditissimus, sed postremo in infelicitatem tractus & à Cyro superatus, cum miserabiliter regnum perdidisset, ad miserabiliorem vitam adactus est. Herodotus libro historiarum primo. Et similiter Iustinus lib. i. Vnde Ouidius lib. iiij. de Ponto. Diuitis audita est cui non opulẽtia Crœsi? Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit. Idem alibi: Irus & est subito qui modo Crœsus erat. Iam: Qui mortis meminit, fallacis gaudia mundi Perfacile temnit, cœlica regna petens.

Explicatio epistolæ diui Hieronymi ad Paulinum, finit.

EXPOSITIO PRAEFATIONIS D. Hieronymi in Pentateuchum Mosi, ad Desyderium.

Præsagium.] A præsagiendo, (hoc est, præsensio, & prædiuinatio) deducitur, à veteribus præsagatio vocabatur. Cicero. Ineſt igitur in animis præsagatio extrinsecus inuecta, atque inclusa diuinitus. Dicitur & præsagitio. Is enim, qui ante sagit, id est, acute sentit, quàm oblata res est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire. Propertius. Venturam melius præsagit

git nauita noctem. Cicero lib.i. de diuinat. Præsagibat animus fruſtra me ire, cum exibam domo. Reperitur etiam præsago, as, & præsagor, eris, pro præsagio, seu prædiuino. Hinc præsagus præsaga, qui vel quæ præsagire nouit. Claud. Heu mens præsaga futuri.

Sortior.] A sorte, verbum quod est sortes iacio, siue sortes recipio, seu per sortem aliquid decerno, vel eligo. Interdum significat dispono. Vergilius: Sic fata deum rex Sortitur, voluitque vices, sic vertitur ordo. Sors, fortuitus alicuius rei euentus est. Capitur tamen aliquando fors pro fatali necessitate. Vergilius: Hic exitus illum sorte tulit. Interim pro iudicio. Idem. Nec vero hę sine sorte datæ, sine iudice sedes. Hinc sortilegi, qui per sortes futura pronunciant. Item qui aliquid eligunt per sortem, vnde & sortilegium dicitur. Et sortito aduerbium, ex sorte.

Obtrectatores.] Oblatratores, & detractores dicuntur deo odibiles, ad Romanos primo, atque maledici. Et obtrectatio maledicentia, oblocutio, ab obtrecto, quod est detraho, maledico, quasi aduersus aliquẽ tracto. Hosce delatores, vti Domitianus Imperator aiebat, qui non castigat, irritat. Polydorus autor.

Latratus.] Factitio verbo baubatus dicitur, quemadmodum canes solent baubare, bau, bau, bau. Lucretius. Et cum deserti baubant in ædibus omnes. Moris est canũ omnibus ignotis adlatrare, ita obtrectatorum clamoribus, & morsibus impetere, lucernariorum canum more, vti Politianus inquit, hæccine est canina facundia?

Suggillatio.] Modo percussionem significat, modo derisionem. Nam suggillare interdum est deridere, detrahere, accusare, damnare, reprehendere, &c.

Cudo.] Hic per translationem, pro componere & ædere ponitur. Alias cudere pecuniam dicitur, qui imprimit figuram. Terentius. Argentum cudo, quod tibi dem.

Et ita ingenium quasi vinum probãtes.] Adlusit ad id, qđ Horatius taxat eos, qui libros annis æstimant, non suis meritis. Nam vina meliora reddũtur ætate, libri non item. Ita & Iuuena. Atq; vni cædit Homero, Propter mille annos. Porro de emittẽdo in publicum verficulus est Horatij, ne præcipitetur æditio, nonumq; prematur in annum: ex cuius duabus partibus priori consentio, posteriori non item. Neq; enim videtur mihi in tanta vitę breuitate expedire, vt nonus demum annus fœtum nobis pariat: sed neque in vniuersum potest dari certa regula propter varietatẽ ingeniorum, & operum: satis fuerit admonitam esse cuiusq; prudentiam, non oportere æditionem tanquam immaturum partum ante tempus eĳci, &c. Hactenus Lodouicus Viues, libr. v. de tradendis disciplinis, siue de doctrina. Hinc quod Quintilianus consulit, opus aliquãtisper seponat, vt ad illud postmodum refrigerato iam inuentionis ardore, tanquam alienum redeat, lector, non autor: accedet multum iudicio ex dilatione, tum comparatione sui atque aliorum.

Pro virili portione.] Virili, non à viro dictum videtur, sed à viribus, nisi reclamaret primæ syllabæ quantitas, quandoquidem perinde sonat, quasi dicas, pro modo virium. Dicimus & pro parte virili, nonnũ quàm pro virili, vt subaudias parte. Item pro virili mea, & proviribus. Pro posse autem barbarum est.

Origenes.] Pen. cor. nõ longa, vt vulgus pronunciat. Omnia enim nomina composita cum γένος quod apud nos genus indicat, ge syllabam corripiunt, de quibus rebus lege Nestorem Dionysium, quare errauit Petrus Riga, cũ dixit: Scripsit Origenes quod non tenebrosa fuerunt. Nam Ωριγένης cum ω mega in principio, ε in medio, η in fine reperio scriptum, ego mature, & in tempore genitum interpretarer, nõ (vt alĳ) e monte natum, proprium nomen viri doctissimi, & Theologi & presbyteri. Iam permultum refert, num latine, an græce proferas hoc nomen. Nam latine recte dices, Origenes, pe. cor. Græce vero Origenes pen. acuta. Non enim omnes longæ syllabæ acutæ sunt. Nec omnes acutæ, longæ. De hoc nonnihil dictũ est in huius operis vestibulo, cum obiter de accentibus tractaremus.

Asterico et obelo.] Asteriſco legendũ est. Est enim Græcis diminutiuum, ab ἀστὴρ, quod est stella, quasi dicas stellula, sic ⁎

Obelus.] ὀβελός, gladĳ seu teli genus est, figura veru, sic ——— Est & genus numismatis. Hinc diminutiuum obeliscus, id est, veruculum, lapidea columna ad similitudinem veru, vnde nomen trahit.

Aeditio.] Hoc est, publicatio, ab ædo. cum primam syllabam producit, quod est emitto, quasi extra do, euulgo. Vnde ædere libros dicimus. Aedere opus publicum. Alĳ quando tñ autores ædo vsurpant pro produco, & pario. Verg. Nec nostri generis puerum, nec sanguinis ædunt, hoc est, pariunt.

Nec in cor hominis ascendit.] Græcis est, ἀνέβη, id est, ascenderunt. Esaiæ lxiiij. & i. Corinth. ij.

Proprium syntagma.] Id est, volumen à συντάττω, quod est compono, construo, constituo, & Syntaxin nos constructionem dicimus & coordinationem. Alij Syntagma, tractatum, ordinationem, rerumque cõstitutionem & documentũ vocant, num recte videant oculatiores.

Ptolemeus.] Hic obiter dicẽdum est hunc Ptolemæum à græco nomen traxisse, quippe Græci πολεμεῖν καὶ πολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμῶ Ptolemæus dicitur, ficut à τιμῶ, quod est honoro, Timæus. Hic Ptolemæus Lagi gregarij militis filius fuit, maximæ apud Alexandrum Macedonẽ autoritatis & gratiæ. Post cuius mortem Aegypto, & Africa & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta, omnesq; deinceps Aegyptij reges Ptelomæi appellati sunt. Hic filios duos reliquit, Ptolemæũ Philadelphũ, & Ptolo. Ceraunum. Philadelphus illi in regno successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ vsque ad primam Alexandrinorum, et Romanorum bellum, durauit. Regnauit annis. xxxviij. Vide Lod. Viuem in Commẽtarijs de ci. dei lib. xviij. cap. xlij. Cui successit Ptolemæus, cognomine Euergetes, quod Latine dici beneficus potest. Hic sex & viginti annis regno potitus, moritur. Cui successit Ptole. Philopater, decem & septem regnãs annis. Post eum Ptole. Epiphanes regnat. xxiij. Tum Ptolemæus Philomater cognominatus, quinq; & triginta. Deinde Ptole. Euergetes viginti nouem. Postea Ptolem. Phiton, qui & soter. i. salutaris, vulgo heil, cognominatus est, decem & septem. Postremo Ptolemæus Dionysius q per scelus magno Pompeio caput, vt Cæsari victori mitteret, abscidit, qui omnium ultimus regnauit. Fuere & alij hoc nomine, vt Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex ille, qui suis diuitijs Romanum locupletauit ærarium. Item celeberrimus ille astrologus, natione Aegyptius, quem Traiani & Adriani tẽporibus floruisse constat.

Quia in Platonis dogma cadere videbatur.] Nã Plato in Timæo deos facit incorporeos, & immortaleis, & horum filios dæmones, immortales & ipsos, sed corporeos, quoq; opificio conditus sit hic mũdus.

Mendacio suo extruxerit.] Augustinus nonnihil tribuit huic historiæ, & item Hilarius, quod nihil addi vellent Septuaginta interpretes.

Nazareus.] Siue Nazarænus, Hebræis sonat sanctum, vel cõsecratum, separatum, coronatum vel sanctificatum, iuxta Septuaginta. Alij floridum exponunt. Nezer enim Hebræis flos, vel germẽ, vt Septuaginta veterunt, dicitur.

Apocryphorum deliramenta.] κρύπτω, id est, occulto. Ἀπόκρυφον, id est, occultum, siue reconditum, quod ea non legerentur publicitus, sed priuatim ac domi, pro sui cuiusq; animo. Male igitur & perperã pro nothis capitur id vocabuli.

Hiberas Menias.] Id est, Hispanicas, Hieronymus subinde appellat portentosas nugas, vt hic, & in. xij. quæst. & in epistola ad Vigilantium satis indicat, quod apud Hiberos magica miracula narrarentur, vt apud Thessalos, hinc prouerbium: Thessalorum commentum, idem quod Thracium commentum. Et Thessala mulier, hoc est, venefica, malarumq; perita artium. Hiberæ ergo neniæ, sunt gerræ, Perficæ nugæ, Siculæque. Vide Chiliades adagiorum.

Authenticum.] Id est, autoratum, ab αὐθέντην, quem Græci autorem, dominum et doctorem dicunt, qui habeat potestatem & dominationem, sine c scribendum est, licet iam vsus obtinuerit, vt per c fine h scribatur. Hinc αὐθεντικὸν, quod nonnulli græca voce authenticum vocant. Auctor vero per au diphthongum, & ct exilibus, teste Valla, operis factor est, vt poetæ, cæteriq; operum conditores dicũtur auctores. Vide Nestorẽ Dionysium.

Aristeus.] E Cyrene filia Penei Archadiæ regis ab Apolline genitus est. Hic primus apium, ac mellis vsum, coagulum lactis, & alia multa inuenit. Vsum quoq; olei adinuenisse retulit Iustinus libro xiij. sui epitomatis. Hic deinde in Archadia regnauit. Porro Aristæas Procõnesius autor Græcus fuit, vt Aulus Gellius refert libro nono, capite quarto.

Eiusdem Ptolomei hyperaspistes.] Græce ὑπερασπιστὴς, id est, satelles & protector tà clypeo, cuius obiectu satellites tegũt corpora principum. Hoc nomine duos ædidit Erasmus Roteroda. contra M. Lutherũ elegantissimos libros.

Basilica.] Est locus amplus, in quo & concilia priuata, & iudicia arbitraria, conficiuntur, in qua dominum expectant aliquã do salutatores, & conuiuia maxima fiunt, & saltatiões & ludi, dicta quasi regia. Nã Græ

ci βα-

ci βασιλικὴν regiam vocāt, et Basilea regem. Hic tamen pro dei templo accipitur.

Vates. Id est, poeta. Vates antiqui vocabant, quos Græci dicunt prophetas, hoc est, antistites fatorum, & diuinorum oraculorum interpretes, vel quasi fates, id est, prædictores, quod futura farentur, siue fata prædicerent, vel à verbis vinciendis & connectendis, solebant enim afflati diuino numine carminibus contextis futura prædicere. Vates & poeta non fit, sed nascitur. Ouidi. Sedibus æthereis spiritus ille venit. Idem: Cura ducum fuerant olim regumq; poetæ, Præmiaq; antiqui magna tulere chori. Sanctaque maiestas & erat venerabile nomen. Vatibus & largæ sæpe dabantur opes. Hinc vaticinor, prædico futura, & vaticinium notæ significationis.

Interpres. Est qui in aliqua re agenda medius est, & velut conciliator, & autor. Ab Asconio Pædiano dicitur is, per quem indicitur pactio. Seruius interpretem, vaticinatorē nominat, ego expositorem dixerim. Hieronymus eo loci differentiam dirimit, Græce ἑρμηνεύς dicitur. Hinc ἑρμηνεία, interpretatio. Aristoteles librum περὶ ἑρμηνείας ædidit. i. de interpretatione, penultima producta debet legi.

Oeconomicum Xenophontis. Liber œconomicus est de administranda re domestica pulcherrimus, qui non villæ gubernationem tantum, sed & vniuersæ domus dispensationem, M. Tullio interprete, significat. Nam œconomus non tātum frugum, sed & omnium quæ dominus possidet gubernator, & dispēsator est. Liber extat. Translatio Tulliana periit.

Xenophon. Philosophus & dux insignis, Grylli filius, homo verecundus & speciosus, bene moratus, discipulus Socratis, Platonis æmulus, secundum Aulum Gellium, libro xiij. Noctium Atticarum. Fuerunt hoc nomine septem, secundum Laertium Diogenem. Aliquos hic obiter exprimā. Xenophō philosophus Socraticus. Hic primus vitas philosophorū scripsit, cognominatusque est apis Attica, ob mellifluam eloquentiam, scripsit plurimos libros. Xenophon alius Antiochæus historicus. Xenophon Ephesius historicus. Xenophon Cyprius historicus, Græce sic ξενοφῶν scribitur.

Platonis Protagoram. Sic legendum, nō Pythagoram, quod hoc titulo nullus sit liber Platonis. Illo, scilicet Protagorę extat elegantissimus dialogus aduersus Sophistas, quanquàm & hic à Cicerone versus intercidit.

Ctesiphon. Cum & exilibus, & vnico s. atq; Latino scribitur, fuit Athenienſis, pro quo Demosthenes eloquētissimus philosophus, & orator scripsit orationem.

Protagoras. Nomē philosophi, Meandri & Artemonis Abderites, de quo Aul. Gell. Lib. Noctium Atticarum v. sic cap. x. dicit. Protagoram sophistarum acerrimū, vsum esse ἀντιστρέφοντα, id est, reciproca, aduersus Euathlum discipulum suum. Litem vtriusq; breuitatis gratia omitto, qui volet legat Gellium.

Charismata. i. Corinthio. xij. sic legitur. Charismata meliora: ita vere vertēdum, æmulamini potiora bona, id est, ad ea nitimini dona spiritus, quæ sunt eximia: non dixit μείζονα, id est, maiora, sed κρείττονα, id est, potiora, quæq; magis conducunt ad publicam vtilitatē. Locus erit aptior ad Corinth.

Liuor. Metaphorice, pro odio, inuidia, & simultate ponitur. Vergilius: Liuor tabificum malis venenum. Alias vibex est plagæ. Hinc liuidus, liuidulus, & verba liueo, liuesco, notæ significantiæ sunt.

Sicubi. Aduerbium est loci, hoc est, si alicubi, vel si in aliquo loco.

Aliud est si contra. Hunc locum insulsissime citat Gossematarius, non quod eleuē gnomologi autoritatem quisquis is fuerit, in Decretis Pontificum, distin. ix. cap. Vt veterum librorum (putās diuum Hieronymū vere sensisse) Græcorum exemplaria emendatiora esse, quàm Hebræa: & Latina emendatiora, quàm Græca. Et hunc nodum multis modis dissoluit, dicens, vel dic, vel dic, vel dic. Nā Hieronymus inducit hoc velut ἀδύνατον, id est, impotens, & impossibile, atque dictu absurdum, quo magis refellat, quod isti volebant. Nunc te lector candidissime precor, vt qui tantum laborem in tui commodum libenter subiui, me orationibus iuues, quo possim eodem spiritus feruore, quo cœpi, & reliqua ad vmbilicum vsque deducere, atq; coronidē Lexico Biblico bonis auibus imponere.

Præfationis Diui Hieronymi,
ad Desyderium
FINIS.

EXPOSITIO VOCV-

LARVM QVARVNDAM DIFFICILIVM super Geneſim.

PRAEFATIVNCVLA.



NTEQVAM exordiar vocularum germanam explicationem, hoc beneuolum Lectorem præmonere, commodum puto, nec omnino fore abs re. Haud equidem verba permultum ad rationem pietatis facere crediderim, ſed illud tamen ſeruandum eſt in primis, ne à receptis vſu autorum, conſenſuque eccleſiæ, illius præſertim veteris, formulis recedatur. Nam quum diuinæ res ſupra humanum omnem ſint captum ſitæ, ne verbis quidem proprijs poſſint à nobis enunciari. Sunt enim verba omnia & ab hominibus, & ad humana explicanda inuenta, quo minus confingere ſibi quẽque, aut noua inducere, aut ab vſu trita atque approbata repudiare aſcitis alijs decet. Nam quum propria nulla poſſint ingenij humani vi excogitari, illa erunt maxime ad rem eloquendam accommodata, quæ ab illis tradita fuerint, quorum ſcriptis magna pars pietatis noſtræ conſtat: quæ dixi propter impiam quorundam argutulorum temeritatem, qui contemptis ſpretiſque veterum loquendi formulis, oſtentandi ſui cauſſa periculoſo exemplo, noui verborum magiſtri videri adfectant, quum ſint cum rerum aliarum omnium, tum verò verborum ſermoniſque vniuerſi imperitiſſimi, & volunt licere ſibi arbitratu ſuo, atq; adeò libidine, veterum ſcriptorum de religione loquendi leges, ceu mollem quampiam & ductilem ceram, modo in arctum, modo in extenſum fuſumq; difformare.

CAPVT I.



Geneſis γένεσις.] Græca dictio eſt, Latine generatio, vel natiuitas dicitur: Gaza in ſomno Scipionis vertit naturam. Significat etiam ſydus natalitium, id eſt, quod conuerſione cœli oritur eo momẽto, quo quis naſcitur. Ideo ſic appellatur primus liber Moſeos Pentateuchi, quoniam in eo generatio vniuerſi deſcribitur. Hebraice Breſchith, hoc eſt, in principio. Hanc vocem Hilarius Pictauus ait tria ſignificare Hebræis, videlicet in principio, in capite, & in filio. Notant enim librum Hebræi primis vocibus, vnde liber incipit. Hæc Geneſis manifeſtiſſima eſt (inquit diuus Hieronymus ad Paulinum, ironice ob difficultatẽ) in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuiſione terræ, de linguarũ confuſione, & gentium, vſq; ad exitum ſcribitur Hebræorum.

In principio.] Ἀρχῇ, & principiũ vertimus, & principatum, & principiũ pro initio. Et interim vertunt pro principatu, vt in Pſalmo centeſimo nono: Tecum principiũ in die virtutis tuæ, μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, quaſi tuus erit principatus in die formidinis tuæ. Hoc loco, non reprobro ſententiam Theologorum dicentium Chriſtum eſſe principium. Nam is eſt, per quem facta ſunt ſæcula, & caput omnium, quæ pater progenuit. Sed id ex reſponſione Chriſti ad Iudæos, parum mihi videtur apte colligi. Satius eſt dicere, ſic eſt, quia verum eſt, quàm quia Iohannes ſcripſit, cum hoc non ſenſerit. Nam hæc genera argumentorũ expoſita ſunt doctis hæreticis ad ſubſannationem, quibus anſam, vel calumniãdi noſtri, vel deridendi præberi oportet. Quid verò de loco illo: In principio creauit deus cœlũ & terram: Hieronymus ſentiat, homo circũſpecta & libera pietate, adſcribam. Plerique exiſtimant, ſicut in altercatione quoq; Iaſonis, & Papiſci ſcriptum eſt, & Tertul. in lib. cõtra Praxeã diſputat, nec nõ Hilarius in expoſitiõe cuiuſdã Pſalmi affirmat in Hebræo haberi. In filio fecit deus cœlum & terram, quod falſum eſſe, ipſius rei veritas comprobat. Nam & Ixx. Interpretes, & Symmachus & Theodotion in principio tranſtulerunt, & in Hebræo ſcriptũ eſt breſith, quod Agla interpretatur, in capitulo. Et non baben, quod interpretatur in filio. Magis itaq; ſecũdum ſenſum, q̃ ſecundum verbi tranſlationem de Chriſto accipi poteſt, qui tam in ipa fronte Geneſeos, quæ caput librorum omnium eſt, quã etiam in principio Iohannis Euangeliſtæ, cœli & terrę cõditor approbatur.

Vnde

Vnde & in Psalterio de seipso ait: In capite libri scriptum est de me, id est, in principio Geneseos, & in Euangelio: Omnia per ipm facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed & hoc sciendum, quod apud Hebræos liber hic Bresith vocatur, hanc habentes consuetudinem, vt voluminibus ex principijs eorũ nomina imponantur. Tantum Hieronymus, ad verbum transscriptum.

Creare.] Est aliqd de nihilo facere, hoc modo nihil aliud q̃ Deus potest creare, idq; Theologi fere oẽs magno consensu adfirmant. Diuus August. lib. iij. de Ciuitat. dei, cap. xiij. sic inquit: Alba nanq; illa, quam filius Aeneæ creauit Ascanius. i. ædificauit, hic creare pro ædificare accepit, & posuit diuus August. Romæ mater propior ipsa q̃ Troia à Tullo Hostilio rege prouocata conflixit. Hinc creator, creatio, creatura, & creatrix. Cõposita, pcreo. i. genero, recreo. i. reficio, instauro. Hinc dicimus Latini creare magistratum, consulẽ, magistrũ, doctorẽ, &c. Ad hęc, illa de creatiõe infarciã. Deꝰ opti. max. condidit oẽs angelos, & oẽs corporales naturas ex nihilo, id vocant creationem: & est descripta creatio, cum hic in Genesi, tum sæpe alias: Psal. XXXII. Verbo dñi cœli firmati sunt, & spũ oris eius omnis virtus eorũ. Et deinde: Ipse dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt. Vbi significat res ex nihilo cõditas esse per verbũ dei. Quia eñ deo iubẽte res extiterunt seu ortæ sunt. Ergo non sunt ortæ aliqua præcedente materia. Ideo & Iohãnes inqt: Omnia per ipsum facta sunt. Ergo necesse est ex nihilo cõditas res esse. Illud aũt in hoc articulo monere necessum est, q̃d creatio sic intelligi debeat, q̃ deus nõ discesserit à suo opificio, sicut faber discedit à domo facta, aut fabricata naue. Sed deus ppetuo sustentat & conseruat naturas rerũ. Hic intellectus creationis est necessarius & proprius piorum. Itaq; in hoc articulo de creatione, semper intelligatur perpetua cõseruatio & substentatio rerum. Credo in Deũ patrem omnipotentẽ, creatorem cœli & terræ. Hic intellige non solum conditionem, sed ppetuam gubernationẽ & cõseruationem. Quotannis fœcundat terram, procreat fruges ex terra, perpetuo suppeditat animantibus vitam & motum. Et hæc rerum conseruatio vocatur actio dei generalis.

Inanis & hoc inane.] Vacuũ dicitur. Vnde & inane vocamus aerem. Lucret. Lõgum per inane resoluit, q̃ vacua omnia impleat. Nihil pati natura vacuũ potest. Cum igitur inane proprię vacuũ sit. Verg. Atq; illis iam sæpe rotę ducantur inanes. Idem: Galeam ante pedes ꝓiecit inanem. A quo inanitas dicta, q̃d pro vacuitate aliqñ, nonnunq̃ pro vanitate accipitur: siquidem & inane aliquando pro leui capimus. Vergi. Instabileis animos ludo prohibebis inani. Hinc inanio uerbum fit, & inanesco, & exinanio, q̃d modo est euacuo, modo attenuo, modo ad nihilum redigo. Et exinanitio, defectio. Et inaniter aduerbium, hoc est, frustra.

Abyssus.] Est inæstimabilis, immensa, & impenetrabilis quædam aquarũ profunditas, Augustino teste. Item aqua quę finem non habet, nec fundum. Ita dæmonia rogabant seruatorem, ne iuberet, vt in abyssum irent, Matt. viij. Marci v. & Lucæ viij. Reliqua vide in Lexico Græcolatino.

Tenebræ.] Penultima indifferente, priuatio & absentia lucis est, q̃ teneãt, hoc est, impediant oculos, & visum ꝓhibeant. Sic ab Aristotele tenebræ finiuntur secundo libro de anima, absentia lucis ex diaphano corpore, quod est luminis capax, & per quod cernimus. Vñ tenebrosus, obscurus, & obtenebro, obscurefacio, & tenebricosus, tenebras faciens, & tenebricor, tenebras facio. Et tenebrio, est nebulo. Hinc multã obscuritatẽ, aut animi caliginem, Cimmerias tenebras prouerbialiter appellamus, à Cimmeriæ regionis prodigiosa obscuritate.

Spiritus.] Sex modis in scripturis sacris dicitur, teste Augustino, de veræ vitæ cognitione ca. I. Primo: Summus omnium deus spiritus appellatur. Iohã. iij. Secundo: Angeli spiritus dicuntur. Psalm. cxiij. Tertio: animæ spiritus nuncupãtur. Psal. cxlv. Exibit spiritus eius, &c. Quarto, vita brutorum animalium spiritus vocatur. Ecclesiastes iij. Quis scit si spiritus iumentorum descendat deorsum. Quinto, venti dicuntur spiritus. Psalm. x. Spiritus procellarum. Sexto, aer scribitur spiritus. Psalm. cxviij. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Cuius aeris finitio talis est: Aer est spiritus sensibilis, quem nos attrahendo sentimus, ipse nihil sentiens, cunctis tñ sub cœlo viuentibus spiramẽ exhibens. Alias finitiones Laconismi causa omitto. Iam: Spiritus siue diuinus, siue humanus, siue brutorum, siue iste aer in sacra scriptura dicatur, semper Græce dicitur πνεῦμα. Flatus autem dicitur ϖνοή. Hic ꝓ voluntate dei secundum expositores accipitur. Hinc spirabile, spiraculum, spiramentum, spirillum, spiritales auræ, spiritalis, spiritalis fistula, spiro, &c. Spiritus dei ferebatur supr aquas. Vide Hieron. in quæstio-

nibus Hebraicis super Genesim. Hieronymi tamen verba adscribam. Pro eo quod in nostris, inquit, codicibus scriptū est, ferebatur, in Hebræo habebat merahefet, quod nos appellare possumus incubabat, siue confouebat in similitudinem volucris oua calore animantis. Ex quo intelligitur non de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur, sed de spiritu sancto, q & ipse viuificator omnium à principio dicitur. Si autem viuificator, consequenter & cōditor, cp si cōditor, & deus: Emitte em̄, ait, spm̄ tuum, et creabuntur.

Lux.] Id est, dies. Proprie lux claritatē, siue splendorem significat. Cum de luce illa spiritali, hoc est, angelis, scriptura loqueretur, anteq̄ pars lucis, hoc est, pars angelorū in tenebras abiret, lucem approbauit deus, angelos scilicet omnes, quos ipse bonos crearat, ac lucem. Cum vero de luce nostra corporibus subsistente iiij. die loqueretur, & lucem probari à deo fecit, & tenebras, quippe cum tenebræ, quas deus tales fecit, non malæ sint, vt sunt dæmones, postquàm in tenebras sunt versi, ideo illas tenebras primi diei non comprobauit, vt tenebras quarti.

Firmamentum.] A firmo, soliditas, & stabilimentum est. Cicero libro I. ad Herennium. Hinc firmamentum dictū est cœlum à firmitate. Firmamentum non propter stationem, sed ob firmitatem, aut propter intransgressibilem terminum superiorum, & inferiorum aquarum, vocatum intelligere licet. Hinc firmitudo & firmitas in vno significato accipi possunt, teste Nonio. Plautus in Asinaria: Si istam firmitudinem animi obtines, salui sumus.

Aridum.] Siccū est & exuccum, quod naturalem humorem amisit, ab areo. Hinc arida terra dicta est, Ambrosio autore, nec solum ad genus, sed etiam ad speciem terrarum refertur. Interdum pro puro, & lucido ponitur. Plautus argentum aridum dixit, id est, purum & lucidum. Aliquando pro horrifico, acuto, cum de sono loquimur. A quo diminutiuum aridulus, & ariditas, aresco, exareo, exaresco, arefacio, arefactus: vt, hic est rubo arefacto præfractior, in refractarium adagio, & ceruicosum iactatur.

Luminare maius, & luminare minus.] Lxxij. sic verterunt, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μεγάλον εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, καὶ τοὺς ἀστέρας. Id est, Et fecit deus duo illa luminaria magna: luminare magnum in principatū diei, & lumi nare minus in principatū noctis, & stellas.

Vt lucerent super terram.] Lucere super terram, Græce est infinitiuus Græcus, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, sed per subiunctiuum venit ad Latinos, vt luceant. Ea enim est natura τοῦ ὥστε. Latinorum quidam infinitiuo sunt vsi absque vt, quemadmodum Vergilius. Pestis acerba boum pecoriq̄ aspergere virus. Nemo me hic strigilet schematis ignarus, quod dixi Lxxij Interpretes. Legat Guilielmum Bud. in Pandectas, Leget Centūuiri, & me bene dixisse fatebitur. Sic habet Budæus ad verbum, ne quis desideret locum. Enimuero quod de Cētumuiris Festus ait, qui cum cētum & quinq̄ essent. i. ter triginta quinq̄, centum tñ appellātur propter numeri integritatē appellandiq̄ compēdium. Simile est illi de Lxx Interpretibus, autore Augusti. lib. xviij. de Ci. dei. Cum em̄ duo et septuaginta essent, vtpote e singulis tribubus seni, lxx. tamē interpretes appellati sunt. Cuius consuetudini loquendi cōtrarius error irrepsit. Lucæ x. de duobus & septuaginta discipulis domini nostri. Post hæc autem designauit dñs & alios septuaginta duos, & aliquāto post: Reuersi sunt, &c. Vide Græca. Septuaginta Græce vtrobiq̄ legitur, scilicet ἑβδομήκοντα, &c. Hactenus ille.

Produco.] In lōgum ducere: quod & de tempore, & de corporeis rebus etiam nū dicitur, vt æs productile. Hinc producta syllaba est lōga. Et producere est etiam ante, seu vltra, vel extra ducere. Interdum gignere, vt hoc loco. Interim interponere, aliq̄n prosequi, nonnunq̄ consummare. A quo productio, productile & producte aduerbium.

Animā viuentem.] Anaximenes Milesius, & eiusdē philosophię Diogenes Apollionates, Anaxagoras quoq̄ ceu aerē quendā esse volūt animā. Heraclitus à respiratiōe animā viuentiū, pgigni censebat. Vñ dicta sit ψυχή, vt inqt Plato in Cratylo ἀπὸ τοῦ ψύχω, qd est refrigero. Veteres aerē illum, qui est in anhelitu, vidētur animā putasse, vñ est apud Poetā, fœtere vxoris animā. i. anhelitū, quin & aerem oēm animam dixerūt. Verg. Semina terrarę, animæq̄ marisq̄ fuissent. Pro flatu & anhelitu Cice. in Academicis. Si vnus et simplex, vtrum sit ignis, an anima, an sanguis? Et Teren. Compressi animā. Et Plau. Fœtet aīa vxoris tuæ. Et Plin. Anima leonis virus graue, vrsi pestilēs. Sic animā, et animū pro aere & flatu multi Latinorū posuerūt.

Reptile.] Quicquid repit dicitur, à repo, vel repto frequentatiuo, & proprie de animantibus, quæ non pedibus, sed ventre gradi-

gradiuntur,vt sunt vermes,qui reptilia dicũtur,serpentes,lacertæ,stelliones,testudines, limaces,&c.

Volatile.] à volo,seu volito frequentatiuo, quicquid volat,vt anima volatilis, & volucres volatilia dicuntur, quia volitant. Psaltes volatilia pennata dixit.

Cetus.] Sine diphthongo, piscis maximus in Athlantico mari. Dicit & Cete neutrius gñis, & numero multitudinis, vt hic Cete grãdia. & Vergil. Immania Cete dixit. Hinc Cetarij piscatores Cete dicti sunt, & magnorum piscium,vt thynnorum,& aliorum huiusmodi piscium venditores.

Animans.] Neutrius generis,& fœminini, atq; substantiue pro animali capitur. Ouidius Metamorphoseos libro I. Pronaq; cum spectent animantia cætera terram, Os homini sublime dedit,cœlumq; videre iussit,& erectos ad sydera tollere vultus. Adiectiue id dicitur,quod habet animam,ab animo,as,id est,viuifico. Diminutiuum animalis est animalculum.

CAPVT II.

Patro.]Id est,facio,vt hic patrarat,hoc est,perfecerat. Capitur frequentius in malam partem. Plautus: Post tam fœdum facinus patratum. Et proprie significat liberis operam dare. Quintilianus tamẽ vult quod patrare apud veteres sancte & honeste dicebatur. Deinde, consuetudine in vitium lapsum esse verbum. Vnde irrideri solitum esse Salustium,q̃uis immerito,q̃ patrare bellũ dixerit,q̃d latinissimum est. Hinc patrator,q facinus aliquod fecit. Composita sunt perpetro,perago,perficio, quod similiter in malã partem accipitur,à quo perperi dicuntur indocti,stulti,praui,mẽdaces,& perperam aduerbium, pro praue, peruerse. Et impetro, obtineo, quasi id, quod cupio, facio. Vnde impetrasso pro impetro veteres dixere. Plautus: Et istuc confido à fratre me impetrassere. Et propetro,mando quid perfici. Accius: Age vero propetra, quod cœpisti, fieri. Ab his etiam deducuntur: impetratio,& perpetratio.& propetratio, &c.

Virgultum.] Multitudo virgarũ pullulantium est. Et virgindemia collectio virgarum ob verbera, aut ad aliquid vinciendum. Varro: Quid tristiorem video te esse, an ideo quia scapulæ metuunt virgindemiam?

Irrigo.] Pen. cor. non à regendo, sed à rigando deducitur. Rigare enim madefacere est. Seuerinus: Et veris Elegi fletibus ora rigant. Vnde irrigare dicimus adaquare, & quasi riuos in agrum,aut hortum deducere, à quo irriguus dicitur,& q irrigatur. Varros Ager qui est irriguus. Et qui irrigat. Vergil. Irriguumq; bibant violaria fontem. Hinc riuus dictus,quasi riguus.

Spiraculum.] à verbo Spiro,as. Idem quod spiramentum, per quod exit spiritus. Vergil. Sęui spiracula Ditis. Hic ponitur pro ipso vitæ spiritu.

Paradisus.] Græce παράδεισος, apud Xenophontem est locus septus ferarum viuarum. Vel hortus consitus,vel pomarium. Veteres poetæ Elysium campum putant, & asserunt esse in medio inferorum,in quo piorum animæ quiescerent, post dissolutionẽ earum à corpore. Vergil. Solemq; suum sua sydera norunt. Martialis ad Fabritium Epigrammate cxxij. Qui prior Elysias gaudet adisse domos. Philosophi Elysium esse dixerunt in Insulis fortunatis. Horatius: Nos manet Oceanus circumuagus,arua beata. Petamus arua, diuites & insulas. Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis. Et imputata floret vsque vinea. Fuerunt etiam qui Elysium scriberent esse circa lunarem circulum,vbi purior est aer. Vergilius: Aeris in campis. Pro paradiso, hortum habet Agla,id est,gan. Porro eden,delitiæ interpretantur pro quo Symmachus transtulit paradisum florentem,&c. Vide Hieronymũ in Genesim,de traditionibus Hebraicis. Hinc Paradisiacus,a,um,vt lares paradisiaci,&c.

Phison.] Nomen fluuij Paradisiaci,qui Iosepho teste lib. I. Antiquitatum, inundationem significat,qui eductus in Indiam,in pelago late diffunditur. Hunc esse Indiæ fluuium Gangen, alij Pison sine h, Nilum putant,Hieronymo,& Augusti. autoribus. Interpretatur ab alijs oris mutatio,siue multitudo aut extensio.

Quatuor capita.] Nilus Aegypti,Euphrates & Tigris Syriæ,Ganges Indiæ,quorum idcirco veri fontes ignorantur,& subter Oceanum alueo in nostrum mare penetrant,qua de caussa Aegyptij sacerdotes,Nilũ Oceanũ nuncupabãt,vt Herodot. scribit.

Bdellium.] Plinio autore libro xij. naturalis historiæ,cap. ix. arbor nigra,oleæ magnitudine,folio vero & robore & fructu similis caprifico. Hæc,vt ait, in Bactrianis nominatissima nascitur, naturaque gummi. Alij Brochon, alij Malachran, alij Maldacon,&c. hactenus ille. Pro carbunculo, & lapide prasino, bdellion,& onyx,alij trãstulerunt. Bdellion Hebræi interpretant Cry-

stallum, alij putant esse vnionem.

Heuilah.] Alij Euila, nomen est terræ, vti hic textus habet, siue Euilath, verius Hauilah, quę duplex est, vna in Aphrica, quam putãt Getuliã, altera in India, Hæc Munsterus, vbi nascitur aurum, & aurum illius terrę optimum est. Calepinus dicit: Euila regio est ad orientem vergens, quam circumit de paradiso Phison, alias Pison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangen vocant. In ea aurum preciosum, quod Hebræi Zaab, & gemmæ preciosissimæ, carbunculus, smaragdusq; nascitur, hactenus ille, & interpretatur, dolens, parturiẽs, aut loquẽs.

Onychinus.] Onychinum, Iosephus dicit esse Sardonychum. Adiectiuum pen. cor. deriuatur ab Onyce, quod Græcis sonat vnguem, seu gemmam, candorẽ habens vnguis humani. Martialis: Calcatusq; tuo sub pede iacet Onyx. Acron metallum dicit, gẽmæ simile: Porphyrion ampullas marmoreas vocat. Porro, ὄνυξ Græce, vnguis Latine, lapidis genus, eo ꝙ humano vngui sit similis. Statius lib. I. Mœret onyx longe queriturq; exclusus ophites, & est generis masc. Martialis tamen in fœmineo vsus est. Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat. Propertius masculino: Cum dabitur Syrio munere plenus onyx. Et facit in genitiuo onychis cũ ch. aspirato, sicut Sardonyx huius nychis: vt regula docet Græca. Onyx itẽ vngula q̃dã est aromatica, à cui⁹ actõ grę co ὄνυχα, nostri etiam onycha declinauere.

Geon.] Fluuius paradisi, qui alio nomine Nilus à quibusdam appellatur, quasi terra, aut puluis. Græci enim γῆμ ⁊ γᾶιαν, terrã noĩant. Antea Melo vocabat Nilus. Alij Gihon fluuiũ putãt in Mesopotamia.

Aethiopia.] Regio ab Aethiope Vulcani filio, vt Plinius testatur libro sexto, nomen accepit, cui ipse præfuit. Nam deriuatur ab ἄιθω, quod est cremo. Et Seruio autore, antiquitus dicebatur Aethiopus, Aethiops, & Aethiopicus. Item Aethiopissa. Est & adiectiuum Aethiopicus, vt cutis Aethiopica. Adagium est: Aethiopem dealbare, est rem parum honestam verborũ fucis adornare, hoc est, illaudatum laudare, indocilem docere. Item alia: Aethiopem ex vultu iudicare. Aethiops non albescit. Item Cusch hic non Aethiopiam sub Aegypto significat, sed aliã in Arabia, sicut Madianitæ Aethiopes vocantur.

Tigris.] Animal truculentum, & velocissimum. Medi enim Tigrim, sagiptam vel sagittam vtrunq; bene appellant. Hircania abundat Tigridibus. Vergil. Hircanæq; admorunt vbera Tigres. Flumen quoq; magnum Tigris nominatur, vt hic, ob velocitatem cursus, ꝙ instar bestiæ, nimia pernicitate decurrit. Hoc e paradiso, iuxta sacræ scripturæ fidem, exonerat, contraque Assyrios currit, & post multos Meandros, & ambages in mare rubrum defluit. Hidækel est Tigris sic dictus eo, quod aquę illius sint claræ, & leues.

Assyrii.] Asiæ maioris populi sunt, qui nunc Syrij, habent ab ortu Indiam, ab occasu Tigrim fluuium paradisiacum, à meridie Mediam, à Septentrione Caucasum montem. Hi postea & Syri dicebantur, ab Assyria regione sic dicti, vti docet diuus Augustinus libro xvi. de Ciuitate dei ab Assur filio Sem.

Euphrates.] Producit mediam syllabam. Boetius: Tigris & Euphrates vno se fonte resoluunt. Lucanus lib. ij. Euphratem Nilũq; moue. Et facit in genitiuo tis, vel tæ, interpretatur frugifer siue crescens. Fluuius Mesopotamiæ in paradiso oriẽs, grandis, & memorandus, quem haud lõge à fonte Tigridis oriri in monte Piardes maioris Armeniæ, diligentiores adserunt, de quo Lucanus libro iij. & Plinius lib. v. plura scribunt. Hic cum lõgam viam egerit, & Babylonem in duas diuiserit partes, in mare rubrum tandem exundat.

In paradisum voluptatis.] Pro voluptate in Hebræo habetur Eden. Ipsi igitur lxx. interpretati sunt voluptatem. Symmachus hic posuit ἐν τῷ πραδείσῳ τῇ ἄλσης, quod & ip̃m amœnitatem, & delitias sonat.

Adam.] Protoplastus noster, interpretatur homo, siue terrenus. Hinc Adamus Latino more dicimus pe. acuta. Adama, terra dicitur.

In quacunque die comederis, ꝛc.] Melius interpretatus est Symmachus dicẽs, mortalis eris, &c. Sed nos ex quo nascimur mori incipimus, vt Manilius ait: Nascentes morimur finisque ab origine pendet. Hinc Quintilia. in Mathematico: Omnis nos hora per tacitos fallentesq; cursus applicat fato, & in hac misera perpetuitatis cogitatione adstricti per exigua festinantis æui momenta præmorimur. Tempus assidue aliqd nobis deterere vulgatissimum est, pleniq; sunt non philosophorum modo, sed poetarum quoque libri, & magna pars eorum ex Seneca sumpta est. Vide diuum Hieronymum in Hebraicis quæstionibus super Genesim.

Et

Et misit dominus deus soporem in Adam.] In Græco habetur Ecstasis, id est, mētis excessus. Pro ecstasi igitur, in Hebræo habetur thardema, quod Aquila καταφορὰν, id est, marcorem, Symmachus κάρον, id est, grauem & profundum soporem interpretati sunt. Deniq; sequitur: Et dormiuit. Idipsum verbum & in Ionæ stertentis somno positum est.

Hoc nunc os ex ossibus meis: &c.] Nō videtur in Græco & Latino sonare, cur mulier appelletur, qa ex viro sumpta sit: sed etymologia in Hebræo sermōe seruatur. Vir quippe vocatur Isch, et mulier Ischa. Recte igit ab isch est appellata mulier Ischa, id est, vira scd̄m analogiā. Vñ & Symmachus pulchre etymologiā etiā in Græco voluit custodire, dicēs: ταύτη κλῆσις ἀνδρίσ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὕτη ἐλήφθη ταύτη, qd nos Latine possumus dicere, hæc vocabitur virago, quia ex viro desumpta est. Porro Theodotio aliam etymologiam suspicatus est dicens: Hæc vocabitur assumptio, quia ex viro sumpta est. Potest quippe Ischa secundum varietatem accentus, & assumptio intelligi.

Virago.] Mulier fortis, ꝙ viro similis sit, & virilia opera agat, viriq; impleat officium. Vergil. xij. Aeneid. libro: Hoc concussa metu mentem Iuthurna virago. Seruius: Virago, mulier quæ virile implet officium.

CAPVT III.

Serpens aūt erat callidior cunctis bestiis terræ.] Alia translatio habet Sapientior. Pro sapiēte in Hebræo habetur Arū, quod Aquila, & Theodotio πανοῦργον interpretati sunt, hoc est, nequam & versipellem. Magis itaq; ex hoc verbo calliditas, & versutia, quàm sapientia demonstratur.

Callidus.] à Calleo deducitur, hoc est, astutus, & calliditas astutia, & callide aduerbiū, astute. Distichon non inelegans præceptoris mei, olim in sæculo non pœnitendi, Iacobi Horlini.

Pendula si faceret sapientem barba, petulcis
Callidior nemo viueret orbe capris.

Mulier quam dedisti mihi sociam.] Hoc Adamum decepit, quod existimauit iustam se excusationem, & quā deus facile acciperet, increpanti & castiganti deo allaturæ, si se id feciſſe diceret, vt gratificaretur sociæ, atq; ei sociæ, non quam sumpsisset ipse, sed quam dedisset dñs. Verum, nulla specie, nulla facie, nulla ratione, quamlibet ficta, excogitata, imaginata iustitiæ defendi potest peccatum coram deo. Neq; em̄ pctō apud deum prætendi ꝓtest color, aut velum iustitiæ aliquod, quo excusetur, quo non esse malefactū defendatur, accusatur potius & maius scelus esse conuincitur.

Eritis sicut dii.] Exple fœmina superbum istum animum, satia cupidinem tui efferendi, quid dari maximum, quid contingere ambitiosissimo & superbissimo vltimū potest: Fieri deum, ede hoc, & eris o stultissima fœminarum, quæ te futuram deam per pomulum speraſti.

Perizoma.] Omne quod circuncingit dicitur, pudendorumq; velamen. Varro subfibulum vocat. Idem nuncupatur & lumbare, & bracha, & subligaculum, & subligar, & succinctorium, fœmorale, fœminale, & campestre. Martialis: Si pudor est transfer subligar in faciem. Campestria, Sic vocātur fœmoralia à doctis scriptoribus. Horatius in epistolis: Penula solstitio campestre ninalibus auris. Vbi Acron inqt, nihil totius corporis præter inguina tegere. Asconius in oratione pro M. Scauro: Cato Prætor iudicium quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus, in forum quoq; sic descēderat, vsq; dicebat. Nec ignoro pro campestri capistro à nonnullis legi parum apto sensu. Scriptor historiæ Scholasticæ nescio qua ratione negat temporibus Noe fœmoralia esse adhuc inuenta. Herodotus. Clio, magno esse probro apud Lydos, cæterosq; Barbaros homines conspici nudū scribit. Romani, vt Cicero. I. offic. scribit, vetere more, nec filij puberes cum parentibus, nec generi cum soceris lauantur.

Ipsa conteret caput tuum.] Iohānes Picus Mirandula sic scribit in epistola quadam ad Baptistam Mantuanum, dicens: De diuersitate translationis nostræ à litera Hebraica in iij. capite libri Geneseos vbi de Eua agitur & serpente, sic vt equidem censeo, est in Hebræo, quemadmodum scribis, ipsum conteret caput tuum, referturq; ad semen Euæ, de quo dixerat: Inimicitias ponam inter semen tuum & semen illius. LXX. vero & Hieronymus transtulerunt. Ipsa conteret caput tuum: vtrobiq; aūt idem sensus. Nam ꝙ dicitur ipsa conteret, non tam ipsam Euæ personam, quàm Euæ posteritatem respicit. Cum id dicatur factura, quod in semine suo factura est. Sed cur maluerint ipsa vertere, quàm ipsum, hoc fuisse arbitror in causſa, vt significarent, cum ex Eua non fœminæ solum, sed & mares essent propagandi, quod de semine dicebatur ad fœmineum solum semen deferendum. Hæc sunt quæ su

per

per hac re in præsentia in mentem veniunt. Hactenus ille.

Tribulus. Spinæ genus est, à semine triangulari dictus, aut quod cuspidatus, & acuminatus, trifariam feriat. Tribulus, prima correpta masc. gñis. Ouidius libro Metamorphos. 5. Lolium tribulúmq; fatigant Triticeas messes.

Vescor. Proprie cibo vtor. Improprie pro vtor, vt vesci aura ætherea, id est, viuere. Ponitur quandóq; pro video. Accius: Oculi vescuntur, id est, vident. Hinc adagium apud Polydorum: Coruus relictis ab aquila cadaueribus vescitur, in eos qui ignaui, & desides alienis laboribus famam sibi aucupantur. Perinde ac ille Fidentinus Martialis consueuerat, &c.

Adam. Hebraica lingua, vti Iosephus scribit, idem est quod rubrus, quoniam e rubra terra factus est. Hieronymus: Vbicunq; scriptum est in vete. testamento: filius hominis, in Hebræo, filius Adam scriptum est. Vt filij hominum in Psalmo legimus, in Hebræo habetur filij Adam. Adam homo interpretatur. Siquidem hominis nomen tam viro, quàm fœminæ conuenit.

Eua. Vita appellatur, eo quod sit mater omnium viuentium. Heua quippe transfertur in vitam, seu viua vel viuens dicitur.

Cherub. Significat plenitudinem scientiæ seu multitudinem. Hic pro angelo ponitur, qui habuit flammeam romphæam, id est, gladium versatilem, qui vertitur ad custodiendam viam ligni vitæ.

Versatilis. à verso, as. Quod huc illucq; versatur, seu idoneum quod versetur, vt gladius versatilis, axis versatilis. Plinius lib. xxxvi. molas versatiles Volsinæ inuentas adserit.

CAPVT IIII.

Cain vel Cainus. Adam filius, acquisitio, siue possessio interpretatur, id est, κτῆσις, vnde & etymologiam ipsius exprimens ait: Canithi Hebraice. i. possedi hominem per deum. Et erat ædificans ciuitatem, vide Geneſis caput quartum. Inter prophanos scriptores quis vrbem primus posuerit, non conuenit, alij Cecropem volunt, vt Plinius, qui eam extruxit, quæ postea ἀκρόπολις, id est, arx dicta est Athenienſibus, prius erat Cecropia. Strabo Argos à Phoronæo dicit conditos, quos Homerus Pelasgum nominat. Aegyptij omnium antiquitatum gloriam ementitis annalibus ad se trahunt, & Diospolim, quæ sunt Thebæ, tempore omnes antecedere asseuerant. Verum Enochia hæc, vt Iosephus vocat, oĩm est vetustissima, quam Cain, cum exagitaretur furijs cæsi fratris, nec vllus sibi locus tutus satis videretur, condidit, murisq; cinxit, & terminos agro posuit, per quã ciuitatem mundum, & diaboli ciuitatem significari testatur Hieronymus ad Marcellam. Philo Iudæus libro Biblicarum antiquitatum scribit, quod Cain postq̃ erat quindecim annorum, ex eo cœpit ædificare ciuitates, quousq; conderet ciuitates septem. Et hæc sunt nomina ciuitatum: Nomen primæ ciuitatis secundum nomẽ filij sui Enoch: nomen secundæ Mauli, tertiæ Leed, quartæ Tehe, quintæ Iesca, sextæ Celet, & nomen septimæ Iebbat, Hæc ille.

Abel. Sacrificium inflammatum, iuxta Theodotionis interpretationem. Et inflãmauit, ait dominus super Abel, & super sacrificium eius, &c. Item Abel Magnũ ciuitas olim Bethsamis dicta. Et alia q̃dã Abel Bethmaca dicta, videto Regnorũ libros.

Agricola. Agri cultor dicitur, Græce georgus, idem & agriculator. Hinc Vergilius lib. Georgicon, id est, de agricultura, ædidit, hoc est, de agricolatione, & cultura terræ.

Offero. Proprie exhibere seu præsentare est. Interdum sponte dare. Aliquando, inferre. Interim immittere, & obijceret nonnunquàm polliceri. Hic primo modo sumitur: vel pro litare, immolare, & sacrificare. Hinc oblatio sacrificium.

Adeps. & adipes in recto declinari potest, teste Priscia: Varro libro rerum rusticarum 5. adipes pro adeps dixit, & tam masc. quàm fœmi. gene. est testibus Capro et Probo. Marc. Adipis põdo viginti uetustæ. Generale est ad oẽm pinguedinẽ, seu carnis, seu alterius rei. Hinc adipatũ, pingue & succulentũ tam de sermone, q̃ alijs rebus dicimus. A quo adipale, p pingui, & adiposus, pro locuplete, opulento & opimo.

Concido. cidi. casum: pe. cor. significat in totum cadere, vt hic. Est etiam in totum mori. Sed concido pe. prod. concidi, concisum est simul & minutatim frustulatimq; cedo. Pli. Caro eius concisa, ac decocta adhibenda est. Concidere etiam est frangere.

In foribus esse. Est in propatulo, in confesso, in publico esse, inq; manifesto esse.

Profugus. Qui longe alio fugit, procul à finibus suis vagans, & palans, quasi porro fugatus dicitur. Saluſtius: Troiani

qui

qui Aenæa duce profugi incertis vagabantur sedibus. Hic & extorris, quasi extra terram, & exul nuncupari potest. Hinc profugium, sicut & refugium & perfugium dicimus.

Eden.] Dilitiæ interpretatur, Symmachus paradisum florentem transtulit. Septuaginta voluptatem, Hebraice eden, græce ἄλσος, alses quod & amœnitatem, & delitias sonat.

Seth.] Proprie θέσις, id est, positio dicitur, positus, vel posuit, quia iuxta Aquilam, posuit mihi dominus semen alterum, qa positus est pro Abel. Libellus de interpretatione Hebraicorum nominum, interpretatur Seth resurrectionem.

Enos.] Iuxta Hebrææ linguæ varietatem, homo, vel vir maturus, oblitus, vel desperatus. Sed Enoch interpretatur dedicatus, vel morigeratus. Enochitæ idem dicitur. Et pulchre, quod hoc vocabulũ habuit: quia de eo scriptum est: Sperauit inuocare nomen domini. Quomodo Adam homo interpretatur, inquit Hieronymus, ita Enos iuxta Hebrææ linguæ varietatem, homo, vel vir, dicitur.

Tubalcain.] In antiquis codicibus habetur Tobel, nõ dubium quin Augustinus sit secutus Septuaginta, qui verterunt, σὲθ ἔτεκεν καὶ ἀυτὴ τὸν θοβὲλ. Hebræi Tubalcain Sella genitum dicunt, & sic tradit Iosephus. Hic sculpturæ inuentor fuit.

CAPVT V.

Hic est liber generationis Adam.] Simile in frontispicio Matthæi Euangelistę legimus: Liber generatiõis Iesu Christi, &c. Nominatiuus videtur hic absolute positus ceu vice tituli. Nam Matthæus & Marcus prophetico more ingressi sunt Euangelicam historiam, siquidem prophetę solẽt à titulo exordiri: Visio Esaiæ filij Amos. Et: Verba Hieremiæ filij Helchiæ. Quanquàm video Herodotum historiographum ad consimilem modum, suam exorsum historiam. Et Lucianum Atheum, id est, impium, libellũ de Astrologia, vt appareat gentibus etiam fuisse consuetudinem. Quamuis hic titulus non est vniuersi argumenti, nec enim complectitur summam libri Geneseos, sed initium & fontem duntaxat.

Adam.] Vel Latino more Adamus, varie interpretatur, modo homo, modo terrenus, nunc rubra terra, interim indigena, dictum est iij. cap.

Cain.] Lamentatio interpretatur, uel possessio eorum. Cainan, vero possessor, emptor, vel lamentator, aut nidus.

Malalehel.] In nostra lingua Latine sonat, laudans deum, in lxx. μαλαλεὴλ, alibi Manichel, alibi Menia, Euseb. Maniael.

Enoch.] Vel verius Hanoch interpretatur dedicatio, dedicatus vel morigeratus. Duo fuerunt Enoch, alter filius Cain, alter filius Iared, ex genere Seth.

Matusale.] Vel Mathussalem, aut Mathusala, vt Hebræi dicunt, mortis confessio est, vel mortuus est, & interrogauit. Verius sonat mortem suam misit, vel mortis suæ arma. Mathusalam, postquàm genuit Lamech, vixit annos DCCLXXXII. & genuit duos filios, & duas filias, inquit, Philo Iudæorum disertissimus. Et hæc sunt nomina virorum, Inab, & Rapho. Filiarum autem, Aluma, & Aniuga. Hinc Adagium Theologicũ, Mathusalem longæuior, hoc est, Cornicibus viuacior, Phœnice, Tiresia, ceruo, Seribus, coruo viuacior. Item Tithoni senecta, Nestorea senectus, vltra pensum viuit, Pilij anni, &c. Omnia de vehementer annosis, prouerbialiter dicuntur.

Lamech.] Pauper, humiliatus interpretatur, aut percutiens, seu percussus. Est etiam nomen literæ Hebraicæ, apud nos L. Græcis Lambda vocatur, fic. λ. De Lamech puta patre Noe, quem Hebraica scriptura refert vixisse annos quingentos septẽ, LXX. dicunt ἔτη ἑπτακόσια πεντηκοντατρία, id est, annos septingentos quinquaginta tres. Philo ait, & vixit Lamech, postq̃ procreauit Noe, annos DLXXX. & V. Et hic erat pater omnium habitantium in tabernaculis, & pascentium pecora.

Noe.] Interpretatur, requies vel cessatio seu cõsolatio. Tres filij eius fuere.

Consolor, aris.] Pen. producta, à solor, solatiũ præsto, & proprie verbis fit consolatio. Cicero Sulpitio. Dices quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi petuis, reipubicæ. Est oĩno consolabilis dolor. Reperit & in significatu passiuo. Afinius. Sed cũ ob ea q̃ sperarã dolebã, cõsolabar ob ea q̃ timui. Hinc cõsolatorius, a, um, & cõsolatrix, vt epistola cõsolatoria & trix: Sed Solor solaris cõmune verbũ est Pris. & Gellio lib. xv. noctiũ Atticarũ. Verũ & solo, as, veteres ptulerũt, teste Pris. vñ desolo, las. Virg. li. xi. Aenei. Vidimus ingẽtes et desolauimus agros

Sem.] Nomen, vel nominãs, fama, vel ponens, aut ibi.

Cham.] Calidus, aut niger, siue rectius incaluit. Sed sciendum quod in Hebræo

Hebræo. χ. ch. literam non habeat, ſcribitur aut per heth quę duplici aſpiratione profertur, vt fuſius explicabitur. xij. capite in dictione Aegyptus.

Japhet. Latitudinem ſonat, verius dilationem ſignificat.

CAPVT VI.

Gigas. Vir proceræ, & altæ ſtaturæ eſt, & terræ filius. i. ignotæ natiuitatis à poetis fingitur. Iuuenalis, Satyra. iiij. Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum. Credendum tamen nihil aliud fuiſſe gigantes, quàm hominum quandam impiam gẽtem deum negantem. Ioſephus lib. i. Antiquit. dicit, fuiſſe ex dæmonibus incubis prognatos. Idem Auguſtinus lib. xvi. de ciuit. dei, & Euſe. lib. vij. de Euãgelica præpara. Hinc gigantæus, vt ſtirps gigantæa, & pe. prod.

Noe. Hebraice ſic, Noah & requies interpretatur, vel ceſſatio, quia inuẽtis inſtrumentis per eum arandi labor ab hominibus ſublatus eſt, vt habent commentatores Iudæorum. Noe filium fuiſſe Ionicum, rationis, ſyderum, cœlorumq; peritiſſimũ ferunt, cuius Moſes non meminit.

Precauens. Pen. cor. participium à præcaueo, id eſt, diligenter in futurum caueo. Terentius: Hoc tempus pręcauere mihi, me monet.

Leuigo. Pen. cor. à læue et ago, manat, id eſt cõplano, expolio. Plinius. Sunt quidã in eo genere molliores, qui & cote leuigantur. Idem libro xiij. Scabritia chartę leuigatur dente. Hinc Læuo, as: idem quod leuigo. Statius lib. I. Thebaid. Pars teretes læua re manu ac diſponere menſas. Hinc leuigator, & leuigatio.

Manſiuncula. Diminutiuum eſt à manſione, quod proprie ſignificat iter vnius diei, à maneo: hic notæ ſignificationis eſt, vt in Iohan. xiiij. In domo patris mei mãſiones multę ſunt. Item manſiones populi Iſraelitici. lxij.

Arca. ſine ch. ſcribendum, teſte Varrone, quod ab ea clauſa arceantur fures. Hinc diminutiuum, arcula, & arcella. Et arcula auis eſt, quę in auſpicijs aliquid fieri vetabat & arcebat.

Bitumen. Pen. prod. genus eſt cretæ, cum accenſum fuerit extingui non poteſt, & natura ſulphureum eſt, dicitur fieri ex fulmine. Hoc & Aſphaltos dicitur. Hinc Bitumino, as, eſt bitumine linio.

Linio. Proprie vngo ſeu frico, aut ſimile quid quod digito aut aliquo inſtrumẽto alio rei alicui ſuperinducitur, fricatur vel imprimit, ſed tenuiter non craſſe. Dicitur & Linere tertiæ coniugationis. Hinc Linitio. A compoſito verbo Sublino, adagium manat: Os ſublinere, eynem das maul ſmeren, adulatorum more, hoc eſt, dare verba, addere manum, pro decipere dolis. Plautus: Os mihi probe ſublitum eſt.

Triſtega. Significat tricameratum, nomen compoſitum à ſtega, qui eſt locus nauis. Stega vero à ſto fit. Plautus in Bachid. Forte vt aſſedi in ſtega. Hactenus Calepinus. Porro Triſtegum vox dicta à τρίς ter, & τέγος tectum, quaſi tertia contignatio. In Actis apoſtolicis vita comite exactius dicam.

Cubitum. Neutrius generis eſt. Diuus Hieronymus tamen contra aliorum conſuetudinem maſc. gen. vſus eſt, dicitur curuatura brachij vbi lacerto iungitur. Et accipitur à Plinio libr. vij. pro menſura cubiti, Gręcis Spitame. Conſtat autem cubitum ex ſex palmis digitiſq; viginti quatuor. Victruuius lib. iij. eſt autor. Seſquipes, hoc eſt, vnus cum dimidio, facit cubitum, &c. Cubitus autem, p accubitu quartæ declinationis, eſt maſc. ge. Reperitur etiam cubitus maſc. genere.

Mando. is, tertij ordinis, ſignificat dentibus conficere, dictum à manu dando, quod manu cibus ori admouetur, vt: Vultus in ſylua miſerum mandebat Homonem. Autor huius verſiculi Ennius eſt. Hinc adagium. Mãſum in os inſerere, eſt pueris cibũ pmãdere. Ab hoc: Mãducones, Mandones, manſutij, id eſt, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Curgilones, Ganeones, Glutones, Scurræ, Paraſiti, Gulones, Phagones, Ambrones, Ardelliones, Helluones, Liguriones, Gnathones, Labeones, Aſoti, Nepotes, Catillones, cum duplicato ll. à Catillo dicti. Feſtus. fiſcellus caſei mollis appetitor dicitur, vt Catillones, Catillones liguriones. Hæc ille Macrobius.

CAPVT VII.

Diluuium. Inundationẽ ſignificat, quod varie diluit. Nam diuerſorum purgamentum fuit, omnia diluens immodicis imbribus, Græcis cataclyſmus dicitur. Pſalm. 28. fuſius.

Abyſſus. Immenſa aquarum vorago, eſt dictum.

Cataracte. Varie accipitur, quidam cœli feneſtras, vt hic, quidam nubes, nonnulli ſubterraneas ſpecus interpretantur, à catarrheo, defluo, reſoluor. Liuius, Pendulas, & recidentes portas dixit, quas in ciuitatum

quas

quarundam portis hodie cernimus. Alij e terra erumpentes aquas, & ex alto defluentes dixerunt, Mario Grapaldo teste, quales in Aegypto Nili cataractas legimus. Hinc in maximis imbribus apertas esse cœli cataractas hic dicimus: Strabo, fluuium quendam adserit, qui magno strepitu ex alta rupe dejicitur.

Articulus.] Diminutiuum ab artus, proprie iuncturam, nodum, vel membri partẽ significat. Hinc morbus articularis dicitur podagra, chiragra, & paralysis. Item in vite nodi. Item articuli fidei, membra nostræ religionis Christianæ sunt. Aliquãdo pro momento, & tempestiua rerum faciendarũ hora, seu puncto, vt hoc loci. Nõnunquàm color est orationis, Tullio teste. Interim Articulus Grammaticis est, quo genus discernitur, vt hic, hæc, hoc. Græci arthron vocant. Vide Manuelem Moscopolum, & Philippũ Melanchthonẽ in institutionibus suis Græcanicis.

Deforis, Aforis.] Aduerbia loci, significant in loco, & de loco, vt hic. Et à foris deriuantur.

Volucris.] Et hoc volucre, omne id quod volat dicitur, nõ solum aues, sed apes quoq; , vespæ, tabani, œstra, asili, & id generis insecti similia. At volucer adiectiuum, pro celeri ponitur. Martialis: Et volucrem lõgo porrexit vulnere pardum.

Reptilis.] & hoc reptile, omne quod repit appellatur, à repo. Et de animalibus proprie dicitur, vt sunt vermes & serpentes, & cætera.

CAPVT VIII.

Adduxit spiritum.] Id est, ventum, flatum, dictum est.

Armenia.] Regio Asiæ inter Taurum, & Caucasum mõtes sita, ab Armenio Thessalo comite, vt ait Strabo, dicta. Et est duplex Armenia, Plinio teste libro vi. Maior et minor, vbi preciosum inter reliqua aromata nescitur amomum.

Ac, ne.] Absq; diphthongis scribũtur. Coniunctiones encliticæ dicuntur, ab enclisi Græco, id est, inclinatione, quod inclinet accentum. Et est vnum de verbi accidentibus, quod Grammatici modum nominant. Vergil. Hyrcanisve Arabisve parant.

Cacumen.] Vertex, fastigium, summitasq; montis est, & collimitium.

Infero.] Significat intro pono, seu intro porto. Interdum pro injicere capitur. Aliquãdo pro facere, vt intuli huic damnum. Interim subjicere, siue adponere. Quandoq; introducere, vt hic. Nonnunquàm pro ingerere. Item pro concludere. Hinc illatio. Demum, pro contra ferre, vt arma inferre. Inferre crimen, est imputare, seu objicere.

Nihilominus.] Id est, non minus, aduerbium est negandi compositum. Cicero in Figul. Tamen nihilominus eis conficior curis, vt ipsum quod viuam, peccare me existimem.

Holocaustum.] Græca vox est, & sacrificium totum combustum dicitur, ab ho lon totum, & caufis, vel cauma incensio, calor, combustio. Dicitur & holocaustoma. Græci sic scribunt ὁλοκαύτωμα absque s. in medio.

Sensus, us.] Quicquid in homine aut in animali alio est, quo aliquid percipitur sentiturq; , est sensus. Hinc sensus illi exteriores quinq; & interiores mens, animusq; , vnde est sensus doloris, sensus rei visæ, vel auditæ, de exterioribus, tũ lætitiæ, laudis, gloriæ, virtutis, vitij, spei, metus, sensus de interioribus, ecquid de hoc vino sentis? quid de cantu, quid de ornatu, splendoreq; cultus? Adde etiam quid de prudentia, de iudicio illius, quid de philosophia, qd de Theologia, quid de reipub. administratione? Quæ paulo pluribus dixi verbis, quoniam philosophi nostrates mentem dici sensum non patiuntur, cum Augustinus diserte sensum esse dicat lib. xi. de ciuit. dei, cap. iij. tametsi qd philosopho nostri temporis cũ noticia sermonis, hoc est, vt ipsi interpretantur, cum Grammatica? Hinc Sensibile, sensibilitas, sensiculus, sensificum, sensile, & sensim aduerbium.

CAPVT IX.

Olus.] Omnis herba dicitur satiua q̃ in vsu cibario est, ab alendo, quod oleribus alerentur homines, antequàm fruges, aut carnes essent. Varro tamen ab olla deducit, vt olera olla legit. Nonius, & Festus inter aspirata numerant. Huius diminutiuum oluscum. O felix nimis atq; beatulus, Qui vitam placido ducit in otio, Expertem sceleris, fraudis & insciã, Contentus bene vili Viuens pauper olusculo. Iacobus Horlinus olim præceptor meus, in sæculo nõ pœnitendus, autor est.

Dissipare.] à sipo, quod est spargo, cõponitur, & significat destruere, aliquando dispergere, vt dissipare glebas agrorũ. A quo dissipatio. Item dissipare vanos rumores. Insipo, as. Cato: In ollam nouã insipato. Obsipo, vt obsipare gallinis escam. Omnia com-

posita cor. penul. Nonnunq̃ diuulgare, prosfundere, dilapidare. Hinc alia composita, insipo, obsipo.

Obducere.] A duco compositum, est superinducere, tegere, vt hic. Aliquãdo pro detegere ponitur & apire. Interdum circunducere, seu contraducere significat. Nõnunquàm pro facere, & contrahere, vti Plinius ait: Iam callum obduxerat, id est, contraxerat. Hinc obductio. Composita abduco, adduco, conduco, conductus, conductitius. Conducit impersonaliter, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, inductio, induciæ, arum, introduco, obduco, perduco, reduco, seduco, subduco, supduco, traduco.

Vegetare.] Significat recreare, fortificare & vegetum facere, conseruare, seu longo tempore incolumẽ esse, vt hic. Et Aulus Gellius memoriæ vegetandæ gratia dixit, quod nos bonæ memoriæ faciendæ gratia, dicimus. Hinc vegetus, a, um, pen. cor. Cicero vegetam mentem dixit.

Pactum.] Et pactio fere idem. Vt illud mihi ex pacto debes. Item: stare pacto. A paciscor quandoq; participium est, vt est illud Genesios: Recordabor fœderis, scilicet q̃d pactum est, &c. Quandoq; nomen, vt hic. Et est idem quod conuentio inter aliquos, autore Tullio, & fœdus quod iam ita iustum putatur, vt iure præstare dicatur. In ablatiuo accipitur pro modo, vt eo pacto, id est, eo modo: nullo pacto, id est, nullo modo. Hoc pacto mecum egit.

Verenda.] Loca dicuntur, quæ non nisi cum verecundia, & nominantur & visuntur. Hic, & in alijs locis, A. Pelargus me arguit impudicitiæ, q̃d hæc & similia vocabula honeste explicuerim. Hæc & virilia, & pudenda appellantur, reliqua honestatis, & pudoris caussa taceo.

Dilatare.] Significat latum facere, vt est illud Matthæi xxiij. Dilatant phylacteria sua. Hic pro ampliare & multiplicare sumit. Hinc dilatatio. Composita pen. prod.

CAPVT X.

Robustus.] a, um, apud Catonem à robore deriuatur, quod est species durissimæ quercus. Sed per translationem sumitur p animi fortitudine, qua quis durat aduersus pericula, id est, fortis, virosus & lacertosus est.

Venator.] A venor, quod est feras indago, quasi circumuenio. Per translationẽ venari, pro captare ponitur, hoc est, artificio quodam, & solertia aucupari, quærere, vt venari laudem, gloriolam, popularem aurulã. Hinc venatus, venatio, venatorius, venaticꝰ. Vt: Stultum est inuitos canes ducere venatum. Venabulum, telum venatoris est.

Nemrod.] Sic scribendum est vere secundum Hebræos, qui interpretatur tentatio descendens. Gigantis & venatoris robustissimi nomen, atq; supbientis contra dñm. Item tyrannus, primus rex Babylonis, id est, confusionis. Porro prouerbiũ est Nemroth robustus venatorum. Iosephus scribit Nemroth induxisse in genus humanum iniuriã, & supbiam etiam aduersus dñm. Nam quũ manu esset fortissimus, suadebat populis, non deo acceptũ ferre, si qd contingeret boni, sed viribus suis, ita tyrannidẽ instituit, & ne qd in eos posset deus, turrim aggressi sunt extruere, qua diluuium, si rursus irasceretur deus, effugerent. Multitudo ꝓno grauius putabat esse, parere deo, quàm mortalitideo libenter dictis Nemroth audiens erat, turrim altissimã cœpit erigere, quam aquæ obruere nequirent. Huius turris meminit Sibylla dicens: Quũ oẽs hoïes vnius vocis essent, quidam turrim ædificarunt excelsam, tanq̃ ascẽsuri in cœlum per eam. Dñ vero immittentes ventos, euerterunt turrim, & vocem ꝓpriam vnicuiq; partiti sunt, propterea & vocari contigit Babyloniam ciuitatẽ.

Sidon.] Vrbs Phœnicis insignis à Sidon filio Chanaan. Hanc Eusthatius Homeri interpres à Sida Beli filia dictam putat, nomen à piscibus sortita est, quibus abundabat. Hinc Sidonius, a, um, vt opes Sidoniæ. Hoc loco nomen proprium est, Sidonij venatores interpretantur.

Arphaxad.] Vel Arfachschad, filius Sem post diluuium. Et interpretatur saluãs, vel sanans depopulationem. Hic genuit Sale, & alios filios, & filias. Quem etiam diuus Augustinus lib. xvi. de Ciuitate dei, dicit genuisse Cainã, Septuaginta sequẽs. Ab hoc Chaldæi ortum habent, inquit Hieronymus.

Sodoma.] æ, & Sodomum, & Sodoma, orum pluratiuo numero, oppidum fuit Iudææ. Solinus de situ Iudææ, ibi duo oppida adserit, vnum Sodomum, alterum Gomorrum. Hinc Sodomitæ dicti, & Sodomiticus, a, um.

Gaza.] Ciuitas Euæhorum, in qua habitauere Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Inde nomen ciuitati, quod Cambyses illuc bellum, & opes, & pecuniam intulerat. A qua Gazæus, & Gazeticus, vt vina Gazetica sunt optima. Sed gazæ Persis diuitiæ & opes sunt. Hinc Gazophilatium, id est,

id est, ærarium.

CAPVT XI.

Later.] Est terra cocta, & in lapidem durata. Porro laterũ tria sunt genera. Lydoron longum sesquipede, latum pede. Tetradoron, palmis quatuor. Pentadoron quinq;. Doron eñ Græci palmũ vocãt, &c.

Cementum.] Est omnis materia rudior, qua ædificia construuntur, pròprie cæsi lapides apti ad ædificandum, exciso monte aliquo, vel effosso. Hic ponitur pro calce, aqua, sabuloq; pmista. Hinc Cæmentarius, q cæmento operatur, & Cæmentitius, a, um.

Turris.] A terrendis hostibus dicitur, sicut arx ab arcendis. Vel quod aspectu torua fit, hoc est, terribilis. Sunt & turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius lib. iiij. de re milit. Sunt & machinamenta ad ædificiorũ speciem tabulis tabulatisq; compacta. Hinc turritus, a, um, pen. prod. altus, excelsus, vt domus turrita. Aliquando dicitur turribus plenus. Vnde turritæ vrbes, vt Niniue Assyria fuit, quæ habuit in muris mille quingentas centum altas pedibus. Et mater deum cognominatur turrita. Vergil. Qualis Berecynthia mater Læta deum partu Phrygias turrita per vrbes. A quo turriger, gerens turres. Plinius: Sed turrigeros elephantoꝝ miramur humeros. Turricula diminutiuum parua turris. Est & vasculi genus, quo iactari tali ludendo solent. Eadem pyrgus & orca dicitur. Simile quiddam pphani scriptores tradunt de bello gigantæo in deos, quũ montes superstruere montibus tentarunt, vt ascensum in cœlum facilem sibi pararent. Ter sunt conati imponere Pelio Ossan. Ter pater extructos dissecit fulmine montes, sicut ait Vergil. Fabula nota. Et fieri potest, vt ex hac historia fit deflexa, vt aliæ pleræq; ex sacris literis apud Gentiles. Iam, Geographi fere omnes, Plinius, Solinus, Strabo, Mela, Herodotus, & poetæ frequentes.

Celebrare.] Est frequentare. Per translationem pro colere, venerari, & suspicere, vt hic ponitur, vt celebrare festos dies, celebrare laudibus. Hic celebrat hunc locum. A quo celebris, e, & celeber. Celebresco verbũ. Hinc celebritas, est cultura, honor, & celebriter aduerbium cum cultu.

Babel.] Interpretatur confusio, & permistio. Hinc Babylon, in qua regnauit Nemrod, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguę Babel appellata est. A quo Babylonius, & Babylonicus, a, um, & Babylonia.

Thare.] Pater Abraham, abactor volucrum, quæ iuxta viam satum triticum deuorare festinabant, solicitus prohibebat. Hunc Septuaginta vocant θάρρα.

Vr Chaldeorum.] Pro eo quod legimus in regione Chaldæorum, in Hebræo habetur Vr Chasdim, id est, in igne, siue incendio Chaldæorum, fabulam Hebræorum omitto.

Sara sterilis.] Nam præterq̃ quod erat anus, etiam sterilitatis erat natura damnata. Nascuntur eñ homines quidam vt Aristoteles docet, tum viri, tum fœminæ natura infœcundi.

Virus.] Vxor filij est, Græce νυός.

CAPVT XII.

Cognationis.] Nomen, à Græca voce dictum videtur σὺνγονος, sic enim illi vocant, quos nos cognatos vocamus. Porro cognationis origo per fœminas solum contingit. Hinc cognati appellantur, quasi vna communiterve nati, vel ab eodem orti progenitore. Differunt tamen ab agnatis (vt Paulus Iureconsultus existimat) vt genus à specie. Nam omnis agnatus cognatus est, sed non e diuerso alterum enim ciuile, alterum naturale nomen est. De cognationis gradu vide Christophorum Landinum i. ode car. Horatij.

Conuallis.] Est planicies ex omni parte comprehensa montibus, dicta quasi caua ta, vel arcta vallis, Varrone teste: Hinc lilium conuallium.

Bethel.] Vrbs Samariæ, quam Iebusæi condiderunt, quæ prius Luza vocabatur, id est, Amigdalon, & domum dei sonat.

Sarai vel Sara.] Abrahæ vxor cognomento Iescan, ἀνώνυμος, vide quæstiones Hebraicas in Genesim, id est, binomine, interpretatur princeps mea. Sara, domina, siue princeps. De eius pudicitia videto diuũ Hieronymum super hunc Geñ. locum.

Obsecro.] Ex ob & sacro, & significat per sacra rogo, perq̃ hagia, id est, sancta obtestor, deprecor, & quasi sacra, vt te exorem, facio. Ponitur interdum pro aduerbio obsecrandi. Hinc obsecratio. Obsecro, est etiam aduerbium.

Aegyptus.] Regio Aphricæ, vel secundum alios Aphricanæ proxima, & contermina, dicta, vti D. Hierony. ait, ex filio Chã (imo ab ipso Cham) cuius hæc sunt verba. Frequenter Septuaginta interpretes non valentes Heth literam, quæ duplicem aspirationem sonat, in Græcum sermonem vertere, χ ch Græcam literam addiderunt, vt docerent istiusmodi vocabula non aspirari debe-

re. Vnde in præsenti loco Cham transtulere, pro eo quod est Ham, à quo & Aegyptus, vsque hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur. Hactenus Hieronymus. Sed fieri potest, vt Aegyptus de nomine cõditoris Mesrahim sit appellata. Nam sic eam nominant Hebræi, eodem autore. De nomine etiam patris Ham Aegyptus postea dicta est Aerea, quasi ἠερόεσσα, quoniam tenebricoso est aere, vti Stephanus inquit. Nominata est etiam num ab eodem Heptapolis, à septem vrbibus. Deinde ab Aegypto Danai fratre regis Beli filio, dicta est Aegyptus. Homerus Nilũ omnem Aegyptum vocat.

Pharao. Regis nomen Aegyptiorum, & interpretatur otiosus. Hinc Pharaones, Aegypti reges, quod cognomen fuit dignitatis, appellabantur, Eusebio teste. Et vti docet Iosepus, lib. antiqui. viij. Pharaonis nomen, secundum Aegyptios, significat regẽ. Et reges, cum primum veniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant.

Bene vti. Re qualibet est maximæ dexteritatis, sed abuti eadem, pessimæ. Porro, hoc loci est humaniter tractare, & excipere. Vtor semper de rebus bonis, ac necessarijs, nec non & de diuinis inanimatisq; dicitur. Verum de personis loquendo, pro conuersari accipitur.

Camelus. Animal est quadrupes, turpe aspectu, habens caudam asininam, pedes carnosos, & molles, & in geminas partes fissos, carens dentibus in superiori mandibula Aristotele autore. Bactri camelos mittũt, & Arabia Diodoro teste. Etiam pro fune nautico sumitur, masculini generis, vt in Euangelio Matthæi xix. cernere est. Hinc adagia: Camelus saltat. Camelus desiderãs cornua. Item, Camelus vel scabiosa compluriũ asinos gestat onera. Vide Eras. Chiliades.

CAPVT XIII.

Plaga. Multa significat, & percussionem, vulnus, verbera, rethe rarum ad capiendum feras. Item cœli vel terræ spacium, regionem, tractum, clima, sic hoc loco. Hinc plaga australis, est meridionalis, &c. Plagula diminuti. plagiosus, a, um, plagosus, a, um, idem: plagiarius, & plagiator, plagium.

Armentum. Pecoris genus, ad armorum opus ferendorum aptum, Festo autore, vt sunt equi, muli, asini, boues, cameli. Varro tamen, ab arando vult deriuari, dicta armenta, quasi aramenta. Hinc armentarius, armentorũ custos. Et armentarius bos, pertinens ad armenta.

Nequeo. A queo compositum, significat non possum. Antiqui tamen nequeunt quandoq; pro non eunt dicebant.

Substantia. Hypostasis est, id est, subsistentia. Interdum, pro materia ponitur, & ceu essentia, & soliditate ac neruis cuiusq; rei. Subinde pro facultatibus, & diuitijs capitur.

Segor. De hac vrbe. D. Hieronymus in lib. Hebraicarum quæstio. dicit, quod ipsa sit quinta vrbs post Sodomam, Gomorram, Adamam, & Seboim, quæ ad preces Loth parua seruata est, appellaturq; Bala, id est, absorpta, tradentibus Hebræis, quod tertio terræmotu prostrata sit. Ipsa est, quæ hodie Syro sermone vocatur Zoora, Hebræo Segor, vtroque paruula. Hæc ille Esaiæ xv. in commentarijs.

Iurgium. Est dissensio, rixa, lis, dissidium, discordia, contentio, ab iurgo quod est quasi iure contra aliquem ago, aut verba contentiosa facio. Hinc iurgiosus, & iugor, aris, deponens.

Fratres enim sumus. Loth non fuit frater Abrahæ, sed filius fratris. Ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatẽ fratres vocabantur, ait Augustinus lib. xv. de Ciuit. dei cap. xvi. Sic Abraham vocauit vxorem Saram sororem. Dic quod soror mea sis. Genes. xij. & Loth fratrem Gene. xiij. et Cicero v. de finibus. L. Ciceronem patrui sui filium fratrem nominat, non tamen dicunt germani, ideo addit fere germani sunt.

Alteruter. Quiuis e duobus, siue alter ex duobus, pprie dicitur. Cicero: Video necesse esse alterutrum. Hieronymus tamen hic aliter posuisse videtur. Diuisi sunt alterutrum, id est, inuicem.

Ieris. Pro iueris, per syncopen, id est, concisionem, hoc loco ponitur.

Iordanis. Fluuius est Iudææ, eximiæ sanitatis. Oritur ad radices Libani montis, teste Hieronymo, super Matthæum xvi. e duobus fontibus, alteri nomen Ior, alteri Dan, qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt.

Aquilo. Ventus à vehementissimo volatu dictus instar aquilæ, Græcis Boreas dicitur, ficcus, & frigidus. De hoc Ouidius lib. sexto transformatio. multa. Et dominus dicit in Propheta: Ab aquilone pandetur omne malum. Hinc plaga aquilonaris, est idem quod Borealis, &c.

Sodomita. Dictus est Sodomorum incola, nefandum vocabulum pen. prod.

Mam-

Mambre. Mons iuxta Hebron, & interpretatur visio, seu perspicacia, ab amico Abrahæ Mambre nuncupatus. Nã tres fuerunt fratres, Mambre, Eschol, & Aner oẽs confœderati Abrahæ, à primogenito Mambre conuallis illa dicta est. Alĩ scribunt mãra, sine b, quod interpretari potest à dño.

Hebron. Ciuitas est in tribu Iuda, quę Hieronymo teste, quæstionum Hebraicarũ lib. in Paralipomenon, & Cariathiarim, & Cariatharbe, & Cariathbaal vocatur, id est, ciuitas syluarum. Sed Hebron interpretatur societas, incantatio, & cicatrix.

CAPVT XIIII.

Bale. Vel Bala, autore diuo Hieronymo, Segor est. Omnes hic consenserunt apud vallem salsam, hoc est, mare salis. Bale enim lingua Hebręa, catapotis Græca, id est, deuoratio dicitur. Hæc alio nomine Salissa vocatur, & vallis Salinarum, in qua fuerunt ante putei bituminis: post dei iram, & sulphuris pluuiam, in mare mortuũ versa est, quod à Græcis λίμνη ἀσφαλτίτις, id est, stagnum bituminis appellatur.

Phenix. Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœnicibus imperauit, à quo Phœnicia regio in Syria à Phœnice rege sic vocitata, Iudææ confinis. Item est & Phœnix arbor palma, & color ruber Phœniceus. Item auis in locis Arabiæ degens. Monostichon Iacobi Horlini: Phœnice est toto rarior orbe fides. Est & fluuĩ nomen in Thessalia. Et is qui ex Phœnicia est. Et Phœnices oppidũ, quod nunc Paneas dicitur. In Matthæo, vita comite, latius.

Damascus. Regalis quondam ciuitas, ait Hieronymus super Esaiã capite xvĩj. fuit, & in omni Syria tenuit principatum, alio nomine Aram dicta. Hinc Damascenus, vt poma Damascena.

Verna. Omne quod domi nostræ nascitur, significat, aut quod in nostra patria est. Hinc vernacula lingua, est germana, natiua, materna, propria, seruilis, & plebeia. Et vernaculus mos, id est, domesticus patriæ. Hic pro seruis domi natis capitur. Vernaculi dicuntur etiam malis moribus homines, & lingua proterui: Etiam vernaculum pro eo quod est veris, vt vernacula putatio, quæ verno tempore fit.

Subtegmen. Filum est, quod stamine subtexitur.

Caliga. Tegumentum tibiarum est, cuius diminutiuum est caligula. Sic cognominatus fuit Caius Imperator Germanici filius, à militari calciamento, quod margaritis refertum primus portauit. Hinc caligatus, vt miles caligatus. Actorum xĩj. Dixit angelus ad Petrum: Calcia te caligis tuis, id est, subliga sandalia tua, sic habetur in Græco. Hinc adagium: Caliga Maximini. De longis & ineptis hominibus dicitur, vt habes apud Iulium Capitolinum.

CAPVT XV.

Liberi. Dicuntur filĩ, quia (vt ait Donatus) liberalitate à parentibus regendi sunt. Et liberorum appellatione etiam vnus filius & vna filia intelligitur. Item liberorum nomenclatura continentur nepotes, & pronepotes, cæteriq; ex ijs descendentes, &c.

Procurator. A procuro, negotiorum gestor, & rerum administrator alienarum est, quem vulgo factorem dicunt, cui præcipue agri colendi cura delegata est. Vlpianus de procuratoribus: Procurator est, inquit, qui aliena negotia mãdato domini administrat. Actores causarum causidici dicuntur & rabulæ forenses. Hinc procuratio, & procuratorius, a, um.

Uterus. Et vter, vtruuque dicitur, quem alio nomine locos appellant & vulgus falso matricem. Existimat Plinius vluam dici in cæteris animalibus, in muliere vterum. Ideo vterus dicitur, quia continet ceu vter, & ad prægnantes pertinet. Quandoq; pro ventre sumitur. Diminutiuum eius est vtriculus. Sed vter, tris, pellis qua vinum deferri solet. Hinc habere in vtero, Græcis eleganter & vsitate dicitur. Latinis ferre vterum pro grauida siue prægnante.

Foras. Aduerbium loci, & ad locum significat. Ponitur quandoque loco præpositionis. Hieronymus: Foras sepelierunt corpora martyrum. Hinc foras dari dicimus.

Suspicio. A specio, quod non vsurpatur. Ab hoc fit suspicor, aris: suspectus, a, um: suspicio, onis: suspicios us, a, um: actiue & passiue, id est, sursum aspicio. Interdum veneror. Etiam est respondeo. Vergil. Suspicit Aeneas, id est, respondet. Hinc suspectum habere dicimus.

Triennis. Est trium annorum. Nam trimus, triennis, & trium annorũ idem pollent, vt hic omnia ista tria ponuntur. Hinc triennium, & triennale, vt bellum triennale, & cætera.

Altrinsecus. Aduerbium ab alter formatum,

matum,significat aliunde.Item significat iuxta alteram partem. Plautus: Assiste altrinsecus,atq; onera hunc maledictis.

Cadauer.] A cadēdo dicitur & proprie de corporibꝰ mortuis,tametsi & de oppidis ad solum prostratis quandoq; dicatur.Hinc cadauerinus.Distichon venustū Iacobi Horlini præceptoris.Quid miser elato turgescis homuncule vultu? Cras eris in putri vile cadauer humo. Adagium quoq; : Si vultures, cadauer expecta,in hæredipetas. Græce ἔκτρωμα.

Abigere.] Significat rem odiosam,molestam,damnosamq; à loco fugare,vt abegi canes à cœnaculo,& aues à segete, muscas à mensa. Quandoq; est abducere & hoc siue vi,siue dolo fiat. Interdum simpliciter antepellere.Hinc abiges,abigæus,& abactor, q cunq; greges abducit in vno significato accipiuntur. Tribus enim his vocabulis pecuariorum animalium fures appellati sunt. Proprie vero abigæus dicitur, qui pecora à pascuis & armentis subducit.ff. de abigæis, vbi habetur. Qui pecudem vnam aberrantem,vel equos de solitudine abduxerit,non est abigæus,sed fur, quia abigæus, proprie gregem abigit. Vnde Claudius furē ab abigęo discernit dicens : Nam qui vnam suem surripuerit,vt fur coercebitur,qui vero gregem, vt abigæus. Hi vocantur à Iureconsultis fures,& latrūculi. Abigeatus crimen abactionis est.

Occumbo.] Ex ob & cubo significat morior seu necor. Refertur etiam ad solem cum occidit. Interdum ponitur pro ferior, seu adficior eo quod additur morte,vt morte occubuit,hoc est,fato concessit,vita functus est:soluit naulum stygio Charonti.

Verumtamen.] Attamen coniunctiones expletiuæ & completiuæ,eiusdem significationis sunt,cum t simplici, quod significat nihilominus,aliquando pro statim. Interdum pro tandem,& duntaxat, vel ita tamen,vt Donatus exponit.

Caligo.] Pen. prod.vmbra quæ de spissitudine aeris effecta est, quoniam aeris colore gignitur.Hinc caliginosus,id est,obscurus.Et caligare, id est, obscurare,caliginem inducere,vt hic in sole caligat,qui rem clarā non videt.Hinc adagium per caliginem videre,i. per nebulam,perq; somnium.

Amorrei.] Populi dicti sunt ab Emor patre Sichem,vel ab Amorręo filio Chanaan.

Clibanus.] Græcū est, idem fere quod furnus,nō tñ pprie,sed forte furno qd simile, vel instrumentū q̄ aliqd coqtur sub testa, q̄d ex ære,ferroq;, aut etiā ope figulino fieri solet.Hic Clibanites panis in furno coctus.

Lampas.] dis,vel dos,Gręca dictio est, i.fax,vel ignis,aut solis splēdor,à lāpo,splēdeo. Dicitur & lampada primæ inflexionis: Ezech.I.Aspectus lampadarꝫ. Persius: Qui prior es,cur me in decursu lampada poscis? Hinc adagiū lampada tradere, est alteri fessum negotium cōmittere.M. Varro de re rustica:Non cursu tibi lampada trado.

CAPVT XVI.

Pario.]Est fœtū emittere,q̄d proprie ad fœminas pertinet,licet nonnunq̄ de viris dicatur.Interdum,pro acquirere, seu cōparare,ac emere,vt ære parta, id est, empta. Non minor est virtus,quàm quærere, parta tueri,ait Ouidius. Hinc multa, &c.

Agar.] Ancillæ Abrahæ nomen, & interpretatur aduena,à qua Agareni,q nūc Saraceni,à Sara vxore Abrahæ nuncupātur.

Angelus.] Latine nuncius est.Hinc Euangelium,id est,bonum & lętum nuncium. Officiꝝ nomen est angelus,non naturæ. A q̄ angelicus.Porro, ἄγγελος nuncius est.Hinc in fabulis Græcis legere frequenter est, ἀγγέλου πρόσωπον.i.angeli facies,persona,vultꝰ, vt apud Euripidē ἰφιγενέια,ita cū sint demones nūciꝝ atq; interptes deorꝫ & hoīm,angeli nominātur, sicut ab eodē munere Mercurius angelus.Sic Trismegistus.i.ter maximꝰ vocatur,& Martianus Capella de dæmonibus loquens,& cum cogitationū arcana superæ nunciat ptāti angelus poterit noīari.

Eregione.] Id est,ex aduerso,ex opposito, e diuerso, econtra.

Ismael.] Filius Abrahæ ex ancilla Agar, & interpretatur exauditio dei.

Cades.] Id est,fons iudiciꝝ, per anticipationem dicitur,q̄ postea sic vocatum est. Significat autem locum apud petram, qui fons iudiciꝝ nominatur, quia ibi dominus populum iudicauit.

CAPVT XVII.

Pronus.] Dicitur in anteriorem partem flexus. Ouidi. Pronaq; cū spectent animantia cætera terrā, Os homini sublime dedit, &c. Per metaphoram vero dicitur inclinatus, & propensus ad virtutes & vitia, vt pronus in vitia. Item pronus dicitur contrarius supino, vt pronus iaceo,supinus iaceo. Item ponitur pro vicino. Dicitur & pronus, tertiꝝ ordinis, prone, & proniter aduerbia.

Abram.] Ita primo dicebat,quod interpretatur pater excelsus, & postea vocatus est Abraham, quod trāsfertur pater multarum

rum. Nam quod sequitur, gentium, non habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirandum: quare cum apud Græcos tum apud nos, à litera videatur addita: nos he literam Hebræam additam dixerimus: Idioma enim linguæ illius est, per he quidem scribere, sed per a legere, sicut econtrario a literam sæpe per he pronunciare. Notandum hoc loco, quod vbicunque in Græco, testamentum legimus: ibi in Hebræo sermone sit fœdus siue pactum, id est, Berith. Porro, Hebræorum quidam, teste diuo Hieronymo, autores sunt deum vnam literam ex suo nomine tetragrammaton Abrahæ & Saræ dedisse, scilicet he literam, quæ Græce & Latine sonat a, non he. Ad hæc, Abrahæ non soli sacri meminerunt scriptores, sed ex prophanis plerique velut Hecatæus, qui librum de Abraham nominatim conscripsit, vt Eusebius in Euangelica præparatione tradit. Et Alexander Polyhistor, qui Abrahamum natum ait decima post inundationem generatione, in Camarine Babyloniæ vrbe, quam alij Vrien vocant, quod Græce χαλδαίπολιν sonat, hoc est, Chaldæorum vrbē, &c. Nicolaus Damascenus lib. historiaꝝ iiij. Damasci Abrahamum regnasse scribit, profectū ex Chaldæa cum exercitu. Hinc in Chananeam venisse, q̄ postea Iudæa dicta est, &c. Alexander in Heliopoli vixisse aliquādiu perhibet, nec professum se Astrologię inuentorē, sed à maioribus suis iā inde ab Enoch traditā sibi ꝑ manus. Artapanus autor est Hebræos ab Abrahā nominatos, qui annis xx. in Aegypto fuit, regēq; Aegyptū Pharetatē astroꝝ peritiā docuit, hinc in Syriā reuersum. Melo in libris, q̄s aduersus Iudæos ædidit, multa de veritate historiæ turbat, &c. Sed in his oībus, vt diuina, ita certissiima est sacrorum voluminum historia.

Sarai.] Et Sara legimus. Errant qui putant primum Sara per vnum r scriptum fuisse, & postea ei alterum r additum. Et quia r, apud Græcos centenarius numerus est, multas super nomine eius ineptias suspicantur. Nemo autem in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli sumit ex altera. Sarai igitur primum vocata est per sin, res, iod. Sublato igitur iod, id est, i elemento, addita est he litera, quæ per a legitur: & vocata est Saraa. Causa autem ita nominis immutati hæc est, quod antea dicebatur princeps mea, vnius tantum domus mater familias. Postea vero dicitur absolute princeps, id est, ἄρχουσα. De nomine autē mutato Saræ, Hierony. in Genesim, & in interpretatione nominū Hebr. Sarai interpretatur princeps mea, vt hic, Sara vero princeps, ꝙ antea princeps esset solius Abrahæ, deinde princeps gentium.

Preputium.] Pellis pars interior priapi, quæ præputatur & præscinditur Iudæis.

Emptitius.] Qui est de numero eorū, qui empti sunt, seu emi solent, dicitur. Varro vocat emptitiam glandem, quæ aprum pinguem facit.

Stirps.] Cum de hominibus dicit̄ ge. fœmi. est, & significat originem. Cum vero pro trunco, generis mascu. Inuenitur tñ fœmininum eadem significatione. Hora. Cum stirpes raptas, & pecus, & domos. Hinc stirpitus aduerbiū, id est, radicitus & funditus.

Irritus.] a, um, pe. cor. ab irrito. i. non ratum volo, vt irritum, improbatum, cassatum, non ratum, per translationem ad nihilum redactū. Vergil. Irrita perpetua soluent formidine terras. Sed irrito, as, pe. producta, id est, prouoco. Hinc irritatus, a, um. i. percitus. Adagium: Irritare Crabrones.

Circuncido.] Id est, circunseco. Columella de re rustica lib. iij. Eiusdē spatij corticem circuncidito, & materiam delibrato. Vnde circuncisio, & circuncisus.

Isaac.] Diuersa opinio, sed vna est etymologia, quare appellatus sit Isaac. Interpretat̄ em̄ Isaac, risus. Sciendū hic, q̄d quatuor in veteri testamēto absq; vllo velamine, nominibus suis anteq̄ nascerētur, vocati sunt: Ismael, Isaac, Salomō, & Iosias. Lege scripturas sacras, & me verum dixisse probabis.

Alienigena.] Communis generis, vel secundum Probum omnis, sumitur in eadē significātia cum alienigeno, id est, externo, vel alieni generis, vel inter alienos genito, Græci allophylum vocitant.

CAPVT XVIII.

Pauxillum.] Diminutiuum à paulum. i. paꝝ, cuius sunt quatuor gradus, paulum, paululū, pauxillū, & pauxillulū. Terentius in Phor. Erat ei de ratiuncula iampridē apud me reliquū pauxillulum nummorū.

Affero.] A fero cōpositum, notæ significationis est, vt affer mihi de venatione tua.

Buccella.] Diminutiuum à buccea, vel bucca, & significat frustulum alicuius rei aptæ esui, quantum. s. bucca commode capit. Hinc bucco, onis, in genitiuo. Bucculentus, a, um. Buccina, & buccinum sonus est. Buccinare, & ebuccinare.

Commisceo.] A misceo simplici. i. confundo, & sine ratiōe, perturbateq; facio. Hic pro simul misceo capitur, & imperatiui mo,

di est. Hinc commixtio, vel commistio.

Satum.] Ager in quo semen est. Et satum, Hieronymo teste, genus mẽsuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, sesquimodiũ .i. vnum & dimidium capiens. Matth. xiij. habetur: In farinæ satis tribus. Græce σάτα τρία. Sata non est hic participium à serendo, sed Hebræa, aut certe Syra vox est, significans mensuræ genus. Hilarius sic transtulit: Abscondit in farinæ tribus mensuris.

Símila.] Farina alba, & flos, seu pollẽ, vel delitiæ tritici. Martial. Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus. Similago idem signficat. Hinc similaceus, & similagineus.

Subcinericius.] Est quod sub cinere coquitur, vt subcinericium panem legimus de Helia, qui ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem dei Oreb.

Cumq; comedissent.] Non ita edebãt angeli, vt nos, quorum cibus per guttur in ventriculum demissus conficitur, & succus per venas in singula distribuitur mẽbra, aliturque corpus: sed nec sic tamen edebant, vt oculis illuderent velut præstigijs, quod mouere viderentur, quod pro maxillis haberẽt, non mouerent tamen, comminuere suis illis dentibus panem, aut carnes, quæ remanerent integræ. Vere enim mandebant, sed non alebantur.

Comes.] Is dicitur, si sequẽdo aliquem se maiorem comitatur. Capitur quandoque pro socio. Comes vero pro dignitate cõmunis est generis, quamuis apud vulgus comitissa dicatur, sed barbare, sicuti Principissa, & Ducissa, cum Princeps et Dux dicendum sit Latine. Hinc vita comite, pro viuo, & vita superstite dicitur. Porro comitis nomẽ, ait Viues, quæ est dignitas, inauditum est priscis, à recentibus inuentum. Marcellinus Ammianus meminit libro decimo quarto Nebridij comitis Orientis, & Gerentij comitis Mogantianæ partis, & libro decimo sexto Vrsuli comitis largitionum, & libro xxi. Philagrij comitis Orientis. Haud facile dixerim an isti comites sint, quos Græci dicunt ἀκολούθους, qui hærebant perpetuo in comitatu principis.

Prouectus.] A proueho & produco, hoc est, vltra ad locum, vt cum ago me loco vnde discessi, vltra plus, vel minus vehor. Per translationem dicimus, aliquem ætate prouecta, vt hic, & prouecta prudentia.

Desino.] A sino, id est, permitto. Desino compositum, id est, cesso, termino. Desine iam demens sæuum stimulare leonẽ. Autor memoria iam excidit.

Muliebria.] Pluratiuo tantum numero dicuntur mẽstrua, vt hic: Saræ muliebria defiuerant. Interdum pro muliebri natura, honor fit auribus, sicuti virilia, viri. Aliquando pro libidine.

Anus.] us, fœminini generis, & prima correpta, vetula est, ab annorum multitudine vocitata. Vel ab ἂ, & νοῦς, id est, sensus, mens, intellectus, quasi iam sit sine sensu & mente. Ouidius: Occurrit nuper digna est mihi visa relatu Pompa, senem potum posta trahebat anus. Hinc anilis, & anile, vt asnilis fabula. Et anicula diminutiuum.

Condictum.] Quod in cõmune dictũ est. i. promissum, seu pactum mutuo factũ, vt hic, à condico. Hinc condictus dies, &c.

CAPVT XIX.

Puer.] Varie dicitur. Nam primo seruum significat. Exempla plura sunt in confesso. Deinde cum puerum cõtrario nomine puellæ dicimus matrẽ denotãtes. Demum cum ætatẽ puerilem intelligimus. Interdum pro filio. Aliquãdo pro Cinædo infami vocula. Nam nullus comatus qui non idem Cinædus, adagium obscænum. &c.

Compello.] A pello cõpositum, id est, constringo, proprie vero est simul pellere, collidere.

Oppido.] Aduerbiũ est, & significat valde multũ, i correpto, nõ, vt barbari putãt differentiæ caussa, i longo, vt oppido lassus sum. i. valde. Quãdoq; ponitur pro vero vel statim. Iũgitur interdum coniunctiõi quã, vt oppido quã lubens feci, & ornatius est.

Diuerto.] De vna re ad aliam verto, deflecto, siue alio me verto. Et diuertere est hospitari, vt hic. Hinc diuersorium est caupona, & hospitum meritoriũ. Hinc diuersor, aris. Item diuersor, oris, qui in caupona hospitatur. Cicero: Caupo cum quibusdam diuersoribus illũ, qui ante exierat, cõsequitur.

Azymus.] Græcum, id est, sine fermento, ζυμή enim fermentum dicitur, vt azymos panes, id est, infermentatos.

Cubare.] Id est, iacere, & proprie ægrotorum est. Item dormire, vt hic, vt ire cubitũ dicimus. Hinc cubitare, & cubitus dormiendi actus. Hinc cubile, cubiculũ, cubicularis, e, cubicularius, cubatus gallinarum.

Vallo.] Id est, munio, firmo, & quasi vallo circundo. Hinc circumuallo. A vallo, vallum, vallus, id est, palus, vallaris, e.

Effringo.] Compositum à frango, id est, rumpo, est autem effringo, valde frãgo. Non vidi magis effractũ fame, vti hic. Item fores, arcam effregit furunculus. Hinc effractus,

ctus,a,um. Martialis: Callidus effracta nũmos fur auferet arca. Prosternet patrios im pia flamma lares. Debitor vsuram pariter sortemq; negabit. Nõ reddet sterilis semina iacta seges. Extra fortunàm est quicquid donatur amicis. Quas dederis solus semper habebis opes. Item Varrone autore est glebas grandes prima aratione excitari.

Gener.] Est filiæ meæ vir, quod sit generis propagator. A quo progener. Ouidius: Viuitur ex rapto non hospes ab hospite tutus. Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

Sulphur.] Nascitur in insulis Aeolijs, inter Siciliam et Italiam, sed nobilissimum in Melo, vt scribit Plinius lib. xxxv. Hinc sulphureus. Et sulphuratus, quod habet sulphur. Porro, exustionis istarũ vrbium multi prophanorum scriptorũ meminere. Strabo libro xvi. vrbes ibi igne absumptas esse dicit, idq; accolis referentibus, quarum metropolis Sodoma adhuc lx. stadia in circuitu seruet, tum lacus Asphaltitis, pleni sunt illorum libri, vbi nascitur bitumen.

Statua salis.] Iosephus testatur eã vidisse, dicens libro I. antiquit. capite xix. Vidi siquidem eam, hactenus enim manet.

Fauilla.] Est cinis extinctus, quod ignẽ tectum foueat, quasi fouilla. Est enim deserta igne. Scintilla vero quæ e silice excutitur. Distichon: Quisquis vult flammas penitus delere voraces, Scintillas opus est comprimat ille prius. Iacobus Horlen.

Fornax.] A feruo, id est, calido: vel à furuo, atro dicitur. Caminus vbi coquuntur lapides. Diminutiuum est fornacula.

Moab.] Interpretatur ex patre, & totum nomen etymologiam habet. Ipse est pater Moabitarum vsque in hanc diem. Hinc Moabitis, dis, vt Ruth Moabitis.

Ammon.] Id est, filius populi mei. Ipse est pater filiorum Ammon. Ammi enim Hebraice. à quo dicti sunt Ammonitæ, vocatur populus meus.

CAPVT XX.

Geraris.] Interpretatur aduena, terra est Palæstinorum, à quo Geraritæ, istius terræ populi.

Abimelech.] Filius fuit Abiathar. In Paralipomenon, & Regum libris Achimelech scribitur, quod idem est. Abimelech pater meus rex interpretatur. Achimelech vero, frater meus rex.

Prophetã.] Et prophetes masculi. generis, id est, prædictor. Et prophetis, idos, et prophetissa, fœminini ge. à προφημι, quod est prædico. Est autem, qui vel quæ futuura prænunciat ab eo primum intellecta, alias nõ posset dici propheta. Veteres, teste Festo, phanorũ antistites, oraculorumq; interpretes, prophetas nuncupabant. Hinc prophetissa, propheticus, a, um. Prophetia, & verbũ propheto, as, & prophetizo.

Expostulo.] Id est, exquiro, conquiro, seu querelam apud eum ipsum depono, qui fecit iniuriam, & quasi amicitiæ officium in alio desidero. Hinc expostulatio, id est, querela aduersus illum ipsum qui peccarit. Aliquando est vehementer postulare.

Vulua.] Seu volua idem quod vterus, & matrix vulgo dicitur, falso tamen. Hæc duplex Plinio est. Altera eiectitia à partu eiecto, seu enecto. Altera porcaria ab ædito, quæ optima est. Martialis: Te fortasse magis capiet de virgine proca. Me materna gaui de sue vulua capit. Iam ciconiæ respondebo, Græcum verbum cognominis omittã. Vulua, non est (vt illa adserit) obscœnum vocabulum, vel Flacco testante: Nil melius turdo, vulua nil dulcius ampla. Quid me à tergo suggillas, ciconiarum instar, Pelarge, inhonestatis aut obscœnitatis? Rectissime hoc distichon, Anno 1541. Vuormatiæ, in te tortum est. Fortiter vt semp cõsuesti, obsiste Pelarge. Sed vocale nimis os rege, cũ loqueris.

Alias.] Aduerbium loci, significat alio in loco vel aliter, seu alio tẽpore, vel aliquando. Aulus Gellius: Neq; id tamẽ semper esse fieri dixisset, sed alias, id est, aliquando, ocyus fieri, alias serius.

CAPVT XXI.

Ablacto.] Id est, à lacte remoueo, quemadmodum pueri & agni solent, hinc ablactatus, & ablactatio.

Vter.] Pellis scortea qua vinum, aut oleum deferri solet. Vt nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. Hinc vtriculus, & vtricularius, Græce ascaula.

Bersabee.] Vbi hic legitur, puteus iuramentitin Hebræo habetur Bersabæe. Duplex autem est caussa cur ita appellatus sit. Siue quia septem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit: septem enim dicuntur Sabee. Siue quod ibi iurauerint: quia & iuramentum Sabee similiter appellatur. Notandum autem ex prioribus & præsenti loco, quod Isaac non sit natus ad quercum Mambre, siue in Aulone Mambre, vt in Hebræo habetur, sed in Geraris: vbi & Bersabæe vsque hodie oppidum est. Quæ prouincia ante non grande tempus, ex diuisione præ-

ne præfidium Palæſtinæ, ſalutaris eſt dicta. Huius rei ſcriptura teſtis eſt, quę ait: Et habitauit Abraham in terra Philiſtinorum.

Abimelech.] Et Ochozath pronubus eius, & Phichol. Tertium nomen quod hic legitur ſcilicet Ochozath, in Hebræo volumine non habetur. Vide diuum Hieronymũ in quæſtionibus Hebraicis.

Jacio.] Significat emitto, vt hic. Hinc iacere ad certum, eſt dirigere in id in quod intendit. Et iacere eſt ponere, vt iacere fundamentum. Iacere aleam, eſt rem fortunæ committere. Iacere dicta in aliquem, vel ſcõma, lædorium. Iacere aggerem, iacere ancoram. Vnde iactura, iaculum, &c. innumera.

Poſterus.] a, um, adiectiue, quod aliquid ſequitur dicitur, vt poſtera dies, id eſt, ſequens. Aliquando dicitur, qui poſt nos futurus eſt. Vnde poſteri, & poſteritas, vt hic. Item poſterior, & poſterius idem quod flagitioſus. Poſterius aduerbium, poſtremus, præpoſterus, a, um.

Præter hodie.] Id eſt, præterquàm hodie, vel niſi hodie, non audiui. Præter præpoſitio varie capitur, modo ſeparatur, modo componitur. Aliquando ſignificat vltra. Interdum ante, nonnunquàm contra. Præter ſpem, ſignificat ex inſpirato.

Statuo.] Multa ſignificat, deliberare, ordinare, dedicare, firmiter ponere. Hic tamen pro ordinauit, aut poſuit, dictum eſt. Hinc ſtatutum, decretum, ſcitum, placitum. Vt, nondum apud me ſtatui. Sic apud animum meum ſtatui. De me ſtatuant quid velint. Item dicimus: Statuo terminum, diem ſtatuo, modum ſtatuere.

Agnus.] Ex Græco ab ἁγνὸς, deducitur, quod verbum apud maiores communis erat generis, id eſt, caſtus, & mundus, quod ſit hoſtia pura, & immolationi apta. Hinc agna, æ, vt hic, id eſt, caſta, & Agnes nomen virginis caſtiſſimæ, à quo agninus, a, um, vt caro agnina, & agnellus diminutiuum, & agniculus.

Colonus.] A colendo, id eſt, habitando, terrasve aptando, dicitur. Nam coloni erant ciues Rom. ad aliquam vrbem habitãdam miſſi, qui non proprijs, ſed Romanis viuebant legibus. Quandoque tamen coloni, agricultores dicuntur. Hinc colonia dicta. Ad hæc, coloni ſunt, qui alienum agrũ colunt conductitium. Quemadmodũ in vrbe inquilini, qui in ædibus conductis habitant, & coloni agricolæ, qui agrum colunt, etiam ſuũ, & qui alio mittuntur inhabitatũ. Vnde ſunt Coloniæ quas tam multas Romani miſere, vt de alijs taceam Græcis, Aſianiſque. Illæ vero quæ mittunt, metropoles vocantur ſuarum coloniarum.

Paleſtini.] Dicti Philiſtijm, quod interpretatur cadentes poculo. Septuaginta interpretati ſunt ſemper alienigenas, id eſt, τοὺς ἀλλοφύλους, nomen commune pro proprio, quæ hodie eſt gens Palæſtinorũ, quaſi Philiſtinorum. Hinc Palæſtina prouincia Syriæ, Arabiæ contermina. In ea quinq; ciuitates continentur: Gaza, Aſchalon, Geth, Acaron, & Azotum. Eſt & altera Paleſtina, prope Pheaciã, de qua Lucan. lib. v. Laxa Palæſtinas vndis confixit arenas.

CAPVT XXII.

Sterno.] Significat de ſtatu deijcere, et quaſi in terram extendere. Per tranſlationem pro extendere, vt humi ſternere tapetes, frondes & huiuſmodi. Aliquãdo eſt tegere, vt hic. Vñ ſternere equos, & aſinos dicimus. Sternere viam, ſternere hoſtium copias. Sternere ferro, id eſt, occidere, proprie hiſtoricorum eſt. A ſterno, ſtratũ, ſtrages, ſtragulum, ſtratarius, ſternax. Cõpoſita trãſeo.

Victima.] Quæ poſt victoriam dextra victrice manu litabatur. Ouidius: Victima quæ dextra cecidit victrice vocatur. Vel ideo dicta, quod vincta ad aras ducebatur. Hinc victimarius.

Holocauſtum.] Sacrificium totum combuſtum, expoſitum eſt, non opus iterandum.

Strues.] Proprie lignorum congeries eſt, vt hic. Etiam dicitur genus libi quod adhibebatur ſacris. Ouidius I. lib. Faſtorũ. Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

Aries.] Qui inter oues integer eſt, & tenetur ad generãdam prolem, ab ara dictus, q̃d aris imponi ad ſacrificia ſoleret, vt hic. Eſt etiam bellica machina ad muros deſtruendos. Eſt quoq; marinus piſcis, ſeu marina belua, candore tantum cornibus aſſimilatis, Græce κριὸς dicitur. Hinc arietinus, a, um, penultima producta. Plinius: Arietinum iecur ad id vtile eſt, arietina caro, pellis, &c. Item arietini teſtes, vide Angelum Politianum in Miſcellaneis capite lxij.

Vepres.] Tam in ſingulari quàm plurali generis maſculini ſecundum Probum, ſecundum Priſcianum fœminini, rubus ſeu ſpina dicitur, quod vehementer prehendat. Hebræi dicunt Sabech quaſi vepretum, ſeu ſpinetum, quaſi virgulta inter ſe condenſa, & implexa, diminutiuum eſt, veprecula. Et vepretum locus vepribus plenus.

Hæreo.

Hereo.] Cum aspirata scribitur & diphtongo, ad discrimen æris metalli. Est autem hærere proprie arctæ rei incidere. Vergilius: Hærent parietibus scalæ. Et vox faucibus hæsit. Ponitur quandoque pro dubitare & ancipitem esse. Hinc prouerbia, luto, salebra hęreo, id est, ambiguus sum. Aliquãdo significat figere. Interdũ similiter sedere, vel stare, vel esse. Terentius: In te hæret omnis culpa. Hæsito frequent. hæsitatio, hæsitabundus a, um, hæsitanter, hæsitans, hæsitantia. Hæres ex asse, hæredipeta, hærediũ, hærediolum. In te omnis spes hæret, &c.

Dominus videt.] Dicunt hodie, in monte dñs videt. Pro eo quod hic habet videt, in Hebræo scriptũ est, videbit. Hoc autem apud Hebræos exijt in prouerbium, vt si quando in angustia constituti sunt, & domini optant auxilio subleuari, dicant in mõte dominus videbit, hoc est, sicut Abrahæ misertus est, miserebitur & nostri. Vnde & in signum dati arietis solent etiam nunc cornua clangere. Tantum Hierony. Manet adhuc hodie idem prouerbij in Hispania, non omnino vt apud Hebr. nec omnino vt August. interpretatur lib. xvi. de Ci. dei capite xxxij. sed media quadam ratione, deus videbitur, quasi exercet, & ostendet vim suam.

Vade in terram excelsam.] In Hebræo habetur loco horum verborum, moria, quod Aquila transtulit, τὴν καταφανῆ, hoc est, lucidam. Symmachus τῆς ὁπτασίας, hoc est, visionis. Aiunt enim Hebræi hunc montem esse, in quo postea templum conditum est in area Ornæ Iebusæi, sicut & in Paralipo. scriptum est. Qui iccirco illuminans interpretatur & lucẽs, quia ibi est Dabir, hoc est, oraculum dei, & lex & spiritus sanctus, qui docet homines veritatem, et inspirat prophetias.

His itaq; gestis, &c.] Primogenitus Nachor fratris Abraham de Melcha vxore eius filia Aram, natus est Huz, de cuius stirpe Iob descendit, sicut scriptum est in exordio libri Iob. Vir fuit in terra Huz nomine Iob. Male igitur quidam existimant Iob de genere esse Esau. Secundus natus est de Melcha Bus, quem Lxx. Bauz transtulerunt. Et ex huius genere est Balaam ille diuinus vt Hebræi tradũt, qui in libro Iob dicitur Eliu filius Barachiel Buzites.

Concubina.] Et concubinus deriuantur à verbo concubo, quod est simul dormio, simulque quiesco. Hinc concubina q̃ simul quiescat. Et connubium notum est vocabulum, & concubitus.

CAPVT XXIII.

Arbee.] Hoc quod hic positum est, q̃ est in valle, in authenticis codicibus non habetur. Nomẽ quoq; ciuitatis Arboc paulatim à scribentibus, legentibusque corruptum est. Neque enim putandum Septuaginta interpretes, nomen ciuitatis Hebrææ, barbare atq; corrupte, & aliter quàm in suo dicitur, transtulisse. Arboc enim nihil omnino significat. Sed dicitur Arbee, hoc est, quatuor: quia ibi Abraham, & Isaac, & Iacob conditus est, & ipse princeps humani generis Adam, vt in Iesu libro apertius demonstrabitur.

Funus.] Pompa est q̃ fit in exequijs, iustis, inferijs, parentalibus mortuorũ. Interdũ significat mortem. Aliquando pro cadauere accipitur. Nonnunquàm pro sepulchro. Hinc funebris et funebre. Funestus, a, um, vt funesta arbor, funestum bellum. Funereus, a, um. Funero, as, & funesto, as.

Sepelio.] Nonnulli à sepio deducũt, quod cadauer humo, aliove materiei genere circumsepiatur. Ouidius: Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa. Hinc sepultura et sepelitio. Sepulchrum, sepulchrales, sepulchrale. Sepultus, a, um, vt vino sepultus.

Monumentum.] Est quicqd nos monet, seu monere potest ad id, quod intendimus, vt sepulchra, statuæ, tituli, fana, porticus, carmina, historia, documẽta, libri, &c. id genus doctrinæ, hic pro sepulchro ponitur, vt exegi monumẽtum ære perennius. Hinc dicimus, monumentum sit hoc amicitiæ nostræ. Ci. Prȩclara posteritati monumẽta reliqt. Monumẽta scđm vias ponebãt veteres, vt p̃tereuntes admonerẽtur se esse mortales.

Audi nos domine rex.] Pro rege principem habetur in Hebræo, seu ducem, nasi quippe non rex, sed dux dicitur.

Abraham Ephron.] In Hebræo primum nomen eius scribitur Ephron, secundum Ephran. Postquàm enim precio victus est, vt sepulchrum venderet argento, licet cogente Abraham, Vau litera quæ apud illos pro o legitur, ablata de eius nomine est, & pro Ephron appellatus est Ephran, significante scriptura, non eum fuisse consummatæ perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur, qui sepulchra venditant, &c. vide Hieronymum in quæstionibus Hebraicis super Genesin.

Appendo.] Id est, suspendo, quasi ad aliquid pendo, vt vuam ad tigna appendo. Est & ad stateram lancemq; ponderare, vt hic,

hic. Item significat iuxta dare. Item adiungere. Hinc appendix, quod adiunctum est. Appendicula diminutiuum.

Queso.] Verbum defectiuum, primam personam indicatiui tantum habet, tametsi quæsere apud Salustium & Ciceronem legatur. Modo quæso ac quæsumus dicimus pro rogo. Sunt tamen qui declinent, Quæso fis, fi, sum: vel secundum Probum Grammaticum probissimum, quæsiui quęsitum. Hinc quæsito, tas, frequentatiuum.

Sicus.] Apud Hebręos dicitur vncia. Apud Græcos, Latinosque, quarta pars vnciæ, & stateris medietas, drachmas duas, id est, didrachma appendens. Si quis fusius desiderarit, legat Guilielmum Budæum de Asse, & partibus eius.

Mambre.] Locus est iuxta Hebron, dictum est.

Antrum.] Crypta, Latine specus vel cauerna, quasi atrum. Nam antrum vocăt ingentem quandam cõcauitatem in orbem ductam. Est & nomen fluminis in Britănia.

CAPVT XXIIII.

Proficiscor.] Profectus eundi & veniẽdi significationem habet. Vergilius: Hunc lætum Tyrijsque diem, Troiaq; profectis. Hinc profectio.

Ne quando.] Id est, ne vllo tempore, sicuti si quando, id est, aliquo tempore.

Mesopotamia.] Regio est, inter Euphraten & Tigrim, maiori in Asia, à μέσος, id est, medius, & ποταμός, quod est fluuius, quod inter duo flumina constituta sit. Hæc dicitur etiamnum Plinio autore Seleucia libro sexto.

Accumbo.] Proprie adiaceo, iuxta cubo. Est etiam in conuiuio esse. Cubabant enim antiqui vescentes. Hinc accubitus & accubatio. Hinc Accubitum, Græce anaclinterium, lectulus super quo qescimus interdiu, qualia celebrantur Florentię Tuscania, & apud Lampridium in Heliogabalo, accuba. Ab alijs Sibadia dicuntur.

Egredior.] Id est, extra gradior, vt hic egredi, media corr. Dicimus egredior tẽplo, & e templo, & templum. Hinc egressio, & egressus, vt: nõ egressus est annum vigesimũ. Est etiam figura, Græce ἔκβασις, id est, excursus, vel egressio. Dicitur etiam Parechasis, id est, digressio.

Hydria.] Vrna est ad capiẽdam aquã, Græca vox. Eam Plau. vocat aqualem, quãdoquidem & ὑδρία ab aqua nomen habet. Hydor eñ aqua est eis. Hinc hydrops morbus aquaticus & hydropisis, & hydropicus qui hoc morbo correptus est. Horatius, libro Carmi. ij. ad Crispum Salustium: Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec fitim pellit, nisi caussa morbi Fugerit venis & aquosus albo Corpore languor.

Quin.] Varie accipitur. Aliquando pro cur non: vt: Quin fugis, id est, cur non fugis: Interdum pro seu. Interim pro quinetiam, id est, insuper, vt hic. Nonnunquàm sic ponitur quasi videatur esse contrarium priori significato, quod non, vel vt non, verbi gratia, non possum me cohibere quin gestiam, id est, vt non, vel quo minus gestiam. Demum ponitur pro qui non. Quinimo, si eri non potest, quin aliquando istud vtile tibi futurum sit.

Scapula.] Est humerus seu dorsum à scandendo, vt quidam putant, qui mobilis veluti mollibus iugulis à ceruice demittit, vt hic Rebecca hydriam portans in scapula. Hinc scapulares serui dicti sunt, quia scapulis cæduntur. Scapularis vestis quæ tantum scapulas tegit. Scapilium veteres pro tergo vsurparunt, aliquando pro ipsa scapula. Vnde & spacium quod inter scapulas quasi vallecula est, interscapilium dicitur. Scapularis, scapulare.

Decorus.] a, um, à decor, decoris manat, mascu. gen. est quasi pulchritudo quædam. Hinc decorum pulchrum, & decore, pulchriter. Et decorare, quod est pulchrum visu, auditu q; facere, seu ornare. Græci vocant decorum πρέπον prepon, cuius ea vis est, vt ab honesto nequeat separari.

Sorbeo.] Est deglutire quicquàm molle, vt iusculum, ouum. Est factitium verbũ à sono vocis quem faciunt exorbẽtes. Hinc prouerbium: Sorbere, & flare difficile est. Transfertur & ad alia. Hinc sorbitio, sorbities, & sorbitiũcula. Composita, absorbeo, obsorbeo, idem exorbeo. Sorbillo, as. Sorbũ genus fructus similis pyri. Martialis: Sorba sumus molles nimium durantia ventres. Aptius hæc puero quàm tibi poma dabis.

Vlna.] Cubitus, seu brachium, quantũ vtriusque manus extensio, vti Seruius ait in Bucolica Vergiliana. Licet Suetonius vnius cubiti velit esse tantummodo iij. cubiti.

Adicio.] A iacio, per duplex ij cum cæteris scribitur compositis, nisi in poemate forsitan abijciatur vnum versus caussa, aut metri ratione. In præterito tamen per solam i. scribenda sunt, vt hic adiecit. Significat autem adiungere, accrescere. Et quasi applicare & iuxta ponere. Adijcere oculũ, est inspicere, considerare, adijcere animum ad alis

ad aliquid adiícere ſuum calculum. Hęc adiecit. Hinc adiectio, adiectiuus, a, um.

Canalis.] A canna fit, id eſt, arundine, vna litera n detracta, tam maſculini, quã fœminini generis eſt. Feſtus: Canales p quos aqua confluit in viis lapide ſtratis. Dicitur & hoc canale, aliis nominibus tibuli, imbrices, apſides. Hinc canaliculus dicitur: canaliculatus a, um. Canalicola ſimplex, pauper homuntio.

Inauris.] Ornamentum quod ab aure pendet, & aurium integumentum, Græce amphotis dicitur. Nam in Oriente decus exiſtimatur geſtare aurum in auribus. Sicut hodie videmus in his inſignibus nequã, & furibus, qui totam Europam fere peruagantur, quos Zigaros vocitant, ſine tecto viuentes.

Armilla.] Ab armus deriuatur, qui & de homine, & de bruto dicitur. Ornamentum in circulorum modum eſt factum, quã viri militares ab Imperatoribus donati, in ſiniſtris brachiis gerere conſueuere. Hæc Priſcianus brachialia vocat, et dicitur ab armis, id eſt, humeris. Hinc armillatus, a, um.

Pondo.] Indeclinabile neutri generis, & pro libra ponitur, tunc idem ſignificat q̃d pondus, vt libra põdo auri, Feſto teſte, quod idem eſt. Duo aſſes ſinguli libram & pondo efficiunt. Quandoq; pondus ſignificat xij. librarum. Sic Liuius vſurpat. Qui exactius velit legat Budęum de Aſſe & partibus eius. Hinc dupõdius, centumpondium, aſſipondium. Pondero, as, præpondero, as.

Et tulit vir inaurem aureã, didrachmũ põdus eius.] Hieronymus ſuper hũc locum ait: Bace Hebraicum, quod in hoc loco pro didrachmo, id eſt, ſtatere ſcribitur, ſemiuncia eſt. Secel vero, & idem Hebraicũ, quod Latino ſermone ſiclus corrupte appellatur, vnciæ pondus habet.

Iter.] Iteris ſecundum Priſcianum. Itiner vero itineris, pro actu eundi, licet non ſit in vſu nunc, tamen obliquis vtimur. Plautus: Ergo itiner exequi meum me fines. Varro: Expectauit itiner longo ſermone leuare. Accipitur quandoque pro via. De mari etiam dicitur. Iter facere & tenere, idem eſt quod ire. Habere iter, eſt iturum eſſe. At viã facere, aliud eſt, videlicet locum, vbi non erat via, aperire.

De Rebecca virgine, & ſorore Laban.] Vide hoc loco Hieronymum de quæſtionibus Hebraicis, qui multa ſuper hac dictione alma, id eſt, adoleſcentula & virgine differit.

Deſterno.] A ſterno componitur, ſignificatq; hoc loci, detegere, & ſtragula aut æqui mulive clitellas, ephippiaq; deponere, exonerare. Alia cõpoſita ſunt cõſterno, vnde conſternatio, externo, inſterno, proſterno, ſuperſterno, ſubſterno.

Chananei.] A Chananæo filio Cham dicti ſunt. Hinc Chananæa regio Syriæ, quæ nunc Iudæa nuncupatur.

Innocẽs.] Qui ab omni iniuria, & maleficio abſtinet proprie dicitur, hoc eſt, integer et incorruptus, differt ab innocuo. Hinc innocentia, id eſt, integritas, & innocenter integre.

Aio.] Verbum, vt vocant defectiuum, id eſt, dico, vt aio, is, it, aiebam, bas, bat. Ai, aiſti, ait, aimus, aiſtis. Plautus in Aſinaria: Me vnice vnum ex omnibus, atq; illam amare aiebas. Neuius autor vetuſtiſſimus. Vel ai, vel nega.

Initus.] a, um, ab ineo is, iniui, vel inii, itum penultima cor. ex in & eo, quod eſt incipio, vt inire prælium. Item inire eſt ingredi, aliquando mereri, aſſequi, lucrari, obtinere, comparare. Terentius: Gratiam meã ſine diſpẽdio inij. Hinc dicimus: Inire gratiam, inire fœdus, inire rationem, aut viam, inire nexum, inire conſilium. Rurſus inire eſt cõcumbere. Hinc initor penul. cor. non explicabo ob verecundiam. Interdum eſt capere, vt inire fugam. Nonnunquàm facere. Interim conſiderare, intelligere. Iam ab ineo fit initium, & initia oblationes Cereris deæ frugum. Præterea verbum initio, as, vt initi are ſacris. Vnde initiatio, initiatus, & initiarius a, um. Inito, as, frequentatiuum. Pacuius: Loca arida initas. Hic autẽ initus pro inchoato & incœpto conuiuio capitur.

Sciſcitor.] A ſciſco & ſciſcor deponenti, vt inquit Priſcianus, venit: idem ſignificat quod ſcitor, & magis in vſu eſt, atque interrogo. Sciſcito tamen apud antiquos ſententiam dicere ſignificabat. Sciſcere vero eſt ſcire. Aliquando pro ſtatuere, & decernere ponitur. Hinc ſcita decreta, ſtatuta, dogmata, & placita dicuntur.

Debbora.] Scribendum eſt non Delbora, alio nomine Regina dicta, vxor Barach, quæ non inter viduas, ſed inter prophetiſſas numeratur, ait Hieronymus ad Furiam, de viduitate ſeruanda.

Pallium.] Dictum quod palam ſit & foris. Sub eo enim tunica eſt. Hinc Palliati, Græci dicti ſunt, vt Togati Romani, id eſt, pallio togaque amicti. Et Comediæ Palliatæ, quæ à palliatis hominibus exercebãtur.

Autores sunt Donatus, & Diomedes. Hinc adagium: Tunica pallio propior. Idem: Genu sura propius.

CAPVT XXV.

Cethura.] Eadem quæ Agar dicitur, & Hebræo sermone copulata interpretatur, aut coniuncta. Quamobrem suspicantur Hebræi mutato nomine eãdem esse Agar, quæ Sara mortua de concubina transierit in vxorem.

Sterilis.] Qui caussas sterilitatis fœmineæ quæsierunt, fere in locis esse vitium tradũt, quod vel duriores, vel rariores sint, vel carnosiores, vel occalluerint. Plutarchus libro v. de Philosophorũ decretis. Prætereo quod quædam sunt intrinsecus sterilitatem inferentia, sicut corymbi, hæderæ nigræ, & asplenos, siue hemionos apud Plinium. Stoici sterilitatem aiunt oriri, si coeuntium qualitates virtutesq; de fœtu dissideant, qui si aliis iungantur sibi congruentioribus, gignãt facile. Quod in Abraham & Sara non absurdum esset ita existimare. Argumento est, q̃ ex Cethura filios sustulerit, nisi quis hæc omnia ad diuiniorem rationem, sensumq; referat. Nam Paulus emortuum vocat Abraham ad Romanos iiij. id est, νενεκρωμένον, quasi exhaustum & effœtum. Hinc sterilitas, & sterilescere, id est, sterilem fieri, & steriliter aduerbium.

Situs.] a, um, adiectiuum, id est, positus. Et situm est quicquid loco suo positũ non euertitur. Terentius: In quo nostræ spes opesque omnes sitæ erant. Sed situs, us, quartæ inflectionis, significat lanuginem, cariem, squalorem ex longo situ contractum. Vergilius: Sed te victa situ. Plinius libro vigesimo primo: Pessimum esse crocum quod situm redolet, adserit. Lucanus: Fœda situ facies. Hunc etiam pædorem dicimus. Dicitur & loci qualitas. Vergilius: Et segnem pati re situm durescere campum.

Collido.] Compositum à suo simplici lido, quod desuetum est, & antiquatum, significat confringere, delere, simul lidere. Hinc collisio, & collisus, a, um.

Gemini.] Proprie duo dicuntur. Nam si tres sunt, tergemini, si quatuor, quatergemini dicuntur. Quandoq; duo appellantur, qui vno partu æduntur, etiam si plures fuerint, vtpote tres aut quatuor. Pollux & Castor erant gemini. Interdum geminus pro simili ponitur. Pacuuius autor vetustissimus. Par fortitudo, gemina confidentia. Et gemini pro cœlesti signo, quod Castor, & Pollux constituunt: vt in Actis explicabimus. Gemellus diminutiuum eius, vt vites gemellæ sunt biferæ. De geminis nascendis vide diuum Augustinũ libro quinto de Ciuitate dei cap. iiij. vbi allegat Nigidium Figulum Mathematicum, qui ex figuli rota argumẽtum assumpsit. Et commentatorem Viuem, Iulium Firmicum citantem. Longum foret singula prosequi. Ego breuiter dicam: Non sat erit Mathematicum attulisse, natum esse aliquem Coloniæ vel Maguntiæ, Valentiæ, vel Lutetiæ, sed in quo vico, in quo cubiculo, in qua cubili parte. Verũ hisce de rebus, ait Viues, alio in opere disputabo fusius, doceboque homines, nihil spei, nihil fidei vanis istis & superstitiosis adhibere rebus, sed totos ab vno deo seruatoreq; nostro Christo Iesu pendere, in illo solo sita esse fata omnium, ab illo solo petenda. De ijsdem geminis, Augustinus eodem libro capite iiij. de Esau & Iacob geminis, multum inter se morum & actionum qualitate disparibus. Gestiebant gemini adhuc in vtero eius inclusi, inquit Augustinus libro decimo sexto de Ciuitate dei, capite xxxv. Hieronymus: Et concepit Rebecca vxor eius, & mouebantur filij eius in ea. Pro motione Septuaginta posuerunt ἐσκίρτων, id est, ludebant, siue calcitrabant. Quod Aquila transtulit, confringebantur.

Rufus.] Subst antiue est color non plene ruber. Martialis: Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis. Rufus, a, um. Item rufus, us.

Rubrum.] Siue fuluum, lingua Hebræa Edom dicitur. Ab eo igitur, quod rubeo cibo vendiderit primitiua sua, fului, id est, Edom, sortitus est nomen Esau.

Hispidus.] Setosus, horridus, asper, hirsutus. Vergilius: Cui laterum tenus hispida nanti Frons hominẽ præfert. Vbi nos pilosum, in Hebræo habetur, Seir.

Scar.] Vnde & Esau sicut & alibi legimus seir, id est, pilosus est dictus.

Iacob.] Vel Latine Iacobus, tetrasylla bon. Claudianus: Quid laceras versus dux Iacobe meos? Interpretatur supplãtator, seu supplantans. En supplãtauit me altera vice.

Adultus.] a, um, ab adoleo, id est, crescere. Hinc dicimus ætas adulta. Adolescens, adolescentulus dicitur, adolescentula, adolescentia. Adolesco, idem cum adoleo.

Gnarus.] Et narus, dicitur scius, & peritus. Gnaritas, id est, scientia. Et gnariter, audacter, strenue, & docte, eleganter, vel gnare, perite, & prognariter. Gnarauit Titus Liuius posuit pro narrauit, & gnarauisse, pro

se pro narrauisse. Contrarium est, ignarus,a,um.

Prosum.] Prodest à verbo substantiuo sum,vt hic:proderit,id est,cõmodum erit,et vtile,atque profuerit.

Lens.] tis,in genitiuo, genus est leguminis,à lenis nomen deductum, quod qui ea vescuntur lenes,ac moderati fiant Plinio autore.Hinc lenticula genus leguminis,sed diuersum. Est & genus vasis. Adagium: In lenticula vnguẽtum. Vbi quis mentionem inducit vilis cuiuspiam, & nihili hominis. Rursus. Lenticulæ,id est,maculæ & neui,et lentiginis fit mentio in Regum libris. Hinc lentiginosus,a,um. Et lenticularis,e, habẽs formam lentis,dicitur. Sed lens,lendis,capitis animalculum,vel potius capillorum, ex quibus generantur pediculi. Hinc lendinosus,a,um.

Edulium.] Appellatur quicquid ad prandium, cœnamq; edendi gratia apponitur,quodque sumimus præter panem. Hinc edulis,penultima producta, quicqd edi potest.Horatius:Vinea summittit capreas non semper edulis.

Paruipendere.] Est contemnere,vilipendere, flocci,nauci facere,nihili facere,& eleuare,hoc est,minuere, à paruo,vel parũ, & pendo. Hinc paruipensio. Contrarium, magnipendo.

CAPVT XXVI.

Cæremonie.] arum, dicitur & Cæremonia in singulari numero, vel ab oppido Thusciæ Cærete, vel à carendo dictæ sunt.Etenim Cærete à Gallis capta, per Camillum Romanum liberata est. In huius beneficij memoriam Romani præstiterunt, vt omnis diuinus cultus Cæremoniæ à Cærete diceretur,nos ritus dicere possumus.

Accersio.] is,quartæ inflectionis,& verbum actiuum,quod multi negant inueniri, sed falluntur, parum scripturas attendẽtes. Significat voco. Hinc accersitus vt hic,id est, vocatus,& accitus. Dicitur & accerso,is,tertiæ coniugationis, ab ad, & cio compositũ. Inde accerso,per metathesin. Significat etiã accuso, vt hic homo capitis accersitur.

Perspicuum.] Dicitur per cuius medium videmus, sed magis ad incorporalia pertinet, Græci diaphonum nominitant. Pellucidum vero ad corporalia.Sic dicimus orationem perspicuam, id est, claram, & apertam. Hinc perspicuitas, & perspicue aduerbium.

Imponere.] Cum datiuo, est fallere, decipere.Hinc impostor,id est,deceptor quẽ planum Græci,& Horatius vocat.Impostura,id est,fallacia,deceptio,fraus.Sic hic accipitur.Imposuit mihi hic planus,hoc est,decepit me.Vide Horatium de plano impostore mendico,& Chiliades Erasmi.Sed quoniam versus Horatiani elegantes sunt, non pigebit adscribere: Nec semel irrisus triuĩs attollere curat Fracto crure Plano, licet illi plurima manet Lachryma, per sanctum dicat Osirim. Credite, non ludo,crudeles tollite claudum. Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

Obstruo.] A struo,id est,occludo,impleo & obturo,terra,ruderibus,&c. vt hic. Hinc obstructio. Obstruere os,sic præstuo, & substruo,&c.

Seminare.] Idem est,quod serere.Columella de re rustica. Seminari debet hordeum post æquinoxium.Hinc semen,seminium idem, seminarium etiam plantarium dicitur. Sementarius,a,um. Sementis feminini generis,ipsa satio est.Semẽtitius,a,um. Et sementicus, a, um, penultima correpta, quod seminari potest. Semento,as,sementiuæ,arum,feriæ à semente.Hic legitur centuplum æstimatum hordeum, in Hebræo, & ab Aquila, Græce sic ἑκατὸν ἐικασμένον, id est, centuplum æstimatum. Licet enim eisdem literis scribatur,& æstimatio & hordeũ: tamen æstimationes Scarim leguntur,hordea vero Seorim.

Calumnia.] Vexatio alicuius in litibus,per fraudem & frustrationẽ, & præsertim fit cum alicui crimen falso impingitur. Græci sycophantiam dicunt. Et sycophantam calumniatorem, & impostorem. Hinc calũniator,calũniosus,a,um,à calũnior,aris.

Auctus.] a,um, ab augeo, idẽ est quod amplificatus, augificatus, seu quod auctione,cumulove accreuit.Hinc auctus,us,quartæ declinationis, idẽ auctio significat.Item, augmentum, augmentatio, & auctionari, auctionarius, auctor, auctrix fœmininum. Auctarium etiam corollarium dicitur, alias mantissa.

CAPVT XXVII.

Pharetra.] Pen.indifferente, repositorium est sagittarum, telorumq;. Et qui eam ferunt pharetrati dicuntur. Monostichon Iacobi Horlini:Ex lacera pharetra tersa sagitta venit. Horatius ad Fuscum: Integer vitæ, scelerisq; purus Non eget Mauri iaculis, nec arcu, Nec venenatis grauida sagittis Fusce pharetra.

Circundo.] Compositum à do, id est, circuo.Salustius:Circundatos militibus sal-

tus mox occupauit. Est & circumpono, vt circundo saltus canibus. Hinc circundatus, a,um. Distichon elegans ad theotocon virginem Mariam. Candida stelligero circundata lumine virgo. Quum volitant vitæ fata suprema veni. Autor me fugit.

Protego.] A tego, i. tueor, defenso. Hinc protector & protectio, protectus, a, um.

Fragrare.] Est odorem emittere, à frangēdo, quod res & herbæ tritæ fractæque vehementius oleant. Hinc fragrantia, æ, ille odor qui exit, & spargitur in aera, bonus, & suauis.

Expaueo.] Cōpositum à paueo, id est, valde timeo. Expauesco idem.

Irrugio.] Compositum à rugio, id est, valde rugio vt hic: Irrugit clamore. Hinc rugitus penultima producta.

Consternatus.] a,um, dicitur, qui animo deiecto, putidoq; est, & plane exanimatus, à consternor, id est, simul sternor, seu deiicior. Hinc consternatio, animi deiectio, ex aliquo subito metu, vt hic.

Eiulare.] Est voce in altum sublata plorare, à quo eiulatio, siue eiulatus, dicitur ploratus rationis expers, estque verbum factitium, quemadmodum lessus. Ita enim à veteribus dicebatur lugubris eiulatio, vnde est lex illa apud Ciceronem. Mulieris genas ne radunto, neve lessum funeris ergo faciāt. Hinc eiulatio, & eiulatus, us.

Orbare.] Idem est quod priuare. Lactantius lib. iiij. Et orbāt hominem suo proprio bono ac singulari. Hinc orbari parentibus, filijs. Hinc orbatus, pro priuato, vt tali amico orbatus. Orbifacio idem quod orbo. Orbus, a, um, orbitas. Aliquando orbus idē quod orphanus.

CAPVT XXVIII.

Coniunx.] Communis generis, secundum Priscianum cum n, secundū Phocam sine n, à coniugo, quod est simul iugo. Iugum enim instrumentum est, quo boues iungūtur. Hinc iugatos dicimus qui maritali iugo boum instar iugati sunt. Fœdera quoque matrimonij, vincula iugalia dicuntur, & nodi iugales. Horatius libro I. carminum: Manet sub Ioue frigido Venator coniugis immemor.

Auunculus.] Non est diminutiuum, quia nō recte formatur. Sed est matris meæ frater, dictus quasi æque tertius à me, vt auus est, sed non eiusdem iuris. Vel ideo dicitur, quod aui locū teneat, & propinquitate tueatur sororis filios. Hinc auunculus maior.

Auus.] Ab æuo nominat, quod patre antiquior sit. Et est patris vel matris pater, à quo proauus. Inde abauus, denique attauus, tritauus. Postea maiores dicūtur. A quo auitus, a, um, penultima producta, vt auita virtus. Sic in fœmi. auia, abauia, &c. Discrimis nis ergo dicimus paternus, maternus.

Innitor.] A nitor, id est, conor proprie, sed innitor, id est, inhæreo, vt hic: vel inclino, & firmor. Hinc innixus, & innitens. Vt hasta parieti innititur. Composita penultimam producunt.

Terribile.] Proprie formidabile est, atque horrendum, hic pro venerando, suspiciendo, & reuerendo accipitur, terribiliter.

Titulus.] Index cuiuscunq; operis est. Vnde in statuis seu picturis titulū literas nominamus. Item titulus libri dicitur, qui autorem, qualitatem, nomen, numerum commonstrat. Per translationem pro laude, & dignitate. Aliquando pro monumento, vt hic apparet positum in signum. Lxx. στήλην columnam, quod magis congruit, quàm titulum. Hinc dicimus: hic gessit officium titulo tenus. Item, tituli aliquando milites dicunt.

Bethel.] Id est, domus dei, qui locus vocabatur ante Luza, quod interpretatur nux siue amygdalon. Vnde ridicule quidam verbum Hebraicum vlam, nomen esse vrbis putant: cū vlam interpretetur prius. Antiquæ omnes scripturæ verbo vlam, siue elem plenæ sunt, quod nihil aliud signat, nisi ante, aut prius, vel vestibulum, siue superliminare, vel postes. Porro, vicus ibi positus, dictus est Bethel, qui prius erat Luz, id est, tunc domus dei, ante nux vocabatur. Erat in parte Beniamin, iuxta Bethau & Gai.

CAPVT XXIX.

Adaquo.] as, are, cōpositum ab aquo, as, seu aquor, ris, quod est hic loci potum dare bestijs, & aqua reficere, & penultimam corripit.

Deuoluo.] Omnibus congruit quæ à summo deorsum delabuntur, vt saxa, aqua seu homines præcipitati. Per translationem dicimus rem deuolutam, vel hæreditatem, quod vulgo dicitur, de manu in malū. Hic tamen pro amouere ponitur. Hinc diuolutio & deuolutus.

Amoueo.] Id est, de alio moueo, seu remoueo, & deuoluo. Per translationē Plautus dixit: Amoui à foribus maximam molestiam, id est, abegi. Hinc amotio.

Consobrina.] A sobrino dicitur, vocantur consobrini, qui ex duabus sororibus sunt

sunt æditi,quasi consororini.Hic pro auunculi filia videtur accipi.

Lia.] Laborans interpretatur filia Laban fratris Rebeccæ,lippa & fœtosa,ait Hieronymus lib.I.contra Iouinianum,& deformis synagogæ typum præ se ferebat.

Rachel.] Ouis interpretatur. Huius soror iunior,pulchra & decora nimis, diuque sterilis, ecclesiæ significat mysterium, eius mors in partu Beniamin,id est, filij dextræ.

Lippus.] a,um, à lippio, quod est marcorem in oculis traho. Hinc lippa, vt hic, quæ lippit, cuiusque oculi fluitant. Lippus inũgi, ait Horatius. Hinc lippitudo, & lipposus,a,um.

Venustus.] a, um, dicitur, quod cum gratia quadam, & Venere, id est, pulchritudine est, vt venustus homo, Rachel venusta, differt à lepido, hinc venustas, pulchritas est à Venere, & venustare, id est, ornare, & deuenustare.

Hebdomas.] Dos,& hebdomada, æ, Latine septimana,modo dicẽdum sit, id est, spacium septem dierum,si interpretetur. Itẽ numerus septenarius. Nõ solum de diebus, sed etiam annis,& quibusuis aliꝭ rebus,numero septenario cõprehensis,dicitur,vt hic. Imple hebdomadam.Non igitur(ait Hieronymus in quæsti.Hebraicis super Genesim) vt quidam male existimant post septem annos alios Rachaelem accepit vxorem, sed post septem dies nuptiarum vxoris primæ. Nam sequitur,Et ingressus est ad Rachel,et dilexit Rachel magis,quàm Liam.

Placitum.] A placeo, es, vt sibi placet, nomen substãtiuum, significat consensum, & veluti pactionem firmatam,vti hic.Placita etiam dicuntur scita atq; decreta,vt pontificum,& philosophorum placita,id est, edicta,statuta.Placita medicorum. Cõposita à placeo sunt,cõplaceo,perplaceo,displiceo,à quo displicentia.

Potior.] A potis deducitur,tam tertiæ, quàm quartæ inflectionis. Est autem potiri, tenere, & quasi in potestate habere. Et sic semper fere cum genitiuo. Aliquãdo est obtinere,& in potestatem vẽdicare, & sic cum ablatiuo.Interim cum accusatiuo,vt hic potitur gaudia Terẽtius.Cicero:Ciuitas Athenienſium,dum ea rerum potita est.Hostibus viuis potiti sunt,inquit Cæsar. Hinc potis, potis sum,potior,potioris cõparatiuus. Potissimus,a, um, potius, potissime aduerbia. Interdum frui, sic nonnunquàm cum accusatiuo,rarenter tñ,frequẽtius cum ablatiuo.

Ruben.] Omnium patriarcharum ob compendium lectionis etymologias nominum volo pariter dicere,& breuiter,ac veluti in transcursu obiter recensere. Ruben, interpretatur visionis filius, quia vidit dominus humilitatem eius.

Symeon.] Quippe interpretatur audi tio,ab eo quod sit exauditus.

Leui.] Vbi nos legimus, apud me erit vir meus,Aquila interpretatus est,applicabitur mihi vir meus,q̃d Hebraice dicitur ilaue, & à doctoribus Hebræorum aliter transfertur,vt dicant, prosequetur me vir meus, id est, nõ ambigo de amore in me viri mei,erit mihi in hac vita comes, & eius dilectio me ad mortẽ vsq; deducet, & prosequetur, tres enim filios genui ei. Vide Hierony.in traditionibus Hebraicis super Genesim.

Juda.] Confessio dicitur, quia dixit: Nunc confitebor domino, & ob id vocauit nomen eius Iuda. Veruntamen hic cõfessio, pro gratiarum actione,aut pro laude accipitur,vt frequenter in Psalmis, & Euangelio. Matt.xi. Confiteor tibi domine cœli & terræ,&c. Porro Iudas nõ fuit primogenitus, sed quartus Iacob filius ex Lia. Iudæa olim à filio Cam Cananæo Cananæa dicebatur, sicut Iosephus tradit,deinde à Iuda Iacob filio Iudæa. Idem Iustinus libro xxxvi. qui solum decem filios Israel ponit,sed sic errat,vt cum narrat ipsum Israelem populum totum de nomine filij Iudæ, qui post diuisionẽ, sed ante patrẽ de vita discesserat,Iudæos vocasse. Lactantius libro quarto Hebræos tradit egressos iam Aegyptum in quadam Syriæ solitudine, cum consedissent cœptos appellari Iudæos, quod Dux eiusce examinis erat Iudas,& terra quam incoluere Iudæa. Vetꝰ, cognominationem inde ortam,vnde & tribus Iudæ regnũ meruit,quod ea prima post Mosen,cæteris cunctantibus inter vndas Erythrij maris est ingressa, quod putant Hebræi intelligi Genesis xlix. vbi dicit Iacob Iudæ.Ex captiuitate filij mei ascendisti. Nã sic legunt ipsi.

CAPVT XXX.

Infecundus.] a,um .i. sterilis, & non fœcundus,non ferax,vt hic Rachel infœcunda.Hinc infœcũditas.i. sterilitas. A fœcundus fit, vt fœcũdus ager.Fœcũdi calices, &c.Horatius.Fœcunditas, & infœcũditas.

Alioquin.] Et alioq ornatius, vtroque modo dicitur,& habet pen. pro. significatq; alio modo,vel quod si non, vel præter hoc, vel etiam. Plinius: Hos tibi dedicaui libellos,nam nec ingenij sunt capaces, quod ali-

oqui nobis perquàm mediocre erat.

Balaa.] Vel Bala, concubina Iacob, legata inter Ioseph et fratres defuncto Iacob, & interpretatur, habens eam, vel vir eius, siue venit hæc.

Dan.] Causſam nominis expressit, vt ab eo quod iudicasset se dominus, filio ancillæ iudicij nomẽ imponeret. Dan quippe interpretatur iudicium.

Inualeo.] Et inualesco, quod significat robur, ac firmitatem acquiro, vnde inualuisse cõsuetudinem, & mores dicimus. Sed inualidus, a, um, à validus venit.

Nephthalim.] Causſa nominis Nephthalim, aliter hic multo exponitur, quàm in libro Hebræorum nominum scripta est. Vnde & Agla ait συνανέστρεψέν με ὁ θεός καὶ συνανεστρέφην. Pro quo in Hebræo scriptum est, Naphthule, elohim, Naphthaleti. Vnde à cõuersione, siue à comparatione, quia vtrunq; sonat, conuersionem, siue comparationem, Nephthalim filio imposuit.

Gad.] Filius Iacob, ex Zelpha ancillæ Liæ, dixitq; Lia in fortuna, et vocauit nomẽ eius Gad. Vbi nos posuimus, in fortuna, Græce dicitur, ἐν τύχῃ, quæ potest euentus dici, in Hebræo habetur Bagad, quod Aquila interpretatur, venit accinctio. Nos autem dicere possumus, in procinctu.

Aſer.] Proprie non diuitiæ, sed beatus dicitur, ex etymologia nominis Aser, & scripturæ autoritate dicentis: Beata sum ego & beatificant me mulieres. Ab ea beatitate hominum dicentium, filium suum beatum nominauit. Quanquàm in alijs secundum ambiguitatem possunt & diuitiæ sic vocari.

Mandragoræ.] Duo sunt genera, candidus qui mas est, & nigellus qui fœmina putatur. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine. Vis eius in poculo somnifera est, ac etiamnum olfactu. Columella: Mandragoræ pariat flores.

Præripio.] Compositum à rapio. Reliqua composita sunt, abripio, arripio, vt arripere ansam, arripere mordicus. Corripio, vt corripio corpus e lecto, correptus est morbo. Hinc correptio, correptus, a, um. Diripio, vt diripere vrbem. Eripio, vt bolũ e faucibus eripere. Eripere animã, eripere voluntatem mortuis Cicero. Proripio, vt: Quo se proripit ille. Surripio, id est, ante rapio, vel præoccupo. Plau. Huc venisti sponsam præreptum meam. Hic præ, & ad temporis, & personæ antecessionem referri potest, atque dignitatis.

Iſſachar.] Etymologiam huius nominis, Lxx. ædiderunt Interpretes, & est merces, quẽadmodum dixit Lia, dedit deus mercedem meam mihi, &c. Non vtique, vt plerique addito pronomine male legunt, existimandum est ita scriptum esse, quod is est merces, sed totum nomen interpretatur, est merces. Is quippe dicitur est, & Sachar merces. Hoc autem ideo, quia Mandragoris filij Ruben introitum, qui Racheli debebatur, ad se viri emerat.

Zabulon.] Vbi nos posuimus, habitabit mecum, & Lxx. interpretati sunt, diliget me, in Hebræo habetur Isboleni. Et est sensus, quia sex filios genui Iacob, propterea iam secura sum, habitabit enim mecum vir meus. Vnde & filius meus vocatur habitaculum. Male igitur, & violenter in libro nominum Hebraicorum Zabulon fluxus noctis interpretatur.

Dina.] Filia Liæ, quam Sichẽ filius Emor Euæi corrupit. Hæc transfertur in causſam, quam significantius Græci δίκην vocãt. Iurgij enim in Sicimis causſa extitit.

Joſeph.] Post filios & parentum ponenda sunt nomina, Lia, laborans, Rachel, ouis, cuius filius Ioseph ab eo quod sibi aliũ addi mater oportuerat, vocatur augmentũ. Hinc Iosephus Latino more pe. producta.

Socer.] Vxoris meæ pater est. Socrus vero, vxoris meæ mater, Græce ἑκυρά dicitur penultima correpta, & ἑκυρός, hecyros, socer. Terentius poeta Comicus, Comœdiam hoc titulo ædidit.

Abeo.] Compositum ab eo, is, it, id est, discedo, vt hic. Liuius libro I. Hæc locutus sublimis abijt. Inde, abitus, & abitio, id est, discessus. Abijt & taurus in syluã, prouerbium: tempus abijt.

Gyro.] as, cum y Græco, seu Pythagorico, vel ypsilo, id est, circundo, à gyro, i. circulo & ambitu. Hinc regyro pen. prod. quod est retrogyro. Varro: Quidam quæ non solum à lateribus per feneſtras, sed etiam subtus à solo ventus regyrare possit.

Vellus.] eris, pen. corr. lana ex ouibus detonsa, & euulsa, quod ante tonsuræ vsum lanam veteres vellerent, dicitur, quam demptam & deglubatam, alij vellera, alij velamina appellant. A verbo vello, is, manat. Hinc vulsus, a, um. Vellico, as, vt vellicare aurem, prouerbiũ. Cõposita, auello, euello cõuello.

Fuluus.] a, um, color est, qui ex rufo & viridi videtur esse mixtus, in alijs plus viridis, in alijs plus rufi habens. Scuti poeta diligentissimus, Aquilam fuluam nuncupauit, & laspidem etiamnum. Item fuluos gale-

galeros, aurum fuluum, arenam fuluam, leonem fuluum, & æs fuluum.

Unicolor.] Penult. producta, id est, vnius coloris: Græce monochroma dicitur. Chroma enim color est. Hinc discolor est varij coloris. Vt rerum discolor vsus, ait ille. Concolor, verticolor, omnia à color, siue colos. Hinc coloro, as, decoloro, as, colorificus, a, um, quod colorem facit. Coloriæ vestes, quæ natiuo coloræ facte sunt.

Populus.] Prima producta, genus est arboris, à frondium multitudine sic appellata. Vergilius: Hic candida populus antro. Ea est arbor Cerro similis. Hinc populeus, a, um, quod factum est ea ex arbore, vt hic. Dicitur etiam populnus, & populetum, locus populis consitus.

Amygdala.] Nux est Græca, Græca quoque dictio, alias Thasia dicitur. Amygdalus arbor est. Hinc amygdalinus penultima cor. contra vulgi morem, possessiuum. Serenus: Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibendus.

Platanus.] Penultima cor. arbor late spargentibus se ramis, hinc nomen sortitur, à πλάτος, id est, latum. Petronius Arbiter. Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras. Est tam masculini quàm fœminini generis, tam secundæ quàm quartæ classis. Hinc plataninus, a, um, plataninis, vt hic legendum puto, non platanis. Et platanetum seu platanon, locus platanis consitus. Quanquàm Septuaginta, Styracinas, & nucinas, & plataninas, id est, mali granati habeant virgas. Multum apud Septuaginta interpretes confusus est hic sensus, & vsque in præsentem diem nullum potui inuenire nostrorum, ait Hieronymus, qui ad liquidum quid in hoc loco diceretur, exponeret. Tu videto eum, si placet in quæstio. Hebraicis super Genesim in hunc locum.

Decorticare.] A cortex fluit. Hinc corticula diminuti. Decorticare canabim, excorticare idem, decorticatio, est corticem detrahere, & librum, vt hic.

Coitus, us.] Honor fit auribus, à verbo coeo, is, iui. Coire quondam verbum verecundum, postea factum est vsurpatione parum castum. Idcirco Hippocrates coitum finiuit μικρὰν ἐπιληψίαν, id est, paruum morbum comitialem. Architas Tarentinus, vt est apud Ciceronem in Catone maiore, quo magis intelligeretur, quanta pestis esset voluptas, fingi animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tam diu dum ita lætaretur, nihil agitare mente, nihil cogitatione consequi posset.

Serotinus.] a, um, à sero pro vespere, fit, vt hora serotina, & tempusculum serotinum. Item dicimus poma serotina, quę tardius matureſcunt, serius aduerbium. Item serum substantiuum est vesperum tempus, vt In serum dimicatione protacta. Erat iam serum diei Titus Liuius. Item serus, a, um.

Admissurus.] a, um, adiectiuũ ab admitto: quod plura significat, quæ transeo. Ad rem, hic pro iuxta ponere, & adiungere ponitur pro sobole procreanda, substantiue tamen admissura. Iustinus libro primo: Ibique equum equæ admittit, ratus ex voluptate Veneris futurum, quod euenit. Hinc admissarius equus dicitur, qui ad sobolem procreandam equæ adiungitur, alias initor penult. cor. saluo decore.

CAPVT XXXI.

Inclytus.] Penultima correpta cum ypsilo, idem est quod, glorioſus, illustris, stemmate clarus. Ab ἐν, & κλυτός, id est, clarus.

Nudiustertius.] Et nudiusquartus composita sunt à nunc & die tertio, & quarto, id est, nunc est dies tertius. Semper de præterito dicuntur tempore. Nudius tertius decimus apud Ciceronem, &c.

Circumuenio.] Idem quod circundo. Aliquando est circumuenire. Interdum decipere, seu insidijs inuoluere, vt hic. Non nunquàm opprimere. Hinc circumuentio.

Tentorium] A verbo tendo manat, tabernaculum est, quod ibi vela, aut aliquid velorum tenduntur, vel ipsa potius velamenta, contra cœli iniuriam, quod funibus, ligniſque extenditur. Alia nomina sunt: castra, statiua pluraliter, statio, papylio, παπυλιῶν, tabernaculum, scœna.

Clam.] Præpositio separatiua est, & casualibus tantum præponitur, vt clam patre hoc egisti. Quandoque loco aduerbij ponitur. Sed oratores præpositione potius vtuntur, etiamsi ablatiuo iungatur, vt Priscianus, seu accusatiuo vt Donatus sentit, vt clam me profectus est, id est, me nescio. Item dicimus: Clam me est, id est, fugit, pterit, latet me. Non te clam est, clam omnibus, clanculum idem.

Tympanum.] Instrumentum vna ex parte planum membrana clausum: intus vacuum quod baculo pulsatur, vt hic. Est & vehiculum tectum, vt Seruius ait: Item accipitur interdum pro machina tractoria, q̃ rota vocatur, vt Victruuius dicit, ad hauriendam aquã celeriter. Item Græce geranion, eyn kranich radt, alias grus dicitur. Hinc tympanistes & tympanistria, tympanizo, as.

Tithara.] Instrumẽtum musicum, alio nomine Lyra nominatur, quã Hieronymus, in modum Deltæ Græcæ literæ, sic Δ effici scribit. Hinc Citharœdus qui ea ludit. Horatius: Et Citharœdus Ridetur chorda q̃ semper oberrat eadẽ. Citharista, à verbo Græco κιθαρίζομαι, ἡ κιθαρίζω, κίθαρις. Citharea Venus est.

Idolum.] Cum o mega scribitur apud Græcos, sic εἴδωλον, ideo pen. produ. contra vulgi prolationem, dicitur simulacrum.

Hieronymus.] Vbi nunc idola legimus, in Hebræo theraphim scriptum est, Aquila μαρφώματα, id est, figuras, vel imagines interpretatur. Hinc idololatria, idolothytũ, idolium, & idololatra cultor idolorum.

Esto.] A sum, es, est: futuri temporis indicatiui. Interdum concedentis aduerbiũ est. Vergil. Esto ægram nulli quondam flexere mariti.

Nepos.] Qui ex filio, filiave natus est, quod natus post sit patri, quàm filius. Huius relatiuum est auus. Et dicimus nepos ex fratre, nepos ex sorore. Hinc pronepos, abnepos, &c. Nepotes interdum sunt posteri, nepotulus dimin. Item nepotes dicuntur luxcones. Hinc nepotor, aris verbum.

Stramentum.] Et stramen quod solo quiescendi gratia sternitur, & proprie est stipula. Dictũ stramentum à stando vel strato, q̃ id substernatur pecori, vt hic. Hinc adagium: Asinus stramina mauult q̃ aurum. Hinc stramineus, a, um: stramentitius, a, ũ.

Tumens.] Participium à tumeo, id est, turgidus, tumidus, inflatus, superbus. Hinc tumor. i. inflatio, & superbia, & tumiditas. Tumidus, a, um. Composita à tumeo sunt intumeo, extumeo, tumesco, & intumesco fere idem. Cui iam vterus intumescit.

Tumulus.] Est terra tumens, id est, collis. Aliquãdo pro sepulcro, quoniam ibi terra coaceruari solet. Mantuanus: Ex humili tumulo magnum producit olympum. Hinc tumulus honorarius, de quo Suetonius in Claudio. Cæterum exercitus ei honorariũ tumulum excitauit, &c. Græce cœnotaphiũ, id est, imaginarum sepulchrum, quale Vergil. describit lib. iij. Aenei. Et Martianus Capella eius meminit. Sic vocari possunt hodie quas reputationes in anniuersarijs exequijs vocamus.

Ineo.] is, significat incipio. Hinc inire fœdera, vel pactum, aut gratiam dicimus, id est, pangere, dictum est copiosius alias.

Immolare.] Id est, sacrificare, litare vt dictum est. Hinc immolatitius, vt animal immolatitium.

CAPVT XXXII.

Fœtus.] a, um. i. plenus, fœcundus, abundãs, frugiferum. Hinc fœta mulier, id est, grauida, & partui vicina, imprægnata, atq; ferens vterẽ. Effœtus, a, um. Defœtus idẽ, fœtuosus, a, um, fœto, as, vt bos fœtauit, fœtifico idem. Arborei fœtus, sunt poma.

Castra.] Pluratiuo nũero appellãtur exercitus, cũ in pcinctu pergunt, aut in certo q̃libet loci itinere demorãtur. Similiter locus in q̃ milites tentoria fixerũt, vel ipsa tentoria, in quibus milites diuersantur, dictũ est.

Mature.] Aduerbiũ. i. celeriter seu tempestiue, vt hic. Adagiũ: Mature fias senex, si diu velis esse senex. Aliquando significat grauiter, hinc maturitas est ipsa grauitas, & maturare, matureſcere, maturus, vt satio matura sæpe decipit, sera semp mala est. Columella de re rustica. Vide Chiliades Erasmi.

Obstupeo.] es, à stupeo cõponitur, dicitur & obstupesco. i. stupore percutior, & quodammodo sensum rei non habeo, rigidus sum, & insensibilis fio. Item obstupefacio, obstupefio, stupor, stupidus, a, um.

Marceo.] es, id est, putreo, à quo marcesco, id est, putresco à macie, quoniam quæ macie attenuata sunt, facile putrescũt. Hinc marcor, oris, pe. prod. & marcidus, a, um, vt marcida vbera. Composita emarceo idem quod marceo, emarcesco.

CAPVT XXXIII.

Turma.] Ordo militaris, & equitum est, dicta quasi terdena, quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tacensiũ, Ramnensium, & Lucerum fiebant, testes sunt Varro, & Vegetius lib. de re militari, quorũ præfectus dicitur Decurio, à quo turmalis, le. Hinc aduerbiũ turmatim, est cateruatim, sturnatim, graculatim.

Paulatim.] Aduerbium, id est, sensim, & tractim, seu pedetentim. Ouidius: Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas. Omnia destruitis, vitiataque temporis æuo Paulatim lenta consumitis omnia morte. Nil equidem durare diu sub imagine eadẽ.

Seir

Seir.] Dictus est Esau, id est, alio nomine pilosus, & hispidus. Est & Idumeæ regio ab Edom, dictum est alias.

Socoth.] Fuit secunda mansio. In hac coquebant panes azymos, id est, infermentatos, & primum tendebãt tabernacula, vnde ex re nomen locus accepit. Socoth quippe interpretatur in lingua nostra tabernacula siue tentoria, vt hic in textu exponitur.

CAPVT XXXIIII.

Assentior.] iris, & assentio .i. cõsentio. Lactãtius: Cui opinioni poeta noster assensit. Hinc assensus & assensio p consensu, & assensor, qui alicui adsentit, &c.

Conglutino.] A glutino, id est, coniungere, ferruminare, hinc glutinamentum id est, compactio, coniunctio, ferruminatio. Composita sunt adglutino, deglutino, & reglutino, omnia cor. penul. à gluten & glutinum. Hinc glutinosus, a, um.

Delino.] is, pen. cor. lini, liui, & leui, litum, est fœdare, vnde delitus, a, um, pen. cor. id est, fœdatus. Cicero: Tuli moleste, quod literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. Allino, collino, circumlino, illino, oblino. Vnde oblitus, a, um, pen. cor. Perlino, relino, vt Releui dolia omnia. Sublino. Plautus: Sublinere os, adagiũ. Hinc litura, lituro, as, litus, a, um.

Stuprum.] Est coitus lege prohibitus vetitusq; qui duplex est. Alter cum nupta, & adulterium vocatur. Alter cum puero, aut cum sanguine coniunctis, seu sacris virginibus, aut cum vis infertur cuilibet personæ, etiamsi ancilla sit, & varie nuncupatur, nunc raptus, nunc sacrilegium, &c. Interdum pro turpitudine ponitur. Dicitur & stupratio à stupror, & constupror. Cætera verecundiæ ergo taceo.

Negotior.] aris, id est, negotia exerceo, atq; mercaturæ operam nauo. Hinc negotiator, id est, mercator. Negotium, vt negotijs detineri, implicari, obrui. Exhibere negotiũ, est facessere negotium. Dare negotium. Nihil mihi tecum est negotij. Negotiatio, negotialis, e, negotiosus, a, um.

Dos.] Dicitur cum datur, & accipitur, nisi enim acciperetur non esset dos. Et non solum ea quæ marito ab vxore dantur, sed etiam quicquid alicui datum est, vel à natura, vel ab hominibus. Hinc dotes animi dicuntur virtutes, dotes ingenij, & dotes corporis vires corporeæ. Item iiij. dotes animæ exutæ. Diminutiuum eius est doticula. Hinc dotalis, dotale, doto, as, vt dotata mulier, indotata.

Depopulari.] Compositum à populor, aris, idem quod populor simplex. Dicitur & populo, as. Hinc populatio, vt populationem prohibere, populabundus, a, um, à populus omnia, popellus, dimi. popularis, e. Cicero: Nihil tam populare, quàm bonitas. Præstat popularem esse, ac diuitem, quàm nobilem ac mendicum. Populares mei, id est, ciues, popularitas, popularitèr aduerbium. Horatius: Cõuerso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. Destruere est, seu deprædari, apud antiquos etiam depopulo dicebatur. Hinc depopulator, & depopulatio.

Scortum.] Idem quod corium. Hinc scortum meretrix dicitur, rationem honestatis causa supprimo, nota est satis. A quo scortor, id est, meretricor. Et scortator. Non erit meretrix nec scortator de filiabus Israel ait dominus in Deuteronomio. Hinc scorteus, a, um: scortes, scortulum dimi. & scortillum, scortatio.

CAPVT XXXV.

Infodio.] Compositum à fodio, significat intus fodio, aut intus planto, pono, seu sepelio. Columella. lib. iiij. Campestris locus alte duos pedes infodiendus est. Hoc modo hic accipitur. Alia cõposita sunt, confodio, circunfodio, defodio, effodio, vt effodere oculos. Perfodio, refodio, suffodio, transfodio. Hinc fodico, as, fossor, fodina pen. prod. vt aurifodina, argentifodina, salifodina, &c. fossa, fossio, fossilis, lex fossitius, a, um, fossula dimi. Item fouea.

Terebinthus.] Arbor nigrum lignum cum splendore præferens, habensque solidiatem in buxi speciem. Ex hac Terebinthina resina, quam nos Terementinam barbare vocamus. Hæc arbor mascula est, & fœmina, hoc est, Androgenes, mascula sterilis. Sic hæretici, Hieronymo teste, Terebintho comparantur.

Libo.] as, est leuiter degustare, & quasi primoribus labrijs attingere. Dictum quasi labiare. Per translationem leuiter tangere. Quandoq; pro sacrificare, vt hic. Aliqñ p recipere, sumere, haurire. Composita, delibo, prælibo, prolibo, pe. prod. libare oscula. Cõposita, delibo, prælibo, illibatus, a, um.

Libamen.] Libamentum, libatio, idem pollent, significantq; quicquid in sacris libatur, à Libero patre, q primus Ioui libauit, immolauit, sacrificauit, litauit. Libum, bi.

Ephrata.] Ciuitas eadem quæ Bethleem, Matthæi ij. Ephratæus fuit Dauid & Salomon,

Salomon,& vbertas,fertilitasq; interp̃tatur. Porro, Ephrata regio est in qua Bethleẽ ciuitas Dauid in tribu Iuda, quod nomen vtpote priscum, & minus ad vulgum notum, sacerdotes p̃termiserunt,cum Herode alieni genæ loquerentur,subiecto quod notius erat Iuda. Tum,nec interesse Prophetæ existimabat Euangelista,vel Iudam dicere, vel Ephrata,ceu quis Romam Latiñ, & alius Romam Italiæ dicat. Atq; obiter submonebat, de Iuda esse dominum nostrum. Est etiam altera Bethleem in Galilæa, vt scribitur in libro Iesu Naue. Adnotauit D. Hieronymus apud Matthæum,pro Iudæ, scriptum fuisse Iudææ,librariñ vitio. Nam nõ est alibi Bethleem,quàm in Iudæa. Ea enim quę sita est in Galilæa,nihilominus est Iudææ:nempe Galilæa & ipsa Iudææ parte.

Obstetrix.] Ab obstando,vel obsistendo dicitur. Est enim illa, quæ parturiẽtium curam habet. Hinc obstetricor verbum, & obstetrico,as, penult. prod. & obstetricula diminutiuum.

Bennoni.] Id est, filius doloris mei, vt hic in textu interpretatum est.

CAPVT XXXVI.

Ada.] Vxor Esau, qui & Edom, filia fuit Elon Ethæi, & decor interp̃tatur.

Oolibama.] Eiusdem vxor, filia fuit Anæ filiñ Sebeon Euæi, & interpretatur tabernaculi altitudo.

Insimul.] A simul. Aliquando ordinẽ vel cõiunctionem significat. Et geminatum valet idem, quod cum & tum aduerbium congregandi à simul deriuatur & componitur,idem est,quod vna,pariter,simulac & simulatq;,id est,postq̃,composita sunt.

CAPVT XXXVII.

Polymitus.] Pen.cor.à πολύ, & μίτος quod est filum, seu licium, à liciorum multiplici varietate. Hinc vestis polymita,vt hic,quæ multis licijs intertexta est. Sic monomita dicuntur quæ vno licio texuntur. Dimita quæ duobus. Trimita quæ tribus. Hinc Polymitarius,a, um: vt opus polymitarium,id est,plumarium. Polymitariñ qui talem artem callent.

Seminarium.] Etiam semen dicitur, quod et p plantario,id est, p loco in q̃ plantæ seu semina componuntur,capi solet. Aliquando dicitur arbor, de qua aliquid sumitur,vt plantetur, quemadmodum surculus infititius. Columella.lib.iiij.Satoris officium est de seminario transferre plantam.

Manipulus.] A manu fit, & pprie significat manualem herbarum fasciculum, quem manu quis apprehẽdit metẽdo,Græce dragma. Manipulus fuꝛe ait Terẽtius. Aliquando ponitur p exigua militũ manu, q vnum sequuntur signum,Varro, Vegetius, Seruius,autores. Hinc manipularis. Hinc cõ manipulones,manipulatim, nam olim manipulis herbarum hastili alligatis pro vexillis vtebantur.

Increpo.] Pen. cor. significat sono,vt Tũba increpuit sonum. Per translationem accipitur pro reprehendere,vti hic. Increpauit eum pater eius. Item pro incitare. Turpilius: Age tu Hymenæum increpa.i.incita. Hinc increpatio,increpito,tas,frequenta.

Ditio.] Idem quod imperium,à Dite videtur deductum,à quo ditiuncula diminutiuum. Dis,alias Pluto. Item Dis,ditior,issimus. Ditesco,Dito,as.

Fomes.] A fouendo,hoc est, nutriẽdo ignẽ,deducitur. Est em̃ assula ex arbore excussa dum cæditur. Ponituŕq; p omni materia ficca in qua facile ignis accendit. Per trãslationem quicqd nos excitat, & accendit ad aliquid agẽdum. Theologi fomitem aliter accipiunt. Hinc fomentum fere idem.

Sichimis.] Sichimorum humeri, ipsa est quæ & Sichem nomen loci, & humerus, siue pars interpretatur.

Cisterna.] Locus in quo colligitur aqua pluuialis per canaliculos sub stillicidio positos,ad imbres suscipiẽdos. Vlpianus: Cisterna aquam viuam non habet. Dicta cisterna,quod sit cis.i. infra terram.

Talaris, & hoc talare.] Vestis vsque ad talos descendens. Aquila transtulit ἀσσυγάλειον, id est,tunicam talarem, Symmachus,tunicam manicatam, siue quod ad talos descenderet, siue quod & manibus artificis mira esset varietate distincta, siue quod haberet manicas, antiqui enim magis colobijs vtebantur. Nam colobium vestis genus est. Hinc talaria induere, prouerbialiter est abitionem parare.

Aromata.] Latine odoramenta dicuntur. Et inde aromatopola pen. pducta. Aromatarius idem,horum venditor est,qui & miropola dicitur.

Resina.] Pe. cor. contra vulgi opinionem,humor est ex arboribus defluens in ijsdem residens, à quo resinatus, a, um, quod resina illitum est. Iuuenalis: Quid enim resinata iuuentus?

Stactes, vel te.] Græci sic σταχτή, id est,gutta,est genus odoramenti, myrrhæq; flos

flos appellatur Hieronymo teste. Est & pinguissimus ille liquor proueniens ex myrrha expressa.

Cilicium.] A Cilicibus populis dictum est, apud quos, vt inquit Varro, Cilicia primum cõfecta sunt: fiunt autem ex villis horum atq; caprarum, vt Vegetius ait, ad excipiendum impetum sagittarum. Asconius scribit cilicia texta esse de pilis, in castrorum vsum atq; nautarum. Hinc cilicinus pen. cor. vt vestis cilicina. Porro Cilicium induere solebant Prophetæ, quum populũ ad pœnitentiam adhortari, atq; inducere conabantur. Hieronymus super Zachariam: Cilicio etiã operiebantur, qui pœnitentiam agebant.

Compareo.] Id est, coram aliquo pareo, vt hic, puer non comparet. Alia composita sunt, appareo. Hinc apparitio. Et apparitor pe. cor. Apparitura, vt apparituram facere. Dispareo, Transpareo.

Putiphar.] Eunuchus fuit Pharaonis archimagirus, ait Hieronymus, .i. cocorum princeps: pro magistris exercitus scriptura commemorat. μαγειρεύειν quippe Græce interpretatur occidere, & Aphrice, taurus interpretatur. Hebræi aliter & scribunt & pferunt. Ego multa prudens transeo. Dictionarij Hebraici sunt in manibus.

CAPVT XXXVIII.

Odollamites.] Penultima prod. interpretatur contestans aliquem, vel testimonium in aqua.

Opilio.] Vel vpilio, quasi ouilio, qui oues custodit. Plautus: Etiam opilio qui pascit inter alienas oues aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam.

Theristrum.] θέρισρον, genus est pallij Arabici, aut velamen, seu vestis tenuis, qua vtebantur mulieres Palestinæ, vel est vestis subtilis, & æstiua, vestimentum messoris.

Concubitus.] A concubo & concubitum à concubitu, dormiendi caussa dicitur, notæ significationis est, alias dictum.

Arrabo.] Penult. cor. & arra, vtrunque sumitur pro solutionis parte, quæ prius datur, vt reliqua reddatur. Terentius: Relicta arraboni est. Hinc arrare, & subarrare, vt anulo fidei suæ subarrauit me, ait diuus Ambrosius, in historia diuæ Cæciliæ virginis & martyris.

Coccinus.] Pen. cor. à cocco nomine, id est, purpura, est color purpureus, quo panni inficiebãtur. Hic color exuberantiã quandam, ac splendorem ruboris ostẽdit. Qui & spadicus, & phœniceus, atq; roseus vocatur, dicitur & coccineus. Cocceus, a, ũ. Coccina pe. cor. est vestis purpurea.

Macería.] Et maceries, ei, paries, seu murus est, sine cæmento, vel congeries lapidum in vnum compactorum, siue alio ferrugínis genere, quo vineæ claudi solent. Qñq; dicitur membrana secundinarum, quam alio nomine Steram appellant, vt hic. Aquila & Symmachus pro maceria, diuisionẽ transtulerũt, quod Hebraice dicitur Phares. Ab eo quod diuiserit membranulam secundinarum, diuisionis nomen accepit. Vnde Pharisæi qui se quasi iustos à populo separauerãt, diuisi appellabantur.

Zarai.] Hoc nomen interpretatur oriens. Siue igitur, quia primus apparuit, siue quod plurimi iusti ex eo nati sunt, vt in lib. Paralipomenon continetur, Zara oriens appellatus est, Matth. I.

CAPVT XXXIX.

Creditus.] a, um, à credo verbo manat, qd est dictis vel factis fidem habeo, hic pro commisso accipitur, vt mihi hęc concredita est pecuncia. Et grex mihi est creditꝰ. Sed creditum appellatur, id quod nobis debetur. Hinc creditor, qui credit debitum.

Iniicio.] is, pe. cor. proprie intro iacio, immitto, innecto. Aliquando, in aliquid iacio, vt manus iniicere, & oculos, vt hic. Interdum, cum impetu iacere, seu impetũ facere. Nonnunq; simpliciter iacere. Hinc iniectio, & iniectus, a, um, interiectio.

Arbiter.] Iudex non à lege, sed ab his qui litigant electus, qui totius rei habet potestatem, dictus ab arbitrando, id est, æstimando. Hunc Græci Irenarcham vocant. Hinc arbitriũ, & arbitrari, arbitratio. Et arbiter idem est, quod præsens vel testis: Dij fœderum arbitri. Sine arbitris, arbitraria pœna. Pro suo arbitrio facit. Arbitrium etiam iudicium scilicet. Vnde ad arbitrium suum reuocare.

Lacinie.] arum, in vestimento proprie pars extrema, & cæsura, oraq; est particulatim concisa decoris caussa, vt hic. Etiam est genus fungorum qui subrufi circa castaneárum radices erumpunt. Hinc lacinioſus, a, um, vt vestis lacinioſa est sinuoſa. Laciniatus, a, um, vt vestis laciniata, laciniatim aduerbium.

Argumentum.] Quintiliano autore, est ratio pbationem pstans, qua colligitur aliud p aliud, & quæ qd est dubiũ, p id qd dubium nõ est confirmat. Sumitur interdum p materia. Aliqñ pro coniectura. Interim p versimili pbatione. Nonnunq; pro summa versibus expo-

expoſita, ab argumentor, aris. Hinc argumentulum dimi. Et argumentoſus, a, um, vt apis argumentoſa. Et argutus, a, um, vt arguta vox. Nõ facit argutum chorda ſoluta ſonum, Iacobus Horlinus autor. Argutum caput: Argutulus dimi. Argutia, argutor, aris, verbum, vnde argutatio. Omnia ab arguo, is, verbo dimanant.

CAPVT XL.

Pincerna.] A Græco deducitur, cui cõuiuæ dicunt identidem πίνειν κίρνα, id eſt, miſce vinum, vel tempera vinum vt bibam. Non auſim affirmare probum eſſe vocabulum, etiamſi Aſconius in prætura vrbana vſus ſit eo. Græci Oenochum appellãt. Apuleius Pocillatorem vocauit latina dictiõe. Vide Budæũ de Aſſe, & partibus eius.

Piſtor.] oris, q & pinſor, à pinſo, is, ere, qui frumenta in pilis pinſit. Nunc autem dicitur qui panem coquit ſeu facit. Latini panificum, & panificem. Græci artocopum nominant, hinc panificium. A quo piſtrinum, & priſtina. Olim frumenta priuſquàm molæ eſſent inuentæ, tundebantur in pila. Hinc piſtorius, a, um. Sed Piſtoria ciuitas eſt Italiæ in Hetruria. Vnde Piſtorienſis, e. Piſtura ars pinſendi. Piſtillũ, vt piſtillo retuſius adagium. Olim ſeruorum pœna erat in piſtrino molere, vel pinſere alligatos. Piſtrilla parua mola. Piſtrinenſis, e, ad molam pertinens. Piſtrix mulier pinſendi gnara.

Propago.] Et propages pen. prod. vitis vetula, & ſuppreſſa eſt, vt ex vna plures fiant, dicta quod porro pangatur, id eſt, longe figatur. Aliquando ſignificat genus, & ſic primam cor. Hinc propagare verbum & propagatus, vt ppagare fines imperij. Propagare vitam. Cicero. Vera gloria radices agit atq; etiam propagatur.

Gemma.] Oculus vitis, quem primo emittit, vt hic. Vergilius: Turgent in palmite gemmæ. Ad huius ſimilitudinem etiam lapillus vocatur, quamuis generale nomen ſit complectens proprie, quæcunq; nec oblonga, nec perforata ſunt. Hinc gemmare, gemmatus, a, um, & gemmula dimi. Gemmoſus, a, um, Bigemmis ſurculus, Trigemmis, Gemmaſcere.

Caniſtrum.] Et caniſter, fiſcella, ciſta, quæ viminea eſt. Græci κάναστρον & κανοῦν vocant. Diminutiua ſunt caniſtellum, & caniſtellus.

Lacus.] Secundæ, vel quartæ inflexionis, locus eſt profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos, & flumina. Hic pro carcere ponitur. Item eſt & lacus locus qui continet muſtum prælo ex vinaceis expreſſum. Hinc Lacunar, & Lacuſculus diminut.

Natalis.] Et hoc natale, & hoc natalitium à naſcor, ſumitur pro die quo quis natus eſt. Similiter natalitius, a, um, in quo additur dies. Natales plurale, genus ſcilicet, vt Claris natalibus ortus. Vnde: Natalibus reſtituere, eſt nobilitare.

Coniector.] oris. Interpres ſomnioram & omnium à coniectura, hoc eſt, directione quadam rationis ad veritatem. Græci Oniropolum, vel onirocriticum vocant. A Coniecto coniectas. Hinc coniectura, vt aſſequi coniectura. Coniecturalis, e.

Patibulum.] Modo ſeram ligneam, qua oſtia claudũtur ſignificat, à pateo, quod hac remota valuæ pateant, modo crucem, furcamq;, et ſic à patior fieri manifeſtum eſt, vt hic accipitur. Eſt etiam obex et peſſulum, vectes, repagulum.

CAPVT XLI.

Paluſter, ris.] Et paluſter, a, um, quod eſt ex palude, quæ dicitur, vbi eſt paululum aquæ in altitudine, & palàm latius diffuſa, quæ etiam quandoq; ſiccatur. Rana paluſtris, & canna paluſtris.

Confectus.] a, um, à verbo paſſiuo cõficior, quod eſt conſumi, & fere perire, vt: vir inops fame, frigore, dolore conficitur, ſicut hic macie confectæ boues. Bellum confectũ eſt. Corpus fame confectum eſt.

Craſſus.] a, um, pinguis, groſſus, ac põderoſus dicitur. Hinc craſſities, & craſſitudo, pro pinguedine. Hinc craſſa Minerua dicitur, id eſt, pingui. Horatius: Tu nihil inuita dices faciesve Minerua. Hinc Craſſare, & Incraſſare. Craſſatus, a, um. Incraſſatus, a, ũ. Craſſeſcere, Craſſamen, Craſſamentum.

Macies.] Et macritudo, & macor, extenuationem ſignificant. Hinc macer, & macilentus, a, um, & macreo, atq; macreſco. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis, autor huius verſiculi me clam eſt. Macer, cra, crum. Maceo, es. Maceſco, Macro, as. Macio, as, & Emacio idem. Item Macero, ras, vt macerare ſalſamenta. Macerare ocreas aruina. Macerare vimina. Macerare lutum. Noli te nimium macerare. Macereſco, is.

Habitudo.] Ipſe corporis habitus eſt, id eſt, diſpoſitio, & harmonia. Hinc habitior pro pingui. Item Habitus pro veſte, vt habitus ſcænicus. Habilis, e. Habilitas, Inhabilis, tas, &c. ab habeo

Lul-

Culmus.] Frumenti calamus est, à radice vsque ad spicam, dictus quod colatur, q & calamus dicitur. Dicuntur etiam culmi Varrone teste, qui in summo campo nascuntur, quod summum culmen teneant.

Spica.] Et spicus, & spicum dicitur, cum per culmi folliculum, id est, extremum tumorem aristæ adhuc tenues in modum spiculi eminent. Dicta spica à spe, vt inquit Varro: Nam spem præbet hominibus cum in fruges exit. Hinc spica mutica, quæ non habet aristam, à quo spicilegium. Spiceus, a, um, spicilegium facere, spicifera dea, id est, Ceres. Spico, as, inspico, as, pen. prod.

Pullulare.] A pullus fit, est fœtificare. Arbores enim pullulant, cum à radice nouæ plantæ surgunt. Hinc pullulasco, & pullasco idem, & pullulatio, fere de arboribus dicitur. Composita, expullulo, repullulo.

Vredo.] Penultima producta ab vro, is, deriuatur, morbus est herbarum, fruticum, arborumq; qui in vitibus etiam Carbunculus dicitur. In cæteris rubigo, fata, plantas, arboresq; adurens. Interdum significat incendium, & pruritum. Vstrigo pen. producta, idem.

Euentus.] us, masc. gen. & quarti ordinis tam in pluratiuo, quàm in singulari dicitur, quod casu aut fortuna nobis euenit, tam in bonum, qnàm in malum. Dicitur & euentum neutri generis, quod est contra Vallam, & Perottum Sipontinum. Aliquando euentus, finis rei dicitur. Ouidius: Careat successibus opto, Quisquis ab euentu facta notanda putat, id est, à fine. Hinc dicimus: Ex euentu sciemus, id est, res indicabit. Exitus acta probat. Coctaq; numerabimus extra. Iuuenalis: Adagium est.

Redditus sum officio.] Officiorum Cicero Stoicos secutus duo facit genera, alterum absolutum, quod pertinet ad virtutes illas absolutas, id est, ad sapientiam, & proinde ad finem bonorum, idq; Græci κατόρθωμα vocant, Latine rectum, aut recte factum, omnes numeros virtutis continens. Alterum officij genus positum est in præceptis vitæ communis, cuius probabilis ratio reddi potest, cur sic factum sit potius, q̃ aliter. Medium & commune hoc nominãt, quod in vtranq; partem, & sapientiæ & stultitiæ natura sua verti potest ab vtente: qualia sunt quæ in Repub. & vita priuata, circa opes, honores, gloriam, & similia facimus. Porro, officium ab efficiendo, vel officiendo manat. Hinc officiosus, & officiose aduerbium. Officialis, & hoc le, & substantiue Officialis etiam minister magistratus vocatur. Officina locus. Sed officiæ, arum, dicuntur fallaciæ.

Emergo.] Compositum à mergo, id est, extra mergo, & quasi ex loco vbi submersus fueram exeo, atq; in lucem prodeo. Terentius per translationem dixit, facile ex illis sese emersurum malis, id est, explicaturũ. Hinc emersio, & plura alia.

Amnis.] A circumnando dicitur, vnde continue fit alius. Hinc amnicola qui iuxta amnes habitat. Hinc amnicus, a, um.

Conuicio.] Multis accommodatur significationibus, vt conjicere in pedes, in intimum, in fugam, in vincula, pallium in collum injicere, intro conjicere. Interdum conpræpositio auget, vt fit conjicere simul vel omnes iacere. Per translationem significat interpretari, cogitare, colligere, diuinare, vt hic. Hinc coniectio, & coniectura, coniector dictum est alias.

Obesus.] a, um, penultima prod. pro gracili, & exili atq; circumroso, macilentoque sumitur. Aliquando significat comedo. Vnde obesus p vberi, & crasso, vti hic. Hinc obesissimus venter, & obesitas dicitur. Obesæ naris, & emunctæ naris, contraria sunt Adagia.

Carpo.] Id est, decerpo. Item est eligere. Item reprehendere, vt ne Momus quidem hæc carpat. Martialis: Carpere vel noli nostra, vel æde tua. Item frui, vt carpere vitales auras. Item lædere: Carpere viam, ambulare est. Carpere lanam, est amittere. Carpere linum est euellere. Carpere cibum, id est, vesci, pasciq;. Carpere poma, vt Carpẽt tua poma nepotes, &c. innumera. Composita sunt, Decerpo, vt Decerpere flores. Discerpo, Concerpo idem, & Carptim aduerbium.

Viretum.] A verbo vireo, es, aut viresco, aut virido as, locus est viriditate plenus, vel ipsæ herbulæ virentes, hic vireta pro viridia, & male matura Hieronymus accipit. Hinc viror, viriditas, viridarium, viretum fere idem. Viridis, viride, vt virides radices, virides fici.

Squalere] Ait Nonius Marcellus, non sordium plenum esse tantummodo, vt nũc consuetudine persuasum est, sed honesta re abundare, & refertum esse veteres honesta autoritate posuerunt, ducicq; hãc significantiam à squamis putant. Vt eñ est in corporibus sordium alta congeries, qua squalere dicuntur, ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum, inculcatumq;, squalere voluerunt.

luerunt. Hinc squalor, & squalidus, a, um, & squalesco.

Condo.] is, ere, significat in vnum interiorem locum ad custodiam do. Quandoq; constituo, ædifico, vt Romulus condidit vrbem Romam, quasi simul do. Hinc condere ciuitates, condere versus, libros dicimus. Quandoq; reponere, vt hic forsitan. Interdum condonare. Nonnunquàm recondo, sepelio. Interim potior, vt optato conduntur alueo, id est, potiuntur. Hinc conditor, id est, creator: vt Conditor alme syderũ. Item Conditus, & Inconditus penult. cor. Condere vinum. Vnde conditiuus, a, um, Conditorium. Composita Abscondo, & recondo.

Byssus.] Genus est lini subtilissimi, & candidissimi. Item lanula conchæ adhærens, colore luteo, ac perlucido. Ex hoc fiunt preciosissimæ vestes, byssinæ appellatæ. Et byssinum eiusmodi color vocatur, qui aliquando dicitur byssus, hoc fit si cocco tinctum, tyriove, aut murice, conchilioq; tingatur, saturetur, inficiatur. Hinc Byssinus, a, um, penultima cor.

Torques, & torquis.] Tam mas. quàm fœmi. gene. secundum Probum, hoc est, dubij generis, significatq; circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, et summi pectoris. Propertius: Torquis ab incisa decidit vnca gula. A torqueo es. Hinc torquatus, a, um, tortus, a, um, tortuosus, a, um, tortiuus, a, um, vt tortiuum vinum, tortor. Composita contorqueo, detorqueo, distorqueo, extorqueo, vt precibus extorqueo, intorqueo, obtorqueo, retorqueo.

Præco.] A præcinendo dictus, quasi p̃canens, quod ante canat & annunciet, quod sit factitandum. In Hebræo Abrech, id est, præco, seu adgeniculatio habetur. Vel (vt inquit Priscianus) à præ, id est, valde canẽdo. Hos quoq; curiones vocatos legimus. Hinc præconium, vox præconia. Adagium: In eo ipso stas lapide, vbi præco prædicat. Significat quempiã suũpsius venditioni interesse.

Heliopolis.] Pen. cor. ciuitas Aegypti inter Alexandriam & Coptum, à Græcis Thebæ dicta, quasi ciuitas solis. Nam Helios Græcis sol est, & polis ciuitas. Altera est in Cilicia Chrysippi Stoici patria.

Manasses.] Vocatur ab eo, quod sit oblitus laborum suorum, ita enim Hebraice vocatur obliuio. Hinc Manassæus, a, um, vt oratio Manassæa.

Ephraim.] Dicitur ex eo, quod auxerit eum deus. Et ex hoc vocabulo, in linguam nostram transfertur augmentum, vel dicitur à crescendo & germinando.

Joseph.] Vocatus fuit à Pharaone Hebraice Zaphanath Phaaneha, id est, Saluator mundi, eo quod orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit, & additio, siue augmentum dicitur. Phaenaha, vocabulum Aegyptiacum, quod Rabbi Abraham teste Rabbi Mose Gerundensi nescit interpretari, nisi quod sit nomen aliquod honorabile præsidatus, præfecturæ, ac magistratus. Et Rabbi Salomon scripsit quod in nullo loco Bibliæ reperiatur, nisi Genesis xli. Et vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorẽ mundi. Hactenus Capnion, in rudimentis Hebraicis.

CAPVT XLII.

Alimentum.] Alo, is, ere, dicitur, q̃d datur ad vitæ sustentationem, hinc lex alimentaria, quæ prouidebat vt filij alerent parentes, vt Exercitatio alit vires. Vnde alimonia, alumnus, & almus, a, um, alma tellus, altilis, e.

Venundo.] A venum & do, vel potius à veneo, is, iui, itũ, venum, idem quod vendor. Hinc venundatio, permutatio rerum, & contractus ex conuentione proueniens.

Machinor.] Id est, imaginor, cogito, ad reperiundum, & fabricandum tam in bonum, quàm malum, à Græco deducitur μηχάομαι, quod est inuenio. Fere idem quod molior. Hinc machina, & machinamẽtum, machinula, vt machina tractatoria, machina bellica, machinari insidias. Omnibus machinatus est perniciem.

Exploro.] as, pen. prod. id est, exclamo, & cum fletu quodam vocifero. Varro: Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Interdum dicitur obseruare, hinc exploratores dicti sunt, quos Græci Coryceos nominant, id est, auscultatores, vt: Hunc Coryceus auscultauit. Aliquãdo est probare. Nonnunquàm deliberare. Interim siccare. Vergilius: Et suspensa focis explorat robora fumus. Hinc exploratio, explorator, exploratrix.

Obstupefacio.] Compositum à stupefacio, significat animo consterno. Hinc obstupefacti, vt hic, i. animo consternati. Obstupefactus, a, um, obstupefactio.

Molior.] A mouendo, vel moribus, significat moueo, & moliri est ingenio, vel corpore, ad aliquid agendum moueri. Et p varietate appositi exponitur. Nam moliri classem, est parare classem, moliri insidias, moliri bellũ, moliri fugam, moliri iter apud

poetas,

poetas significat proficiſci. Hinc molitio, et molimen. Compoſita admolior, amolior, demolior.

Deinceps.] Proprie ſignificat gradatim, per ordinem, ſeu per vices, ſeu vti dicere ſolemus, vnum poſt alium, vt: Tres fratres deinceps regnauerunt. Interdum ſignificat præterea, à dein, deinde fit.

Recido.] Compoſitum à cado. Compoſita accido, intercido, occido, occaſus, ꝓcido, decido, deciduus, a, um, concido, caſus, pen. cor. ſignificat retro, ſeu iterum cado, & ſemper prod. re. Propertius: Recidit inq; ſuos menſa ſupina pedes.

CAPVT XLIII.

Storax.] cis, genus eſt aromatis, & arbor vnde fluit. Dicitur & ſtyrax. Pli. lib. xij. Ex hac fiebat omne vnguentum, hinc ſtyracinus, a, um, quod ex ſtyrace eſt. στύραξ, ακος, ὁ lignum iaculi, pars haſtæ inferior, quæ manu tenetur. σύραξ lachryma cuiuſdam arboris. Storax, inquit Laurentius Valla, cum t. exili ſcribitur iam, ſequente o. At vero à Græcis, & antiquis Latinis cum y. Græco ſcribebatur, videlicet ſtyrax. Vnde Pliniust Arabia, & Syria reuehũt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum faſtidium. Quin & ad ſerpentes fugandos vrunt in odoriferis ſyluis frequentiſſime.

Comedo.] is, pen. cor. ab edo, notæ ſignificationis eſt. Hinc comeſſari, eſt poſt cœnam epulari, à quo comeſſationes & comeſturus, vt hic, vel comeſurus. Itẽ comeſtio.

Marſupium.] Sacculus eſt nummorum. Græce μαρσύπιον, Latine crumena vocatur. Cato de liberis: Et quod perſpicuum eſt, maiorem curam habere marſupij noſtri, quàm vitæ noſtræ. Hinc marſupiarius ſubſtant. Dicuntur & loculi, & teſticuli arietini, Politiano.

Soſpes.] Communis generis, tametſi ſoſpita fœmininum habeat. Non ſolum qui ſeruatur, id eſt, ſaluus eſt, dicitur: ſed etiam qui ſeruat. Vnde Ennius ſoſpitem, pro ſeruatore poſuit. Hinc ſoſpitas, ſoſpitalis, le, ſoſpito, as.

CAPVT XLIIII.

Pabulum.] Proprie pecudum, & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, vel ſtramentitius eſt. Hinc pabularis, & hoc re, pabulor, aris, & pabulator, qui pabulatum vadit, pabulatio.

Scyphus.] Vaſis potorij genus eſt, q̃d proprie Herculi attribuitur, ſicuti Cantharus Libero. Hoc veteres in ſacris vſi ſunt & in conuiuijs. Vergil. Et ſacer impleuit dextera ſcyphus. Item cyphus ſine s. quod aliqui putant non differre à ſcypho, & calix, cymbium, carcheſium q̃, &c.

Auguror.] Pen. cor. deponens, id eſt, augurium facio, diuino, ariolor. Item dicitur & auguro, as. Et augurior, aris, pro eodem, vt hic loci. Hinc augur, augurium, auguratus nomen compoſitum, inauguro, as.

Flagitium.] Eſt vitiũ flagitatione. i. reprehenſione dignũ. Et generale eſt ad oĩa mala flagitiũ eſt. Aliq̃n ſignificat errorem, flagris, increpatiõe, dignũ. Hinc flagitioſus, a, um. i. ſceleratus, vt homo flagitioſus.

Innoxius.] a, um, & noxius, a, um, à noxia, id eſt, culpa non noxa, quod eſt pœna, venit. Et dicitur qui non nocet. Plautus: Nihil magis manifeſte teneo, innoxia es, quàm noxia. Hinc obnoxius, a, um.

Obtendo.] Compoſitum à tendo, is, id eſt, contra tendo, ſeu pro excuſatione allego. Hinc obtendiculum, quo aliquid tegitur. Reliqua compoſita ſunt, attendo, à quo attentio, contentio, contentioſus, a, um, diſtendo, extendo, intendo, intentio, oſtendo, portendo, prætendo, protendo.

Calamitas.] Hanc ruſtici proprie grãdinem noĩant, quod cõminuat calamos. i. culmos, & ſegetes. Accipitur frequentius ꝓ miſeria, ærumna q̃. Hinc calamitoſus, a, um, qui malis, ac ærumnis grauatus eſt.

Propius.] Comparatiuus à ꝓpe q̃d aliquando iuxta, interdum ex propinquo, vt hic ſignificat, vt accede ꝓpius. Hinc propior, proximus, proxime aduerbium, &c.

Suggero.] Pe. cor. id eſt, ſubminiſtro, in cor pono, ſeu ſupporrigo. Hinc ſuggeſtus ſubſtantiuum, concio eſt, e qua verba proferuntur, quem ἄμβωνα Græci appellant. i. locum editum, & aſcenſum, alias ἀκροατήριον pulpitum, auditorium.

CAPVT XLV.

Celebris, et bre.] & celeber, diſcrimi natur à frequenti, quod frequens dicatur creber de loco, ſeu de re animata, vt frequens miles, frequẽs ſenatus. i. creber, copioſus, multus. Celebris proprie dicitur velox. Actius: Celebri gradu celeraſſe decet. Quoniam vero accelerare gradum, frequentare eſt, hinc factũ eſt, quod celebre pro frequenti accipiatur, quiq̃ in omnium ore verſatur, omniumq̃ tulit punctum, dignus monſtrari digito, & decier, hic eſt. Horatij, & Perſij Adagia. Hinc celebro, as, celebritas, celebriter, & celebreſco, is.

Quantotius.] Non legi, nec repperi

apud aliquem Classicum autorem, apparet tamen aduerbium, compositum à quanto, & citius, significatq; idem quod quàm primũ, seu valde cito, celeriter, &c. quãto citiꝰ.

Profero.] Compositum à fero vt proferre limites, profero in apertum, id est, palã facio, prodo, pronuncioq;. Aliquando significat protendere, prolatare. Hinc prolatio.

Industrius.] a, um, non industriosus, accipitur pro ingenioso, & q̃ industriæ multæ est, & aliquid struere semper nititur. Vnde Festus: Industrium antiqui dicebant indostrium, quasi quicquid ageret, intro strueret domi. Industria, de industria feci, id est, data opera, industrie aduerbium.

Ingraueſco.] A graueſco, vt ingraueſcens ætas. Aggraueſco, id est, valde grauis, & permolestus fio, quasi opprimor, vti hic. Augustinus lib. quinto Confessionum. Et ingraueſcentibus febribus iam ibam, & peribam.

Aerarium.] Aeris repositorium, & theca est, hoc est, nummorum, similiumque rerum preciosarum, atq; opum, quæ vtilitatem Reipub. allaturæ sunt, receptaculum: sic dictum, quod ęra in eo inferabantur, alias gazophylatium Græcis est. Hebraice corbon vel corbona.

CAPVT XLVI.

Puteus iuramenti, vel Septimi.] Quãquàm meminerim me semel hoc in libro exposuisse, iterum tamen ex eodem autore Hieronymo exponam super Amos v. capite: Aduerte (inquit) quod lxx. interpretes in præsenti loco nomen Bersabeæ interpretati sunt, dicẽtes: τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου, id est, puteum iuramenti. Est autem locus in quo habitauit Abraham, & ex eo quod cum Abimelech datis septem ouibus in fœdus mutuum iurarunt, appellatus est puteus iuramẽti, siue puteus septimi, propter numerum septem ouium. Sabee enim vtrunq; significat sicut dictum est. Tertio exponam. A puteo iurationis. Sic verterunt. lxx. pro eo quod Hebraice est, à puteo saturitatis. Consentiunt Symmachus & Aquila. Nam etiam ciuitas vocatur Beersabe, quod sonat puteum saturitatis. Hieronymus: Verum puteus saturitatis quem foderunt serui Isaac, non idẽ est, qui puteus iurationis, quem fodit Abrahã, et iurisiurandi noĩauit, seu fœderis quod fecit cum Abimelech, Gene. xxi. datis septẽ agnis: nam Sabee est iusiurandum et septem, tametsi in eadem vrbe puteum vtrunq; esse.

Macto.] Id est, interficio. Lactantius lib. ij. Mactantur greges hostiarum, vt hic. Tractum est à sacris, vbi mactari oues dicuntur quæ immolantur. Hinc mactare, pro magna augere veteres vsurparũt, vt mactare quempiam honoribus. Hinc macte vocatiuus solus, quo laudamus & simul hortamur. Macte noua virtute puer. Aliquando macte est aduerbium. Per trãslationem q̃q; pro male afficere, maleq; tractare ponitur. Interdum pro præcipitare. Nonnunquã pro honorare. Interim pro verberare, cruciare, affligere. Sicuti de Primo & Feliciano martyribus legimus, quod milites eos virgis fortiter mactarunt.

Superstes.] tis, generis communis, qui ex mortuis quasi solus viuus superstat, ad personam refertur. Dicitur etiãnum qui saluus est, & viuit inter viuos, etiã sine morte suorum omnium, vt hic. Antiqui superstites, testes vocabant. Aliquando pro præsenti sumitur. Plautus: Superstitem monui vtrunq; ne iniussi abeant.

CAPVT XLVII.

Peregrinor.] aris, significat per aliena loca peregre proficiscor. Hinc peregrinus, a, um, peregrinatio, peregrinitas, peregre, penult. cor. aduerbium.

Gesen & Rameſſe.] Male scribuntur hoc loco. In Hebræo nec vrbem habetur, nec Heroum, nec terram Rameſſe, sed tantummodo Gosen. Nonnulli Iudæorum asserunt Gosen nunc Thebaidem vocari. Et id quod postea sequitur, dedit eis vt possiderent Aegypti optimam terram in Rameſſe, pagum Arsenoiten sic olim vocatum autumant, & opinantur.

Rameſſe vrbs.] Quam ædificauerũt filij Israel in Aegypto: olim autem & vniuersa prouincia sic vocabatur, in qua habitauit Iacob vna cum liberis suis.

Gesen.] Interpretatur appropinquans palpationi eorum, siue vicinitas.

Femur.] oris, pe. cor. in obliquis, quod & fœmor dicitur secundum Phocam, à ferendo, quod his præcipue partibus sustinetur animal atq; feratur. Hinc fœmoralia, dicitur & fœmen, & fœminalia, alias subligacula. Sed fœmen est interior pars, fœmur exterior, à quo interfœmineum, non hoc vocabuli explicabo honestatis ergo.

CAPVT XLVIII.

Ephrata.] Nomẽ ciuitatis Dauid nuncupata olim, nunc Bethleem, viculus esse dicitur, qui ab Ioppe. xlvi. milibus distat.

In

In hac ortus est Dauid,& Seruator noster Iesus Christus natus,& vbertas interpretatur.

Maior natu.] Est senior filius, natus non legi, nisi in ablatiuo tantum quartæ declinationis. Cicero in Catonem: Quãquàm eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum: Maiores natu seniores vocantur, & presbyteri Græce. Dicimus & grandis natu, maximus natu, minimus natu.

Grauiter accipere.] Vti hic, est ægre ferre, atq; molestè,& indigne. Item dicimus grauiter spirant venti, grauiter olet, grauiter respondit. Hinc grauate, & grauatim idem aduerbia.

CAPVT XLIX.

Coetus.] us, cum œ. diphthongo, conuentum, seu congregationem, collegiumq; significat, à coeundo, id est, conueniendo in vnum. Idcirco Seneca eleganter dixit, cœtum nomen esse magnæ multitudinis coeuntis ex consensu quodam. Sed cœtus, ti, secundę declinationis, vel cœte pluraliter piscis magnus. Hinc cœtarij venditores talium piscium.

Pertinax.] Omnis gene. qui nimis tenax est dicitur, à pertineo. Plautus: Quid tu ais, tenaxne pater eius est? Et ille: Imo Aedepol pertinax. Hic in malam partem accipitur pertinax, pertinaciter aduerbium. Aliquando in bonam partem, pro perseuerante. Et tunc à pertendo fit. Nam, vt ait Varro: In quo non debet pertendi,& pertendit, pertinacia est. Pertinax etiam est nomen Imperatoris.

Leena.] Secunda cum æ. diphthongo scribitur, Græca est dictio, quod leonis fœminam indicat. Vergil. Torua Leæna lupũ sequitur, lupus ipse capellam. Item: Catulorum oblita Leæna. Leo, leoninus, a, um, pe. prod. Leopardus,& leopardalis, λεοντή pellis leonis.

Catulus.] Proprie significat cati, hoc est, felis filiolum, propter sagacitatem. Varro: Catulus à sagaci sensu,& acuto. Sed ponitur large, pro omni ferarum filio, siue immanium, seu mitium atq; cicurum, vt catulo Simiæ, catulus muris. Sed proprie canis filius. Inde catellus,& catullaster diminut. catulio, ire, vt canes catuliunt. Accipitur quãdoque pro ipso cane. Interdum pro vinculi q̃dam genere, quod etiam canis appellatur. Et Catulus nomen fuit viri Roma.

Sceptrum.] tri, virga est, qua reges vtebantur. Hinc Sceptriger.

Pullus.] Significat nouellum. i. paruum puerum,& paruum filium. Hinc paruos fœtus quorumcunq; animalium, quinetiam arborum atq; plantarum, pullos dicimus, vt pullus hirundinis, asini, ranarumq;. Item pullus aquilæ, pullaster, tra, pullarius substanti. Pullinus, a, um, pullities,& pullatio, pullulo, as, fere de arboribus, pullesco, et pullulasco idem. Composita expullulo, repullulo. Item pullus, a, um, id est, ater, pullatus, a, ũ, vt solet in luctu fieri. Pulligo, inis, est color ille. Quinetiam prisci pullos dicebant suos cathamitos, id est, pueros merito rios, turpicula vox est.

Statio.] Locus est in q̃ naues aut milites tuto ad tempus stant, vel in quo frequenter subsistitur. Item est locus ad custodiam assignatus, quando milites stantes vigilant. Hinc stationarij milites. Item est officina in quam multi conueniunt, vt de aliqua re statuatur, iusq; dicatur. Et statio est ipse standi actus. A verbo sto, as, deriuatur.

Tributum.] A tribubus Varro dictum ostendit, cp ea pecunia, q̃ populo imperata erat, tributim soluebatur. Festus, quod ex priuato in publicum tribuatur putat dictum. Sumi postea cœpit hęc dictiuncula largius, pro omni munere, quod à subditis pẽditur. Hinc tributarius, a, um.

Coluber.] Pen. indifferente, serpens est, qui vmbras nemorum incolit. Anguis & hydrus in aqua degunt. Serpẽs, qui in terra serpit, hæmorrhois, præster, basiliscus,&c. vide Eras. in lingua.

Cerastes.] Græcum est, Latine cornutus dicitur, genus est serpentis, quod Plinio teste libro vij. quadragemina cornua præfert, similima arietum. In genitiuo cerastis, vel cerastæ. Lucanus: Spinaq; vagi torquente cerastæ.

Iurgo.] as, actiuum,& iurgor, aris, deponens, quasi iure contra aliquẽ ago,& verba contentiosa facio. Vnde & iurgatio & iurgium teste Festo iuris actio est. Differt tamen à litigo, quoniam leuius est.

Vngula.] læ, denominatiuum est, ab vngue non diminut. licet formam eius præ se ferat,& dicitur de his, quæ digitis carent. Plini. In quadrupedibus solidas habent vngulas, quę nõ sunt cornigera. Idem: Omnia digitos habent quæ pedes, excepto elephanto. Vngulus lingua Oscorũ annulus est.

Congregare.] Compositum à grego, as, est simul gregare. Lactantius: Aliumq; sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Hinc congregatio. Composita

sunt abgrego, aggrego, & segrego, omnia correpta.

Condio.] is, quartæ coniugationis, est sapidum facere, quod fit cum epulæ, aut sale, aut pinguedine, seu aromatibus condiuntur. Hinc condimenta, quæ ad custodienda obsonia fiunt, vt: Optimum condimentum fames. Laudatum faciunt salq; famesq; coquum. Iacobus Horlinus autor. Conditura, ræ, condititius, a, um, & conditiuus, a, um, vt conditiua poma.

CAPVT L.

COmitatus.] us, actiue, & passiue sumitur, quatenus à verbo comitor descendit. Sed comitatus, pro comite, hic dicitur. Salustius: Cicero per legatos cuncta edoctus. L. Valerio Flacco, Cnæo Promptino prætoribus imperat, vt in ponte Miluio per insidias Alobrogum comitatus, id est, comites, & socios, collegasq; deprehendant. Comes, is, alibi explicabitur.

In presentiarum.] Aduerbiũ est temporis, significat idem quod in præsentia. Et tam præsentis, quàm futuri temporis sunt. Magis lego in præsentia, quàm in præsentiarum, apud oratores.

Exequiarum.] Exeqæ funebre officiũ dicitur, Græci threnodia vocant, quod. s. in funere exequimur, ab eo dictæ, quod homines post pompam sequerẽtur. Hæ etiam inferiæ, parentalia, & iusta vocabãtur. Inde iusta facere, iusta peragere, idem q̃d parentare.

Loculus.] li. diminut. à locus, significat em̃ paruum locum proprie. Capitur interdum pro sacculo, in q̃ pecunia seruatur, alio nomine Bulga, seu Vulga, & marsupium, siue crumena, & capsula, siue sit lignea, seu eborea. Aliquando pro feretro, seu capulo, et libitina, vt hic. Etiamnum Ascopera penul. prod. & testiculi Arietini, teste Angelo Politiano, dicuntur.

GENESIOS FINIS.

EXPOSITIO VOCVLARVM IN Exodum.

CAPVT I.

EXodus.] di, Gręce sic, ἔξοδος, exitus Latinis est, siue expeditio, perfectio. Demosthenes: εἶτα τὴν ἐπὶ ὠρεὸν ἔξοδον οὐκ ἔτι πρεσβείαν. Atq; ita plerunq; in sacris literis vsurpatur, quod parum apposite quidam exitum interpretati sunt, inquit Petrus Gillius in suo Lexico. Hebræis dicitur, Veelleschmoth. i. Et hæc sunt nomina. Nam id exordium est Exodi, in quo Iudæorum exitus ab Aegypto describitur.

Ingruo.] is, à gruo, is, compositum, per translationem significat inuado, immineo, et impetum facio, à gruum proprietate, qui agminatim volitant, & sturnatim, & de bello, pluuia, tempestate, ruina, & huiusmodi dicitur. Aliud compositum congruo, is. A q̃ congruus, a, um, & incongruus, a, um.

Phiton.] Vrbis nomen, & os abyssi, vel subito interpretatur, modo Hebræis nominibus credamus. Hebraice Pithom scribitur.

Ramesses.] Vrbis quoq; nomen, sonat tonitruum tineæ, vt hic, & Numer. xxxiij. legitur. In Hebræo habetur Raamses.

Later.] ris, est terra cocta, atq; in lapidem durata, dictum est: Hinc lauare laterem, Adagium pro frustra niti. Laterculus dimi. Later crudus, later coctus vel coctilis, lateritius, a, um. Laterarius substanti.

Sephora.] Pen. cor. vna obstetricum Aegyptiacarũ & interpretatur, auis, vel mane. Hebraice vocatur Siphra.

Phua.] Altera obstetricum Aegyptiacarum est mulier, & rubrum sonat, ni Hæbraica nomina nos fallant. Hebraice Pua sine aspiratione.

Obstetrico.] as, pen. prod. ad pariendum diuino, seu obstetricis officium ago, significat, vti hoc loco. Hinc obstetrix, est illa mulier quæ parturientium curam habet, & adest, dictum.

Accerso.] is, tertiæ coniugationis, & accerso, is, quartæ classis, ponitur pro euoco, seu ad vocãdum eo. Actum corporis denotat, sicuti cæteri in so. Hinc accersitus penult. prod. id est, euocatus, accitus, & vocatus, dictum alias.

CAPVT II.

ELegans.] tis, omnis generis, nomen est, non participium, ab eligo, teste Tullio: Est autem idem quod cultus, pulcher, formosus, quasi eligere sciat, aut qui ipse sibi sit eligendus. Terentius: Regem elegantem narras. Hinc elegantia, & eleganter aduerbium.

Fiscella.] Vas vimineum, aut ex iuncis, quo lac colatur dum caseus imprimitur, vel in quo casei feruntur. Dicitur etiã qua boũ ora, faucesq; iumentorũ capistrantur Plini. auto.

auto.li.xviij.vt fiscellis capistrare. Hinc Fiscellus mons Italiæ. Fisci,fiscinæ,& fiscellæ. Vnde fiscus,vulgo Domaniũ. Fiscalis,e,con fiscare. Fiscina pe.cor.idem quod fiscella.

Scirpus.] Vt Donatus ingt,sine nodo, & lenis iunci species est,palustris res. Hinc adagium: Nodum in scripo quæris, de his qui in rebus claris,& apertis difficultatẽ faciunt. Quidam sine c scribunt. Hinc scirpeus, a,um,vt hic,num bene, addubito. Scirpea, eæ,scirpo as. Scirpus etiam significat obscurum ænigma.

Carex.] cis,pe.cor.in obliquis fœ.generis,herba acuta, et durissima, similis asparago. Vergili. Et carice pastus acuta. Hinc carectum,locus caricibus plenus. Idem: Tu post carecta latebas.

Ripa.] æ,extremitas terræ est, nam littus est maris,dicta quod aquarum agitatiõe rumpatur,& proprie littus est, quod alluit mare. Est etiam lacuum, & stagnorũ littus, & pro lacu sæpe ponitur. Hinc riparius, a, um,vt aues ripariæ, ripensis idem.

Crepido.] is,pe.pro.à crepo,as,vel crepitus fit,significat oram terræ,quã aqua alluit,quod aqua alluens crepitet,aut vndas appellat. Per translationem vero,et putei extremam oram significat,qui vulgo os putei nominatur. Et æditioris cuiusq; loci extremitatem solemus crepidinẽ appellare, vt ab Hieremia dictum est: In crepidine viæ. Etiã pro abrupti saxi altitudine ponitur.

Alueus.] Seu aluus(vti Varro testatur) est cauata cortex, vel vimineum vasculum, manu factum, in quo quid ob concauitatẽ reponitur,vt hic. Sumitur & pro fluuio,qui in fossam labitur. Aliquando pro naui, seu nauis receptaculo. Interdum pro tabula lusoria. Hinc alueolus diminutiuum. Hinc aluearium. Ciere aluum,sistere aluum.

Papyrio.] onis, à papyro deriuatur,q̃ à nostris iuncus dicit,aut scirpus. Locus est, vbi papyrus crescit. A papyraceus,a,um.

Vagio.] is. Vnde vagitus,pe.pro. & vagor,oris,quod proprium est vocis infantiũ, qui dum plorant in cunis vagiunt.

Moses.] is, vel Mosi, & Moyses interposito ypsilo longo,pe.pro. Seduliust: Quid quod & Heliã claꝛ videre Moysen. Nomen inclyti ducis Iudæoꝝ. Sicut dicit Iosephus, ex euentu reꝛ nomẽ ei impositum fuit.i. ex aqua saluatus. Moy Aegyptiꝝ aquam dicũt, ses vero saluatus, vel attractus, vel assumptus,subaudi de aquis. Dicitur & Mosæus, Moysæusq;. Dicit hoc loco Aben Esra quod lingua Aegyptiaca vocatus fuerit Monios, Hebraice sonat Mose,idq; dicit se habere ex libro quodã Arabico,cuius titulus est,Cultura terræ. Habuit & alia nomina,vt in Paralip.legimus .s. Mared,Iared,Iedor, Hebor, pater Socho,Icuthiel, pater Zanoha. Porro vulgaris est nostrorum & Hebræorum opinio,literas Hebræas Mosen habuisse autorẽ, quod Eupolemus,& Artapanus, aliiq; profani scriptores asserũt, qui Mosen sapientiss. fuisse hominẽ tradunt,literarumq; inuentorẽ,quas Iudæis tradidit, à qbus vicini Phœnices acceperũt,à Phœnicibus Græci p Cadmum. Quin & Aegyptiꝝ quoq; dedisse Mosen literas Artapanus idẽ credit,Mosenq; esse Mercuriũ illũ,sic eñ eum vocauerunt Aegyptiꝝ,quẽ apud Græcos oẽs Latinosq; scriptores literas gentẽ Aegyptiã docuisse constat,&c. Philo vero Iudæus ab Abrahã inuẽtionẽ literaꝝ Hebrai. refert, sed multis ante Abrahã annis literæ videntur fuisse. Nã Iosephus I. Antiquitatum narrat à filiꝝ Seth filij Adam duas erectas columnas, lapideam vnam, alteram lateritiam, inscriptasq; in eis artes,quas ipsi inuenissent, quarum lapidea etiam ætate sua maneret in Syria. Has literas videtur Augustinus de Ciuitate dei, libro xviij.cap.xxxix.Hebræas nominare. Vide eo loci Lodouicum Viuẽ in Comment.

Madian.] Vrbs est,ab vno filiorum Abraham ex Cethura sic vocata. Hinc vocati Madianæi,& Madianæa regio. Legimus & filios Obab soceri Mosi, filias Madian, vt hic,sed hæc alia ciuitas est ὁμώνυμος. i. eiusdẽ nominis,iuta Arnonem,& Areopolim, cuius nunc ruinæ tantummodo demonstrantur,& interpretatur iudicium. Midian sic legunt Hebræi, & non Madian. Est autem in Hebræo dissyllabum.

Gerson.] Vt Hebræi habent filius Mosi, ex Sephora,Hebraice Zipora,interpretatur aduena ibi. Sed Gerson fuit caput familiarum Gersonitarum, vt patet Numeri ij. Hebræi scribunt Gersom per m.

Eliezer.] Secundus filius ex eadem, sonat apud nos deus meus adiutor, vel rectius,dei mei auxilium, Genesis xv. Filius dispensationis domus meę sit iste Damascenus Eliezer. Vide Munsterum eo loci.

CAPVT III.

Socer.] ri, vxoris meæ pater est. Hinc consoceri, & socrus, Græce ἑκυρά, & ἑκυρός.

Ietro.] Interpretatur superfluus huius, vel potius abundantia eius. Exodi xviij. qui etiam dictus est Reuel. Exodi ij. i. so-

eius dei. Hebræi scribunt Iithro.

Sacerdos.] tis, communis ge. qui deo dicatus est, ad rem sacram peragendã, Græci mystam. i. sacris iniciatum, vocant. Item Sacrificus, & Sacrificulus diminut. Hinc Sacerdotium, &c. à sacer, ra, rum.

Mino.] as, est Festo teste minas ducere, Agasones equos agentes. i. bene minantes. Hinc gregem minare, vt hic. Antiqui etiam minor, aris, dicebant. Hinc minæ, minarum, minatiæ, arum, idem. Minax, cis, minaciter. Minitor, aris, freq. Cõminor, imminor composi. pen. cor. Aliquando minor significat, emineo. Vnde minæ sunt etiam eminentiæ murorum.

Rubus.] bi, sentis est genus, mora agrestis. Hinc rubetum locus ruborum plenus. Rubus caninus. Morum rubi.

Horeb.] Hoc loco interpretatur ardor, siue siccitas, aut coruus, vel solitudo. Et est nomen montis vicini Sinai.

Educo.] is, tertiæ classis, & pe. pro. i. extraduco, vt hic. Hinc eductio. Aliquãdo est erigere. Interdum nutrire. Sed educo, as, pe. cor. primæ inflectionis, est enutrire. Hinc liberorum educatio. Cõposita reliqua sunt: Abduco, adduco, conduco, cõductus, a, um, conductitius, a, um. Circunduco, deduco, diduco, induco, inducere ocreas. Introduco, obduco, perduco, reduco, seduco, subduco, superduco, traduco, omnia corr. penultimã.

Appropiare.] Hic pro appropinquare sumitur, compositum videtur ab præpositione ad, & aduerbio prope, num probum sit, & Latinum vocabulum, addubito, iudicent doctiores. Nõ reprehendo diui Hieronymi, vt Ciconia impingit, translationem, modo eius sit.

Ego sum qui sum.] ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Participium est ὤν, quasi ego sum ille qui est. Hoc enim verbum Græcũ vno Latino verti non potest, vt inquit Seneca lib. epistolarũ octauo, sed potest ens, quod à sum protulit Cæsar, sicut à possum potens. Idem Sergius Flauius fecit, vt Quintil. inquit, significat vero deus esse illum, qui sit, quoniam cæteræ res vere & proprie non sunt. Nam sicut Esaias dicit, ex nihilo sunt, & apud Iob non semel legitur, deum solũ esse, reliqua enim omnia manent, vt inquit Seneca, non quia æterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis, futura protinus nihil, si manum ille tolleret. Reliqua vide in Commentarijs Lodouici Viuis super xi. caput Augustini de Ciuitate dei, libro octauo.

CAPVT IIII.

Sinus.] us, dicitur illa pars, quæ est intra pectoris, brachiorumq; complexũ, vt hic. Per translationem, sinus vocantur littora curua, ad similitudinem sinus, & quasi brachijs mare amplexẽtia, Græci κολπώδη vocant. Aliquando concauitas oculorum est. Interdum pro quacunq; re fluente, ob laxitatem sumitur. Hinc sinuosus, vt vestis sinuosa, est laciniosa. Nonnunq; pro velo nautico vento extento, & curuato. Et sinus, sacra scriptura testante, locus est Abrahæ, in quẽ Lazarus deportatus est. Lucæ xvi.

Haurio.] is, significat accipio, extraho, vt: Vocem his auribus hausi. Est etiam audire, & aspicere, vt: Hausit cœlum, mentemque recepit. Item auide sumere. Item vulnerare, item tenere, defatigare, vacuare, consummare. Hinc haustus, us, & hausito, as, freq. Vndè dicimus, haurire vocem, haurire suppliciũ. Incendium omnia hausit, haurit latus. Increbiles hausit calamitates. Sic haurire dolores. Luctum hausimus maiorẽ. Cicero hæc. Haurire voluptates. Ab hausto, haustoriũ. Exhaurio compositum, inexhaustus, a, um.

Eloquens.] Dicitur, qui in dicendi ratione perfectus. i. facundus, & disertus est. Hinc eloquentia, dictio ex omni parte perfecta. Et eloquium, modo sermonem, modo facundiam, modo elogium significat. Item eloquor, ris, vt eloquar an filiã? Eloquiũ, elocutio, ptinet ad Oratorẽ, eloquẽter aduerb.

Fabrico.] as, & fabricor, aris, depo. pen. cor. in eadẽ significatione. i. cõpono. Transfertur etiam ad animum: deriuatiua ab hoc transeo. Hinc fabrica, cæ, pen. corr. à faber.

Ostentum.] Ab ostendo, quod statim futurum aliquid ostendat, vt sunt cometes, tonitrua die sereno. Differunt monstrum, portentum, prodigium, & miraculũ, signum. Hinc dicimus, ostentui haberi, qui deridetur. Ostentus, a, um.

Diuersorium.] A diuersando, vel diuertendo, accipitur pro villa, vel potius hospitio meritorio, quam cauponam dicimus, vel tabernam diuersoriam, aut vinariã. Hinc diuersor, aris, & diuerticulum, vt hic quærit diuerticula.

CAPVT V.

Solicitare.] Est spem, metumque ostẽdere. Ouidius: Res est soliciti plena timoris amor. Aliquando est inquietare, curam inijcere, contristari, terram vertere. Tibullus: Ferro solicitauit humum. Interdum instare, vt solicito te promissis. Hinc soliciitudo. Solicitus, a, um, vt: Solicitũ me habet.

Exigo

Exigo.] is,pe.cor.id est,excludo,eiicio, expello,quasi extra ago,vt exigere castris,est pellere e castris. Est etiam debitum repetere. Hinc exactores vocantur qui pecunias exigunt,& extorquent,& exactio, vt hic. Item dicimus exegi diem ludendo,id est,consumpsi,transegi. Inde,exactus,a,um.

Palea.] eæ,à pabulo, seu palam dicitur, ea enim animalibus pascendis datur in cibum,dictum est alias.

Sicubi.] Pe.cor.id est,si alicubi aduersus loci. Alicubi, quod significat in aliquo loco. Necubi in nullo loco,vbiuis,vbilibet, in quo loco. Vbicunq;,in quocũq; loco. Vbi vbi,pro vbicunq;. Terẽtius: Vbi vbi est,diu cælari non potest.

CAPVT VI.

Adonai.] Nomẽ dei apud Hebræos, quod generaliter interpretatur dominus,quod cunctæ dominetur creaturæ. Et est vnum nomen de decem dei nominibus, teste Hieronymo super Ezechielem cap. vi. Quando igitur duo,domini & domini iuncta sunt nomina, prius nomen commune est,secundum proprium dei, quod appellatur ἄῤῥητον,id est, ineffabile, & quod scriptũ fuit in lamina aurea,quæ erat in fronte Pontificis. Videto diuum Hieronymum,de decẽ dei nominibus,hic non libet infarcire.

Ergastulum.] Pen.corr. locus est, vel officina vbi lapides,metallave fodiuntur. Dicitur ab ἐργάζομαι, id est, operor, & modo pro carcere sumitur, modo pro seruis damnatis,& vinctis,teste Varrone. Ergaster Latine operarius, ergasterium officina operaria. Vnde ergastula libertate donare,& ergastula soluere. Ergastulus, id est, operarius. Ergastularius, custos & præfectus ergastuli. Omnia ab ἔργον,quod est opus. Hinc Hesiodus libro suo titulum indidit ἔργα καὶ ἡμέρα,id est,opera et dies. Ab ijs ergastiarches, tabernarius,opifex,ἐργασικώτατος,id est,officiosissimus,& ἐργάτης,operator.

Patruelis.] A patruo,id est,patris mei fratre, dicitur. Sunt enim patrueles,patruorum filij,quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. Sicut sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipsæ fratribus genitæ. Autor Iureconsultus Vlpianus.

CAPVT VII.

Maleficus.] a,à malefacio,pro pernicioso accipitur. Sed maleficæ mulieres incantatrices dicuntur, & veneficæ, sagæq;. Hinc maleficium.

Incanto.] as, significat verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam moliri. Hinc incantatio,& incantamentum. Potest esse & frequentatiuũ ab incino,sic & recanto,& excanto, ab recino,& excino. Porro,incantationis,& veneficij multæ sunt species,quas Augu. lib. x. de Ci. dei,cap. ix. belle tractat, atq; commentator eius loci Viues,vt omnia bellius. Nominat ibi ex Suida Goetiã, quæ fit per coactionem mortuorum,etiam inuocatione,à plãctu qui fit circa sepulchrum. Magiam, q̃ est inuocatio dæmonum. s. beneficoꝝ ad aliqd conficiẽdum bonum. Pharmaciam, cum aliquid alicui porrigitur sumendum ore,quod mortem sit allaturum, certis incantamentis præparatum. Theurgiam, hæc est operatio diuina, quæ erat superiorum deorum, &c. Videto locum citatum.

Draco.] onis, genus est animalis venenosi. Plin. de eo scribit li. viij. Apud Indos, & Aethiopas dracones viginti cubitoꝝ. Dictus draco,à δέρκω. i. video, aspicio, quod acute videat. Dracones dicuntur etiã palmites emeriti,pluribusq; annis indurati,à tortuositatum similitudine. Hinc dracunculus, & dracæna, q̃ & draca, & draconitũ herba.

Eleuo.] uas, proprie sursum leuare est, & in altum tollere, vt hic. Item quandoque auferre, hinc eleuatum pro ablato ponitur. Item eleuare,est minoris æstimare, vt in trutina,quæ eleuantur, minoris æstimantur,et quasi contemnuntur. Hinc eleuatio, & eleuatus,a,um.

Circuitus.] us,ambitus est,& periodus Græce,à circũeo. Hinc circuitio,et circuitor, notæ significationis,q circumit,dictum est.

CAPVT VIII.

Ebullio.] is,cõpositum à bullio,quod est valde,seu extra bullire,extra fundere, sicut aqua in ahæno calefacta ebulliens, non se ipsa capit,sed intumescit,& funditur, vt hic. Etiam est expirare, sicut bullæ cito vanescunt. Sic homo bulla dicitur à Varrone. Hinc ebullitio.

Abigere.] Id est, exigere, expellere, vt abigere muscas. Hinc abigeus, & abactor q pecora furatur. Abigeatus, tus, ipse abigẽdi actus,siue crimen abactionis intelligitur.

Sponsio.] Non solum promissio, sed etiam actionis genus est. Hinc dicitur: Sponsio damna feret. Nam sponsionis comites, sunt lis, & æs alienum. Vide Iureconsultos, et Chiliades adagiorum.

Condico.] is,pe.pro. id est, simul dico, simulq; determino,& constituo, hinc condictus,a,um,id est,promissus, & simul dictus.

Etiam

Etiam est repetere,& quandoq; contradicere. Iureconsulti pro dicendo nunciare vtuntur,proprie quando actio datur in personã, sic hic & Suetonius in Tyberio. Hinc condictio,& condictum.

Villa.] læ,domus est extra vrbem, casa villatica, & rus, suburbana, quæ habitandi causa ædificata est. Vergilius: Villarum culmina fumant.Hinc villicus,& villaticus, & villicare,vt in Euangelio. Item villicatio in Luca explicatur.

Agger.] ris,per duplum gg.mas.gene. significat lapidum, aut terræ cumulum, & aceruum, qui facto vallo propius ponitur. Improprie est cuiusuis rei coaceruatio,vnde fossæ,aut valles impleri possent.Etiam dicitur media viæ eminentia,exaggeratis lapidibus strata.

Scnipes.] Græce σκνῖπες, sic scribendum,legendumq; est,non Cynifes,vel Sciniphes,vermiculi sunt permolesti, culicibus similes,alati dicuntur culices, quos Græci vocant κώνοπας. Hinc conopæum vocitatum est tentorium, ad arcendos culices contextum.Differunt scnipes,quæ fuit plaga Pharaonis tertia, à Cynomyijs, quæ est quarta, sic scribit Origenes super Exodum, Homilia iiij.cap.vij. Psal. CIIII.sic legimus. εἶπε, καὶ ἦλθε κυνομυῖα καὶ σκνῖπες,id est:Dixit,& venit cynomyia, & scnipes. Præterea Cyniphes, Iosephus in tertia plaga, si modo bene est à Ruffino versus, pediculos ponit ex intimis corporis ebullientes, ceu morbum phthiriasin, hoc est, pedicularem, nec cyniphum meminit, nec Cynomyiæ. Autor historiæ Scholasticæ, & Albertus Grotus genus muscarum dicunt esse cyniphes, vt etiam Origenes putat.Albertus libro vigesimo sexto de animalibus corpore tradit esse vermes,capite & alis muscas, cum aculeo in ore,quo pungunt,& sugunt,palustribus nasci locis,& animantium species sed humanos maxime consectari.Origenis dictum super Exodum, habes Psalmo CIIII. Qui per hoc animalis genus Dialecticam vult intelligi,quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumuenit,vt deceptus nec videat, nec intelligat.Sed neq; cynifes neq; scnipes, q sunt vllus,aut Latinorum, aut Græcorum dixerit,nec sic est apud Lxx.sed σκνῖπες,σκνίψ em̃ ζώων ἐστὶ κωνωπῶδες, vt inquit Suidas animal culicare, καὶ ξυλοφάγον, quod ligna exedit. Et in Psal. CIIII, vt dixi, σκνῖπες habetur in Græco, pro quo ad Hebraicam veritatẽ, & Targum Chaldæum,legitur,pediculi sicut apud Iosephum.

Cynomyia.] Græce κυνομυῖα.Sic scribẽdum est,& legendum duplici yi, dicitur musca canina,à cynos canis,et myia,musca,quæ sanguinem ex animalibus exugit,alio nomine κρότων croton,musca canina. Hæc præcipue canum auribus insidet, easq; vulnerat. Diuus Hieronymus, cænomyiã legit, id est, muscam omnimodam,& forte rectius.

Diluculum.] Ante solis ortum,aurora quasi parua diei lux, quod tum dies lucescere incipiat.Hinc diluculare.

Digitus dei.] Sic in Matthæo legimus. Si autem ego in spiritu dei eijcio dæmones. In Luca ita scriptum est:Si autem ego in digito dei eijcio dæmonia.Iste est digitus,quẽ confitentur & Magi:qui contra Mosen, & Aaronem signa faciebant, dicentes: Digitus dei est iste. Exodi viij. quo tabulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sina. Deuterono.ix. Hæc Hieronymum super Matthæum.

Abominor.] ris,pe.cor.est execrari,fastidire,et quasi pro malo omine habere,Græce Bdelittomæ dicitur. Ex ab & ominor, absq; aspiratione ante o scribitur, deponens (vt nonnulli volunt) verbum, quod tamen Pris. & Probus commune esse tradiderunt. Hinc abominatio, & abominabilis, & hoc abominabile,vt facinus abominabile,est execrandum flagitium.

CAPVT IX.

Turgeo.] es,id est,tumeo,inflor. Horatius in arte: Progressus grandia turget.Hinc deturgeo,id est, decresco, & obturgeo,circũturgeo,& turgesco,& turgidus,a,um,& turgens. Turgidulus,a,um, turgide aduerbium.

Desino.] is,penultima cor.à sino, & significat cesso,termino.Non est amicitia vera quæ desinere potest.Hinc desitio, desinentia,& desitus,a,um.

Vlcus.] eris, est tecta, clausaque malignitas. Est em̃ sanies intra cutem concreta, induratáq; latitans, quæ vt proprie erũpat, emplastris solet medicari. Quidam aspirant quod à Græco veniat ἑλκός.Hinc tangere ulcus,id est,viuam carnem. Vlcero,as,exulcero,as.Exulceratio,exulceratus,a,um.

Palma.] æ,planum illud,& ex parte cõcauum manus, quod in digitos desinẽs decore patet:Græcis ir dicitur.Ponitur & pro mensura, vt palmus. Dicitur & arbor nobilissima quam Phœnicẽ vocamus. Item pro victoria ponitur.Significat etiam togã, quã victores gestabant.Etiam est nomen vrbis. Strabo autor,&c.

Folli-

Folliculus.] li, cum sit diminutiuum à follis, vt follis pugillatorius, ponitur tamen quando & pro vulua. Interdũ pro theca fru mẽti alterius rei, vt hic, vt folliculus lentium. Aliquando pro corpore.

CAPVT X.

Locuste.] arum, sunt animalcula parua, infirmas habentia alas, quę quidem de terra consurgentia, altius nõ valent auolare. Perotti, atq; Calepini opiniones transeo. Constat, non Parthos solum, sed & alias nationes locustarum esu victitasse. Non ergo indignum fuit Iohanne Baptista. Plin. lib. xi. cap. xxix. & vi. cap. xxx. multa de his scribit animalculis. Matt. iij. locus erit, vita superstite.

Corrodo.] is, à rodo simul rodo, vel demolior, vt hic, & est proprie murium, & similium, qui dentibus fere semper corrodũt. Hinc corrosus, a, um, & corrosio. Composita à rodo, is, sunt, arrodo, erodo, prærodo.

Auerto.] is, est alio vertere, seu amouere. Inde auersus, a, um, & auersio. Composita cætera sunt, aduerto, animaduerto, cõuerto, diuerto, euerto, inuerto, obuerto, præuerto, anteuerto, reuerto, subuerto, transuerto.

Deuoro.] as, pen, cor, est vorando deijcere, deglutire. Refertur etiam ad alios sensus. Martialis ọculis deuorãtibus Draucos.

Uentus vrens.] Dicitur qui vredine, herbas, frutices, arboresq; exurit. Nã & frigus vrit.

Scandalum.] Est Græce, quod nos offendiculũ, siue obstaculũ, possumus dicere. Hinc scandalizo.

Densus.] a, um, coarctatio est nimia cunctarum partium. Contrariũ, rarus. Hinc densitas, densitudo, & densare. Compositũ condensus, a, um, & condensatio.

Palpo.] as, et palpor, aris, depo. pro leniter, blanditer, & quasi tentando, tangere est. Et subinde pro adulari vsurpatur. Hinc palpator, & palpo, onis, pro adulatore. Et palpum obtrudere, est assentari, adulari, supparasitari.

CAPVT XI.

Plaga.] æ, multa significat, hic pro percussione, vulnere, verbereque sumitur, expositum est.

Primogenitus.] (Inquit Hieronymus contra Heluidium) est qui aperit primum vuluam, & ante quem nullus est genitus, nõ is quem frater post genitus sequitur. Et omnis vnigenitus est primogenitus. Hinc primogenitura, et primogenia orum.

Mutio.] is, est tanquàm muto signum facere, seu strepitum, siue submissa & imperfecta voce fabulari, aut vnum tãtum verbulum dicere. Sic hic, non mutiet, id est, non querulam vocem emittet. Etiam cardo mutit, id est, non crepitat, à quo musso, & mussito frequentatiuum, & alia multa.

CAPVT XII.

Postis.] is, masc. gen. à post deducitur, & significat valuam ostij, seu latus portæ, dictus quod post fores stet. Hinc posticula, postica, posticum pen. producta, & posticus, a, um. Posticulũ, postilena, postliminiũ, vt ius postliminium. Postliminio recipere.

Superliminare.] A liminare, quod ad limen pertinet, deducitur, vt lapis liminaris, qui est in domus ingressu infernetsic superliminaris, qui est in eiusdem domus introitu superne, quasi super limen. Limen superum. Hinc elimino, as.

Agnus Anniculus.] Qui vnius anni est, dicitur. Nec de animalibus tantum, sed etiam de inanimatis: vt anniculum vinum dicitur, &c.

Azymus.] .i. infermẽtatus, dictum est.

Lactuca.] æ, herba à lacte dicta, quod id genus oleris lacte abundet, præsertim ea quam meconim vocant, à copia lactis soporiferi, quippe apud Græcos mecon papauer dicitur, quæ herba soporem inducit. Est aũt lactuca herba mollis, ac tenera, quæ tamen non admodum sit dissimilis carduo, præsertim syluestri. Adagium: Similes habẽt labra lactucas. Vide paræmiographos, Erasmum, & Polydorum Vrbinatem.

Crudus.] a, um, recens, atq; acerbum est, vt crudum vulnus, cruda caro, quasi adhuc cruenta, & recens mactata. Distichon Iacobi Horlini præceptoris olim mei: Cruda Machaonia quæ non curantur ab arte, Vulnera cultello sunt resecanda truci. Et crudũ dicitur, quod non est coctum, vt hic. Hinc crudum pomum, vulnus, crudus cibus, homo crudus. Cruditas, crudescere, incrudescere, recrudescere, crudelis, & tas.

Intestinus.] a, um, pe. producta, quod est intimũ. Hinc illa intestina dicuntur, q̃ in interioris corporis parte clauduntur, vt exta, ilia, &c. Dicimus & intestinum odium, & bellum intestinum. Item, opus intestinũ. Sex sunt genera intestinorum, vt Auicenna testatur, videlicet Duodenum, Ieiunum, vel hilla, Longum quod tenuius, alias longano. Monoculum, alias colon dicitur. Nouissimum, &c. vide Plinium libro xi.

Monumentum.] Quicquid nos monet,

net, dicitur. Varro: Monumenta à monendo quæ sunt in sepulchris. Dictū est, & pro sepulchro sæpe ponitur.

Indigena.] Generis communis, penultima correpta, dicitur inde genitus à loco, nec alicunde proueniens. Mantuanus: Indigenæ ostendunt, quæ sit natura locorum.

Hyssopus.] Pen. prod. fœmi. generis, & hyssopum neu. gene. herba pulmoni valde vtilis. Apud Græcos scribitur cum ω mega, ideo producit o. Nonnulli scribunt per duplex ſſ, & rectissime quidem. Nam Græce sic ὕσσωπος οῦ, τό, herba quædam.

Legitimus.] a, um, dicitur id quod æquum, iustum, conueniens, & secundum legem est, à quo legitime aduerbium vnico t. Et contrarium eius illegitimū, à quo illegitimi filij, q non iusto matrimonio orti sunt, vt spurij & nothi.

Religio.] onis, à superstitiõe differt, qđ religio nihil aliud sit, quàm pietas, & dei cultus. Hic vero si nimius sit, vt timeantur potius dij, quàm colantur, non religio, sed superstitio est. Hinc religiosus, a, um, vt religiosus locus, religiosi dies, religiose aduerbium, & superstitiosus. Vide Viuem in libros Augustini de Ciuitate dei. Cicero ij. de natura deorum, religionem à relegendo dictam esse putat, quod sit ceu cognitio dei, quod cum illo Mercurij dicto consentit, εὐσεβεία γνῶσις ἐστι θεοῦ, religio notitia est dei. Lactantius lib. iij. à religando religionem mauult esse nominatam, quasi deo obstricti & religati religiosi pietatis vinculo. Augustinus lib. x. de Ciuitate dei cap. iij. à religẽdo, credo quod allusione nominis ad manum ex occasione capta. Aliquando ponitur pro metu, & solicitudine. Nam nihil dicere mihi religio est, ait Terentius. Hinc dicimus religionem injicere, & religione obstringere. Quod alias, conscięntiæ metum incurrere significat. Religione exoluere, contrarium.

Colonia.] Et æ, arum, proprie sunt, q̃ non veniunt extrinsecus in ciuitatem, nec propriis radicibus nituntur, sed quasi ex ciuitate propagatæ, iura, institutaq; populi Romani, non proprij arbitrij habent: vt Bononia, Fesulæ, coloniæ sunt, &c. Dictum est. Plures sunt coloniæ ciuitatū nomina. Inde dicitur: Coloniam mittere, & apes coloniam mittunt. Ita Colonia est maioris populi quasi effigies.

CAPVT XIII.

Sacer.] Sacra sacrum, idem est, quod venerabile. Capitur nõnunquàm pro execrando, & scelesto, & diro, vt Vergil. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Antiquitus sacer homo dicebatur, quẽ plebs ob maleficium iudicasset. Sacer mons, trans Anienem fluuium. Sacer ignis, morbus est. Sacer morbus, id est, comitialis. Sacrum promontorium nunc appellãt caput sancti Vincentij. Sacer homo. Item, sacrum, cri, subst̃atiuum. Hinc sacellum, à quo sacellanus. Sacerdos, sacerdotium, sacrarium, sacrilegus, sacrilegium, sacra via, sacer diuus, idem sacrum promontorium. Sacrosanctũ, sacrosctã potestas. Sacramentũ, &c. multa.

Rite.] Aduerbium, à rito, as, verbo, secundum Prisc. & significat recte, quoniam nihil traditur ritibus, quod non rectum esse credatur. Aut vt Varro ait, quia quod fit rite, id ratum, & rectũ est. Vel à ritus, us, quartæ declinationis.

Vescor.] ris, dictum est, hic veseeris, media producta in futuro, sicuti in Genesi, cibo frueris.

Redimo.] is, penultima correpta, ex re, & emo, d interposita euphoniæ. i. bonæ sonantię causſa, & significat emo, vt in Iure Ciuico. Redemptores vectigalium mancipes, & emptores dicuntur. Est etiam recuperare. Est & emendare, vt redimere tempus iubemur à diuo Pau. Et redimere peccata. Hinc redemptor & redemptio.

Consecrare.] Idem est, quod suum simplex, id est, deo dicare, atque sacrum facere. Hinc consecrati, quos Tertullianus vocat consecraneos. Sidonius hos vocat consecraneos, qui consecrati sunt, & quasi vni sectæ mancipati, atq; dedicati. Hinc cõsecratio, et consecratus, a, um. Reliqua composita sunt, desecro, execro, & execror deponens, quod magis vsurpatur. Execratio, execrabilis, e. Obsecro, obsecratio, obsecro est etiã aduerbium. Resecro, omnia cor. penul. indicatiui.

CAPVT XIIII.

Castrametor.] Pen. cor, idẽ est quod castra loco, arcesq;, & tentoria pono. Frequens est verbũ, in vete. instrumento, à castra plurali. Hinc castrensis, e, castræ, castellũ, castellani, castelli, castellatim aduerbiũ.

Magdalus.] Med. corre. locus est, ad quem filij Israel, cũ exissent de Aegypto peruenerunt, anteq̃ transirẽt mare rubrum. Legimus & in Ezechiele de Magdalo vsq; Syenem. Porro Hieremias Iudæos, qui secum fugerant, Babyloniorum impetum declinantes, in hac vrbe Aegypti habitasse refert. Hebræi scribunt Migdol, Pi Hiroth Baal Zephon hæc nomina.

Magnalia.] orum, sunt ingentia facta, & ad-

& admiratiõe digna, vti hic accipitur. A magnus, maior, maximus. Hinc magnitudo, magnates in plural. magnificatus, a, um, magnificentia, magnanimus, &c. innumera.

Præcino.] is, compositum à cano, id est, prædico, prædiuino. Interdum etiam ante canto. Vnde præcentio, modulatio, quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludiũ, & sympsalma, & concẽtus. Reliqua composita, accino, concino, concentus, occino, recino, succino, succentor. Omnia corr. pe. &c.

CAPVT XV.

Carmen.] is, quasi canimẽ, vt hic, pro cantico, & hymno, à canendo dici potest, quicquid est metrice scriptum. Quãdoque dicitur incantatio. Hinc carminare. Itẽ, carminare lanam dicimus, carminare linum hechlen, carminarius, qui carminat.

Abyssus.] i, immẽsa aquarum profunditas est, & quasi barathrum.

Tympanum.] Instrumentum musicũ membrana contectum, iam ad classica canẽda vtuntur milites saryssophori, id est, lãcearij, dictum alibi fusius.

Chorus.] Cum aspiratione cœtum, cõuentum, & multitudinem significat, & ceu coronam eorum, qui ad ludos conueniunt, seu saltantium, seu cantantium. Nam multorum vocibus, testibus Macrobio & Seneca, cõstat. Hinc chorea pen. indifferente. Choraules barbare organista, Choragꝰ, & Choragium, Choriãbus pes. Sed Corus fine h, ventus Occidentalis est, Græce Agrestes dicitur. Est & genus mensuræ, vti suo loco explicabitur.

Langor.] Vel languor, proprie defectio virium est, & succi naturalis. Sed ad animũ quandoq; trãsfertur, pro debilitate, defectu, inertia, torpore, socordiaque vsurpari solet. Languere etiam dicuntur herbæ cum arescere incipiunt. Hinc lãguidus, a, um. Dicit & langueſco. Elãgueſco, relãgueo fere idẽ.

CAPVT XVI.

Mussito.] as, frequentatiuum. Liuius lib. 1. In absentem Tarquiniũ erat inuectus, haud mirum esse superbo Romæ cognomen. Iam enim ita clam quidam mussitantes, id est, submissa, & secreta voce loqtantes, vulgo tamen eum appellabant. Hinc mussitabundus, a, um.

Murmur.] ris, tam mas. q̃ neu. ge. lenis aquæ strepitus est, quanquàm pro alio quocunq; strepitu ponatur. Hinc murmuro, as, & murmuror, aris, deponens. Et murmurillo, as. Plau. Quid murmurillas tecũ, & te discrutias? Hinc murmurator & trix. Murmuratio, murmurillũ. Cõposita admurmuro, commurmuro, obmurmuro, submurmuro.

Coturnix.] cis, aduena auis, magis terrestris, q̃ sublimis, nostri qualeam vocãt. Græci ortyga. Vnde ortygometra dicta coturnix, autore Festo, à sono vocis. Græci fic scribunt ὀρτυγόμητρα, id est, matrix coturnicũ, qua dictiõe vtitur Plinius. Gaza simpliciter matricẽ interpretatur. ὄρτυξ, υκος, coturnix, Herodianus ponit genitiuum ὄρτυγος, vti hic accusatiuus positus est.

Minutum.] Participium, & nomẽ esse potest. Participium, significat comminutũ, à minuo, hoc est, minus factum. Nomen, idem est, quod breue. Aliquando pro obscuro ponitur. Hinc minutulus diminutiuum,

Pilus.] Prima cor. capillus. Et est pilus nomen generale. Nam pilum pro capillo Plinius posuit. Pilus vero prima producta, quod & pilum, telum Romanum est, quasi perillum, vt inquit Varro, sicut Gessa Gallorum, & Saryssa Macedonum. Etiam pilum est nouacula, culterq; rasorius, & hastile v. pedum, et semis, vt scribit Modestus, à ferro trigono, vnciarum nouem: & instrumentũ, quo quid in mortario frangitur, conteriturque. Antiqui Ethruriæ & Latij populi fruges concidebant pani conficiendo pilis, idq; opus erat manuum. Molæ deinde sunt inuẽtæ commodiore rerum vsu, in quibus etiam non deest suum pilum ruido, vt vocat Plin. li. xviij. A pilo Pilumnus deus, q vsum pilẽdi frumẽti inuenit, vñ à pastoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Seruius nono Aeneidos. Capella lib. ij. comminuẽdæ frugis farrisq; frumenta Pilumna signat Italia.

Tundo.] is, tutudi, tunsum, secundũ Priscianum, licet composita v. nõ habeant. Diomedes duplex contendit habere præteritũ, tutudi, tusum, & tunsi, tunsum, significat pcutere, pulsare, & quasi in vase aliquo quippiam comminuere, ceu in mortario pistillo conterere. Hinc dicimus eandem incudem tundere. Cõposita, contundo, extundo, obtundo. Hinc obtusus, a, um, vt obtusum ingeniũ, obtusus visus. Pertũdo, pertusum dolium. Retundo, retusus idem quod obtusus.

Gomor.] Mensura vini est Atticorũ, Chœnicum trium, id est, si Chœnicem pro duobus sextarijs intelligimus, is erat modus diurni cibarij, vt miles quisq; Darianus octonis diebus frumenti modium vnum accipere debuerit, id est, sesquimense medimnum. Hæc mensura, vt arbitror, Gomor ab Hebræis vt hic dicitur. Rabanus tamen tres Chœnicas capisse dicit & interpretaur res.

Ambrosius in epistola ad Iustum. Hic in textu Gomor decima pars est Ephi.

Scateo.] es, significat emano, erumpo, ebullio, vt Antiochus scatere cœpit vermibus, liber scatet mendis. Hinc scaturio, is, & scatebra & scaturigo, scaturies.

Manna.] atis, vel æ, ros mellius matutinus, & cibus qualis cecidit filijs Israel de cœlo in deserto. Et interpretatur Manhu, quid est hoc, vt hic, quod est quasi semẽ Coriandri album, & candidum sicut pruina, ait Origenes Adamantius. Aerium manna.

Coriandrum.] dri, nomen est herbæ satiuæ, seu oleris, vt ait Origenes super hũc locum, Homelia septima, capite xv. Cuius semen album est, ac minutulum. Galenus alio nomine dyaboram coriandrum nominat. Nos opinamur id esse, quod saccaro incoquitur. Medici antiqui, Dioscori. Auicẽ. Galenus, &c. multa de eius virtute scribũt. Porro coriandrum inter sylueſtria non inuenitur, sed vbiq; fere satum nascitur, præcipuum habetur Aegyptium, vis magna datur viridi ad refrigerãdos ardores, simplex edẽdum non est, sed aceto præparandum propter innatam malitiam. M. Varr, eo subtrito carnem incorruptam cum aceto, æstate seruari posse credidit. Xenocrates vero mẽstrua contineri vno die, si granum biberint fœminæ bidduo, si duo: & totidẽ diebus quot grana sumpserint. Hinc Macer. Xenocrates inquit totidem cessare diebus Mẽstrua, quot mulier coriandri grana vorabit. Prohibet & vapores à capite, vt scribit Auicennas. In aceto autem albo per diem maceratum reddit illud aptissimum, ad pulices necandos si per ædes spargatur. Hæc Marius Grapaldus, de partibus ædium.

Simila.] Farina est alba, & flos, seu far, delitiæq; pollinis triticeæ, dictum est. Hæc & similago dicitur. Hinc similaceus, a, um, et similagineus, a, um.

CAPVT XVII.

Sin.] Octaua mãsio est, licet iuxta ordinem Exodi vij. sit: quod omnis vsq; ad montem Sinai eremus Sin vocetur. Sin autẽ interpretatur rubus, per zade scriptum, arbor sterilis, & senticosa, quam auis citra deplumationem intrare non potest, vt Hebræi dicunt, crescens in deserto, à quo nomine & arbore, mons Sinai est dictus. Dicitur etiam mandatũ. Rectius tamen frigus, scutũ, arma.

Raphidim.] Vndecima mansio est. Pulchre autem dissolutio, ac sanitas fortium dicitur, vel propter dissipatum Amalech, vel ob sanatum Israel: verius tamẽ stramentum sonat. Sin autem remissionem manuum iuxta Syros.

Iurgare.] Vel iurgari, est quasi iure cõtra aliquem agere, verbaque contentiosa facere. Hinc iurgatio, & iurgium, iurgiosus, a, um. Obiurgo, as, obiurgatio, trix.

Laxare.] Proprie est latum facere, aperire, & quasi liberare. Hinc laxus, a, um, i. largus, &c. Et laxor, ris. Item laxitas, laxamentum, i. remissio. Hinc laxi funes, prolixus, a, um, prolixitas. Laxo, as, relaxo animum.

Penuria.] æ, significat omnem rerum inopiam, præsertim earum, quæ in penu recondi solent. Hinc penurios us, a, um.

Collis.] is, per duplex ll, minor mons, & quasi monticulus dicitur. A quo colliculus. Hinc Septicollis dicta Roma fuit. Collatinus, a, um, Collatina dea.

Lasso.] as, id est, fatigo, à quo lassatus, a, um, fessus. Compositum est delasso. Lassus dicitur tam animo, quàm corpore, fatigatus, i. labore adfectus. Hinc lassitudo pro molestia ex labore suscepta. Et lasseo, es. i. lassus sum. A quo lasseſco, id est, lassus fio. Hic lassarentur, pro deficerent ponitur. Hinc adagium: A lasso rixam quæris, &: Bos lassus fortius figit pedem. Vide Paræmiographũ Erasmum in Chiliadibus.

CAPVT XVIII.

Holocaustum.] Græcum est, sacrificium dicitur totum exustum. Græce sic ὁλόκαυστον.

Præstolor.] Pe. pro. Bebelio autore. Ac Dasypodius corripit, est expectare. Nam Festo teste, præstolari is dicitur, qui ante stando ibi quo venturum excipere vult, moratur, id est, manere. Alias significat præsto esse, vt vult Donatus, & parere atq; obsequi. Et tam dativo, quàm accusativo iungitur, teste Diomede. Tullius in Salustium: Quem præstolaris hic Parmeno? id est, expectas. Antiqui etiam præstolo, as, dicebant, Nonio autore Turpilium referente dicentem: Ego præstolabo illi. Et Liuius in Tereo ait: Nimis Pol imprudenter suis præstolaras.

Negotium.] A nec & otium fit, quasi non otium, hoc est, opus. Et accipitur pro occupatione. Aliquando pro labore, opere. Interdum pro cura, & molestia, & solicitudine. Item dicitur factum de quo quæstio. Et negotij remedium est. Hinc negotiator, & negotiosus, a, um, negotiari. Negotiatio, negotialis, e. Item negotijs detineri, vel implicari, vel obrui ornate dicimus. Exhibere negotium, & facessere negotiũ, idem. Dare

negotium. Nihil mihi tecum est negotij.

Prouideo.] es, significat ante, vel à longe, & futurum aliquid video antequã fit factum. Modo remedium præbere. Hinc prouidẽtia, & prouisio. Prouidus, a, um, puide.

Tribuni.] Græce Chiliarchi dicuntur, id est, mille hominibus præfecti dicti, quod in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis creabãtur, aut quia tribuum suffragio, & calculis crearentur: vel vt Vegetius ait de re militari, tribuebant iura militibus. Etiam dicti sunt ij, qui magistratũ gerebant, vt hic forte. Asconius Pædianus docet horũ duo genera. Alteri rufuli, alteri comitiati. Itẽ alij tribuni plebis, alij tribuni ærarij. Hinc tribunatus, us. Tribunitius, a, um. Nã hi tribuni non vnius generis erant magistratus. Tribunus militaris. Tribuno parebant Centuriones, illi Legato, Legatus Consuli, &c.

Magistratus.] us, significat eos, qui in potestate sunt constituti, vt sunt Consules, Prætores, & alij qui ciuitates, & prouincias regunt: nos barbare magistros ciuium vocamus. Interdum ipsam potestatem, & officium significat, vt magistratus virum arguit, hoc est, committe officium, & videbis quid possit. Adagium est, à magister fit. Hinc dicimus magister equitum, magister pecoris, magister curiæ. Magisterium magistratus, vt hic, nunc est vrbis nostræ magistratus, magistratu abire. Sic inire magistratum. Magistro, as, verbum.

Centurio.] is, & centurionus, dicitur quia centum peditibus præest. Hunc T. Liuius, & M. Varrro primipilum appellant. Græci hecatontarchum. A centum deriuatur, vt alia multa.

Quinquagenarius.] ij, substan. dicitur hic, qui quinquaginta peditibus præest. Græce Pentecontarchos nominatur.

Decanus.] ni, Græce decarchos vocatur, q decẽ præsit velitibus, à decas, quod est decem, & archos, princeps. Hic & decurio dicitur. Ioseph Arimathæus decurio erat.

Strenuus.] a, um, fortis, celer, vigilãs, atque ad res gerẽdas promptus, paratus, expositus dicitur. Hinc strenuitas, & strenue, & streuuiter.

CAPVT XIX.

Peculium.] ij, vt inquit Valla, est quicquid labore nostro partum est, in quascunq; persona, licet in seruis iura velint dominorum accedere consensum. Ponitur & pro patrimonio. Dicitur & quicquid proprium est alicuius, à quo peculiare, pro pprio, & speciali, & peculiariter aduerbium. Hinc peculiolum diminutiuũ. Peculiosus, a, um, & multa alia à pecus manant.

Buccina.] æ, dimin. à bucca, pro tuba, siue cornu ponitur. Buccinũ, sonus buccinę.

Clango.] is, id est, tuba cano, vt hic. Hinc clangor, vox & sonus tubarum.

Inclareo.] es, & inclaresco, à clareo, id est, valde clarus fio, vt hic: Inclaresco, cõpositum ab inclareo. Hinc clarus, a, um, compositum præclarus, a, um. Claritas, claritudo, vt claritas solis, claritas generis, est nobilitas. Claro, as, & declaro, as, vnde declaratio. Clarifico, cas. Clarigare autem, est clare repetere res ablatas. Ita solebant Romani facere, hasta in hostium agrum missa, bellum indicturi. Clarigatio, ein solliche offentliche erforderungh.

Mico.] as, id est, spendeo, appareo, digitis ludo. Cicero in Officijs: A quibus natum est id, quod iam tritum est vetustate prouerbium. Cum enim fidem alicuius bonitatẽq; elaudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris micet, id est, digitis fortiatur. Significat etiam subinde, & per interualla resplendere. Verg. Micat ignibus æther. Et metaphorice, mico, vt micare digitis, genus ludi fuit apud veteres. Compo. dimico, dimicatio. Emico, promico, omnia pe. corripiunt.

Perstrepo.] is, à strepo, id est, valde strepo, hic pro sonare: & omnia composita habent pen. cor. obstrepo, instrepo, constrepo, circumstrepo, perstrepo, strepito, as, freq.

Prolixus.] a, um, quasi porro laxum, quod longũ, latumq; est. Teren. in Eunuch. Accipit nemo melius, neq; prolixius, id est, largius, vt hic. Aliquando dicitur superfluum. Hinc orationem prolixam dicimus. A quo prolixitas. A laxus, a, um, fluit.

Cacumen.] is, culmen est, & vertex, fastigiumque, & summitas cuiusq; rei, maxime montis.

CAPVT XX.

Sculptile.] substantiuum, dicitur quod sculptum est, seu quod sculpitur, veluti simulacrum, vt hic. A sculpo, is, Hinc sculptor, & sculptura, æ. Scuptilis, e, adiecti.

Zelotes.] Pen. pro. Græcum, idẽ quod æmulator. Apostolus Simon dictus est Zelotes cognomento, quandoq; dicitur amator. Hinc zelotypus, & zelotypia.

Insons.] tis, dicitur q innocens est. Seneca in Hercule furente: Quẽ pœnitet facti insons est, à sons, omnis ge. sonticus, a, um.

Sabbatum.] Hebraicum est, & dies quietis dicitur. Et est septimus dies, quo requieuit deus ab operibus suis prima sabba-

ti,id est,primus dies,quẽ dominicum appellamus,ethnici diem solis. Secundam sabbati,ethnici diem Lunæ. Tertiã sabbati, diem Martis. Quartam, diem Mercurij. Quintã, diem Iouis. Sextam, diem Veneris. Septimã, hoc est,Sabbatũ, diẽ Saturni, vocãt. Quod etiam nomen ab Hebræis(ficut Iosephus refert)septimana dicit Latinis, Græcis hebdomas. Hinc sabbatizare, vt in Esdra legis, est sabbatum colere. Hieronymus in Leuitico xxv. Exodi xvi. & ij. Esdræ I. Sabbatarius,a, um. Vt Iudæi hodie habent sua baptismata Sabbataria. Sabbatarius substantiue dicitur qui diem Sabbati seruat,colit,veneratur. Vnde illud: Ieiunia Sabbatariorũ. Sabbatismus, vacatio est & quies facta, post labores. Hebræorum iiij. Itaque relinquitur Sabbatismus populo dei.

Lampas. Et lampada, id est, fax, nos pro lucerna olearia interdum capimus.

Mechor. Demus mœchari Latinis esse receptum. Nam Catullus mœchari dixit, & Terentius mœchum: quis vnquàm Latinus dixit, mœchatur illam? vti Matthæi v. legimus: Mœchatus est eã. Proinde si mœchari hoc loco significat adulterium cõmittere, aliter vertendum erat sic: Iam adulterium commisit cum illa. Sin positum est, pro fornicari, quemadmodum aliquoties inuenitur, vt hic, pro mœchatus erat, stuprauit eam, siue vt Suetonius loquitur, adulterauit eam. Mœchia pen. producta adulterium.

Pacificus. a,um, à pacifico, à quo pacificor, aris, passiuum, dicitur quod pacificat, pacat, conciliatq;. Hinc pacifica holocausta, quæ olim deo opt. max. fuere gratissima. Trifariam enim in veteri instrumento oblationes ordinabantur, videlicet sacrificium pro peccatis expiandis. Hostiæ pacificorum, vt hic, pro pacis conseruatione. Holocaustomata, pro perfecta vniõe, vide Leuit. i. iij. iiij. capit. Hinc pacificus,a,um, & pacifer,a,um.

Turpitudo. is, à turpe, quod est indecorum, ac deforme, fit. Turpitudo, id est, deformitas, fœditas, obscænitas, hic pro pudẽdis, verendis, virilibusq; ponitur.

CAPVT XXI.

Dij. Duplici syllaba profertur. Psalte: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Hic pro sacerdotibus videtur accipi. Dij selecti, siue maiorum gentium. Sunt aũt viginti, duodecim hominum marium, & octo fœminarum. Dij adscriptitij, siue minorũ gentium. Dij penates, & patrij. Dij vestram fidem, admirantis verba sunt. Et Dij boni, Dij meliora, deprecantis. Dijs iratis facere aliquid, Dij, vel diui plurale est à Deus, vel diuus. Deum facere. Deus aliquando est idem quod princeps, vel autor. Deus nobis hæc otia fecit, Vergilius.

Subula. æ, instrumentum sutorũ, cerdonumq; & calcearioru est, quo perforãdis calceis, ac suẽdis vtuntur, vt hic. Et Martialis: Quodq; tibi tribuit, subula sicca rapit.

Despondeo. es, est promittere, quod ad nuptias proprie pertinet: ad eum quoq; cuius est locare mulierẽ viro, seu virum mulieri. Item despõdere animum, est suæ sponte statuere, quod nos desperare dicimus. Item despondere sapientiam dicitur, qui desperat sese sapientiam adepturum. Hinc & desponsare fit, idem quod despõdeo: à quo desponsatio. Aliud compositum est respondeo, vt respondere poculis. Vita non respõdet doctrinæ. Responso, as, responsum, responsio, responsorius, a, um.

Industria. æ, ingenium est, seu ars, qua aliquid struere sumus idonei. Hinc dicimus ex industria hoc egi. i. data opera, & deliberato animo. A quo industrius, a, um, non industriosus & industrie dicitur aduerb.

Impensa. æ, ab impendo, dicuntur beneficia. Martialis: Impensis vitam principis annumeres. Hinc impensa, vt hic pro expensa ponitur. Dicitur & impendium idem. Impendio, & impense aduerbia, id est, valde, nimis, magis. Item impensius.

Abortiuus. a,um, ab aborior, quod abortum facere potest. Dicitur & abortium idem quod abortus, quoniam circa pariendi tempus proprie moritur quod nascitur. Græci dicunt ἔκτρωμα, id est, abortiuũ. Item abortio, is, & aborto, as, pro eodem, & abortior, iris, id est, abortum facio.

Liuor. Vestigium est, et nota quæ fit ex flagello. In Ecclesiastico legimus, quod flagelli plaga liuorem facit. Aliquãdo significat colorẽ nigriorem. Varro autor. Et capitur pro inuidia. Vergil. Liuor tabificũ malis venenum. Claud. Liuor edax tibi cuncta negat. Hinc liuidus, a, um, & liuidulus diminutiuum. Liueo, es, & liuesco.

Cornipeta. æ, vel cornupeta à cornu, pen. cor. animal est, quod cornibus petit. i. ferit. Hinc adagium: Hic habet fœnũ in cornu, caue. Olim cornupetæ fœno in cornu ligato signabantur, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent. Horat. in Sermonib. Fœnum habet in cornu, longe fuge. In homines feroces, ac maledicos dicit, Vide Chilia. Eraf.

Heri. Vel here, aduerbium temporis, id est, hesternus dies, à quo hesternus, id est, pridia-

pridianus dies. Hinc ab heri, vt hic duæ dictiones, id est, pridie, & hesterno die. Hesternum ius dicimus.

CAPVT XXII.

Depascor.] ris, à pascor. i. depopulor. Vergil. Florẽ depasta salicti, id est, comesta, depopulata. Sic hic accipitur. Depastus dicitur agrum bos, qui cibum ex agro sumpsit, gramina carpsit. Itẽ depastus ager passiue, hoc est, pascendo consumptus.

Aceruus.] Mollis aggregatio, & cumulus est, proprie minutarum rerum, vt frumẽti, leguminis. Strues lignorum, strages occisorum cadauerum, sarcina vtensilium. Hinc aceruo, as, & compositum coaceruo, acerua tim. Aliquando maiorum significat, vt aceruus scutorum, lapidum.

Pupillus.] li, à pupus. i. puer paruulus, & tenerior deriuatur, pro impube, q̃ desiit esse in patris potestate, vel morte, vel emancipatione. Orphanus, qui neq; patrẽ habet, neq; matrem, dicitur. Hinc pupillaris, e.

Mutuum.] Ab eo dicitur, q̃ de meo tuum fit. Vel quia res quæ redduntur, mutuantur. Et proprie sine vsura: fœnus cum vsura. Hinc mutuum dare. i. mutuare. Quippe mutuum damus recepturi non eandẽ speciẽ quã dedimus, alioqui aut commodatũ erit, aut repositũ, sed idem genus. Hinc mutuus amor, & mutuo, mutuiter aduerbia nota. A mutuo, as. Mutuo tibi aureum, mutuor à te frumentum. Mutuus, a, um, mutuus amor, mutua beneuolentia, mutua opera. Do mutuum, & do mutuo, amant se mutuo. Mutuatitius, a, um. Pecunia mutuatitia.

Primitiæ.] arum, primi fructus ex agro suscepti, qui deo offeruntur. Refertur & ad alia, quæ omitto, vt ingenij primitiæ, & primitiæ dormientium Christus. I. Cor. xv.

Decimæ.] Et decimæ, arum, significat portionem vnam ex decem. Plautus: Vt decimam solueret Herculi. Hinc dicimare est, decimam partem detrahere, alias forte fusius exponam.

Exactor.] ris, ab exigo, qui cẽsus, & redditus, atq; huiusmodi, extorquet, exquirit, & debitum repetit. Inde exactus, a, um, nomen, & exactio, dictum alibi.

CAPVT XXIII.

Refrigero.] as. i. frigus induco, vel rem calidam frigidam facio. Aliquãdo est subleuare, recreare. Hinc refrigerium, et refrigeratorius, a, um, vt aqua refrigeratoria. Interdũ diminuere, seu dimittere significat.

Aduersor.] ris. i. detestor, abominor. Iungitur accusatiuo, quod fit quoties ab aliquo, quem odio habemus, vultum auertimus. Ouidius in Fastis: Officioq; leuem non auersatus honorem. Hinc auersio.

Exceco.] as, compositum à cæco est valde, vel perfecte cæcare. Plinius: Vt cum lauatur, si oculos attingat, excæcet. Hinc excæcatio, & excæcatus, a, um.

Scabro.] onis, vermis qui nascitur de carnibus equorum putridis, inquit Calepinus, alias non reperi, nec me legisse memini. Crabro autem est insecti genus, affine Vespis pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo. Refert Plin. lib. xi. cap. xxi. Crabronum ictus haud temere sine febri esse. Hinc adagium: Irritare crabrones, est alias irritabilẽ magis irritare, & prouocare. Horum crabronũ meminit Aristot. lib. de partibus animaliũ nono. Vtitur & hoc adagio diuus Hierony. in quadam epistola. Plaut. quoq; in Amphytrione festiuissime. Cæterũ, hoc loco legendum est crabro secundum Hebraicam veritatem. Est ergo crabro species reptilis alati habens venenatum aculeum, haud dissimilis api, vt dicit Grundẽfis. Et hæc in magna multitudine infestissima fuit habitatoribus terræ, vt cogerẽtur cedere. Hæc Sebastianus Munsterus super hunc locum.

Redigere.] Ex re, & ago, significat quadam vi, aut industria reducere, & semper accusatiuum cum præpositione postulat, multisque accommodat actibus, vt in nihilum redigere. Hinc redactus, a, um, vt quo redactus sum: & redactio.

Inire fedus.] Est pãgere, & firmare fœdus, pactumq; stabilire. Hinc dicimus certo fœdere, fœdifragus, a, um, fœdero, as. Vnde fœderati.

CAPVT XXIIII.

Cratera.] æ, penult. produ. Et crater, eris, generis masculini, cupa est grãdis, ac patens, à κρατειν, quod est tenere. Horatius in sermonibus: Siue grauis veteri crateræ limus adhæsit. Ad huius similitudinem foramen in monte Aethna, per quod ignis exit, euomiturq;, dictum est. Et crater fontis labrum est. Et crater signũ cœleste, quod xvi. Calend. Martij vespere oritur.

Volumen.] A voluendo, quod maiores nostri in libris arborũ, id est, corticibus scribebant, & libellos illos quo commodius portarent complicabant, Græce Teuchos.

Sapphirus.] Per p, ante ph, penulti. produ. lapis preciosus, coloris aerei, aureis quandoque punctis collucet. Cerulei enim sunt & Sapphiri, quamuis & candidi reperiantur Adamãti similes colore. Sed qui Cya-

næi sunt,id est,cerulei, mares existimantur. Hinc Sapphirinus,a,um,vt hic,id est, breui contra vulgi morem, quod Sapphiri est, & Sapphiratus,a,um, id est, Sapphiris maculatus, & varieganter intextus. Sapphireus,a,um.

CAPVT XXV.

VLtroneus.] a,um,idē est,quod spontaneus,vt hic.Horatius: Vbi largius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces. Ab vltro venit, q̄d significat vltra, seu insuper. Interdum sponte, & sine requisitione. Aliquando praue, ac peruerse, seu versa vice,ac prior.

Hyacinthus.] Græce ὑάκινθος, flos ruber, & mollis,viola, & gemma, in qua fulgor violaceus dilutus est teste Plinio. Et est herba eiusdem nominis nascens. Vnde Hyacinthinus penultima correpta, contra vulgi opinionem,vt hic.Pelles Hyacinthinæ,& vestes Hyacinthinæ, hoc est, Hyacintho flori similes.Ouidius libro x. Metamorphoseos: Annua præclara redeunt Hyacinthina pompa. Sunt etiamnum albi, & cerulei,rubeique siue purpurei.Vergilius:Et suaue rubens Hyacinthus.Hyacinthinus color, dicitur etiam Hysginus,a,um,à genere herbæ, q̄ ὑσγῖνόμ vocatur.Itē Hyacinthus puer ab Apolline dilectus, in hūc florē, vt poetæ fabulātur,mutatus. Sūt q̄ vaccinia interpretent.

Porphyra.] Græce πορφύρα. Nos purpura.Piscis ex concharum genere,sic inuenta,scribit Angelus Policianus, vir vnde vnde doctissimus,in Miscellaneis,ca.xij.in hāc sententiam,quod Herculis canis,qui eum sequebatur,conspicatus irreptantem scopulis purpuram, peresa caruncula, sua sibi labra cruore puniceo,id est,phœniceo,infecit.Cū igitur ad puellam, cui nomen Tyro, quam amabat misere,Hercules adijsset,delectata illa insueta tinctura, affirmauit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se vestem afferret, etiam canis illius labris splendidiorem.Hęc ille ex Græco, & antiquissimo quodam poeta Nonno. Alijs,qui de hac multa commiscuntur,supersedeo. Hinc color purpureus, i. Tyrius, aut rubeus, nigricantis rosæ sublucens. Vergil.libro iij.Georgicon. In mare purpureum violētior influit amnis.Itē purpurarius,& purpurarij substantiua. Purpuratus,a,um, & purpurissum, purpurissa, & purpuriſſo,as,purpurasco.

Coccus.] Latine granū, per duplex cc, sumitur pro purpura. Laudatissima nascitur circa Emeritam Lusitaniæ, id est,Portugalliæ ciuitatem.Autore Plinio lib.ix.Hinc coccinus, & coccineus,a,um. Item coccina, est vestis purpurea.

Byssus.] Genus lini subtilissimi,& cādidissimi,& lana conchæ adhærens, colore luteo,ac perlucido, ex quo fiunt preciosissimæ vestes,byssinæ appellatæ.Hinc byssinus, a,um,penultima correpta.

Rubrica.] Pe.longa,terra rubei coloris est,& minio, cinnabarijq̄ proxima. Persius: Præsertim si quid Masuri rubrica notauit. Hinc rubricatus,a,um,vt hic.Hac olim legū tituli,et capita notabātur.Et nos hodie subinde vtimur libris rubricandis.

Sethim.] Hebraice setta, id est, spina. Sittim autem,Kimhi dicit speciē esse, & quidem optimam cedri. Est autem genus arboris nascentis in eremo, spinæ albæ habens similitudinem, vnde omnia ligna arcæ, & tabernaculi facta sunt instrumenta,quæ appellantur Sethim, vt hic. Quod lignum imputribile, & leuissimum omnium lignorū, tam in fortitudine, quàm in nitore soliditatem superat,& pulchritudinem. Hæc Hieronymus super Esaiam,capite xli.Si quis fusius velit,legat eundem super Michæam capite vi. vbi Græce, Hebraicēq̄ exponit,ego breuis ero.

Concinno.] as,à cinnus fit, per duplex nn,id est,consentio,apte compono, & quasi conuenire facio, vt hic, Lucernas concinnant.Hinc concinnus,a,um,concinnitas, & concinnitudo. Inconcinnus,a,um, concinne,& inconcinne aduerbium.

Aroma.] Latine odoramentum. Hinc aromatarius,qui ea vēdit, aromatopola idē.

Thymiama.] Græcum est, id est, vaporatio,incensum,odorq̄ suauissimus, thymi naturam referens, hoc adolebatur in sacrificijs, vt hic, sicut hodie thus. Hinc thymiaterium, quod Latine acerra, vel thuribulum dicitur.

Onychinus.] Penultima correpta, ab onyce,est lapis,similitudinē vnguis habens, ὄνυξ, Latine vnguis,dicitur & lapidis genus (alabastritem vulgo vocant)eo quod humano vngui sit similis. Interdum testa est conchilij in paludibus Indiæ, à leuore vnguis, quem imitatur, nominatus. Hinc λὶ ὄνυχομ ἄκριβοῦμ, id est, ad vnguem exihere. Vide Petrum Gillium.

Ephod.] Bad Hebraica lingua, sonat Latine linum, licet pistha linum significantius exprimatur,habitus fuit Leuitarū. Propterea Samuel, & octoginta quinq̄ viri sacerdotes,Ephod lineum portasse referūtur, quoniam sacerdos magnus solus habebat facul-

facultatem Ephod, non lineo vestiendi, vesti (vt scriptura hic commemorat & alibi) auro, Hyacintho, cocco, byssoq; contexto. Cæteri habebant Ephod, non illa varietate distinctum, sed lineum, & simplex, & toto candore purissimum. Hæc Hierony. ad Marcellam. Si plura discupieris, vide eundem alibi variis in locis. Ephod duplex, & Ephod superhumerale. Addam ista de Ephod. Diuus Hierony. multis locis, & ad Marcellã, & cõtra Iouinianũ, & de veste sacerdotali ad Fabiolam, tum etiam Iosephus li. iij. Antiquitat. scribunt Ephod Græcis dici ἐπωμίδα. Sic enim verterunt Septuaginta, quod Hieronymus & Ruffinus vertunt, superhumerale. Ab humeris dependebat apertum ad brachia. Huiusmodi Ephod solus summus sacerdos gestabat cunctis coloribus, auroque interstinctum. Leuitæ & quidam alij Ephod habebant huic simile, sed Ephod bat, id est, ex lino. Sic Samueli fecit mater Anna Ephod bat: & Dauid ante arcam ἐπωμίδα gerebat. Vnde credo manasse morẽ ad nostros Rabbi, id est, διδασκάλους ἡμετέρους, vt tanquã principes legis, & totius religionis habeant ἐπωμίδα insigne scientiæ admirabilis, quæ etiam humeros defluat. Hinc medicos & Iurisperitos, ne quid illis viderentur cedere, cultum quoq; similem vsurpasse. Cæterum Septuaginta ἐφούδ legunt. Hebraice hoschen vocatur.

Rationale.] & lis. Philosophi dixerunt esse quod ratione vteretur, vel vti posset. Vnde hominem dicimus esse animal rationale, & mortale. Sed rationale substantiue, vt hic, genus vestis sacerdotalis est. Hieronymus ad Fabiolam. Dicitur etiam genus vestis apud Hebræos osuin, Græce λόγιον, nos rationale, pannus est breuis ex auro, habens palmi magnitudinem per quadrum, & duplex, ne facile rumpatur. Rationale à ratio manat, quod plura significat, vt non habet rationem tui. Aliquando ponitur pro causa, negotio, via vel modo. Qua ratione id fieri queat, audi. Præterea sumitur pro supputatione & calculo. Subducere rationem, rationes putare, ratio constat. Ratiuncula diminut. rationarius, rationabilis, le, rationor, aris, ratiocinator, ratiocinatio.

Sanctuarium.] Sacer locus est, templum, sacrarium. Plini. Mithridates appellauit Sanctuaria, quæ alio nomine arcana, adyta, & Plutarchus ἀπόῤῥητα τὰ vocauit. Hermolaus Barbarus in Plinium autor est.

Semis.] Significat dimidium, à Græcis hemis dicitur, vt hemistichion, id est, dimidius versus. Sic semideus, semiuiuus. Ali quando pro media libra capitur. Quandoq; genitiuum facit semissis, vt hic loci.

Semissis.] Genus est mensuræ, & monetæ. Dicimus: Semissis homo, id est, vilis, & quasi semihomo, sicut semissem, id est, semiassem. Vnde multa composita, semesus, a, um, semianimis, semicirculus, semicinctum, semidoctus, semiferus, seminudus, semiplenus, semiquinaria. Et semiseptenaria, semissis homo, semiuir, semestris, semodius, & cætera.

Circulus.] Et per syncopen circlus paruus est circus. Circulus ligneus, circulus mensurarius, circularis, e, circulare verbum. Circulator, trix, circulatorius, a, ũ. Circulatoria eloquentia.

Propitiatorium.] Locus in quo placari solet deus, licet hic pro tabula videatur poni posita super arcam. Operculum arcæ.

Productile.] Dicitur, quod tunsionibus malleorum productum, prolongatumque est, vt hic æs productile, à verbo produco, is, quod est in longum duco, & de tempore, & de rebus corporeis dicitur Vergil. Abnegat excisa vitam producere Troia. Hinc productores dicuntur virginum expositores quæstus gratia. Productus, a, um, & cætera.

Oraculum.] Ab ore dictum, ait Priscianus. Sed Cicero libro Topico. Oracula ex eo appellata sunt, quod inest his deorum oratio. Hinc & pro responso capitur, quandoq; pro templo. Item pro dicto alicuius, vt oraculum Catonis est. Interdum vnum ex quinq;, quæ videre videmur, dum dormimus. Prophetarum libri mera continent oracula. Oraculũ esse puta, tanquàm ex Tripode dictum.

Labium, seu labrum.] Genus est vasis, quod vulgo tinatiolum dicimus, ad lauandum, quasi lauabrum. Cicero: Labrum si in balneo nõ est, fac vt sit. Verg. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahænis Sole repercussum aut radiantis imagine lunæ. Sic hic, pro æneo vase. Etiam pro oris parte inferna & superna. Item pro marginibus, & extremitate cuiusuis rei. Hinc & labellum diminut. & labiolum, vt: Digito compesce labellum, hoc est, Harpocratem age, sile.

Interrasile.] Quod est interpolatũ cœlatura, seu sculptura, & plano. Planũ em̃ inter cœlaturas quasi rasum videtur: sic hic.

Vectis.] Masculini gener. instrumentum quo clauditur ostium, quod manibus percutiendo vehatur. Item est lignum quo

aliquid vehitur,& portatur.Sic vectes erant ſudes in circulis poſitæ, quibus arca portabatur,vt hic.Rurſus,ſunt inſtrumenta ad aliquid euertẽdum. Eſt & vectis inſula in Oceano ſeptentrionali verſus Tylen.Vecticulariam vitam viuere, eſt furto vitã agere.

Acetabulum.] Vas eſt aceti, Græce oxybaphum pen.cor.dicitur.Ab aceto, menſura continet ſeſquicyathum.

Phiala.] Græce φιάλη, penult.cor.vas vitreum,quo tam vinum, quàm aqua, item oleum, acetumq; interdum menſæ imponitur. Iuuenalis: Byrrho tenet phialam, tibi nõ committitur aurum. Virro alias legitur, ambigo an bene.

Thuribulum.] Vas quo thus adoletur. Græce dicitur Thymiaterion. Acerra vero vaſculum quo thus ſeruatur.

Cyathus.] Pe.cor.paruum poculum. Iuuenalis:Cardiaco nunquàm cyathum miſſurus amico. Ad cyathum ſtare, & à cyathis eſſe dicũtur pocillatores regum,qui cyathiſſant,id eſt, cyatho vina miniſtrant. Vide Budæum de Aſſe.

Candelabrum.] A candela, in quo candelæ figuntur. Varro à candela candelabra, in ijs enim funiculi ardẽtes figebantur.Martialis de candelabro Corinthio:Nomina cãdelæ nobis antiqua dederunt. Non norat parcos vncta lucerna patres.

Ductile.] Quod facile ducitur,attenuaturq;.Vnde æs ductile, quod malleis obſequtur, attenuaturq; in laminas. Dicebatur etiam ductilis ſcæna. A duco,is,dux, ducatus, pro dignitate & numiſmate. Ducto, & ductito frequenta.Ductarius,a,um,vt ductarius funis, ductim aduerbium,&c.

Haſtile.] Penul. prod.dicitur quod ad haſtilis formam factum eſt, & de quacunq; re dici poteſt.Vnde pro ſtipite cãdelabri hic poſitum eſt. In Regum lib. pro haſta, à qua deducitur.Hinc haſtula dimi. Haſtatus,a,ũ. Item haſta cẽtumuiralis.Subijcere haſtæ:Venire ſub haſta,haſtam abijcere.

Calamus.] Græcum eſt κάλαμος, & arundo dicitur magis minuta, habens internodia longa,& recta,ex qua ſagittę apud diuerſas gentes fiebant. Et pro penna ſcriptoria quandoq; ponitur. Item concauus fiſtulis accommodatus, quem ſyringa vocãt. Item calamus auleticus,qui tibijs vtilis eſt. Item virgula piſcatoria, & qua aues capiuntur,alio nomine ames,itis.Item quandoque pro ſtipula,& alia re tereti, ac fiſtuloſa.Item pro arbore aromatica. Item etiam menſura eſt vi. cubitorum,& palmi. Vide Gillij Lexicon. Hinc calamarium, pennaria theca, calamaris,calamare.

Scyphus.] Vaſis potorij genus q̃d proprie Herculi attribuitur.Dictũ eſt alias.

Sphera.] Cum æ.diphthongo,Græcũ eſt,& Latine dicit globus, atq; id eſt,quod ex omni parte rotundum apparet,nec principium habens,nec finem.Hinc ſphæriſterium,& ſphæræmachia,id eſt,pugna,& ludꝰ. Et ſphærula diminut.vt hic.Item ſphæricus pilaris. Hinc ſphærula diminut.

Emunctorium.] Inſtrumentum eſt ad emungendũ,vt hic,ab emungo,is. Per metaphoram.Emunxi argento ſenem.Emunctus,a,ũ.Emunctæ naris homo,adagiũ eſt.

Talentum.] Græce τάλαντον, nos talẽtum dicimus,libra,trutina,lanx.Apud Priſcos diuerſi ponderis fuit, vt talentum Euboicum,Magnum, Babylonium, Atticum, nec vnum tantum apud Hebræos habitum. Item ponderale,& nummarium,&c. Si quis exactius cognoſcere velit,legat Budęum de Aſſe & partibus eius. Sed Atticum fere ſcriptoribus vſurpatur.

CAPVT XXVI.

Tabernaculum.] Non eſt diminutiuum à taberna, ſicut nec cœnaculum. Eſt autem tectum craſtenſe,quod veluti taberna quædam & ductilis ſcena, & vt Hieronymus ait, mutatur, huc illucq; transfertur, veluti caſtra.

Cortina.] Pen. prod. multa ſignificat. Sunt em̃ vaſa quibus pigmẽta,coloresq; ſeruantur. Seruius accipit pro tripode Apollinis.Item dicuntur aulæa, & vela, ad locum contegendum,vt hic. Vergil. Magni cortina theatri. Hinc cortinale, locus vbi ſunt multæ cortinæ.

Incaſtratura.] Scholab, commiſſura, iunctura. Exod.xxvi. Incaſtraturæ fiant quibus tabula alteri tabulæ connectitur, quod alias traduxit à plectendo plectas,& iuncturas. iij. Regum.vij. Inter iuncturas, & inter coronulas,& plectas. Hebræorum magiſtri dicunt hoc nomen de ſcalarum gradibus. Hæc ex Capnionis rudimentis Hebraicis. Vide Sanctem Pagninum in ſuo theſauro Hebraico.

Plumarius.] a,um,quod ex pluma eſt. Et plumariũ dicitur opus acu factum:Græci Polymitarium dicũt. Hoc verbo plumario Cato vtitur de liberis educandis.A pluma,plumeus,a,um, plumarius,a, um: idem & plumatilis,e.Et plumarius ſubſtantiuũ,id eſt,phrygio eyn ſticker. Implumis,e, implumes

mes auiculæ. Plumiger, a, um, plumo, as, de-plumo, plumula, diminut.

Ansa.] Auris vasculi vtrinq; prominẽs, qua scilicet manibus teneri solet. Ponitur quandoque pro fibula. Hinc ansula diminutiuum, vt hic. Ansa etiam pro occasione sumitur, vt præbere ansam, dare ansam, ansam ministrare, id est, fenestram aperire, & similes, adagia sunt.

Sagum.] Chlamys militaris quadra. Iuuenalis: An saga vendenti nubat caupone relicto? Hinc sagulum dimi. Sagarius venditor sagorum, sagatus, a, um.

Cilicium.] Varro à Cilicibus populis dictum vult, qui ea primum confecerunt. Fiũt aũt ex villis hircorum, atq; caprarum. Hinc cilicinus pen. cor. Hinc Cilicia regio.

Fibula.] Circulus est, & ornamentum cinguli ad vestem subligandam. Vergilius: Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Ponitur quandoque pro circulo æreo. Hinc suffibulum, vestimentũ album prætextum, quadrangulum. Hinc fibulare, refibulare, & diffibulare.

Basis.] Græcum est, à nostris dici potest sustentamentum, gradus, gressio, firmamentum, depositio. Sunt etiam orbiculi, quibus vasa in mensis collocantur. Est & figura quædam in narratiunculis, cum omnia pedetentim insinuandi gratia proferuntur, exemplum omitto.

Vergo.] is, secundum Diomedem significat declino, hic pro protendo capitur. Hinc dicimus: Vergit ad Septentrionem. Composita, deuergo idem & inuergo.

Compago.] nis, pen. prod. & compages, vtroque modo, pro coniunctione, & compositione.

Supputo.] Compositum à puto, pen. cor. vt omnia alia amputo, computo, deputo, disputo, imputo, postputo, reputo, id est, numero, calculo. Aliquando est examinare. Ab hoc deriuatur supputatio, id est, numeratio, calculatio.

Lamina.] Differt à bractea, nam lamina crassior est, ex qua armamẽtura fit. Hinc laminarius. Bractea vero tenuis est, & sua sponte plicabilis, quæ crepitat. Hinc bractearius, qui bracteas facit.

CAPVT XXVII.

Lebes.] etis, pen. prod. vas æneum, in quo res bulliunt, teste Porphyrione libro ix. Iliadum. Et est generis masculini, & fœminini. Dicitur & lebeta, tæ.

Forcipes.] Dictæ sunt quibus forua, i. calida capiuntur. Vergilius: Versantq; tenaci forcipe massam. Secũdum Priscianum, tam masc. quàm fœmi. generis, est

Forfices.] Quibus telam seu fila incidimus, à ferro & filo dicti. Diminuti. forficuli.

Forpices.] Quibus incidimus pilos, à ferro & pilo.

Fuscina.] Telum tridẽs, seu trisulcum piscatorium, quod fundo natantia capiat, insigne Neptuni dei marini erat. Hinc fuscinula diminut. parua fuscina, quæ & creagra κρεάγρα, ας, ἡ, dicitur conquinarium instrumentum, quod alio nomine ἁρπάγη & λύκος dicitur teste Polluce.

Craticula.] Instrumentum ferreum in quo cibi torrentur, à cratis diminutiuum, vel crates. Hinc craticius, a, um. Et cratire verbum.

Concauum.] Proprie vacuum à chaos: teste Calepino Bergomate: quod quasi vorago quædam erat inanis. Hinc concauitas. A cauus, a, um. Vergil. Tum dea nube caua tenuem sine viribus vmbram. Hinc Cauedium, locus est sub dio vacuus cinctus vndique porticibus ad communem omnium vsum. Cauo, as, est fodio, euacuo. Huius cõposita sunt concauo. Ouidius lib. ij. Metamorph. Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus. Excauo, & recauo pen. cor. Item cauea à cauo fit, forte & cauerna.

Ara.] Quæ ansa, vt Varroni placet, dicta est. Vasa enim erant, quæ tripodes dicebantur, quod esset necessarium à sacrificantibus teneri. Vergil. Talibus orantem dictis arasque tenentem. Hinc arula, vt hic. Sed hara per h. stabulum porcorum.

Celatura.] A cœlo, as, id est, sculpo, siue signo, à quo cœlata vasa, id est, sculpta. Cœlatura ipsa ars cœlandi, aut opus ex cœlatura factum.

Paxillus.] Ait Nonius Marcel. dimi. à palo. Varro Eudæmonibus: Vbi dicatur primus Zenon nouam hæresim nouo paxillo suspendisse. Idem Bimargo: Vt nouum cribrum, nouo paxillo pendeat. Sed Cicero ad Brutum vult à paxillo palus fieri.

Oppando.] Compositum à pando quod habet pansum, vel passum supinum, est circum extendere, vt hic. Expando, repando. Hinc repansus.

CAPVT XXVIII.

Superhumerale.] Vestis quædã erat peculiaris, vel vestis chlamys circũdans brachia summo sacerdoti, quæ humeros & pectus, atq; dorsum tegebat, quæ & Ephod dicitur Hebraice, Græce vero ἐπωμίδα, siue Epomidion. Pectorale aũt, qd Græci vocant

πεῤ

περϊστήθιον, vestis circũdans pectus. Hebraice hosen, q̃d Latinus interpres rationale ꝟtit.

Et tunicas κοσμίτας, cosmitas.] Legendũ ẽ cosymbotas. Cosymbos em̃, siue cosymbe genus est vestimenti, cuius meminit, & Suidas autor Græcus, κόσυμβος nodus capillorum, vestis fimbriata.

Fungor.] ris, significat vti, seu officium aliquod, aut dignitatem habere, agereq́; vt fungor munere delegato, fungor prætura, vita, hinc functos vita dicimus. Functio, defungor, defunctus periculis.

Cidaris.] Græce κίδαρις, siue citaris, regum pileum est, proprie Persarũ. Est & Corybantium ligamen capitis, indumentum capitis Persicum. Nõnulli vero dicunt κίταριν. Diadema vero, & hoc Græcum, id est, amiculum quo caput regis obuinciebatur.

Baltheus, & Baltheum.] In pluratiuo numero neutrum tantum, militare cingulũ est, vel zona bullis ornata. Varro nominat bullatum baltheum. Nonius Marcellus inquit, Baltheus masc. generis. Vergil. lib. xij. Aeneid. Humero cum apparuit alto Baltheus. Varro neutro, rerum diuinarum lib. xi. Tragica vincula balthea sunt: Accius διδασκαλικῶν lib. viij. Actoribus manuleos balthea maceras: Liuius lib. ix. Auratæ vaginę, aurata balthea illis erant. Sine h. lego apud illos, num bene, me fugit.

Hyacinthus.] Tetrasyllabon, est & flos huius nominis, & gemma ob coloris similitudinem, ceruleus em̃ est lapis, vt flos. Græce sic scribitur ὑάκινθος, flos niger & mollis, & puer. ὑάκινθον, vaccinium. Hinc ὑακίνθια, τὰ, festa Hyacinthi Lacedemone celebrari solita. ὑακινθίζω, Hyacinthum refero. ὑακίνθινος pen. cor. ὑακινθίνῳ βαφεῖς. Hyacinthino colore infecti.

Purpura.] Nam purpura piscis est e cuius succo tingitur purpureus color. Quem primus inuenit Herculeus canis, pilis eo tinctis, cũ purpurã deuorasset, explicatum est.

Coccus.] Vulgo granũ vocatur, & est. Nam coccos Græce significat granum, hoc addit ardorem colori, enucliatũ est alias.

Byssus.] Nam byssus lini candidissimi, & subtilissimi genus est. Dictum alias.

Polymitus.] Sic debet scribi, pen. cor. à poly. i. multum, & mitos, filum, seu liciũ, à liciorum multiplici varietate. Hinc vestis polymita, qua Ioseph amictus erat. Hinc & polymitarius, a, um, vt opus polymitarium, q̃d & plumarium dicitur. Polymitarij vero, qui hãc artẽ exercent, alias phrygiones vocant.

Ora.] Extremitas cuiusque rei est, vt vestium, regionum, &c. Nos fimbrias vocamus oras vestium.

Sculptor.] A sculpendo, qui artem cœlandi, sculpendiq́; exercet. Gręce anaglypta, vel anaglyptes, dicitur. Anaglyptices, ars est sculpẽdi. Hinc sculptilis, e, & substanti. sculptile, sculptura.

Gemmarius.] a, um, quod ad gẽmas pertinet, vel quod ex eis fit. Substãtiue is est artifex, qui gemmas arte includit auro, alijve materiæ, & in gemmis operatur. A gemma, bigemmis, trigemmis, gemmula dimin. gemmosus, a, um, & gemmatus, a, um.

Memoriale.] Dicitur quod in memoria haberi debet. Græce mnemosynon.

Vncinus.] Penultima produ. diminutiuum est ab vnco, id est, fuste incuruo, ac sese retorquente. Hinc dicimus: Vncini mercatorij notæ significantiæ. kremer kreplin. Vncus, a, um, adunco, as, inunco. Aduncus nasus, naso suspendis adunco. Ouidius.

Sardius.] Hanc ipsam opinor, quam Plinius Sardam vocat, testaturq́; à Sardibus primum repertam: quamuis Theophrastus Sardij mentionem faciat. Apparet ex Plinio candidam esse. Virtutes horum lapidum enumerare longum foret: ego omitto Laconismi, id est, breuitatis caussa. Græce σάρδιος scribitur, lapis preciosus.

Topazius.] Viridis est, teste Plinio. Quidam dictũ putant à Topazio insula rubri maris, quæ qm̃ est nebulosa, cum à nauigantibus sæpe quæsita esset, hinc nomen accepit. Nam τοπάζειν, Topazin Troglodytarum lingua, quærere significat.

Smaragdus.] Et hæc gemma viret, etiamsi varia sint genera. Et à lucido virore dicitur, μάιρω Græce luceo, futurum μαρῶ. Inde deriuatiuum, marasso, vel addita. s. smarasso. Hinc nomen verbale interposito. d. Smaragdos. Ita habet Græcum Etymologicum. Præcipue Smaragdus omnium lapillorum visu iucundissimus, quoniam nihil omnino viridius comparatum illi viret. Præterea solus gemmarum implet oculos, nec satiat. Hinc Smaragdinus, a, um, penultima correpta, contra vulgi sententiam. Hoc lapillo precioso oculorum acies recreatur. De cuius genere sunt Chola in Arabia, & Thanus in Persia. Item chalcosmaragdus, æris venis turbida, & pseudosmaragdus, id est, falsus smaragdus. Cœcus smaragdus, id est, subobscurus. Vide Cornucopiæ, & Erasmũ Alberum in suo Dictionario.

Carbunculus.] Carbonis ardentis, siue igniti specie est. Vnde & Græce, ἄνθραξ,

siue

siue ἀνθρακιον, id est, carbo, siue carbunculus dicitur. Hic & apyrasta nominatur, à similitudine ignis, cum ipse non sentiat ignem, cuius genera sunt Rubinus, & rubith, qui etiã spinella dicitur, & Granata. Præterea est morbus, qui sacer ignis dicitur, sancti Antonij. Item & vitium in vitibus est atq; arboribus. Hinc carbũculare, est carbunculũ pati.

Sapphirus.] Pe. prod. cœli colorem habet. Græci σάπφειρον vocant. Hic sanctus dicitur, & est aerij coloris. Collucet aureis punctis, Scythici Sapphiri principatum obtinent. Hinc Sapphiratus, a, um, id est, Sapphiris maculatus, & virieganter intextus. Sapphirinus, a, um, vt color Sapphirinus.

Iaspis.] Huius varius est color, sed probatissima, cui purpureus est, qui à Plinio viridis gemma interpretatur. Ias quippe viride est, pinasis gemma. Alij aliter, ego trãseo. Hinc adagium Aesopicum: Gallus Iaspidẽ repperit. Huius Ixx. species sunt. Iaspideus, a, um.

Ligurius.] Haud dubium est, quin lingurius sit legendum. Hieronymus ingenue fatetur se gemmam hanc non potuisse reperire apud autores, qui de ijs tradiderunt: nec mirum est hominem tantum, tantulum suffugisse lapillum, cum aliquoties non videamus & id in quod incurrimus. Quanq; meminit Lingurij Theophrastus in libello περὶ τῶν λίθων, id est, de lapidibus, & hunc secutus Plinius lib. xxxvij. cap. iiij. Hanc ferũt nasci ex vrina Lyncis, vnde & nomen habet. λύγξ Linx animal est, οὖρον, vrina. Ea protinus concrescit in gemmam. Sed inuidum animal, protinus egestã vrinam terra operit, ne possit ab homine inueniri, ad multa efficax medicamenta. Valet enim ad elidendos vesicæ calculos, & aduersus morbum regiũ, si gestetur, aut ex vino bibatur. Non est dissimilis electro, siue succino. Non eñ solum attrahit festucas, sed & lignum, si sit tenuius. Theophrastus huius rei citat autorem Dioclẽ. At Plinius neutri credit hac quidem in re & negat vnquàm hoc nomine gemmam visam. Hæc latius prosecutus sum ob raritatem. Vide Eras. Alberum.

Achates.] Pen. prod. lapis preciosus, à flumine Siciliæ, iuxta quod primum repertus est, nomẽ inuenit. Et huius quoq; varia genera tradit Plinius. In magna olim autoritate vitreæ perspicuitatis, quãuis varij sæpe in ea colores conspiciantur. Quo nomine dictus est & Aeneæ comes. Vide Albey.

Amethystus.] Ab effectu nomen habet. Obstitit ebrietati, si gestetur, vt autor est Plutarchus, à μέθυσος, ebrius, & ἀ particula priuatiua. Quanquàm non credat Plini. Est colore candoris purpurei, pellucentis, &c.

Chrysolithus.] Sic debet scribi, pe. cor. lapis preciosus aureo nitore translucens, à chrysos, aurum, & lithos lapis, quasi aureus lapis. Ouidius: Per iuga Chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ. Est & alius cerulei, & virentis coloris.

Beryllus.] Cum y. Græco scribendũ, cõmunis gene. Prisciano teste lapis est pallidus, transsparens, ex quo pocula fiebant, gignitur in India, similis Smaragdo, sed cum pallore. De huius gen. sunt Chrysoberylli, & Ysoberylli, &c.

Margo.] Gene. dubij, folij extremitas est, licet cuiusq; rei etiamnum extremitas vocetur. In margine adscripsi quid castigãdum sit. Vnde margineus, a, um, & marginalis, le.

Vitta.] æ, per duplex tt. ligamentum capitis est, Græce dicitur ταινία, quamuis proprie tæniæ vittarum extrema dicuntur. Vergilius: Fit longæ tænia vittæ, &c. Vide Cornucopiæ lib.

Capitium.] Capitis tegmen, à capite. Varro: Tunicas, nec capitia, nec strophia, nos caputium dicimus. A caput deriuatur.

Textilis & le.] Quod texendo factum est, vt textilis corolla, & textilis vestis, antea nexilis dicebatur, vt vult & docet Lucanus: Nexilis ante fuit vestis, quàm textile tegmẽ, à texo, is.

Mala punica.] Eadem sunt, quæ vulgo granata vocantur, quæ hoc nomẽ circa Carthaginem vendicarunt, vbi & multa, & insignia crescunt. Granata dicuntur, à granis quibus sunt referta.

Tintinnabulum.] Et tintinnale, instrumentum æneum, vulgo campanella dicitur, nomen factitium à voce quam facit tintin. Hanc nolam æream etiam vocant. Iuuenalis: Et tintinnabula dicas Pulsari nemo tubas. Alij scribunt vnico n. tintinaculi, dicuntur lictores, lorarij, qui male factores virgis cædebant.

Tiara.] Pe. prod. ornamentum capitis, Persicarum prius mulierum, postea regũ sacerdotumq;. Iuuenalis: Et Phrygia vestitur bucca tiara. Quidam galerum vocant.

Feminalia.] Tegumenta fœminum, & subligacula, vt hic, alias brachas, perizomata, &c. dictum.

CAPVT XXIX.

Crustula.] Diminutiuum à crusta, est eorum quæ comeduntur, vt sit pars panis,

panis,placentæ,vel alterius eduliꝝ. Latinius tamen & verius dicitur hac significatione Cruſtulum, li,neut.gen.diminut.à Cruſtū. Horatius: Dant cruſtula blandi Doctores elementa velint vt diſcere prima. Quod genus dulciarꝝ eſſe putat Porphyrio. Sed Cruſta,æ,aliud eſt. Hinc Cruſtare,& incruſtare. Cruſtatus paries,Cruſtarius ſubſtantiuum.

Laganum.] Media cor.quod eſt candida farina, tenuiſſima ad patinarum vſum, à Græco apparet deriuatum. λάγνον enim ipſi ganeonem vocant. Hinc à laganis dictū artolaganum putant propter candorem. Varia enim panis genera apud veteres fuere. Idem eſt quod placenta eyn flad. Hinc Tyrolagarium eyn kaeſs flad. Græce λάγανα τὰ.

Ritus.] us, idem eſt quod mos, & approbata conſuetudo, quam omnes ratā habent. Hinc rite aduerbium.

Mitra.] Dictio Barbara, capitis quoddam ornamentum, primum apud Mæonios: poſt Aegyptiꝝ, Syriꝝ, Phrygiꝝ, Lydiꝝ ea vſi ſunt: infulam pōtificalem puto bicornem. Apud Perſas mitra ſol dicitur. Hinc mitellū diminuti. mitratus.

Initiare.] Idem quod conſecrare, ſacriſq; imbuere. Hinc initiatus, ſacris imbutus, quem Græci myſtam vocant. Transfertur etiam ad alia, vt inꝝtiatus literis. Ab initium fit. Item initia, orum, initiatio idem, initiari nonnunquàm ſignificat inchoare, exordiri, &c.

Iuxta Baſim.] Id eſt, iuxta ſuſtentamentum, ſeu fundamentum, & infimam altaris partem, hoc eſt, iuxta pedem, ſuſtentaculum, & cætera.

Rhen.] A Græco ῥεῖν, id eſt, fluo. Rhenes ſunt, quæ lumbis adhærent dictæ carūculæ, quod riui ab iꝭs obſcœni humoris oriantur. A veteribus nephrendines vocabantur, rheno, rhenonis, veſtis genus circa rhenes, & nephritici q rhenum morbo laborāt.

Lien.] Græce dicitur & ſplen, vt eſt apud Plinium. Dicitur & lienis pen.prod. in nominatiuo. Gellius lib. iiꝭ. Si iecur aut lienis eſt affectus. Huius magnitudine intemperantiam riſus fieri adfirmāt Phyſici. Hinc lienoſus, & ſpleneticus.

Incenſus.] a, um, ab incendo deriuatur, id eſt, exuſtum, inflammatum. Incendium, ab incendo compoſito. Simplex nō eſt in vſu. Alia compoſita accendo, metaphorice inſtigo. Hinc accenſi milites, ſuccendo eiuſdem ſignificationis cum priore, à cando deduci volunt.

Fruſtum.] Rei cuiuslibet particula eſt, ſic dictum, quod facile feratur. Cato: Fruſto panis conduci poteſt, vel vti taceat, vel vti loquatur. Hinc fruſtulum, & fruſtillum diminutiua, & fruſtatim, & fruſtillatim aduerbia.

Conciſus.] a, um, à concido quod eſt minutatim cædo. Plinius: Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt, vt hic. Ab hoc conciſa oratio dicitur, quæ non continua, ſed velut membratim cæſa eſt. Et conciſus ſonus fractus vocatur. Hierony. Conciſus clangor eſt, ait in librum Numeri.

Aruina.] Durum pingue inter cutem, & carnem, vt autor eſt Seruius. Vergil. lib. viꝭ. Aeneidos: Pars leues clypeos, & lucida ſpicula tergunt Aruina pingui.

Armus.] Id eſt, humerus. Differt tamen ab humero. Nam humeri proprie eorū ſunt, qui recta in cœlum ſpectant, & ſoli hominum ſunt: Armi vero brutorum, vt armus ouillus, caprinus. Hinc armillus, & armilla, & armillatus.

Pectuſculum.] Diminut. à pectore. i. paruum pectus, vt anſerinum, gallinum.

Reticulum.] Diminutiuum à rete. Quo nomine vtitur ſæpe Hieronymus, vt hic. Eſt & genus retis, quod in orbem ſpargitur. Et eſt ſacculus in modum retis, quo piſces, & alia in foro empta portantur, alio nomine dicitur funda. Ad hæc retia, & reticulum eſt genus ſacculi, quo viatores panē, carnes, & poma geſtare conſueuerant. Horatius lib. I. Sermonum: Reticulum panis venales inter onuſtos Forte vehas humero, nihilo plus accipias quàm, Qui nil portarit, &c. Acron, reticulū, rete, quo in vrbe panis inter venales ſeruos portari ſolet, exponit.

Vitalia.] Pluratiuo numero prointeſtinis, extis, & iliꝭs, hoc loco ponitur. A vita vitalis, vitale.

Torta.] Vt hic ſubſtātiuum, videtur à torqueo deſcendere. Nam tortus, a, um, adiecti. dicitur quod non eſt rectum, ſed tortū & flexum: ſic hic pro pane torto aut libo. Non legi apud probum autorem, niſi apud Petrum Daſypodium legi torta, inter nomina ciborum primæ menſæ, pfantzelt.

Veſtibulum.] Eſt locus ante ianuam domus vacuus, per quem à via ad ædes itur. Plautus: Vide veſtibulum ante ædes, hoc & ambulacrum. Accipitur interdum metaphorice, pro initio, & frontiſpicio: vide Marium Grapaldum de partibus ædium.

Expio.] Compoſitum à pio, as, id eſt, luſtro, & purgo. Hinc expiatio. Oīnia à pius, a, um, vt piaculum, piamentū, piacularis, e.

Sed

Sed apud poetas frequentius legitur piabilis,le, inexpiabilis,le. Impio,as,aliud compositum.

Hin.] Olei certa mensura est, nobis tamen incerta,sicut ephi, ait Hieronymus sup Ezechielem cap. xlv. assumitur in sacrificio vituli,& arietis,vt fomentum luminis sempiterni,& requiem laboris,& lassitudinis sanitatem, placationem peccatorum accipere possimus. Sextam eñ partem mensuræ Hebraicæ,quæ appellatur hin, iubetur per singulos dies bibere. Porro Hin duos χόας Atticos facit, quos nos appellare possumus duos sextarios Italicos: ita, vt hin mensura sit Iudaici sextariꝰ,noſtriq; castrensis, cuius sexta pars facit partem sextariꝰ Italici. Qui cibus iuxta inclytum oratorem non vires tribuit,sed mortem prohibet. Hactenus Hierony. in Ezechielem cap.iiij. Vide Budæum in Asse & partibus eius. Hin Hebræis idem quod Romanis sextarius castrensis. Autore Georgio Agricola. Aliꝰ ex Iosepho asserũt idem est quod semodius Romanus,id est,octo sextariꝰ,quatuor mensuræ.

CAPVT XXX.

Adoleo.] Hic pro propitiare, & supplicationibus numen auctius facere, sacrificare,& quasi odorem dijs præbere capitur. Vergil. Verbenasq; adole pingues & mascula thura. Hinc multa q̃ supersedeo.

Thymiama.] Odor suauissimus,thymi herbæ naturam referens,dictum alias.

Gyrus.] Latine circulus, vel ambitus dici potest. Vnde gyro,as, regyro,as.

Libum.] Genus dulciariꝰ cibi, ex farre & melle,& oleo: sic dictum,q̃d libandi caussa fiat. Ouidius in Ibin: Liba deo fiũt succis, quia dulcibꝰ illę Gaudet: & à Baccho mella reperta ferunt. Diminut. libellum.

Libare.] Est leniter gustare,& quasi primoribus labris attingere. Est enim Grecum λείβω, & significat libo, stillo, fundo, rigo. Quandoq; pro sacrificare ponitur, vt hoc in loco. Interdum pro recipere,sumere,haurire. Hinc libatio,libamen,libamentum.

Recensitus.] a,um,pen. prod. à recenseo. Vnde recensus,pro recensione,& cognitione. Et recensiti,qui per recensum numerati sunt, vt hic. Recenseo,es, id est,recognosco,& summam totius populi per numeros colligo. Hinc recensus,& recensiti. Suetonius in Cæsare: Recensum populum vicatim per domos insularum egit.

Cinamomum.] Frutetum in Aethiopia odoriferum,& dulce, & cinerei coloris, nascitur & in Sabæis, & India quæ haustilis est, vulgo zimmetrind. Sed cinnamum arbuscula similis cinamomo,vel eadem. Ouidius iij. lib. Fastorum. Cinnamatum primum captiuaq; thura dedisti.

Calamus.] Hic pro arbore aromatica capitur,à similitudine calami vsualis, simulans gustu Casiam. Reliqua significata alibi dicta sunt. Calamus odoratus,& aromaticꝰ, arbor odorifera in Arabia, vel India crescẽs.

Myrrha.] Arbuscula est,in Arabia præcipue nascens, altitudo eius quinq; cubitorum,nec sine spina, cortice duro,& intorto, cuius gutta spõte stillans,viridis est,& amara,quæ eodem nomine vocatur myrrha Arabica,seu Stacte,id est,gutta,siue stilla myrrhæ. Cuius virtus est corpora imputribilia reddere. Hinc myrrhatum vinum. Et myrrheus,a,um. Item myrrhinus,a,um,myrrhina vina,quæ & murrhina pen.cor.

Casia.] Græce sic κασία, per simplex s. frutex est amplitudine cubitorum triũ, suauissimi odoris,& virtutis cinnamomi. Hieronymus nominat herbam. Plinius eius meminit lib.xij. dicens, iuxta cinnami campos crescere in Aethiopia. Hæc alio nomine dicitur fistula. Autore Hieronymo in Psalmũ: Eructauit cor meum verbum bonum.

Onycha.] æ.noſtri,ab accusatiuo Græco onycha declinãt,vt hic. Est vngula quædam aromatica. Propertius: Et crocino nares murrheus vngat onyx.i. onycha.

Galbanus.] Pen.cor. femi. generis,& Galbanum neutri, succus est, siue lachryma cuiusdam herbæ,similis ferulæ, quæ in ipsa frutice in æstate prorumpit, & multis est apta medicaminibus. Græci χαλβάνομ vocãt. Plini.lib. xij. in Syria nasci dicit. Est etiam genus vestimẽti delicatioris. Hinc pro molli,& effœminato, à Martiali sumitur. Vide Perottum,& Calepinum.

Vnguentarius.] Qui vnguenta vel conficit,vel vendit,dicitur. Græci,aut Myropolam,aut Pharmacopolam, aut Aromatopolam vocant. Ab vngo, is. Hinc vnguen, & vnguentum,non significat medelam,siue emplastrum,sed quod ad voluptatem paratur ac suaueolentiam.

Contundo.] Compositum à tundo, quod habet tutudi,tunsum in supino,vel tusum,id est,comminuo,tero, & quasi pistillo in mortario macero. Alia composita sunt, extundo,obtundo. Hinc obtusus,a,um, vt obtusum ingenium, obtusus visus, pertundo, pertusum dolium, retundo, retusus, a, um, &c.

CAPVT XXXI.

Fabrefacio.] Id est, ædifico, artificiosè compono. Vnde fabrefactum opus, id est, arte factum, & manu artificis. Hinc fabre aduerbium, id est, artificiosè, vt hic. Item faber generale vocabulum, vt faber lignarius, ferrarius, murarius, ahænarius, serarius. Hinc à faber, fabrilis, e. Affabre aduerbium, fabrico, as, & fabricor, aris, fabrica, id est, officina fabrorum, vel ipsum ædificium fabricatum.

Beseleel.] Intepretatur, in vmbra Dei, quis fuerit, in textu habes, de huius genere fuit Dauid. Nam ñ. Regnorum. xxi. dicitur Dauid filius saltus polymitarius. Hebræi scribunt Bezaleel, filiũ fuisse Vri, filñ Hur, &c.

Oliab.] Dicitur Latinis, protectio mea pater, si dictionario Hebraico credimus. Hebræi legunt Aholiab filium Ahisamach de tribu Dan, &c.

Sina, vel Sinai.] Secundum diui Pauli interpretationem ad Galat. iiñ. mons est in Arabia, qui conterminus est ei, quæ nunc est Hierusalem. In eo data est lex Mosi. Et interpretatur rubus, Exod. xix. Alias explicatum est.

CAPVT XXXII.

Inaures.] Ornamentum est aurium, Græcè amphotis, cum ω mega amphotidos, binas ansas habens. Hoc nomine vasa quædam vocantur, sic dicta ab auribus, quæ ὦτα vocantur, autor Eustathius.

Fusorius.] a, um, quod ad fusionem, hoc est, liquefactionem pertinet, seu quod funditur, aut fundi potest, vt hic opus fusorium. Hinc fusores, qui fundunt. Et fusile. Gellius: Qui sunt leues & fusiles, & importuni locutores. Fusor tormentarius, fusor pocularius. Ars fusoria, & vas fusorium, fusilis, e, & fusim aduerbium.

Conflatile.] Quod conflando factum est, vt hic, vitulus conflatilis, à conflo, as.

Callide.] Aduerbium est, à callido, id est, astute, & sagaciter, & prudenter. Differt à versipelle, & versuto.

Redeo.] Est retro ire, seu reuerti. Terentius: Redeo inde iratus, atq; ægre ferens. Item redeo in gratiam. Redit ad integrum. Redire ad rem. Ad sese redire. Ad ingenium redire. Ad restim res rediit, prouerbium. Ad rastros redire. Interdum est reuocari. Hinc reditus, & reditio.

Quomodo.] Tota vna dictio est, & significat quemadmodum. Sed hic: Si, quo modo duæ dictiones separatæ sunt, & significat, si aliquo modo. Hinc, nullo modo, alio modo, meo modo, quouis modo. Modo aduerbium, modo non, hoc est, ferme, amodo, solum modo.

Quiuero.] A queo, quis, quiui, id est, si potuero, vel potero. A queo fit nequeo compositum, id est, non possum.

CAPVT XXXIII.

Ceruix.] Posterior pars colli, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam. Nam anterior gula dicitur. Hinc est quod qui nec flecti, nec cogi possunt, ceruicis durę nominentur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, contumacem, refractarium, indomabilem, adamantinum, ceruicosum, rebellemq;. Sed, duræ ceruici, vt dicitur, parãda est securis. Hinc ceruicosus, a, um, ceruicale, vel ceruical per apocopen.

Cultus.] a, um, idem est, quod ornatus à colo, is, colere. Cuius contrarium est incultus, a, um, id est, fordidus, desitus, & squalidus. Hinc cultor, & cultura, & cultus quartæ declinationis.

Questio.] A quæstũ supino fit, & quinque significat, dubitationem seu interrogationem. Diminut. est quæstiuncula, Græce Zetemata, & problemata nominantur q̃stiones. Interdum significat cõtrouersiam. Aliquando torturam corporis & dolorem, facinoroso infligẽdam, vti veritatem extorqueant. Vnde quæstionem habere de aliquo. Hinc quæstionarius, quæstor, quæstoris. Et in exercitu quæstor. Quæsitor idem, quæstorius, a, um: vt vir quæstorius. Quæstura, quæstus, us, vt quæstum facere. Quæsticulus diminut. quæstuosus, a, um, quæstuarius, a, um, fere idem, vt ars quæstuaria. Composita à quæro, adquiro penult. prod. adquisitio, conquiro, disquiro, exquiro, exquisitus, a, um, vt exquisita opera, exquisite aduerbium. Inquiro fere idem quod exquiro, vt inquirere in vitam alicuius, perquiro, & requiro.

Papilio.] Vermiculus, quo nullum animalium imbecillius est. Item dicitur tentorium, vt hic accipitur.

Indico.] Compositum à dico quod prim. corripit, sic composita, est commonstrare, ostendere ceu indice quodam. Hinc Indictio, &c.

Si inueni gratiam ante te.] Gregor. xviñ. lib. moralium in Iob: Sed patenter, inquit, datur intelligi, quod quandiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdam imagines potest deus, sed per ipsam naturæ suæ speciẽ non potest, vt anima gratia spiritus afflata p figuras quasdam deum videat, sed ad ipsam

vim

vim eius essentiæ non pertingat. Hinc est eñ quod Iacob, qui deum se vidisse testatur, nõ nisi angelum vidit. Hinc est quod Moses qui cum deo facie ad faciem loquitur, dicit: Ostende mihi temetipm manifeste, vt videam te. Ex qua eius petitione colligitur, quod eũ sitiebat per incircunscriptæ naturæ suæ claritatem cernere, quem iã cœperat per quasdã imagines videre. Tãtum ille. Angelus vero dñi legatus verbis eius à quo mittebatur, Mosi talia multum oranti respondet: Non poteris videre faciem meam, nõ videbit me homo & viuet. Ac paulo post. Videbis posteriora mea, faciem aũt meam videre non poteris. Itaq; vestigia à deo relicta in creaturis licet videre, & ex eis inuisibilia dei cognoscere: vt ille sit eo amicitior deo, cui maiora & præstantiora intueri detur. Facies autem ipsa dñi amplior, & celsior est, quàm vel in angustias nostras possit intrare, vel in tantã humilitatem se demittere. Multo est aliud de colloquio dei, nec puto esse impium aut absurdum existimare, & olim cum patribus, & post Christum natum cum multis sanctorum locutum esse deum, ipsum dñm & autorem cœli ac terræ, nihil enim in hoc affirmatur incongruum immensæ maiestati, & est congruum infinitæ bonitati. Facies vero ita potuit videri, vt Augustinus exponit libro x. de Ciuitate dei, cap. xiij.

Petra.] Græca vox & saxum sonat, lapis tenerior, mitiorq; ac minor. Hinc petrosus, a, um, quod petris abundat. Est & petra Arabiæ oppidum, quod Nabathęi incolunt. Vnde pars ea Arabiæ vocatur Petræa. Cephas Hebraice.

CAPVT XXXIIII.

Precido.] Compositum à cædo cæcidi pe. prod. id est, amputo, vt hic præcide, id est, amputa. Hinc præcidaneus, & præcisus. Præcidere turpis vox. Martialis: Præcidi gaudes, præcisus Neuole ploras. Hinc præcisio. Honestatis ergo nõ exponam.

Instar.] Indeclinabile, licet Probus instaris genitiuum dixerit. Inuenitur cum & sine præpositione. Et modo significat ad æquiparationem, modo ad mensuram, modo ad similitudinem, vt Iob: Gaudium hypocritæ ad instar puncti est. Aduerbium est, vt instar montis. Cicero: Amaui quæ fiũt non vici, sed vrbis instar. Idem: Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, cum Senatum egressum vidi populum Romanum vniuersum. Vergil. Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant.

Vertex.] Qui & vortex, proprie vertices dicuntur contorti venti, ac rotati, à quibus fit qui Typhon vocatur. i. vibratus. τυφών, ventus est turbulentus, fulgur, vortex. Inde propter capillorum flexum, pars summa capitis dicitur vertex. Hinc solemus dicere, à vertice vsq; ad calcem, id est, à summo ad imum. Etiam quod in montibus eminentissimum est vertex dicitur. Hinc verticosus, a, um.

Econtra.] Contra legendum verius, quod aduerbij loco interdum inuenitur, & significat e regione, ex oppositio, e diuerso. Vnde contrarius, a, um, contrarietas. Sed cõtra si est aduerbium, significat vicissim. Item apud Ciceronem, sæpe pro secus vel aliter, addita particula ac, vel atq;, vel quàm. Vides iam omnia contra ac dicta sunt, euenisse. Contra est, ac dicitis, apud eundẽ Cicero.

Excido.] A cædo penulti. prod. vt hic, & Prouerbio. ix. Excidit septem columnas, notæ significationis. Hinc excisio, & excidium.

Innocens.] Idẽ fere quod insons. Hinc innocentia, & innocenter. Dictum alias.

Custos.] Qui rem aliquam tuetur, & curat. Hinc custodem ostij, horti, sacrorum, quem & ædituum, Græci Hierophantam appellant. Hinc custodio, is, vt custodire memoria, apud Cicero. Custodire discrimina, vel ordinem apud Plinium. Custoditũ pen. prod. Incustoditus, a, um, custodia, vt custodias audire. In custodiam dare. Tandem custode remoto, &cæt. Vide Horatium in arte Poetica.

Adoro.] Pen. prod. ex ad & oro, significat veneror, precor, supplico. Hinc adoratio, quæ soli deo conuenit.

Inco.] Dictum subinde. Inibo fœdus, id est, pangam, vadabor, firmabo.

Succido.] A cædo penult. pro. dictum pro amputare, vt hic succidi, hoc est, amputaui. Hinc succisus, a, um, & succisio, & succidia, succidiæ, tergus seu massa carnis procine salita. Nonius pro lardo exponit. Varro, nõ à succidendo, sed à suibus cædendis deducit. Succidia continet perham, petasonem & laridum. Hinc dicuntur: Succidaneæ hostiæ, quæ secundo loco cædebantur.

Simulachrum.] Pen. producit à simulo, as. Et proprie est alicuius ficta imago. At à principio ex desiderio mortuorum exorta sunt, vt quæ iam defecerant, viuere viderentur, Græce idolum dicitur. Dixi penult. pro. nam à supino simulatũ venit, teste Bebelio, & cum aspiratu video scribi.

Vernus.] a, um, à vere, quod est veris:

vnde Ambrosius vernam temperiem dixit. Distichon elegãs Iacobi Horlini præceptoris mei: Non opus est vernas foribus præfigere frõdes, Qui locuplete penu vina phalerna tenet, hoc est: Vino vendibili non opus est suspensa hædera. Nam proba merx facile emptorem reperit, etsi in abstruso posita sit, inquit Plautus in Pœnulo.

Hebdomas.] dos, vel hebdomada, æ, i. septimana, ab ἕπτα, quod est septem.

Redimo.] is, ex re, & emo, d interposito euphoniæ, id est, benesonantiæ caussa, significat emere. Etiam est recuperare, vt redimere tempus. Hinc redemptores, vectigaliũ mancipes. Redemptio.

Condo.] is, significat in vnum interiorem locum ad custodiam dare, reponere, vt hic conduntur, id est, reponuntur, vt condere vinum. Vnde conditiuus, a, um, & conditorium.

Comedo.] is, ab edo, idem quod edo, vescor. Sic comedit prod. med. id est, esitauit. Hinc comestio, & comestor, qui comedo, comedonis vocatur, manduco, lurco, et innumera alia.

Cornutus.] a, um, quod habet cornua, vt hic, facies Mosi cornuta erat. Potest etiam dici cornutum, quod procedit ex cornu. Cornuti quadrupedes, à veteribus dicebantur elephantes. Sed mirum est quod scribit Suidas de cornuto, & dicit duos mirabiles viros fuisse, vnum Liuium, & Cornutum. Vide hoc loci Munsterũ in dictione karan.

Synagoga.] æ, Græca dictio est, id est, coadunatio, congregatio, vel contractio. Et pro re, & pro loco capitur, habet penultimã longam, quoniam cum ω mega scribitur. Hinc Archisynagogus, i. princeps synagogę.

Velamen.] Modo pro veste accipitur, modo pro re, qua aliquid velatur. Hinc & velamentum, & velare. Item velum, & velarium, velatura, velifico, as, velificatio. Non remulco, sed plena velificatione vtor. Facere velaturam, veliuolum. Composita euelo, & reuelo pen. prod. vnde reuelatio.

CAPVT XXXV.

Caterua.] æ, proprie Gallorũ legio, sicuti Phalanx Macedonum, quæ certo numero constat. Nam Vegetio autore de re militari, in caterua erant sena militum milia. Plerunq; tamen pro multitudine sumitur incerta. Cateruatim aduerbium, id est, turmatim, graculatim, sturnatim.

Cortina.] æ, penult. prod. Vergilius: Neq; te Phœbi cortina fefellit. Multa significat, dictum est, hic pro aulæis, & velis, tapetibusq; sumitur, & peristromatis. Hinc cortinale locus cortinarum.

Vestibulum.] Est locus ante ianuam domus, hoc est, porticus, seu atrium. Propylæon Græce.

Tabulatum.] Opus quod ex tabulis factum est. Accipiuntur etiam tabulata pro parietibus, siue ædificijs lapidibus in tabularum modum quadratis, constructis. Adhæc, dicuntur rami extenti in arboribus, in plana tendentes, non in altiora crescentes, vt in tilijs quandoq; fieri videmus. Tabulo, as, & contabulo, as, verba.

Dextrale.] Ornamentum dextræ, commune viris & mulierculis. Huius diminuti. est dextrariolum, vt in libro Iudith legimus: Sed dextrocherium, quo vtitur D. Ambrosius in historiæ puto sanctæ Luciæ, est muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam, gemmis preciosissimis, integebatur. Iulius Capitolinus scribit: Maximum pollice fuisse tam vasto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro anulo.

Neo.] es, ere, significat filum torquere. Iusti. lib. I. Inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem. Hinc perneo compositum. Et mulierum, non virum est officium.

Hyacinthus.] Hic pro colore capitur.

Vermiculus.] Hic color est, non animalculum. Vnde vermiculata, dicuntur rubro tincta, qui color igni conuenit. Dictum alias.

Dedicare.] Est per verba consecrare, seu honoris gratia deputare, aut dicẽdo deferre, nuncupatim dicare. Cæcil. li. I. Annalium: Legati qui missi sunt, veniunt, dedicãt mandata. Solent libri æditi primatibus nominatim dedicari. Hinc dedicatio, & dedicatorius, a, um, vt epistola dedicatoria.

Carpentarius.] Substantiuum, proprie faber qui carpenta facit, hic pro fabro lignario accipitur. Græci armatopegum vocant, vt carpentarium opus. Dicimus & carpentarius equus, qui carpentum trahit.

Abietarius.] Faber lignarius est, negotiator, ab abietibus, & alijs lignorum generibus, vt hic. Dicitur & materiarius, vulgo eyn schreiner, alias lecticarius.

Polymitarius.] Qui artem polymitariam exercet vocatur, polymitus, pen. cor.

Plumarius.] Qui acu depingit, alio nomine puto phrygionem dici, eyn sticker.

Texo.] is, proprie telam struere significat. Terent. Texentem telã studiose ipsam offendi-

offendimus. Per metaphoram pro componere,facere,fabricare,ſcribere, colligare. Aliquando,pro ornare,pro ferre.Hinc textor, textrix,& textura,textrina quoq;. Textilis, e. Compoſita ſunt attexo, contexo, detexo, intexo, retexo, prætexo, prætextus, us, vel prætextum.

CAPVT XXXVI.

Polymita arte.] Polymitaria arte.i. qua varie tela,fila, liciaq; texuntur, penult. corripit.

Plaga meridiana.] Quæ ad meridem tendit,vergitq;,dicitur. Hic pro regione capitur,alias tractus,& Græce clima.

Mordeo.] Eſt dētibus lædere.Per metaphoram ſignificat detrahere, pungere. Hinc mordax, & mordicus aduerbium penultima correpta,vt mordicus tenere.Mordicus arripere,&c.

Sagum.] Veſtis genus, proprie chlamys militaris quadra.Hinc ſagulum dimin. Sagarius venditor ſagorum.Sagatus,a.

Necto.] Id eſt,ligo, iungo.Vergil.lib. v.Et paribus palmas amborum nexuit armis,Propertius:At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto.Hinc dicimus necto moras,nectere coronam, vel ſertum, nectere ſyllogiſmos. Et nexo,as,frequentatiuum. A quo nexus, us.Vnde nexum inire dicūtur,& huiuſmodi homines nexi dicebantur,hoc eſt,creditoribus addicti. Nexu ſolutus,nexilis,le. Cōpoſita adnecto,annecto,connecto,innecto, obnecto,ſubnecto.

Compages.] Et compago pen. prod. vtroq; modo pro cōpoſitione,& cōiunctione.Pacuuius autor vetuſtiſſimus: Saluete geminæ mei compages ſanguinis.

Vectis.] Repagulum eſt,quo occluditur oſtium. Hic pro pertica, qua arca geſtabatur capitur. Vecticulariam vitam viuere, mit ſtaelen ſich begeen, oder erneren.

CAPVT XXXVII.

Ductile.] Quod facile ducitur, attenuaturq;,vt æs. Dictū alias copioſius.

Interaſile.] Quod eſt interpolatum cælatura, ſculpturave, & plano. Et hoc dictum alias.

Æquus.] a,um, cum diphthongo, æ, id eſt,planus,ab aqua,quod æquam ſuperficiem habere videatur. Per translationem,p iuſto ponitur,qui nullam in partem inclinatur.Hinc æque aduerbiū, & æquitas,æqualitas,æquabilitas,æqualiter,& æquabiliter,æquanimis,æquanimiter,æqueuus.

Pigmentum.] Vnguentum eſt,quo vtuntur puellæ ad venuſtandum faciem,vt fucus.Dicitur & ſtibium,ceruſſa,Græce pſymmithium vocant.Per translationē,pro mendacio & fraude.Quandoq; pro compoſitione ex diuerſis ſpeciebus,ſuaui,& odorifera. Hinc pigmentarius,qui facit, aut vendit pigmenta,vt hic.Reliqua vocabula omnia expoſita ſunt ſupra.

CAPVT XXXVIII.

Speculum.] In quod aſpicimus,ac ſpeciem,id eſt, imaginem noſtram contemplamur. Quod datū nobis à natura fuit,vt noſmetipſos noſceremus,& formoſi deuitaremus infamiam, deformes redimendā ſciremus eſſe virtutibus,quicquid corpori deeſſet,quemadmodū Socrates monebat adoleſcentes.Diminut.ſpecillum,& conſpicillium,oculare,eyn brill, oīa à ſpecula.

Emineo.] Quaſi extra alios, vel præ aliis,& ſupra alios maneo. Is enim præeminet,qui altior eſt. Interdū eſt reſpirare.Hinc eminentia,& eminenter aduerbium. Item eminus aduerb.à longe,procul,vt ita dicam, contrarium eius eſt,cominus, vt eminus iacere tela,cominus pugnare.

Excubo.] as, id eſt, vigilo, cuſtodiam facio,vt milites in caſtris excubant.Hinc excubiæ,i.vigiliæ,& excubitor. Cōpoſita verbi cubo,ſunt partim primę cōiugationis tātum,partim primæ & tertiæ.

Æque.] Aduerbium.i.iuxta, iuſte.Interdum,tam,vel tantum,aut ſimiliter, vt æque ac tu.i.quàm tu æque doctus.

CAPVT XXXIX.

Bractea.] Differt à lamina,quia tenuior. Hinc bractearius, eyn goltſleger. Hinc bracteatus,a,um,quod tectum eſt bracteis. Vergil. lib. vi. Ilice ſic leni crepitabat bractea vento.

Extenuare.] Eſt valde tenuem facere, ſeu minuere. Cicero ad Heren. libro ij. Defenſor autem fuiſſe cauſam negabit, ſi poterit,aut eam vehementer extenuabit. Hinc extenuatio.Eſt & figura apud Rhetores,quā Græci ταπείνωσιν.i. humiliationem, vocāt.

Vitta.] Ligamentum capitis. Hieronymus Græce tæniam lineā vocat. Græce ταινία,vittarum extremitas,redimiculum quod pendet e corona regia. Lucianus de Alexādro Magno loquens: Διαδεμένον ταινία λευκῇ τὴν κεφαλήν. Accipitur pro tota vitta. Itē corona,mitra.Proprie tamen faſcia dicitur, à quarum ſimilitudine lapides ſub aquis cādicantes, atq; in longum porrecti ταινίαι q̄que vocantur. Eſt & piſcis nomen apud Ariſto-

ristotelem, à gracilitate & longitudine, dictum.

CAPVT XL.

Applico,] as, significat appellere, adiungere, adnectere. Transfertur etiam ad alia. Hinc applicatio, à plico, as, cõpositũ.

Coram.] Præpositio est, quæ contrariam habet significantiam à clam, vt: Coram Senatu orationem habui. Differt tamen à palam. Coram magis ad diuersas personas, palam ad omnes, pertinet. Item coram significat manifeste. Vergilius I. Aeneidos: Coram quem quæritis adsum. Idem in eodem: Postquàm introgressi & coram data copia fandi. Seneca in epistolis: Coram pluribus erubuit.

Coruscare.] Proprie, splendere significat. Vergil. Pennisq; coruscant, id est, splendent. Hinc coruscatio, id est, splendor, fulgor, & coruscus, a, um.

Turma.] Ordo militaris, & equitum est, dicta quasi ter dena, proprie tamẽ xxxñ. equites, quorum præfectus Decurio dicitur. Græce Decarchus. Hinc turmalis, & turmale, quod ad turmam pertinet. Turmatim aduerbium.

EXODI FINIS.

DICTIONVM QVARVNDAM IN Leuiticum explicatio.

CAPVT I.



Leuiticus.] Hebraice, Vaiñkra, id est, & vocauit. Sic enim incipit Leuiticus. Quicquid dicitur ad Leui, à quo Leuiticus, ad sacerdotes pertinet. Leuitæ filij Sadoch. Per Leuitas signantur sacerdotes, & diaconi. Samuel quoq; fuit Leuites. Leuitarum habitus fuit Ephod Bad lineũ. Leuitæ sunt in auxilium sacerdotum. Leui tamen propriam hæreditatem non accepit & interpretatur adhæsio. Verius, vt inquit Xanctes Pagninus: Leui, id est, copulatus, aut copulatio mea. Gene. xxix. Nunc quoq; illaueh. i. copulabitur vir meus mihi, ideo vocauit nomen eius Leui.

Hostia.] Sacrificium quod ab his fit, qui in hostem pergunt ob victoriam, dictũ.

Aaron.] Frater Mosi, & Mariæ, dictus etiam Iether, & Iesba, & pater Estemoa, eo quod filij eius in sacrificijs igne vtebantur. Interpretatur mons, siue mõtanus. Hinc Aaronicus. Rectius Aharon scribitur Hebraice, ab har, quod est mons.

Artus.] Dicuntur qui alligant membra membris, ab arctando. Sunt enim nodi, membra vero trunci. Vergil. Et magni mẽbrorum artus. Ouidius: Otia si tollas periere cupidinis artus. In Plauto legi, artua. Vnde articulus pro digito, vt supputat articulis. Et pro momento. In ipso temporis articulo. Articularis, e, vt morbus articularis. Hinc verbũ deartuo, as, q̃d ẽp artus diuido.

Jecur.] Iecoris, vel iocinoris, qui genitiuus videtur à nominatiuo iocinus, quod non est in vsu. Plinius: Sex victimarum iocinora replicata, intrinsecus reperta sunt. Dicitur & iecur, eris, ficut munus, eris: Et significat hepar Græce. Diminuti. iecusculum, vt iecusculum anserinum.

Aquilo.] Ventus qui ab impetuoso aquilæ volatu, sic nominatur, Græce Boreas, ventus frigidissimus, à Septentrione flans. Hinc Aquilonaris, e, vt plaga aquilonaris, id est, Borealis.

Crepido.] Pen. prod. id est, margo, ora, extremitas rei, littus, ripa. Dictum alias.

Ascella.] Locus est sub brachio concauus, qui ex calore male olet. Fœtor ille virus dicitur, siue capera. Vide Horatium ad Torquatum lib. I. Epistolarum: Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Vocatur & axilla. Vnde est illud: Abscondit piger manum sub axilla. Et ab ala deriuatur. Alij scribunt asella sine c. quod & diminutiuum est ab asina.

CAPVT II.

Similа.] Flos est, & pollen, delitiæque triticeæ farinulæ, candidissimus. Hinc similago idem quod simila. De simila Martialis: Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus. A quo similaceus, a, um. De similagine Plinius sic dicit: Similago ex tritico fit laudatissima. Vnde similagineus, a, um, vt panis similagineus.

Pugillus.] Dimi. est, à pugno, & significat paruum pugnum, vt mundum pugillo continens, ventris sub arca clausus est.

Sartago.] Patella est, in qua caro frigit. Latine frixoriũ dr. Apud antiqs, ad alios vsq; adhibebat, vt tu abuteris loquẽdi sartagine, ait Faust. Ille Andreli. in q̃dã epist. puerbial.

Laganum.] Candidissimę, tenuissimæq; farinæ panis est. λάγανα, τὰ Græce. Latinis plãcẽtæ dicũtur. Tyrolaganũ idẽ, eyn keesflad.

Minutatim.] Aduerbiũ, significat minutissimas partes, vt: Panẽ minutatim frangebat, ait Lactant. Varro p paulatim posuit.

Lor-

Torreo.] Torrui, toſtum, id eſt, ſicco, atque arefacio. Etiam de frigore poteſt intelligi. Varro: Frigore torret. Vſurpatur quãdoque pro vrere. Interdum pro aſſare. Nonnunquàm pro vertere, miſcere. Hinc toſtus, a, um, & torridus, a, um.

Far.] ris, apud veteres de omnibus frugibus dicebatur. Hinc farreus, a, um, & farina. Ador alias, vel adoreum dicitur.

Sal.] Quo vtimur in condiendis cibis, vtroq; numero, & tam maſculino, quã neutro genere. Dicitur etiam hoc ſale, ſecũdum Priſcianum. Ennius lib. iiij. Annalium. Ceruleum hoc ſale ſpumat. Aliquando, pro ſapientia. Interdum pro vrbanitate, ioco, ridiculo, & facetijs. Interim mare dicitur. Hinc ſalinum, & ſalillum eyn ſaltzfeſſlin. Animæ ſalillum, ait Flaccus. Idem li. ij. Carminum. Viuitur paruo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum. Perſius: Purum & ſine labe ſalinum.

CAPVT III.

Ilia.] orum, ſumuntur pro ea parte, quã Græci ab inanitate κενέωνα, vel lagona vocant. Ipſaque inter coxas & pubem, in imo ventre poſita ſunt. Hinc ilioſus, qui ilijs laborat. Hinc dicimus: Etiam ſi rumpantur ilia, id eſt, exta, inteſtina, vitalia. Ile ſingulare eſt, Græce colon dicitur.

Pabulum.] Proprie pecudum, & aliorum brutorum cibus eſt.

Aruina.] Pe. pro. durum pingue inter cutem, & carnem. Vergil. lib. vij. Aeneidos: Pars leues clypeos, & lucida ſpicula tergũt Aruina pingui.

Alimonia.] Idem quod alimentum, q̃d præbetur ad vitæ ſuſtentationem, ab alo, is. Hinc alumnus, a, um. Et altilis, le.

CAPVT IIII.

Comburo.] is, ab vro, id eſt, ardeo, ſignificat idem quod aduro, exuro. A quibus aduſtio, exuſtio, combuſtio, eiuſdem fere ſignificationis. Item combuſtura, combuſtibilis, e.

Cædo.] is, cæcidi, pe. pro. cæſum, actiuũ: vnde paſſiuum eſt cædor. Eſt & cædere, flagellare. Item percutere. Itẽ occidere, vt hic. Per tranſlationem pro immolare ponitur. Nonnunquàm pro frangere. Hinc cæſus, & cæſio, & cæſura, cædes, cæſo, nis, &c.

Aries.] Admiſſarius eſt, qui inter oues integer tenetur ad generandam ſobolem. Hinc arietinus, a, um, pen. pro. vt caro aretina. Veruex vero cui adempti ſunt, & inuerſi, honor ſit auribus, teſticuli. Etiã eſt inſtrumentum bellicum quatiens muros.

CAPVT V.

Vitium.] ij, eſt in vniuerſum omnis aberratio à rectitudine. Græcis κακία dicitur, vnde ſunt vitia naturæ, quum ab illa recta ſui generis, ſpecieiq; ratione & natura aliquid diuerſum naſcentes traximus, vt plura, vel pauciora habere membra, q̃ eſt opus. Tarditatem linguæ, cæcitatem, ſurditatem, aliquid abſonum, & à perfectis diſcrepans, q̃d non modo in hominibus contingit, ſed in cæteris quoq; animantibus, ſtirpibus, lapidibus, & quicquid in mundum natura producit. Eſt vitium moꝝ, eſt et vitium artis, cũ ab artis præceptis regulisq; deflectimus. Hoc naturaliter inoleuit, adoleuit, et confirmatũ eſt: vnde iam propemodum in naturam verſum, violentam poſſidet in homine tyrannidem, ac cogere quadamtenus videtur. Vnde multi nõ poſſe ſe illi obniti q̃runtur, ceu excuſationẽ vitio prætendentes, cum tñ & arbitrio ſumptum & fotum ibi ſit, & poni poſſit, ſi annitaris. Et quanquàm non adeo facile, vt quum admittebas, ita eijcias, pelli tamen impoſſibile non eſt, ac niſi pellas quoniam potes, culpa non vacabis.

Obliuiſcor.] ris, eſt verbum deponens, tametſi aliqñ paſſiue ſumat. Verg. Nunc oblita mihi tot carmina. Lactan. lib. vi. Spero te Cæſar q obliuiſci ſoles nihil niſi iniurias. A q̃ oblitus, a, um, pe. pro. particip. Oblitus, a, um, vero pe. cor. ab oblino, eſt quaſi crcũlitus, & fœdatus. Tibul. Oblitus & muſto feriet pede ruſticus vuas. Hinc obliuio, & obliuia numero multitudinis legimus. Item obliuiſcentia.

Agat penitentiam.] De vocabulo nihil opus eſt rixari, vtimur eñ more eccleſiæ pro cõuerſione, ſeu renouatione. Cæteꝝ vocabulũ fortaſſis apte ad eã partẽ accõmodari poteſt, quã vocant contritionẽ. Significat eñ Grãmaticis pœnitentia, aliter ſentire, q̃ antea, ſeu improbare id q̃d antea placuit, ac dolere etiam propter erratum. Scriptura ſacra vel contritionem, vel totã renouationẽ vocat pœnitentiã. Doctores (q̃s vocãt Scholaſticos) numerarunt tres partes pœnitentiæ, ſ. contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem. Alij (q̃s nominant Neotericos, & Neochriſtianos) docendi cauſſa, partes duas pœnitentiæ faciunt, videlicet contritionem et fidem, & addunt (ſi quis tamen volet) tertiam, quæ ſit effectus, vtpote, totam nouitatẽ vitæ, ac morũ. Hoc loco refutandi ſunt Nouatiani & Cathari, qui negabãt lapſos poſt baptiſmum iterum poſſe conſequi remiſſionem peccatorum. Eſt autẽ & hæc hæreſis

nata ex inscitia peccati,& iustitię fidei.Nam cum ignorarent Cathari peccatum hærens in natura, somniabant se sine peccato esse. Ideoq; fingebant se iustos esse propria mundicie, nec intelligebant fidei iustitiam, quæ statuit nobis assidue opus esse remissiõe peccatorum. Hactenus ille, qui volet acceptet, qui nolit,reiectet,abstineat, licebit.

Ephi.] Siue epha, mẽsuræ leguminum genus, continens modios triginta sex, quæ Græco sermone corruptæ dicitur ὔφι.Porro batus,qui Hebraice appellatur bath,eadem mensura est,quæ & ephi,& in speciebus tantum liqdis. Sed ephi in aridis, verbi gratia, tritici,hordei,leguminum.Hactenus Hieronymus,in Esaiam v.capite.Et Ezechi. xliij. capite.Vide Budæum in Asse.

CAPVT VI.

Depositum.] ti,quod deponitur,hoc est, quod alicui sub fide committitur, vel quod pignoris loco relinquitur. Et sic est nomen.Illud non reddere maxima iniustitia est. Paulus eo vtitur I. ad Timoth. vi. & ij.ad eundem I.Hinc depositarius,qui depositum accipit,vel apud quem conditur.

Creditus.] Idem est,quod cõmissus,dictum est,vt grex creditus.Hinc concreditus idem,vt concredita est mihi hæc cura.

Inficior.] aris,deponens, significat nego. Hinc inficiationes, quæ sunt debitæ rei pernegationes, cum per creditorem à debitore deposcitur.Et proprie inficiari, est verbis quicquã negare factum quasi infectum. Item inficias ire,idem quod inficior.

Peiero.] as,id est,falso,& animo fallẽdi iuro, seu iuramentum infringo. Plautus in Asina.Nam si quid fecit scelestę, pro illo lingua peierat.Dicimus & periurare,& periurium,& peioratio.

Defrico.] as,à frico,est valde fricare, & pe.cor. Columella libro ij. Totumq; deorũ suppalatum sale defricato.

Donum.] Græce δῶρον, est quod aut propiciandis dijs,vt hic,aut hominibus,pro benefactis,datur,quod nulla iuris necessitate,sed sponte præstatur. Hinc donulum diminutiuum à dono, as: Martialis: Dimidiũ donare Lino quàm credere totum,Qui mauult, mauult perdere dimidiũ. A dono,donatio,donarium,donatus,donatiuus,donatiuum,idem fere quod congiarium.

Fictile.] Quod est factum à figulo, vt vas fictile.Plinius libro xxxv. Fictilibus dolijs ad vina excogitatis.Quid est homo, inquit Seneca,nisi vas fictile, & quassatũ,&c.

CAPVT VII.

Collyrida.] Panis triangulus est, & modicus, qui alibi torta panis dicitur, vti Regum ij.lib.videbitur,inquit Calepin. Sed Albertus doctius,& verius dicit, κολλύρα,ἄς,ἡ genus est placentæ minutæ,quæ pueris dabatur.Hinc κολλυρίδες,ἄι,id est,collyridæ in plurali,tortæ panis. A quo κολλυρίζειμι, id est,in sartagine torrere,& coquere.

Sponte.] Aduerbium significat naturaliter, vt multæ arbores sponte nascuntur, id est,natura,non ab hominibus satæ. Aliquando significat sine acquisitione,vt sponte ad te veniam. Nonnunquàm nominaliter in ablatiuo tantum, vt mea sponte, sua sponte. Hinc spontaneus, a, um, id est,voluntarius.

Irritus.] a,um,pen.cor.ab irrito,as,id est,improbatus,& non ratus. Et per translationem cassum,& ad nihilum redactũ. Vergilius:Irrita perpetua soluent formidine terras.Hinc dicimus irritum facere, contrariũ: ratum habere.Item,irritum aduerbium est.

Edulium.] Est quicquid ad prandium, cœnamq; edendi gratia apponitur,& sumimus præter panem,speiss Germanice. Edulia esige speiss,ab edo.

Morticinium.] Pen. produ. si à cædo, sin à cado deriuetur, corripit penult. Græce θνησιμαῖον vocant, dicitur exangue, corruptum.Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non sunt mactata,sed per se mortua. Varro: Morticinæ ouis non patiuntur vesci carne. Plinius: Sola hæc auis in eo genere, morticinam carnem non attingit. Hinc morticini claui dicuntur pedum,quod veluti morticina caro fit: vulgo lichtdron, & morticinium.

Subucula.] Genus vestis,quæ fere ex lino fit,dicta,quod ea subter induamur.Græci vocant ὑποδύτην, quod subter induatur, vt hic:Est & subucula libum, quod dijs dabatur ex alica,oleo,& melle compositum & confectum. Subucula alias vocatur interula.Indusium siue lineum,seu laneum. Hinc indusiarius,factor talium.

Lidaris.] Siue citaris Græcum est,& est regium pileum.Item Corybantium ligamẽ capitis,indumentum capitis Persicum,pileus regius apud Persas,alij κίταρις dicunt.

Baltheus.] Velum, cingulum militare,vel zona(vt Varro ait)bullata.

Supellex.] Vel hæc supellectilis,& hoc supellectile,in ablatiuo i,vel e.Dicitur domesticum patrisfamilias instrumentum,vti docent Iureconsulti, apud quos Titulus est de

supel-

supellectili legata, cuius nomine (vt inquit Pompo:)continentur mẽsæ,trappę, amphora,delphica,subsellia,scamna,lecti,& id genus alia domus vtensilia. Hinc Persius: Tecum habita,vt noris, quàm sit tibi curta supellex.Germanice hausstrad. Varro libro ij. de Analogia:Sæpe,inquit, itaq; ex eadem supellectili licet videre.In plurali numero dicimus supellectilia.

In præsentiarum.] Et in præsentia adverbium est temporis,tam præteriti,quã futuri temporis sunt,vt inquit Martinus Phileticus,non malus autor.Fabius: Quia pauci aderant,non putaui in præsentia differendum.Sulpitius Ciceroni: Tñq mihi in præsentia in mentem venerunt, decreui breui ad te perscribere.Magis lego, & frequẽtius: In præsentia,quàm:In præsentiarum, apud Oratores:secius in Biblijs.

CAPVT IX.

Maiores natu.] Sunt seniores, & prouectæ ætatis, Græce presbyteri dicuntur.

Holocaustum.] Græca vox, significat totum exustum sacrificium,ab ὁλοκαύτόω .i. sacrifico,ὁλοκαύτωμα, idem est.

Mactare.] Interficere est. Lactantius lib.ij.Mactantur greges hostiarum.Per trãslationem,pro male afficere, vel male tractare ponitur,quandoque pro verberare.Hinc mactator,& mactatio.Vnde dicimus macta re quempiam honoribus. Hinc macte vocatiuus solus, quo laudamus, & simul hortamur.Aliquando macte est aduerbium,& significat eximie. Item mactare infortunio, est cruciare per metaphoram.

Hircus.] Caper, caprarum admissarius.Et non dicitur hircus nisi postq̃ coire,fœtereq; cœpit.Hinc hircinus,pen.prod. vt caro,libido hircina.Hinc hircissare,vt anus hircissans adagium est. Hirci cyniphij, à flumine dicuntur. Garamantũ in Libya apud quẽ magni sunt hirci,Cyniphij dicti. Hircosus, a,um,Persius: Hic aliquid de gente hircosa centurionum. Apuleius:Homo sordidus,et hircina libidine fœtens.

Matutinus.] A matuta,id est,aurora, vt tempus matutinum,quod mane fit.Hinc dicimus: Frons matutina, id est, caperata, austera,tristis.Hic matutini holocausti, pro manè oblatõ, aut diluculo sumitur. Græcis λευκόθεα dicitur.

Ruo.] is, proprie est concidere, vt hic, per translationiẽ ponitur pro effundi. Quandoq; pro decipi.Interdum pro euertere, diruere,complanare. Hinc ruina,casus, & ruinosus,a,um,vt paries ruinosus,domus ruinosa,&c.Ruit in dicẽdo eleganter dicimus. Nox ruit,mole ruit sua. Composita corruo, diruo, eruo, obruo, proruo, subruo omnia cor.penul.rutum,ruta, rutabulum.

CAPVT X.

Nadab.] Filius Aharõ, sacrificus, & interpretatur,spontaneus,sponte offerens,vel princeps,voluntarius,liberalis.

Abihu.] Huius Nadab frater, eiusdem Aharonis proles:& sonat pater ipse, vel pater deus.Verius,pater ipsius,aut pater meus ipse.Est enim compositũ ex abi,& hu,quod est ipse.Psal.xcix.Dñs hu.i. ipse est deus.

Misael.] Interpretatur tactus dei, siue quis interrogauit. Certius,quis petit, quis postulauit,quis commodauit, ex mi, id est, quis, & sael.

Oziel.] Vel Ozieli, fortitudo mea deus, interpretatur. Tu scribe,& lege Huziel, ex Huzi,& el.

Eleazar.] Siue Eleazarus interpretatur adiuuit deus,deus meus adiutor, siue dei adiutorium.Scribe Elhazar .i. deus auxiliatus est,aut deus auxiliator,vel adiutorij,&c.

Ithamar.] Vbi palma, seu insula palmæ interpretatur,aut væ palmę,ex hi,& thamar,id est,palma.

Prophanus.] a,um, per f, vel per ph, vtrumq; bene scribitur,pe.pro.dicitur irreligiosum, non sacrum, quod sit porro à phano,sed impium,scelestum, & aduersum omni religioni: nos vocamus prophanos sæculares,vulgo laicos.Procul o procul este prophani,Conclamat vates Verg. Horat.li.car. Odi profanum vulgus. Hinc prophanare, & prophanatio. Item fanaticus,a, um, insanus.Quondam significabat numine afflatũ.

Lugubris.] Et bre,quod ad luctũ pertinet,dicitur,vt vestis lugubris quę defertur pro morte chari alicuius. Hinc lugubria carmina,Græci threnodia vocant.

CAPVT XI.

Ruminо.] as, & ruminor, ris, deponẽs,significat reuomere,ac rursum cõsumere, quasi cibum ad rumen reuocare,itẽ rumq; cõficere: vulgo vvidderkauvven.Per translationem,in memoriam reuocare. Varro.Ruminabitur humanitatem tuam.Autores omitto, maxime Columellam libro vij. A ruina deriuatur.

Camelus.] Generis cõmunis, animal quadrupes.Bactri Camelos mittunt,& Arabia,vt scribit Diodorus Siculus.Adagiũ,Camelum saltare,de re absurda dicitur.

χοιρογρύλλιος.] Chirogryllius, compositū Græcum, sic debet scribi. Echinus est terrestris, id est, piscis spinis inuolutus, hoc est, vt melius capias; heritius, animal terrestre, ac spinosum, à χοῖρος, quod est porcus, et genus instrumenti, & γρύλλος, id est, porcus: vulgo merschvveyn. Sic hic ponitur. Scribitur & chirogryllus.

Pennula.] Seu pinnula, pars summa auris est ab acumine dicta, vt hic, proprie vero diminutiuum est à penna. Nam generale est nomen, ad plumas, & pinnas. Varrone teste libro iij. de Re rustica.

Squama.] Est qua corium piscis, aut serpentis tegitur. Hinc squamosus, a, um, et desquamare, & exquamare. Harum similitudine etiam loricarum catenulæ squamæ dicuntur.

Aquila.] Auis ab aquæ colore, seu ab acute videndo dicta, à Chaldæis Atuorax, à Græcis (vt refert Albertus Magnus) dicitur ἀετός, id est, aquila. Huius variæ sunt species, videlicet aquila fulua, μελανάετος Græce. Aquila morphna, Græcis μορφνός. Theodorus dicit Næuiam dici posse. Aquila marina, ἁλιαετός. Aquilæ species, quæ feræ, & germanę sunt, dicunt χρύσιοι ἀετοί. i. aureæ aquilæ. Aqla leporaria λαγαφονὸς ἀετός. Hinc aquilinus, a, um, vt aquilini oculi.

Gryps.] Grypis, vel os, alatum animal, rostro adūco, in cæteris leoni simile, aurum in Scythia custodit. Dicitur & grypho, onis, & grypus, vt hic, grypū. Et grypes, is, grypi. Nascuntur in Hyperboris montibus, equis vehementer infestæ. Hinc γρυπός, οῦ, habens nasum aduncum. Et γρῦπες, ὁι, instrumentū nauticum, & ancoræ.

Halietus.] ἁλιάετος, sic scribēdum est recte. i. aquila marina, clarissima oculorum acie, vt Plinius ait. A quibusdam dicitur falso, siue accipiter, seu nisus. De ea Ouidi. viij. Metamorphos. per Synerefin. Et modo factus auis fuluus Haliætus in alis.

Miluus.] Vel miluius, vtrunque bene, auis est rapacissima, à molli volatu, vt qbusdā placet, vel factitio nomine à voce quā facit. Horat. Quantum nō miluus oberret, de diuite loquens. Ouid. Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq; Suspectos laqueos, adopertum miluius hamum. Hinc miluinus, a, um, vt miluina pluma, oculi miluini.

Vultur.] Auis perinde ac captator, cœnas, et cadauera sectatur præter cęteras aues. Hinc factum prouerbium: Vultur es, cadauer expectas: in eum, qui alicui rei percupide inhiat, vt hæredipetæ solēt. Dicitur & in nominatiuo, vulturius, & vulturis. Ennius: Vulturis in syluis miserum mādabat homonem. Hinc vulturnus ventus, Græcis Euronotus, &c.

Struthius.] Et struthio, fœmi. ge. prima cum t exili, & u Latino scribitur, sequēs cum th aspirato, & i Latino. Auis est grandis, & corpore grauis, quare volādo currit, crescitq; in Aphrica, vt ostendit Herodotus in iiij. historiarū lib. Oua eius in precio sunt. Hieronymus in Iob. Penna struthionis similis est pennæ herodij & accipitris.

Noctua.] Auis à tēpore noctis dicta, qua canit, vel volat. Et quoniā Athenis maxime abundat, factum est prouerbium: Noctuas Athenas portas, & dicitur de ijs qui inutilem mercaturam exercent, vel laborāt in aliqua re inutili, aut ea verba exaggerāt, quæ notissima sunt audienti. Hinc noctuinus, a, um, vt noctuini oculi.

Larus.] λάρος, auis marina, parua, & nigra iuxta aquas habitans, tāquàm in aqua ac in terra degit, alij fulicā putant. Capitur autem ad hunc modum. Obijcitur spuma primum longiore interuallo. Deinde propius, propiusque. Postremo manibus gestantes exhibent. Larus igitur auiditate captus comprehenditur, piscium maxime appetēs. Lari, vide Chiliades adagiorum.

Accipiter.] Ab accipiendo quidam deductum putant, ab accipiendis malo modo alijs auibus. Est enim auiū rapax, pluraq; eorum genera sunt. Nōnulli falconem putāt, Gręcis ἱέραξ dicit. Est em̄ auis sacra augurio. Ouid. Terretur nimio pennæ stridore colūba, Vnguibus accipitris saucia facta semel.

Bubo.] Comun. ge. secundū Prisci. auis nota, pessimi ominis, à bouis mugitu dicta, debilis ad volandū, in cauernis commorans. Ouid. x. Metamor. Funereus bubo lætali carmine fecit. Idem viij. lib. Ignauus bubo dirum mortalibus omē. Verg. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Hic à Chaldæis teste Alberto Magno dicitur Magi, à Græcis βύας. Est etiam abscessus circa inguē maxime. Bubones, Græcis σκῶπες dicūtur.

Mergulus.] Instrumentum proprie, quo lampadis ellychnium continetur, alia voce emunctorium, das scheiblin, oder rotlin in der ampellen, dar yn dye dacht, oder vviche steeket. Sed mergus auis, dicta quod se in aquam, cibum captans assidue immergat. Alij mergonem appellant. Vergilius libro primo Georgicon. Cum medico celeres reuolant ex æquore mergi. Et est mergus in vite. Vide Columel. libro v. Sed mergus,

gus,oris,penu. cor. in obliquis vasis genus, quam quidam fistulam & vrnam nominãt.

Ibis.] Auis Aegypti ciconiæ non absimilis,quæ Hieronymo teste, duplex est. Altera nigra tota. Altera ciconiæ similis, diuersa tamen. De hac Cicero lib.ij. de natura deorum. Velut ibes maximam vim serpentiũ conficiunt,cum sint aues excelsę,rigidis cruribus, corneo,proceroq; rostro,auertunt pestem ab Aegypto, cum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Aphrico inuectas interficiunt atq; consumunt,&c. Ibis quoque pro inuido ponitur. Vnde Ouidius, librum in Ibim,id est,contra inuidum scripsit.

Cygnus.] κύκνος Græce, Latinis olor est,auis candida,anſere maior, argutam vocem habens,cumq; morti propinquat, maximo dolore angitur,adeo vt cantitans dulciter expiret.Ouidius:Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cãtator cygnus funeris ipse sui.Hinc cygneus,a,um,vt cygnea cãtio,siue cantilena,conuenit in eos qui supremo vitæ tempore facunde disserunt.

Onocrotalus.] Pen.cor. auis alba cygno similis:dicta quod collum in aqua mergens, spiransque veluti ruditum asini ædat, ὄνος enim asinus, & κρόταλον crepitaculum, strepitus,crepitusq; dicitur.De hac Plin.li. x.cap.xlvij. Olorum similitudinẽ Onocrotali habent,ne distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius vteri genus,&c.

Porphyrio.] Auis quæ sola morsu bibit,cuius crura prælonga rubent, & rostrũ. Hæc à nonnullis Pellicanus dicitur. Fuit & nomen gigantis. Martialis: Nomen habet magni volucris tã parua gigantis. Et nomẽ prasini Porphyrionis habet. Hoc nomine vocatur etiam commentator Horatij Porphyrio. Vide Pyrrhum Perottum.

Herodius.] ἐρωδιός. Auis ex ijs, quas Romani Diomedæas vocant. Theodorus Gaza ardeolam vertit. Dicitur & Herodiõ (vt Albertus refert) aquila nobilissima, quæ heros auium dicitur. Est enim grandis valde, & tota nigra,vincitque aquilam, & comedit.

Caladrius.] Et caladrion, auis est albi coloris.Hæc Ambrosi. Calepinus. Alij scribunt Charadrion, alij Calindris & Calãdra differre.Lyranus Caradrion.i. graculum,q; immundo vescatur nutrimento, interpretatur.Hugo Carrensis linguosam auẽ, quasi garrulos adumbrans. Apud Aristotele lib. de animalibus interprete Theodoro Gaza, legitur,ὁ καλίδριος auis:num illa sit, alijs iudicandum relinquo.Si cui certius quicquã cõstiterit de hac aue posthac, candide communicet,licebit,ego nihil assero.

Upupa.] Auis cristis à capite exeuntibus galeata,in fimo, & stercore humano nidificans, & semper fere commorans, Græcis ἔποψ dicitur.

Vespertilio.] Volat pennatis alis, sed inter volatilia non connumeratur,dictusq; vespere volat,Græce nycteris, tam minutis pedibus,vt eis carere videatur.

βρῦχος.] Bruchus, vermis genus, haud dissimile locustæ, herbas arrodens, sine alis tamen,à βρώσκω,id est,comedo.

Athacus.] Pe.cor. genus volucris Nilotici,gradiens super quatuor pedes,longiora q; retro habens crura. Hæc Calepinus. Lyranus distinguit inter Bruchum, Arthe labrum,quem & Athacum dicit,& locustã, anseris est magnitudine, & paradisi auis dicitur,aut ob insignem pulchritudinẽ, aut raritatẽ.Hæc docto lectori relinquo iudicãda.

ὀφιόμαχος.] Ophiomachus,pe.cor.i.lacerta, genus volucris, contra serpentes pugnans.Nam ὄφις Græce,serpens est,& μάχη, pugna,quasi pugnans contra serpentes.

Locusta.] Animalculum paruum, infirmas habens alas,quæ quidẽ de terra consurgens altius non valet auolare,& plusquã reptile est, & tamen auibus non æquatur: Græcis ἀκρίς dicitur, hisce Baptista Christi Iohannes anteambulo vescebatur. Dictum est in Exodo.

Mustula.] Quasi longior mus, mures persequitur & serpentes. Est etiã genus piscis murenæ fere similis. Neoterici Lampredam vocant. Græci γαλῆ nominant mustelam.

Mus.] Græci μῦς, exiguum animalculum nobiscum in domo habitans,catis, felibus, & æluris inuisum, à corrosionis sono quem facit, dictus: Latine sorex appellatur, quãquàm alij campestrem velint.Hinc prouerbium:Sorex seipsum prodit. Diminuti. est mulculus.Hinc muscipula.

Crocodilus.] Pen. produ.cum c exili vtrobiq;,& i Latino, atq; vnico l scribitur, non crocodrillus, vt barbari. Animal est quadrupes, quod Nilus gignit, sic dictum, quia crocei sit coloris, cuius forma fere per omnia dracontæa videtur. Et noctem totam agit in aquis, diei vero maiorem partem quiescit in humo,oua quasi anserina ædit,quæ vicissim mas,& fœmina in terra fouent. Videto Herodotum lib. Historiarum ij.Plin. Solinum, & Senecam libro iij.quæstio-

ſtionũ natural. Hinc Crocodolinus, a, um, i producto, vt Crocodilinæ lachrymæ, ſunt fictæ, & fimulatæ lemæ, threniq; à Crocodili natura, quales ſunt mulierum præficarum. Adhæc, Crocodilus ex genere ſerpẽtum eſt, ſed quadrupes ouiperus, creſcit ſeptendecim cubitos & eo amplius. Mandibulam ſuperiorem contra omnem animantiũ naturã mouet, homines & omnia terreſtria vorat, viuitq; interim in ſicco, interim in aqua. De hoc Herodotus, Plinius & alij. Seneca Crocodilum ait fugax eſſe animal audaci, audaciſſimũ timido. Crocodili vrbs prope Libycum erat ſita in mediterraneis Aegypti, non longe à Ptolemaide in fine ſexti paralleli climatis tertij. Crocodilum veneratíoni habitum ab Aegyptijs ſcribit Porphyrius, ideo quod Soli eſſet ſacer, ſicut etiam Aries, & Cantharus, & Aſtur.

Mygale.] Genus eſt animalis rapacis, & ingluuioſi, & aranei & muris, quem Græci μυγαλὴν appellant, quod muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, verſu dentium quadruplici, vt inquit Actius. Abundat inſula Britannia. De hoc Plinius libro xx. cõtra araneorum murium venenatum morſum. Quidam glirem putant varium.

Chamæleon.] Sic ſcribendum, eſt animal quadrupes, à chamælea herba, cui aſſimilari dicitur, cognominatum. Quod Plinius lib. viij. & Solinus ſimiliter dicunt eſſe, quaſi lacertæ ſimile, habens crura recta & longa, caudam in vertigine tortam, armatos vngues, inceſſus tardos, velut teſtudinis corpus aſperum, cum ſquamoſa cute, color eſt varius, & in momẽto mutabilis, adeo quod cuicunq; rei adhæſerit, colorẽ tribuat, præter rubrum, & candidum, de quo Ouidius libro Metamorph. xi. Hinc accipitur pro verſipelle, inconſtãte, mutabili, Proteo, Vertũno, Empuſa, Euripo, & polij folio, Polypoque. Vide Chiliades Eraſmicas.

Stellio.] Animal ſimile lacertæ, tergo depictum, lucẽtibus guttis, ad modum ſtellarum: vulgo tarantula dicitur, à Græcis aſcalabotes, aſcalos eñ circulus eſt. Eſt & alius, ex araneorum genere lentiginoſus. In Apulia frequens viſitur. Ab hac beſtiola ſtellare dicitur pro inuidere. Hinc ſtellionatus crimen apud Iurecõſultos. Fit cum aliquid dolo, aut impoſtura factum eſt.

Lacerta.] Serpentis genus, cuius duo ſunt genera. Altera eſt maior, & viridis. Altera minor, hanc zygnida quidam, alij calciden vocant. Dicitur, & lacertus in vtroque genere. Vergilius: Nunc virides etiam occupant ſpineta lacertos. Plinius lib. viij. dicit lacertos Arabicos cubitales eſſe.

Talpa.] Ex terra viuens animal, non multum diſſimile à mure, niſi quod roſtrum anſerinum habeat, abſq; oculis ſemper terram fodit. Vergil. Capti talpæ fodere cubilia, Græce ἀσπάλαξ, vel typhlos, id eſt, cæcus. Hinc talpa cæcior, adagium eſt.

Chytropodes, χυτροπόδες.] Pen. corr. dicũtur ollæ cum pedibus, vt hic, à chytrõ, quod eſt olla, & pos, pes. Dicitur & chytropeda in fœminino genere.

Repto.] as, frequẽtatiuum, à repo ſignificat ſæpe, ſeu continuo repetere. Et reptare dicimus eum qui ſegniter, & quaſi teſtudineo gradu incedit, & quaſi Callipedes, q olim prouerbio dictus, quod in rebus agẽdis nimis contaretur, nimiſq; lẽtus eſſet. Eo vtũtur vocabulo Suetonius in Tyberio, & Cicero ad Atticum. Hinc reptilis, & le.

CAPVT XII.

ISrael.] Alio nomine Iacob. Proprie enim iuxta Hebræos (ait Hieronymus in Eſaiam xl. cap.) & literarum fidem, Iſrael rectus dei dicitur. Vir autem videns deum coacte, & violenter, non in elementis, ſed in ſono vocis eſt.

Menſtruus.] a, um, quod ſingulo fit menſe, vnde menſtruus fluor. Lucanus lib. v. Menſtruus in faſtos diſtinguit ſæcula cõſul. Mẽſtrualis idem: Menſtruum ſubſtantiuum, profluuium eſt, quod non multi ſed vitioſi humoris indicium eſt. De mẽſtruo Plinius multa li. viij. Hæc eſt generando hominimateria, ſemine e maribus coaguli modo hoc in ſeſe conglomerante, quod deinde tẽpore ipſo animatur, corporaturq;. Ergo cũ grauidis fluxit, inualidi, aut non vitales partus æduntur, aut ſanioſi: vt autor eſt Nigidius. Porro mẽſtruo ipſo nihil fieri poteſt magis vel tetrum, vel ſpurcum, vel etiam noxium, vt vel hoc vnum ſatis ſit ad pudefaciendam hominis ſuperbiam. Idem Plinius inquit eodem libro ſeptimo, quod aliquibus mulieribus nunquàm contingũt menſtrua, ſed tales non gignunt. Tãtum Plinius. Ariſtoteles vero lib. viij. de hiſtoria animalium ſolere ait, quibus menſtrua non profluunt, ſteriles eſſe, ſed non omnes. Nam poteſt tantum humoris in locis colligi, quantũ ſupereſt illis, quæ menſtruis purgantur.

Infantulus.] Diminutiuum ab infans, eſt puerulus, qui nondum fari cœpit.

Sanctus.] Participium à ſancio. Vnde ſanctum, autore Seruio, dicitur quaſi ſanguine

guine consecratum. Martianus Capella dicit sanctum, quod ab iniuria hominum defensum, munitumq; est. Vlpianus de verborum sig. scribit esse sanctum, qđ nec sacrum, nec prophanum est, sed sanctione aliqua firmatum. Donatus sanctum vult, quod omni obseruatione inuiolatum est, & firmum. Et secundum idioma sacræ scripturæ dicitur mundum, purificatum atque expiatum. Hebræi Nazaræum vocant. Hinc sanctulus, & sancte, persancte aduerbia, sanctitas, sanctitudo, sanctimonia.

Turtur.] Pro aue, tam mas. q̃ fœmi. ge. Plau. Obustos turtures tibi. Pro pisce, masc. gen. quia alio nomine pastynaca, & trygon à Græcis dicitur. Ausonius: Lætalisq; trygõ, & bina trygonia corui. In huius cauda præsentissimum venenum est.

Profluuium.] Fluxio, seu fluxus est. Hinc profluuium sanguinis dicimus vt hic, & in Hemorroissa. Plini. lib. xxvi. Sanguinis profluuium sistit herbæ peoniæ semẽ rubræ.

CAPVT XIII.

Pustula.] Est species occultæ vomicæ, seu tuberculum in summitate cutis nascẽs. Martial. Pustula ne trito tibi pollice feruida surgat, Exornet docilem garrula plectra lyram. Græci phylectenas vocant.

Pus.] Puris, sanies est, & quicunq; humor in putredinem versus. Vt rupuli pus, atque venenum. Hinc purulentus, a, um, id est sanie plenus.

Inolitus.] a, um, pe. correp. ab inoleo, seu inolesco, id est, increscum, innatũ, et quod consuetum est, vt hic.

Cicatrix.] Signum est vulneris obducti, quasi circa cutem, vestigium, carne callosa, pro cute inductũ, vbi hiatus vulneris, qđ iam coiuit, fuerat. Hinc cicatricosus, a, um.

Vulcus.] hulceris, est tecta, et clausa malignitas, hoc est, sanies cõcreta, intra cutem latitãs. Hinc tangere hulcus. A quo hulcerosus, & hulcero, & exhulcero. Quidã sine aspiratu scribunt.

Scabies.] A scabo, seu à corporis asperitate dicta, quæ vt Celsus scribit, est durior cutis rubicunda, ex qua pustulæ oriuntur quædam humidiores, quædam ficciores. Hæc à Græcis psora dicitur. Hinc scabiosus, a, um, q scabie laborat, et q scabie plenus est. Hinc scabies Gallica, pustulæ lobanæ sunt.

Albor.] Alboris, est albedo, vt hic loci. Dicitur & albitudo, pro candore & albedine. Alborem vocat Apitius, quod est album in ouo, quod Plin. albuginem, medici albumen nominant. A verbo albeo, albesco, albo, as, dealbo, as. Albus, a, um, & albidus, a, um, album, bi, substant. alba tabula est, vt referam te in album meorum amicorum. Alburinũ, das spindam holtz oder baum.

Recaluaster.] Dimin. est, eum significans qui in fronte, & cranio caluus est, non toto capite, quasi recaluatulus, vt ita dicam: Dicitur & recaluus. Plautus in Ruden. Et quem recaluum, ac filonem senem: Hinc recaluo, as, & recaluatus, a, um, & recaluesco.

Rufus.] a, um, feuerot, vt rufi capilli. Hinc rufulus diminut. & rubidus, est color non plene ruber, atrore, nigrioreq; multo mixtus. Marti. Roma magis fuscis vestitur Gallia rufis. Hinc subrufus, id est, aliquantulum rufus. Rufeo, es, rufesco, is, vt merula senectute rufescit. Item rufo, as, rufum facio.

Flauus.] ,a, um, est color ex viridi & rufo, & albo concretus. Sic comæ dicuntur flauæ. Pacuuius aquam flauam dixit. Et attribuitur interdum melli. Martialis: Flaua mella. Ouidius: Flauiq; capilli, & flaua moneta. Quandoq; bladis maturis. Vergil. Flaua Ceres, &c. Hinc flaueo, es, & flauesco is. Iacobus Horlinus: Flauescunt grauidi curuato pondere culmi, Aestaté Autumnus Bacchica dona coquit. Certo luna suas exercet tempore vires, Temporibus certis sol abit, atq; redit. Sic natura suos diffudit in omnia neruos, Fiat vt ex puero tempore sæpe senex.

Haud.] Aduerbium negandi .i. non. Et compositum haudquaquã. i. à nulla parte, seu nullo modo. Aulus Gellius. Haudquaquàm mihi displicebant.

Dissutus.] a, um, penul. produ. à dissuo .i. discindo. Cicero in Lel. Tales igitur amicitiæ sunt remissiore vsu dissuẽdæ, & vt Catonem dicere audiui, dissuendæ magis quã discindendæ.

Infectus.] a, um, ab inficio, idẽ est qđ intinctus, maculatus, venenatus, cõtaminatus, corruptus, fœdatus, hoc est, qui aliqua sorde, vel aliquo morbo, correptus est, & cõmaculatus: ab inficior. Hinc infectio.

Caluitium.] Et caluities, defluuium capillorum à capite, seu locus in quo caluitiũ est: alias cranium dicitur. i. caluaria, vt doliũ in Cranio vertere. Adagium à Diogene natum. Hinc caluus, a, um. Calueo, caluesco, & caluo, decaluo, caluaster, recaluaster. Caluata vinea, caluor, eris, antiquum verbum, idem quod frustror.

Stamen.] Id dicitur quod in tela stat. Omne velamentum, eo quod firmiter stat dum texitur.

Perseuero.] as, pen. prod. significat cũ

constantia animi,& quasi quadam seuerita-
te continuare. Hinc perseuerantia, & perse-
ueranter aduerbium. Item adseuero,as,pen.
producta,id est,adsero,adfirmo,à seuerus,a,
um,deducuntur.

CAPVT XIIII.

Cedrinus.] a,um,nomen possessiuũ à cedrus arbore maxima,pe.prod.quod ex cedro est, vt lignum cedrinum. Item cedræus,a,um,vt oleum cedræum. Persius dixit:Et cedro digna locutus.

Vermiculus.] Hic color est, non animal,qui ruber est,ignis habens colorem, & profilo rubeo,& coccino capitur.Hinc vermiculatus, a, um, vt opus vermiculatum, à vermicolor,aris.Est & vermiculus diminutiuũ à vermis.Hinc verminosus,a,um. Vermino,as,vt pueri verminant.Die kinder habenn vvurm.Martialis:Si tibi morosa prurigine verminat auris. Arma damus tantis aptalibidinibus,hoc est auriscalpium.

Hyssopus.] Vel hyssopum.pen.prod. herba pulmoni valde vtilis est.

Vas fictile.] Est vas famium, atq; ex argillosa,seu glareosa terra coctum.

Auolare.] Compositum à volo,as,qd est alio volare & circumuolare.Plini. lib.x. In agrum Volaterranum palumbũ vis quotannis auolare,sic hic.

Duntaxat.] Componitur ex aduerbio dum & taxo,pro æstimo.Et non recipit sed etiam. Cicero pro Deiotaro: Quod ipsum etsi iniquum, est in tuo duntaxat periculo. Solum vero, & tantum, & modo recipiunt.

Pollex.] cis,grossior digitus manus est, quod inter cæteros digitos polleat. Græcis ἀντίχειρ vocatur, quasi pro, vel contra manus. Alio nomine hallux. Hoc loco nonnihil infarciũdum est ex Angelo Politiano,viro politiss.de digitis. Medicus (inqt in Miscellaneis capite lxij.) vnus e digitis quinq; vocatur,hoc est,vt arbitror, minimo proximus. Porphyrio em̃ super Horatianũ illud ex vltimo sermone. Qui si quid forte lateret, Indice monstraret digito: sic ait: Hoc ideo,quia certis nominibus singuli digiti appellabantur,& sunt hæc nomina.Pollex, index,famosus,medicus,minimus.Quidã vero e Græcis credo iunioribus nomina digitorum ἑωμαϊσὶ sic esse scribit,ἀντίχειρ, δεικτικός,ἰατρός,δακτυλιώτης,ὠτίτης,vt si dicas,pollex, index, medicus, anularis, auricularis. Quod equidem nec adfirmo, nec refello. Tantum notandum, medicum ab eo dictũ, qui sit medius, aut famosus, non qui minimo proximus. Apud ipsos autem legun-
tur hæc nomina, ἀντίχειρ,λίχανος,σφάκελος, ἐπιβάτης,μύωψ,vt si dicas,pollex,digitus medius,syderatio morbus,ascensor,crabro insecti gẽnus,sic reperio apud Græcos interpretata vocabula,sed quid hæc ad digitos? nisi duo priora, non tamen eleuo autoritatem vnde vnde doctissimi Politiani.

Sextarius.] Genus mensuræ,& sexta pars congij dicitur: quæ tam liquidorum, quàm aridorum est. Cicero lib. iij. Offici. Si emere sextarium aquæ mina cogeretur.Sextariolus diminutiuum est:De mensuris nulla certa ratio potest indicari ob locorum,& regionum variam consuetudinem.

Vallicula.] Diminutiuum à vallis.Sed vallecula, à valles fit nominatiuo singulari, vt hic, id est, planities duobus parietibus inclusa.

Leuus.] a,um,cum de humanis loquimur,significat contrarium.Vergilius:Si mẽs non læua fuisset, id est, contraria, & repugnãs.Si de cœlestibus, prosperum denotat, quia sinistra numinum dextera sunt intuentibus.Vergilius: Numina læua sinunt. Idẽ: Intonuit læuum:quod felicitatem portendere credebatur.Hinc læua manus,sinistra:quã Græci σκέαν dicunt,vel λαιαν.

Aedes.] Cum dihpthongo in prima, tam in singulari, quàm in pluralitiuo numero,pro templo,vt ædes sacra,vel ædes sacræ.Semper fere cum adiectione. Item pro sepulchro,cubiculo,& cœnaculo, domo inuenitur.Varie deriuatum Festus,Varro,atq; Seruius dicunt.Hinc ædicula diminutiuum, parua ædes.Hinc ædilis,& ædilitium.

Erutus.] a, um, ab eruo, quod est extraho, & conuello, vt hic, est extractum, & conuulsum, vel euulsum, & totum destructum.

Litus.] a,um,pen.pro.à lino, vel linio, id est,vnctus,& superinductus,vt hic,à quo linitio,& linimentum.

Papula.] Pustula,tuberculum, quæ ieiunæ saliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur,et rubet,leniterq; roditur. Vergil.lib.iij.Georgicon. Ardentes papulæ atq; immundus olentia sudor. Celsus tamẽ libr. v. duo papularum genera ponit. Hinc papilla diminutiuũ,quod & mammæ capitulum est,vnde lac sugitur.

CAPVT XV.

Stratus.] a, um, participium à sterno, significat id quod sterni solet, vt strata poma, ait Vergilius. Stratum vero nomen, ponitur pro lecto: vt Psaltes: Stratum meũ lachry-

lachrymis meis rigabo. Strata etiam sunt vestimenta quæ sternuntur, vt vestes stragulæ, & peristromata. Strata etiam est via lapidibus structa. Item stratus, id est, lectus.

Saliuum. Et saliua, quod fere salis sputum, saporemque habet. Saliuam virginem dixit Augustinus, quæ stomacho ieiuno manauit.

Sagma. tos, vel tis, in genitiuo, Græce σάγμα, id est, cumulus. Dicitur & sagma, æ, & sagma, tos, sella, quam vulgus bastum appellat, super quo componuntur sarcinæ. Et quandoq; pro sarcina ponitur. Interdum sagmata dicuntur vnguenta, quæ succo constant. Quæ autem corpore constant, dicũtur hedysmata, id est, condimenta.

CAPVT XVI.

VElum. Tegmen est à velo, as, quod vela ventis agitata volitare videantur. Etiam accipitur pro cortina lectis circũdata. Hinc velum templi scissum, &c. Diuidebat enim sancta à sanctis sanctorum. Hinc vela ventis committere, & vela vertere. Adagia sunt. Hinc velamen, & velamentum, velarium, veliuolum mare, velatura, vt velaturam facere. Composita à velo sunt, euelo, reuelo, pen. producta, à quo reuelatio.

Zona. Cingulum est, quo cingimur. Martialis: Longa satis nunc sum, dulci sed pondere venter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Hæc & lorum dicitur, & baltheus, licet differant nonnihil.

Caper. Mas inter capras castratus. Martialis: Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. Ponitur frequenter pro hirco. Et quandoque pro masculo caprarum, & aries pro masculo ouium. Nam minores sunt hœdi inter capras, inter oues agni dicuntur. Hinc caprinus, a, um, vt caro caprina. Et caprile, stabulum caprorum.

Emissarius. κιβασίης Græcis dicitur, is est, qui ante gregem, vel exercitum emitti tur, & qui paratus est in aliquem inuehi. Asconius aliter. Et admissarius vocatur equus, aries, & huiusmodi, qui emissus sit in solitudinem, vt hic, vel qui ad generandum sobolem emittitur. Sed vsus magis emissarius habet. Hircus vero caper caprarũ admissarius, qui fœtet & coit, honor sit auribus.

Pruna. A carbone distinguitur, quod illa quàm diu ardet, pruna dicitur. Crabo, cum extincta fuerit. Vergilius: Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ. Hinc adagiũ: Incidit in prunas cupiens vitare patellam. Simile huic: Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.

Imprecans. Media correpta, ab imprecor, & in bonum, & in malum accipi solet. Hinc imprecationes œdippicæ, sunt diræ deuotiones.

CAPVT XVII.

PIaculum. Sacrificium, cultus, & quicquid agitur, præbeturve pro peccati expiatione. Verg. Ea prima piacula sunto. Aliquando crimen & flagitiũ dicitur. Hinc piamentum idem fere q̃d piaculũ. A quo piacularis, re. Sed apud Poetas frequentius legitur, piabilis, le. Oĩa à pio, as, composita sunt, expio, impio, as. Pius, a, um, pietas.

Aduena. Pen. corr. qui non est ciuis, aut inquilinus, sed externus, & de longinquo in aliquod oppidum aduentans. Hinc aduentitius, a, um, ab aduenio, nis, & aduentus, us. Conuenæ qui ex pluribus locis conueniunt, à conuenio verbo. Hinc verbũ impersonale, vt vocant, conuenit, conueniens, conuentus, us, conuenticulum.

Obfirmare. Est firmum propositum in animo habere, stabilire, & roborare. Proprie tamen est valde, seu perfecte contra aliquem firmare: vt fera obfirmauit ostium, & repagulo, vecteq; fores. Hinc obfirmatio, & obfirmatus, a, um, vt animus obfirmatus.

Aucupium. Et aucupatio, vtrunque recte, ab aucupe auiũ dicitur, id est, insidiæ, captio, & fraus volucrum, vel actus ille atq; officium. Hinc aucupare, antiquo more, vel acupari, vt aucupor laudem, id est, venor honorem.

CAPVT XVIII.

PAtruus. Est patris mei frater, vt: Nefis mihi patruus, nec tutor quidẽ, sunt enim plerumq; seueriores patribus. Item patruum sapere. Patruorum in nepotes ceu peculiaris, genuinaq; seueritas prouerbio locũ fecit. Horatius: Metuentis patruæ verba linguæ. Idem: Siue ego praue, Seu recte hoc volui, ne fis mihi patruus, id est, ne me castiges. Persius: Cum sapimus patruos.

Adfines. Sic scribendum potius, quã affines, in agris vicini, seu consanguinitate, Festo teste. Suntq; viri, & vxoris cognati, ab eo dicti, quod duæ cognationes inter se diuersæ, per nuptias coniunguntur, & altera ad alterius finem cognationis accedit, ex ad & finis. Nomina eorum taceo. Hinc adfinitas, vt hic. Gradus adfinitatis. Hos inter se, quoniam adfinitatis causſa parentum, liberorumq; loco habentur, in matrimonio copulari nephas est. Vide Iureconsultos de ijs.

Incestus. us, & incestum, est flagitiũ

inter adfines, & cognatos peſſimum, & abominandum, quaſi ſine ceſto, id eſt, Veneris cingulo. Martialis: A te Iuno peto Ceſton & ipſa manus. Idem in alio loco: Sume Cytheriaco medicatum nectare Ceſton. Vinxit amatorem baltheus iſte Iouem. Inceſtare, id eſt, contaminare, inceſtus, a, um: inceſtuoſus. Ceſticulus & ceſticillus, ein hurdel oder ring, dē die vveiber auff das heupt lagen, ſo ſie etvvas tragen.

Pellicatus.] us, actus eſt quem pellex, id eſt, ſcortum, nonaria, meretrix, ſubmeniana, & proſtibulum, & alicaria exercet: ſicut concubinatus, quem concubina agitat, à pellicio, is. Hinc pellax, cis, penultima producta, & pellex, cis, penultima correpta.

Euomo.] is, compoſitū à vomo, quod priorē corripit, id eſt, extra vomo, præſertim de cibis dicitur: licet & ad alia referatur, vt: Dura filex clauſum crebris vomit ictibus ignem. Effundunt largum præla oneroſa merum. Iacobus Horlinus autor.

Indigena.] Generis cōmunis, ſicut alienigena, inde genitus & prognatus dicitur, nec aliunde proueniens. Mantuanus in Bucolicis: Indigenæ oſtendunt, quæ ſit natura locorum.

Accola.] Ab accolo, is. Nam accola ſignificat qui prope montem, ſeu fluuios manet, & habitat. Eſt vicinus. & aduentitius, ꝙ aduenies terram colat, & habitet, vt accola montis, padi, campi. Vergilius libro vij. Aeneidos: Amniſq; vadoſi Accola Vulturni.

CAPVT XIX.

Opprimo.] is, eſt enecare, ſeu perturbare, maiorem vim in ſe habens quā extinguo. Interdum pro continere, ſeu claudere ponitur. Aliquando conſtringere, vt ſomnus opprimit hominem. Vnde oppreſſio, conſtrictio eſt, & oppreſſiuncula, diminutiuum. Oppreſſus, a, um, vt vino, ſumnoque oppreſſus.

Racemus.] Pars botryonis, ſiue potius ipſe botryon eſt, qui & botrys Græco more, & botrus, hoc eſt, integer vuæ racemus. Racemoſus, a, um. Et racematio, id eſt, collectio vuarum relictarum.

Mercenarius.] Subſtantiuum, à mercede, is eſt, qui operam mercedis gratia præſtat, nauatque. Eſt & adiectiuum, vt opera mercenaria. Lactantius libro ſexto: Ipſe pluribus locis clamas mercenariam non eſſe virtutem.

Criminator.] Is eſt, qui crimen, id eſt, delictum, contentionem, calumniam infert. Græci diabolum vocant, à diaballo, id eſt, criminor. Hinc criminatio, & criminoſus, a, um, & criminatrix epiſtola.

Suſurro.] onis, idem eſt quod maledicus, et linguax, quia non aperte loquitur, ſed voce demiſſa in aures hominum obſtrepit potius quàm loquitur: & eſt factitium verbum. Item ſuſurrator, & inſuſurrator pro eodem. Hinc ſuſurrare, & conſuſurrare, & inſuſurrare. Et ſuſurrus, in maſc. & ſuſurrium in neutro genere, huiuſmodi vox eſt.

Vapulo.] Pen. correp. verbum eſt neutropaſſiuum, vt vocant, ſicuti & veneo, & ſignificat percutior, ferior, vt hic vapulabūt, id eſt, percutientur. Et alibi in Luca: Seruus non faciens voluntatem domini, vapulabit plagis multis, id eſt, vapulabitur. Veneor tamē pro venditus ſum, apud veteres inuenit.

Augurior.] Idem quod auguror, & auguro, as, id eſt, augurium facio, & diuino, hariolor. Hinc augur, & augurium, dicitur. Vnde auguratus nomen, hoc eſt, auguris officium & dignitas. Sacerdotium erat, cuius tantum ius, vt vnius auguris obnunciatione maxima conſilia vel inſtituta (vt Cicero teſtatur) tollerentur, reſcinderentur, & impedirentur.

σίγμα.] Stigma, Græcum eſt, idem eſt q̄d nota, punctum, ſignum, quod vel calamiſtro, vel tudicula inuritur. Frons hæc (ait Martialis) ſtigmate non meo notanda eſt. Paulus: Ego ſtigmata Ieſu in corpore meo porto. Per tranſlationem pro ſuggillatione, & infamia ponitur. Hinc ſtigmatici, ſunt famoſi, & nocētes, hoc eſt, ſtigmate aduſti. Stigmata imprimere, vel inurere dicimus, à verbo σιγματίζω, quod eſt noto, verberando ſigno.

Proſtituere.] Eſt ante ſtatuere, ad meretricandum præbere. Vnde proſtituere pudicitiam, ſignificat vulgo ſui corporis poteſtatem facere. Hinc proſtitutæ, meretrices dicuntur. Suetonius de Nerone: Suam pudicitiam vſq; adeo proſtituit, vt contaminatis fere omnibus membris, &c. Proſtibulum, li, & proſtituta frons, id eſt, inuerecunda.

Magus.] gi, Perfica dictiuncula eſt, & ſapiens apud eos dicitur. Siquidem quos Græci ſophos, id eſt, ſapientes, aut Philoſophos, Chaldæi Magos vocant, ait diuus Hieronymus in Danielem. Apud nos tamen, & hic loci, pro incantatore, & malefica arte imbuto, ponitur. Hinc Magicus, a, um, vt ars Magica, & Magia, μαγεία, pen. produ. id eſt, incantatio. Magicæ herbæ.

Hariolus.] Cum h aſpirato, & accentu

centu in antepenul. est qui diuina mente fatur, quæ ventura sunt, quasi fariolus, sicut hanula quasi fanula, id est, parua fana appellantur, aspiratione, vt plerumque fieri solet, pro f litera posita. Hinc hariolor, aris.

Regula. Hic norma est, & perpendiculum, gnomonque, quo lineæ diriguntur, Græci amussim vocant. Per translationem, breuis rerum præceptio. Hinc regulo, as, ꝺ est dirigo, & regularis, e. Regulariter aduerbium, irregularis, e.

Statera. Penultima producta, à stando dicitur, quia stante libra, pensatur aurũ, vel argentum. Est & instrumentum, quo res ponderantur sine bilancibus. Hinc adagium: Stateram ne transilias, hoc est, ne quid ab æquitate deflectas.

Sextarius. Genus mensuræ, hoc est, sexta pars congij, et continet xij. cyathos. Vide Budæum de Asse & partibus.

CAPVT XX.

Moloch. Nomen idoli, & in lingua nostra, regem eorum sonat. Quem iuxta Septuaginta in alijs locis Melchon legimus. Hieronymus in Esaiam cap. lvij. Idẽ eadem fere, super Hieremiam xxxij. Huius meminit idem in Amos capi. v. Hic Græce, Hebraice, & Latine exponit id nominis: tu vide, num bene citem. Item in Oseæ viij. capite huius facit mentionem. Item in quæstionibus Hebraicis, super Paralipomenon, dicit, de semine regio, Mochol vult intelligi idolum Moab, quod in Hebræo rex interpretatur. Demum Masiam filium Moloch, id est, filium idoli Ammon, quod vocabatur Maloch, id est, rex.

Parui pendo. is, à parum, & pendo quod proprie significat pondero, quoniam quæ ponderantur ex libra pendent. Et per translationem confidero, æstimo. Vnde fit magni pendo, flocci pendo, nauci pẽdo, nihili pendo, vili pẽdo, parui pẽdo: vt hic, multi pendo. i. in magna, parua, vili, nulla, multa æstimatione habeo. Hinc parpensio.

Succido. is, pen. producta, vt omnia composita à cædo, & significat proprie, post cædo, sicut præcido ante cædo. Hinc succidaneæ hostiæ vocabantur, quæ secundo loco cædebant. Hic ꝑ amputare, subincidere, & cædere videtur sumi. Aliquando significat metere. Vergilius: At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.

Fornico. ris, à fornice, id est, testudine arcuata, sed obscura manat, ꝺ est meretricor, quoniam meretrices in fornicibus habitare consueuerunt subobscuris. Hinc fornicator, & fornicatio deducuntur. Hinc fornicarij, & fornico, as, ich vvelb, vt opus consornicatum.

Mechus. Idem est, qui & adulter, secundum Terentium. Et mœchari, secundũ Catullum, & Suetonium, est stuprare, & adulterare, & fornicari. Hinc mœchia.

Nouerca. Dicitur filijs ex alia vxore natis. Horatius: Illa dies quandoque parens quãdoq; nouerca est. Eo versu significatur, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atq; alio male. Hinc nouercalis, & nouercale, vt odium nouercale. Et adagium, fiere ad nouercæ tumulum, de fictis lachrymis.

Matertera. Matris meæ sororcula est, quasi mater altera.

Amita. Penultima correpta, patris mei soror, quia similiter à me tertia sit, aut quia à patre meo amata sit. Sed maior amita auiæ, aut aui amita dicebatur.

Auunculus. Matris meæ frater mihi est. Maior auunculus, aui, & auiæ auunculus, dicitur.

Phyton. Varie reperio scriptum, puto sic vere scribendum cum aspiratione in principio, & y Græco absque th, sic φυτόν, id est, planta. Lego, Apollinem, Dianamq; Latonæ parturienti Iunonem intermisso Phytonis terrore obstitisse, sed vbi partus tandem effusus est, draconem memorant, qui Phytõ vocabatur, inuasisse deorũ cunas, &c. Hinc Phytonici, qui & Enthei dicuntur, hoc est, deo pleni, qui Apollinis spiritu repleti oracula præbebant. Nos pro incantatoribus, magis & maleficis accipimus. Python vero per th in vltima serpentem signat. Item à Phyton deriuatur Phytõissa. Alij Pythõ scribunt, quibus non admodum refragor, imo magis arridet. Hinc Pythius Apollo dictus, vt quidã volunt. Pythia numine Apollinis adflata dicit: Pythonicus, afflatus dæmone.

CAPVT XXI.

Incisura. Ipsa incisio, quod incisum est. Incisuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgo lineæ vocantur, ab incido, is, pe. pro.

Repudiare. Est matrimoniũ dirimere, & quasi ob rem pudẽdam aliquam repellere, differt à diuortio. Hinc repudium.

Violare. Est corrumpere, polluere, & quasi vim inferre virgini. Hic pro diffamare, & traducere videtur accipi, vt violare virginem. Violare virginem per vim, violare ius. Qui iusiurandum violat, fidem violat Cicero. Hinc violentus, a, um, violabilis, le. Inui-

olabilis,le. Violatio, & violenter aduerbiũ.

Tortus.] a,um,à torqueo, quod nõ eſt rectum, ſed flexum, & recuruum, vt hic naſus tortus,id eſt, ſimus, à torqueo, es. Hinc tortuoſus, a,um, tortiuus,a, um, vt tortiuũ vinũ. Tortor, tortura, tormentũ, tormina.

Gibber.] Gibbus, gibboſus,a, um, & gibberoſus,a,um,qui gibbum,id eſt, tumorem in dorſo habet, licet & pro alio quouis tumore ponatur.

Lippus.] a,um,q oculos habet fluidos, & lachrymantes, cum putredo ab iis fluat,à lippo,is. Lippus inungi ait Horat. Hic lippitudo. lippoſus,a,um. Hęc res vel lippis patet.

Albugo.] Oculorum vitium, & macula in oculo. Item album oculi.

Impetigo.] onis,fœdatio corporis, & cutis maxime ſerpens cum pruritu,alij ficcã ſcabiem vocant,quæ vulgo volatica dicitur. Impetiginem Græci λειχῆνας vocant,Latini Zeruas,appellatur & ſerpigo à ſerpo, is. Dicitur impetigo ab impetu. Vnde Samonicus. Si vero vitium eſt quod ducit ab impete nomen. Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Hinc impetiginoſus,a,um.

Hernia.] Morbus eſt inguinis: & commune eſt nomen tribus morbis,cum videlicet inteſtina in ſcrotum, & teſtes dilabũtur, nos rupturam nominamus. Ramex vero etiam tres ſpecies habet,videlicet Porocellã, Sarcocelam,& Cirſocelã, additur Bubonocela. Hinc hernioſus,a, um, qui eam patitur. Vide Celſum. Hernium enim durũ, & aſperum lingua Sabinorum dicitur. Species huius morbi ſunt, Celſo autore, Enterocela, Epiplocele,hydrocele.

CAPVT XXII.

Contaminare.] Secundum Donatũ, eſt cum res rei ita immiſcetur, vt neutra incorrupta maneat, hoc eſt, fœdare, conmaculare,polluere,inficere. Hinc contaminatus,a,um,& contaminatio. Incontaminatus,a,um.

Inquilinus.] Pe.producta.i.incola,& inhabitator terræ alienæ, vel domus potius ob annuum cenſum reddendum.

Ecumbere.] Proprie mori ſignificat & necari: Hic ad ſolẽ refertur. Occubuit.i.occidit. Hinc occubitus ſolis. Dicimus morte occubuit. i. vita functus eſt, fato conceſſit.

Alo.] is,ſignificat nutrio,alimentiſq; ſuſtento,vt exercitatio alit vires. Quandoque creſcere. Hinc alitus melius q̃ altus, ſecundũ Diomedem Grammaticum,id eſt,nutritus, fotus: & alimonia,alimentum, alumnus,almus,a,um,vt alma tellus, altilis,le.

CAPVT XXIII.

Ferię.] arum, à feriendis victimis dictæ,ſunt dies ceſſationum ab opere, ſeu ab epulis ferẽdis. Hinc ferio,as,& ferior,aris, ſignificat vacare, & ceſſare. Hinc dies feriatus. Et male feriati homines, ſunt otioſi. ἄεργοις ἀιεὶ ἑορτή, id eſt, inertibus ſemper feriæ. Monoſtichon: Semper agit deſes otia, ſemper iners.

Seruile opus.] In Græco habetur λάτρευτον. Hoc loci, facere non poſſum, quin aliquid dicã de latria, quæ à Græco λατρεύω eſt δουλεύω, quaſi ſeruio, ſed poſtea factum eſt, vt eſſet σέβομαι, teſte Suida. Auguſtinus ſeruitutem hominibus debitam non latriã appellari vult, ſed alio nomine, puta δουλείαν. Nam apud Epheſios vi. quem locum citat, ſic eſt Græce, οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, hoc eſt, ſerui obedite iis, q̃ domini ſunt iuxta carnem. Hinc eſt illa diſtinctio facta de adoratione, latria, dulia, & hyperduleía. Valla docet λατρείαν & δουλείαν, idem eſſe, & vtrunque ſignificare ſeruitutẽ, quod ex Suida oſtendit, qui & ait: λατρείαν δουλείαν εἶναι ἐπὶ μισθῷ. Seruitutem eſſe mercenariam. Nam apud Xenophontem in iĩ. Cyri Pædiæ loquitur maritus, Græca omitto, Latine ſic: Ego vero Cyre vel animam redemerim, ne vnquàm hæc ſeruiret. Tum vxor, ſua ipſius anima emerit, ne ſeruiat. Quin & in ſacris literis λατρεύειν de ſeruitute dicitur, vt hic, opus ſeruile non facietis. Et iterum: De ſemine tuo non dabis ſeruire principi, λατρεύειν: & in Iob, mendica λάτρις dicitur. Sed admonendi ſunt Latini, duliam & latriam penultimam habere longam, ne breuem faciant, quia diphthõgo propria ει ſcribitur. Vide diuum Auguſtinum libro decimo de Ciuitate dei, capite primo, & Commentatorem Lodouicum Viuem.

Meto.] is, eſt ſecare, & tam de vua, aliisque rebus, quàm ſegetibus dicitur. Hinc meſſis ſignificat, & tempus metendi, & rem. Item meſſores. Hinc adagium: Noli falcem mittere in alienam meſſem, ſunt plura adagia: ego tranſeo.

Polenta.] A polline quidam deriuari volunt, eſt perfuſum aqua hordeum, quod ſiccant vna nocte, poſtero die frigunt, deinde mola frangunt, &c. Vulgo maltz, ad coquendum cereuiſiam.

Puls.] Pultis, victus antiquiſſimus, ex farina, aqua, melle, ſeu caſeo, ouo decocto, factus, pro pane veteres vſi ſunt. Hinc pulmẽtum, & pulmẽtarium. Iuuenalis: Veniet qui pulmen-

pulmentaria condit. Pulmentarium testuaceum dicitur torta quæ coquitur sub testa pulticula, quo vtitur Plinius lib. xxvi. Græci προσφάγιον vocant pulmentarium. Pultarius, ij, accipitur pro vase pultis. Cornelius Celso: Si cętera defecerint, caliculus aut pultarius oris cõpressioris eirei cõmode aptat.

Propitiare. Et propitiari, vtrunq; recte, est propitiũ reddere, & placatum. Hinc propitiatio, sacrificium, & placatio, propitiatorium, locus propitiationis, & placationis.

Spatula. Siue spatalium, diminuti. à spates, est ramus vel folium palmæ, à σπάω, id est, scindo, vel dilacero. Dicitur etiam spata quod est Græcum σπάθη, & apud eos modo costam, modo ensem significat.

Umbraculum. Locus in quo est vmbra, est ab vmbra. Hinc diminuti. vmbella, vmbro, as. Composita adumbro, as, adumbratus, a, um, vmbraticus, a, um. Et vmbratilis, le. Vmbro, fluuij nomen teste Plinio. Vmbria regio Italiæ. Plin. in vi regione collocat.

CAPVT XXIIII.

Concinno. as, per duplum nn. i. cõsentio, & apte compono, & quasi conuenire facio, vt: Lingua tua cõcinnabat dolos. Hinc concinnatus, a, um, & concinnus, a, um, vt pellis concinnata. Oratio concinna. Item concinnitudo, & concinnentia, & concinnitas, concinne aduerbium.

Senus. a, um, possessiuum à sex. Et senarius, a, um, quod constat ex sex. Sed frequentius seni, æ, & a, in plurali legitur. Hinc senarioli, versus sex pedibus constantes. Hinc senio in talis sex puncta continet. Persius: Iure etenim id summum quod dexter senio ferret. Scire erat in voto. Martialis item: Senio nec nostrum cum cane quassat ebur. Vide Suetonium in Augusto de senione & cane.

Blasphemo. as, Græcum est: & significat execror, maledico, & verbis calumniam infero, dignitatiq;, & honori alterius derogo. Hinc blasphemia, est maledicentia. Et blasphemus, maledicus.

Vicarius. a, um, quod vicem alterius gerit, significat. Quandoq; substãtiuum est, pro persona sacerdotis, & dignitate vicariæ, num bene, ambigo. Vicariam operam ei impendi, ait Quintilianus. A vice ablatiuo, & vicem accusati. In plurali vero integrũ est, vices. Dicimus vice patris, vicissim aduerb. vicissitudo, vt: Omniũ rerũ vicissitudo. Teren.

Irrigare. Significat riuos in agrũ deducere, & prata humectare. Hinc irriguus, a, ũ, & irrigatio. Irriguum pratum. Irriguus fõs, & tam actiue quàm passiue capitur.

CAPVT XXV.

Sabbatizare. A sabbato est, sabbatũ obseruare, & feriari, cessare: sabbatismũ agere. Hinc sabbatarius, qui diẽ sabbati seruat. Sabbatũ dies quietis interpretatur. Sabbati, duo milia passus dicuntur.

Serere. Est seminare. Inde satio, & semen, sementum, sator, satus, a, um, sata, satiuus, a, um. Serere discordias. Composita insero, adsero, consero, desero, dissero, exero, omnia penult. cor. cum suis cõdeclineis, quæ longum foret adscribere.

Putare. Significat superflua, infructuosaq; ex quacunq; re secare, & purgare, deputareq;, vt hic arbores putari dicuntur. Hinc factum, quod putare pro cogitare, & considerare capiatur. Hinc putatio, & putamen, vt putamen nucis, putamen oui. Plautus in Captiui duo: Neucleum amisi, reliqui pignori putamina. Putare arbores, putare vites. Putatorius, a, um, falx putatoria. Putare etiam est æstimare, vt putare rationem, putare rem. Composita sunt amputo, computo, deputo, disputo, imputo, postputo, reputo, supputo, omnia cor. penult.

Jubilens. æi, dicitur septimus remissionis, vel quinquagesimus annus, quando oĩs emptio, atq; donatio reuertit ad priores dños, ita vt seruꝰ vsum habeat pro tpe, & pprietatem possessionis filij principis. Hactenus Hierony. sup Ezechielẽ cap. xlvi. Hebręi dicunt Iobel, hoc est, buccina. De Iubilæo, vide Iohan. Lodouicum Viuem super lib. D. Augustini de Ciuitate dei.

Supputare. Est calculis numerare, hinc supputatio, id est, computatio, & numeratio, calculatio.

Contribules. Pen. prod. dicuntur qui ex eadem tribu sunt. Tribulis pen. prod.

Veneo. Verbum neutropassiuum, vt vocant, significat vendor, à quo venale, venalis, & venum exponere. Venum, vnde venũ ire, & venundo, venalitiꝰ, a, ũ, venalitij serui, venalitius substant. venalitiarius.

Inualeo. es, quod significat robur, & firmitatem acquiro, vnde inualuisse consuetudinem, & mores dicimus. Hinc inualesco, inualidus, a, um.

Patruelis. A patruo. Sunt eñ patrueles patruorꝫ filij. Affines vero sunt viri, & vxoris cognati, des vatters bruoders kind.

CAPVT XXVI.

Insignis. Et hoc insigne, dicitur excellens, inclytus, notabilis. Hinc insigni-

tas,id est,claritas,insignia,insigniter,& insignio,is,& insignite aduerbium.

Pauco.] es, verbum antiquum, id est, ferio,cõcutio,tundo,& pro timere ponitur. Hinc pauor,& pauitudo,& pauesco,pauidus.pauide,pauefacio,& pauefactus.

Sementis.] Fœmini.gñis est ipsa satio, seu seminatio.Aliqñ ipsum semen.

Ceruix.] Posterior pars colli est,vt dura ceruix. Hinc ceruicosus,a,um, ceruicale, vel ceruical.

Conficere.] Est proprie finire, perficere.Sed in passiua voce significat consumere, vt: vir fame, frigore, macie, dolore conficitur.Item significat trucidare,facere,explicare, exequi, frangere. Hinc confectus,a,um. Bellum confectum est. Confeci negotium. Corpus fame confectum est.Vno ictu confecit.Conficere in leges suas.

Aheneus.] a,um, vel æreus idem sunt, primum ab ahæno,vt:Murus ahæneꝰ esto, id est,fortis.Secũdum ab ære deducitur.Aes etiam pro pecunia capitur.

Incassum.] Significat frusta.

Consumere.] Est in nihilum redigere. Solinus: Sunt in Lycia saxa,quæ viuentium quoq; corpora ad alligata consumunt. Hinc consumptus,a,ũ, & consumere ætatẽ.

Incedo.] is, compositum à cedo,id est, ingredior, subeo, vt scribẽdi libido mihi incessit.Interdum est mature, more grauis viri,seu magnifice ire,& est nobilium personarum.Non cerussatis incedat fœmina buccis, ait Philip.Beroaldus.Hinc incessus,us, incessio. Item incesso,as,frequentat.

Ultor.] Vindex est, qui iniuriam illatam vlciscitur.Hinc vltio,vindicta,&vltrix.

Corripere.] Est reprehendere,arguere. Multi eñ corripiuntur,qui tamen non corriguntur.Sed proprie,est aliquid celeriter capere. Vergil. Celeresq; sagittas Corripuit. Hinc correptio,& correptus morbo.

Stupeo.] es, significat quodammodo sensum rerum non habere. Persius: Sed stupet hic vitio, id est, insanus factus est vitijs. Hinc stupefacio, stupesco, & stupidus, a,um, vt membrum stupidum. Stupefio,& stupor.

Euaginare.] A vagina, quod est ensem nudare, eximere, & stringere, penultima producta.A vagina diminuti.vaginula. Iacobus Horlinus: Non breuis oblongum claudit vagina dolonem. Non capiunt multum pocula parua meri.

Hostilis, & le.] Penultima producta, quod est hostis. Hinc hostiliter aduerbium. Et hosticus,a,um,idem quod hostile,vt hostica rabies.Hostimentum, hostorium, hostio,is,rehostio,is.

Terrere.] Est alicui terrorem incutere. Hinc territare frequẽtatiuum.A quo terror, terriculamentum, terribilis,le. Composita sunt absterreo, conterreo, deterreo, exterreo, & perterreo.

Tabesco.] is,significat langueo,deficio, tabidus fio,à tabeo. Hinc tabes,tabidus, a, um,& tabificus liuor.Vergilius:Liuor tabificum malis venenum,&c.

Pristinus.] a, um, quod superioribus annis,mensibus, diebus, nostraq; memoria fuit,& pro antiquo sumitur.Aliquando prior dicitur. Q. Curtius: Dies pristino procelosior,id est,priore.

CAPVT XXVII.

Venundare.] Penult.cor.est vendere, permutare.Hinc venundatus,a,um.i. venditus,à quo venundatio.

Spondeo.] es, spopondi, sponsum, est sponte promittere, polliceri. Hinc sponsio, & sponsor. Vt: Sponsio damna dabit. Nam sponsionis comites sunt lis, & æs alienum. Plautus.

Sicus.] Apud Hebræos vncia est. Apud Græcos, Latinosq; quarta pars vnciæ, & stateris medietas. Vide Budæum de Asse & partibus eius.

Aestimo.] as, significat appretio,reor, puto, taxo.Hinc æstimatio, vt hic. Adagiũ est,Leonem ex vnguibus æstimare.

Obolus.] Genus ponderis, & nomismatis, quod sex Siliquas continet. Terentius in Andria: Obolo emptos. Obolus pen. correpta,sexta pars drachmæ. Hinc semiobolus, & diobolaris, e.

LEVITICI FINIS.

QVARVN-

DAM DICTIONVM in Numeroꝝ librum explicatio.

CAPVT I.

Et liber Hebræis Vaiedabber, id est,& locutus est.Hoc initium libri Numerorum Græcis Ἀριθμοὶ dicitur,Latinis Numerus,seu liber Numerorum, quoniam in eo quadrifariam describitur enumeratio.

Siquidem numerus.] Collectio est vnitatum. Vnde vnitatem dictitant non esse nume-

se numerum, sed principiũ numeri. Et quãquàm numerus dicatur de ijs quæ numerantur, interdum tamen refertur & ad ea quæ mensurantur, aliquando ad ordinem, nonnunquàm ad concentum, & symphoniam harmonicam. Vergilius: Numeros memini, si verba tenerem. Item: In numerato habere. Numero, as, numeratus, a, um, numeralis, le, numeratio, numerosus, a, um, numerosa oratio, numerabilis, le. Et innumerabilis, le, innumerus, a, um, fere idẽ. Numeratim aduerbium. Numerarius, a, um, supernumerarium. Composita adnumero, connumero, dinumero, enumero, pernumero, renumero. Digerere in numerum ornate dicitur. Et oratio numeris constans. Numeris adstringere. Omnibus numeris absolutũ est. Ex illo numero est. Adagium: Non curat numerum lupus.

Cognatio. Est proximitas quædam personarum, ex eodem sanguine prognatarum, quasi vna communiterve natio. Hinc cognatus, ta, à verbo nanciscor.

Recenseo. es, id est, recognosco, & summam totius populi per numeros colligo. Hinc recensiti, qui per recensum numerati sunt. Suetonius in Cæsare: Recẽsum populi vicatim per domos insularum egit. Vnde recensus, us, pro recensione dicitur.

CAPVT II.

Leui. Nomen patriarchæ, & interpretatur additus. Hinc Leuita, seu Leuites, pro eo q est de tribu Leui. Quicquid ad Leui dicitur, ad sacerdotes pertinet. Leuitæ, filij Sadoch. Leuitæ diaconi dicuntur, à quo Leuiticus possess. vt liber Leuiticus.

Manasses, vel sse. Interpretatur oblitus, seu necessitas. Hic pœnitentia sua in pristinũ statum relatus est. Esaias fuit Manasse auus. Manasse tribus computatur in Beniamin tribu. Hactenus Hierony. Hinc Manassæus, a, um, vt oratio Manassæa.

Metor. ris, proprie est metas in agris terminandi gratia disponere, finire, & mensurare quo ad locum. Hic pro figere tẽtoria ponitur. Hinc castrametor penul. cor. est castra locare. Metari castra, vnde metator. Sed à meta videtur esse deductum.

Externus. a, um, quod non est ex patria. Græci exoticum vocant. Proprie autem quod foris, & palam est. Sed exterius ab exter fit. Itẽ exterus, a, um, penulti. corre. Item extraneus, a, um.

Cuneus. ei, est instrumentum ad findenda ligna. Hinc adagium: Malo nodo malus quærendus est cuneus, hoc est, duræ ceruici paranda est securis. Eo licebit vti, quoties malum, simili malitia retũdimus. i. malum malo medicari. Per translationẽ pro militũ multitudine, cunei instar ordinata sumitur, vt hic. Vegetius multa.

Vexillum. Diminutiuum à velo, quasi paruum velum, signum est quo stipendia rij milites in bello vtũtur. Hinc vexillarius, qui illud defert, & vexillifer, sic signifer, eyn Fenderich.

Proficiscor. ris, profectus, eundi, & veniendi significationem habet. Vergilius: Hunc lætum Tyrijsq; diem Troiaq; profectis. Hinc profectio, onis.

Nouissimus. a, um, superlatiuus à nouo, & pro vltimo, pstremoq; ponitur, vt: Nouissima hora est. Hinc nouissime aduerbiũ.

CAPVT III.

Fungor. ris, vtor, & fruor differunt quàm maxime. Vti igitur est alterius rei gratia, frui nullius. Vtor armis, domo, libris, studio, diligentia, opera, quod ex his postea emolumenti aliquid bonique consequar. Fruor bonis meis, fruor tuo aspectu, alloquio, cantu, hoc est, delectationem voluptatemq; percipio ex hac re, atq; ex huius rei vsu. Fungor vero vita, id est, officio vitæ, magistratu, prætura, legatione, officio delegato, munere administrandi, gubernandiq; corpus. Inde functus est vita, id est, finiuit officium vitæ. Hæc Valla. A quo functio, &c.

Vtensile. Quod est ad vsum necessarium, dicitur. Columella libro xij. Vtensilia quibus alitur hominum genus, aut etiã excolitur, ab vtor, eris deductum, reliqua omitto.

CAPVT IIII.

Hyacinthinus. a, um, pen. cor. color est hisginus. i. albeus, ceruleus, aerius, rubeus, purpureus, ab herba quæ hisge dicitur. Persius: Hinc aliquis cui circa humeros Hyacinthina læna est. Latine vacinium. Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.

Mortariolum. Diminut. à mortario. Vasculum est, aut cupreum, aut æneum, in quo res pistillo teruntur, eyn morsell.

Tridens. tis, proprie Neptuni sceptrũ, & quicqd habet tres dentes, tridens dicitur, & trisulcum vt fulmen trisulcum. Conradus Celtis autor: Ante meam faciem tribuis mihi candida verba. Post me serpentis lingua trisulca sonat.

Curiositas. à cura fit. i. affectatio, diligentia. Nam curiosus, a, um, dicitur, qui nimis affectate cuncta perquirit, etiam quæ ad eum non attinent. Hinc curiose aduerbium,

zuvil ſorgig, furvuitzig. Incurioſe,& incuria,omnia à cura manant.

Batillus.] Ignis quoddam receptaculum eſt ferreum,quo prunas e foco tollimꝰ, ac portamus,ad ſuffitum faciendum. A neotericis bernacius dicitur. Etiam eſt ruſticum inſtrumentum quoddam ferreum.

Mancipo.] as, eſt quaſi manu capio, obligo, & ſubmitto, atq; ſeruum facio. Sed emancipo,as,contrarium eſt. Hinc emancipatio,& emancipatus,manumiſſus. A manceps,pis. Vnde mancipium,pij,vt ſale emptũ mancipium,prouerbialiter vile dicitur. Mãcipio dare,eſt emancipare. Præterea mancipi generis oĩs,& indeclinabile,vt res mancipi,homo mancipi. Non eſt ſui mancipi. Dicimus & mancipare agrum,&c.

CAPVT V.

Seminifluo.] is,compoſitum à ſemine & fluo,& notæ ſignificationis. Tamen apud nullum reperi probatũ autorem, quẽadmodum & ſeminiuerbius, vt in Actis legimus,Græcis ſpermologus eſt. Non ſuggillo tamen D. Hieronymi translationem.

Inueſtigo.] as, penul. prod. ſignificat quærendo inuenio, à venatoribus tractum, eſt indagare. Terentius: Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari poſſit. Hinc inueſtigatio,perueſtigo aliud compoſitũ.

Congero.] is, id eſt,congrego,& coaceruo. Hinc congeſtitius,a,um, congeſtus, a,um,& congeſtio.

Uterus.] ri, vel quod idem eſt,loci,tãtum in muliere. Vulua,honor ſit auribus,autem in animalibus. Hanc differentiam belle oſtendit Plinius xi. cap. xxxvij. Seruius in I. Aeneidos ait: Vterus eſt mulierum. Aluus eſt quo defluunt ſordes. Hinc Latine dicimus: Ferre vterum,id eſt,grauidam, & prægnantem eſſe.

Dirumpo.] is,eſt uarie rumpo, ſeu violenter ſcindo. Refertur quandoque ad animum. Cicero: Dirumpor dolore. Hinc diruptio,& diruptus, a, um. Item diſrumpo, diſrumpis.

Exhaurio.] is, prorſus euacuo, finio. Vergilius: Heu quibus ille Iactatus fatis,quę bella exhauſta canebat? Hinc exhauſtus, a, um,compoſitum ab haurio,is.

Acini.] Penultima corre. inter fructus minutiores arborum,fruticumve dẽſius naſcuntur,vt vuæ,grana,hæderæ,ſambuci, tribuli,mali punici. Baccæ vero rarius, à q̃ acinatitius,a,um,vt vinum acinatitium,ait Vlpianus ff. de vino legato. Item acinaceus,a, um. Hinc vinum acinaceum. Baccæ ſunt maiores, vt baccæ lauri. Diducere baccas ſacrã geſtaminis.

Zelotypia.] Eſt ingẽs,& immodicus quidam amor,q̃ primus eſſe vult,nec patitur alium admitti riualẽ. Hinc corriuales qui vnam miſere amant amaſiam. Item: Sine riuali diligere,adagium notum. Zelus, li, æmulatio. Zelotes,zelotypus,pa. penult. cor.

Pauimentum.] Ipſum domus ſolida mẽtum eſt, ſeu iucruſtatio quam calcamus, hoc eſt, ſolum,& terræ planicies. Iuuenalis: Verre pauimentũ, nitidas oſtẽde columnas.

Torus.] ri, ſine aſpiratione, lectus ab intortis herbis dictus,vt hic. Inde torоſus,a, um,& torulus,id eſt,paruus lectus. Hinc torale, eyn decke.

Amen.] Hebraice,Septuaginta tranſtulerunt γένοιτο,id eſt,fiat. Aquila, πιστὸς μέν, id eſt,vere,ſeu fideliter. Quod etiam in Euangelio à ſeruatore ſemper aſſumitur,ſua per amen verba firmante.

CAPVT VI.

Acinus.) ni, penultima corr. Hic pro vuæ granulo ponitur. Dictum eſt præcedenti capite.

Nouacula.] Culter raſorius eſt, à nouo, quod ſubinde facere videatur nouum. Hinc nouacula in cotem, adagium dici ſolitum in hos,qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Item in acie nouaculæ,id eſt,in ſummo periculo.

Funus.] eris, pompa quæ in exequijs mortuorum fit. Aliquando pro morte capitur. Hinc funereus,a, um, funeralis, le. Item funebris,e, vt funebris oratio, funeſtus,a,ũ, vt funeſta arbor, funeſtum bellum, funeſto, as,funero,as,penultima correpta.

Nazareus.] i, hic conſecratus dicitur, & à Nazareth. Nazarenus, id eſt, floridus, ſanctus.

Ceſaries.] Coma eſt, & barba à crebra cæſione,& proprie virorum. Hinc Cæſariati,comati dicuntur. Plautus: Cæſariatus miles,dixit in Milite.

Torta.] æ, genus eſt panis trianguli, & modici, qui alibi dicitur collyrida, eyn gebachens pfanzelt.

CAPVT VII.

Plauſtrum.] Currus quod ex omni parte ſit palam, quod in eo vehitur, vt inquit Varro: Hinc e plauſtro loqui, eſt in aliquem conuitia iacere. Et plauſtrum bene perculit. Apparet dici ſolitum in eos qui quẽpiam impellũt, q̃ ſuapte ſponte ꝓpendebat.

Plauſtra

Plaustrarius,ij.Inuenitur etiã plostrũ,ri.

Acetabulum.] Vasis genus, quod heminam etiam dicimus. Græci oxybaphum.

Pondo.] Indeclinabile,& omnis generis, modo libram significat, modo pondus xij. librarum. Pondo generis neut.indeclinabile, & cum additur libra significat idem quod pondus. Libra pondo auri. Dupondius,centumpondium,assipondium.

Phiala.] Vasculum est vini, vel aquæ, plerunq; ex auro conflatum: Hic pro cratere ponitur.

Armentum.] (Inquit Festus) id genus pecoris dicitur,quod est idoneum ad opus armorum,vt sunt equi, bouesq;. Aliter M. Varro dictum putat. Hinc armentarius, vt armentarius bos.

Oraculum.] Et locus est, vbi responsa dabantur deorum,& ipsum responsum.

Propitiatorium.] Locus est, in quo deus optimus maximusq; placatur, hic pro tabula quadam ponitur. Propitius, a, um, propitio,as, & propitior, aris, propitiabile, & propitiale.

CAPVT VIII.

Lucerna.] Dicitur à luceo,id est,splendeo. Græcis λύχνος vocatur,& est illud quod lucet super candelabrum. Lucernula diminu. Lucernarius, vt canis lucernarius.

Candelabrum.] Est illud quod sustinet candelam,vel lucernã. Græce κηροπήγιον, vel λυχνία appellatur. Martialis de candelabro Corinthio: Nomina candelæ nobis antiqua dederunt. Non norat parcos vncta lucerna patres.

Stipes.] Hastile est, & pertica candelabri. Etiam truncum signat, & nummum, vt emendicare stipem. Stips,is. Hinc stipendium,stipendiarius,stipendiatus.

Lustrare.] Plura significat, hic expiare, & purgare. Hinc dicta est aqua lustrationis, Hebraico more,hoc est,aqua lustrans, purificans, quemadmodum apud nos aqua lustralis,quàm benedictã dicimus. Facere nõ possum, quin hic adscribam hos elegantes versus,quos incerto, & mihi ignoto autore reperi,de aquæ lustralis quàm benedictam vocant,consecratamq;,efficacia & energia.

Disce superbe cinis ceruicẽ flectere celsam,
Quum teris hæc celeri limina sacra pede.
Acceleraq; manu sacratis tingere lymphis
Frontem: diluitur nam veniale malum.
Tetra veneniuomi rumpũtur colla colubri,
Eluitur neuis mens maculosa suis.
Nec nõ vana fugãt cœcę phãtasmata noctis
Torporisq; lues somniculosa perit.
Sensibilesq; suis collidunt viribus hostes,
Fundentiq; preces robur, & arma ferunt.
Deniq; suppressis reliqs,tot dotibus addunt
Pectoribus Charites, pmiaq; ampla pijs.

A lustro,as,præter cætera,ad rẽ,fit lustratio, .i.purgatio. Lustralis,e,vt aqua lustralis,lustricus,a,um,vt lustrici dies, lustricus bos.

Aperire vuluam.] Cum honore,& verecundia sit dictum,id est, vterum,matricẽ. Sic enim mauult Laurentius, homo superstitiose verecundus,quasi vero vulua sit obscænum vocabulum, ac non potius de omnibus fœminis quæcunq; pariunt, dictum. Horatius: Nil melius turdo,vulua nil dulcius ampla. Siquidem aperiens vuluam,iuxtà sermonis Hebraici proprietatem dictum est pro nascens. Omnis igitur qui nascitur,aperit vuluam. Honor semper sit auribus.

Super.] Præpositio separata,& ablatiuo iuncta, significat de, vt hic. De Leuitis. Et Vergil. I. Aeneidos: Multa super Priamo rogitans,super Hectore multa,id est,de Priamo,deq; Hectore. Supra fere idẽ significat, vt super lapidẽ sedet,& supra lapidẽ. Sup ali quando pro inter, vel de accipitur. Item pro præter,vt super cœnam audiui,super hac re, super hæc.

CAPVT IX.

Phase.] Ipsa solennitas Paschatis,quã nos trãsitum appellare possumus,eo q; de peioribus ad meliora pergentes,tenebrosam Aegyptum relinquamus. Hieronym. ad Fabiolam. Phase polluti comedere non poterant. Latini Pascha, tis, vel Pascha, æ, vocant. Ausonius: Nos etenim primis sanctum post Pascha diebus. Hinc Paschalis,& le, penult. prod. quod ad Pascha pertinet. Vt, gaudium Paschale.

Biduum.] Spatium est duorum dierũ. A quo biduanus,a,um,vt biduanæ inducię. Et biduo aduerbium temporis, significat duobus diebus continentibus. Suetonius in Caligula: Per hunc pontem vltro citroque commeauit biduo cõtinenti. Hinc bifariam &c. Biferum,bifidus,a,um,bifrons,vt Ianus bifrons.

CAPVT X.

Tuba.] Instrumentum est musicum,à tubo, vel tubulo canali, fitq; ex ligno, cornu, & ære, vt clangere tuba. Hinc tubula diminutiuum. Tubicen,& tubicina, tuba ductilis. Sunt enim ligneæ quoque, & corneæ.

Clango.] is,est tuba canere,vel increpare,vt hic clangueris,vel clanxeris. Inde clangor,

gor,oris,vox tubarum est.Item anserum,aliarumq; rerum perstrepentium.Hinc concisus clangor.i.sonus fractus.

Vlulare.] as, proprie,clamitare est, & lugubrem vocem ædere.Hic tamen pro tuba canere.Et vlulatus pro tubæ sonitu,ab vlula,aue nocturna,& lucifuga.

Dimicare.] Depugnare est, & belligerari,præliari,cluere,quod proprie re fit:contendere vero verbis.Hinc demicatio.

Epulum.] Neutri generis, & numero singulari,solenniores epulæ,& publicũ conuiuium in propatulo exhibitum. Iuuenalis: Vnde epulum possis centum dare Pythagoræis.Epulæ,arum,vero, cibi sunt ministerio hominum in nostrum vsum comparati. Hinc epularis,re, & epulor, aris, epulones, & coepulones.

Calende.] arum, primus dies mensis, à κάλω, id est, voco,quod primo die mensis plebs ad Capitoliũ vocabatur.Hinc ad Græcas Calendas,& ad Latinas Neomœnias dicimus,id est,nunquàm. Vnde illæ locutiones apud Ciceronem:In ante diem quindecimum Calend. Nouemb.distulit,&c. Item tertio Calendas, & ad tertium Calendas p eodem leguntur. Calendarius,a,um, vt liber Calendarius.Calare,vocare,intercalare, intercalaris dies, & mensis. Sic intercalaris versus,id est,intercentitius.

Madianites.] A Madian, vrbe quadam,ex vno filiorum Abrahami, de Cethura, pen. prod.Sic fere omnes huiusmodi dictiones penult.producunt.

Opes.] pum,ab ope Dea terræ,hoc est, diuitiæ,quia diuitias omnes in agris esse veteres æstimabãt.Hinc opulentus,diues.Martialis:Semper eris pauper,si pauper es Aemiliane. Nullis dantur opes nunc nisi diuitibus. A quo opulentia,& opulente.

Prouidens.] A prouideo,mediam corripit,id est, prospectans. Hinc prouidentia, prouidus,a,um,& prouide aduerbium.

Promiscuum.] Id est, mistum, confusum, incertum. Vnde apud Grammaticos, promiscuum genus,incertum dicitur,à quo promiscue,id est,miste,confuse,incerte.Græci epicœnum vocant.

CAPVT XI.

Flagro.] as, id est, ardeo,à flamma,vel flatu, quo aliitur:vt flagrare desiderio, flagrare odio,vel ira, flagrat gratia apud suos. Composita conflagro, as, deflagro, fere idem. Transfertur interdum ad desiderium amoris,odij,iræ,virtutis, aut vitij. Hinc flagrum,flagratores,& flagriones serui.Flagellum dimi.flagellare,vt flagellare annonam, dye frucht theuer machen. Flagro, nis, seruus plagis dignus.Est & conuitium.

Gratis.] Aduerbiũ,significat sine præmio,sine merito,vulgo per gratiam dicitur. Alias significat sponte.Sic ingratis, inuite.

Mens.] tis, mentem hominis præstantissimam & purissimam in aĩo partem vocamus,qua intelligimus, qua etiã arguimus, colligimus, ratiocinamur, ita vt per eã tum simplices solæq; res accipiantur, tũ cõferantur,ac velut cõparentur,vnde artes oẽs,disciplinę,ac totus vitę vsus cõstat,inuẽtaq; sunt, q̃cunq; in vita sunt admirabilia. Porro,mẽs altior animi pars,qua etiã diuina pcipimus. Ouid.Mente deos adijt,& quod natura negabat Visibus hũanis,oculis ea pectoris haus sit.Interdũ tñ per metaphorã mentẽ p dispositione & cõsilio capimus. Vergil. Nostram nunc accipe mentẽ. Quid sit mens Lactant. lib.vij.docet.Nõ idem esse mentem & aĩam Thales Milesius,inqt,velocissimũ oĩm quæ sunt est mẽs. Terent.Mala mẽs,malus aĩus. Vide differẽtiã.Huius cõposita sunt,amens, demens,& vehemẽs.Hinc dicimus mente captũ p amẽte & stolido, quẽadmodũ oculis captũ pro cęco.In mentẽ venire,vt hoc loco, non tm̃ est reminisci, sed etiã recogitare & cõsiderare.Cicero:In mentẽ tibi non venit, caussam publicam sustinere.i.non cogitas.

Cucumer.] & cucumis,à curuore dr̃, q̃si curuimeres. Vergil. Cresceret in ventrẽ cucumis,nec sera comantẽ. Hi pepones etiã dici putãtur,qui in cibis impensius refrigerãt, aluumq; molliunt,vt hic.Hinc cucumerarium,locus vbi crescunt cucumeres.

Porrum.] In pluratiuo numero porri, Græci prason dicunt, genus oleris. Martialis:Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros,huius varia sunt genera.

Cepe.] Neutrius generis, & indeclinabile à capitis magnitudine dicitur. Dicitur & Cæpa, pæ. Ouidius: Cædenda est hortis eruta cæpa meis. Priscianus: Cæpitiũ, & us, nominat. Græci cromyon, quasi pupillam oculi comprimi cogeret.

Allium.] Genus oleris, varie deriuatũ, quidam ab olendo,haud male, quidã ab halendo,q̃d halitu oderetur.Knoblouch.Hæc tria olera habent bulbos,ideo de bulbis nõnihil dicendũ.Bulbi in vniuersum dicuntur oẽs eæ radices,q̃ sunt in modũ cępæ. Nã & bulbos liliorũ dicit Palladius,sed peculiariter sunt bulbi q̃s Mergarides vocãt Arabes,Venerẽ excitãtes.Martial. Cũ sis anus cõiunx, cũ sint tibi mortua mẽbra. Nil aliud bulbis

quàm

quàm fatur esse potes. Hinc adagium. Bulbos quærunt, qui iuxta Persium:
Obstipo capite defigunt lumina terræ.
Plinius lib. xix. nobilissimã inter bulbos ait esse scyllam, q̃ est ceu syluestris cepe, & hanc comprehendere Epimenidiam, quam solã radicem in esum venire ex scylleis, testatur Theophrastus lib. vij. nam aliæ non ędunt.

Bdellium. Arbor nigra magnitudine oleæ, dictum est in Gene. 2. cap.

Oleatus. a, um, mixtum, factum, aut litum, vnctũq; oleo, vti hic tortula oleata.

Adfligo. is, id est, prosterno, & in terram extendo. Per translationem significat, pturbo, vexo, punio. Hinc frequentatiuum afflicto, as, quod est sæpe affligo, à quo afflictio, & afflictatio, adflictus, a, um.

Nausea. æ, stomachi ad vomitum ex graui odore perturbatio est. Hinc nauseosus, a, um, quod nauseam, id est, orexim inducit, & nauseabundus, a, um, nauseabũde aduerbium.

Inualidus. a, um, ab inualeo aut inualesco, id est, imbecillis, infirmus, debilis sum. Hinc inualitudo, id est, imbecillitas, inualide aduerbium.

Prophetare. Est prædicere, tametsi fit nonnunq̃ laudes deo canere, vti hic.

Aemulor. ris, teste Apuleio, ab amo venit, & amare significat: inuidere autem per antiphrasim. Aliquando est imitari, interdum participem esse, zelare.

Lorus. ri, mensura aridoꝝ apud Hebræos, capit medimnos Atticos quadraginta vnũ teste Iosepho. lib. Antiquitatũ viij.

Concitatus. a, um, à concito quod significat ad iram prouoco, id est, iratus, excandescens & commotus. Hinc concitatio.

CAPVT XII.

Aenigma. Obscura est allegoria, vel quæstio intricata, & obscura, quæ difficile intelligitur, nisi soluatur. Hinc ęnigmatistes & ænigmaticus, a, um, vt Oedipus Sphyngos ænigma soluit.

Aethiopissa. Ab Aethiops, q̃ ex Aethiopia est, Seruius autor, vt hic: Moses habuit vxorem Aethiopissam.

Candeo. es, & cãdesco, is, ignitus sum. Et candere significat candidum esse, vt hic. Condens, id est, albescens. Hinc candidus, a, um. Et candidulus diminitiunm, candide aduerbium, & candor.

Suffundo. is, est supra fundo, aut de orsum inijcio. Plautus: Mane suffundam aquulam. Interdum forinsecus rubore afficior, vt hic. Et Vergilius libr. I. Georgicon:
At si virgineum suffuderit ore ruborem.
Hinc suffusio, & suffusus, a, um, vt rubore suffusus.

CAPVT XIII.

Precoquus. a, um, penulti. correp. à præcoquo, is, id est, præcox, & præmaturus, vt vuæ insolatæ, ait Columella libr. vi. præcoquuntur, hoc est, ante tempus aliorum fructuum maturantur.

Botrus. Et botrys, dici potest racemus vuæ integer, qui & botryon, ait Moscopolus autor Græcus, & botillus paruus botrus, vua Latine dicitur.

Malum granatum. Idem quod malum punicum, dictum est in Exodo.

Reuera. Ponitur hic vice aduerbij affirmandi, id est, certe, profecto, nę, scilicet.

Procerum. a, um, penu. product. plixum, & in longitudinem productum. Dicitur, & hic & hęc proceris, & hoc procere. Hinc proceritas.

Giganteus. a, um, nomen possessiuum à gigas gigantis, vt corpus, robur gigantęum, vt stirps gigantæa.

CAPVT XIIII.

Vastus. a, um, est magnum, amplũ. Vergilius: Vastumq; caua trabe curримus æquor. Aliquando pro feroci, deserto. Hinc vastitas, vastitudo, & vastare, a, um. Composita deuasto, & peruasto, vastatio et deuastatio.

Amalechites, vel ta. Ab Amalech, penultima prod. regio est in deserto ad meridiem Iudææ trans vrbem Petrã euntibus Hailam, cuius & scriptura recordatur dicẽs: Amalech, id est, populus lambens, habitat in terra ad Austrum: sed & iuxta eum alius Chananæus habitabat, qui & dimicauit cõtra filios Israel in deserto, vt hic scribitur.

Presidium. Omne auxilium est, & salutis propugnaculum, atq; vallum. Horatius: O & præsidium & dulce decus meum, vulgo munitionem vocamus. Proprie tamẽ pfectus militum est, adde fensiones arcis præsidẽs. Præses, dis, præsidium oppido imponere, præsidiarius, a, um.

Fornicatio. à fornicor, ris, idem est q̃d meretricatio, actus obscœnus, qui cum pluribus miscetur, peragiturq; personis, dictũ alias.

Attamen. Media correpta. i. verum, sed, tamen, veruntamen idem.

Lugeo. es. i. valde fleo, lachrymor, tristor, quasi luce egeo ob cõtinuum luctum.

Hinc luctus,us,& luctificus, a,um,cętera dicta sunt alibi.

Concidens.] Media produ. à cędo,q̃d est flagellare,ferire, frangere, pcutere. Hinc concisio & concisus,a,um.

CAPVT XV.

Consperſus.] a,um, à conspergo,is, quod est perfecte spargo, vti fermentum. Paulus: Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consperſio.i.immixtio. Suo loco, vita comite, explicabitur fusius, ad Corinthios.

Pulmentum.] Est puls, aut alius cibus ad modum pultis. Inde pulmentarium, q̃d additur pani, Græci προσφάγιον vocant.

Area.] Locus est purus in vrbe sine ędificio. Dicitur etiam solidum terrę pauimẽtum, planities glabra. Et locus æquatus, vbi frumenta purgantur, triturantur, sic hic. Hinc areola diminutiuum.

Nihilominus.] Aduerbium negandi, .i.non minus. Cicero in Figulo: Tamen nihilominus eis conficior curis, vt ipsum q̃d viuam, peccare me existimem. A minus aduerbio, quod aliquando significat nõ. Si minus intelligis, cur non iterum interrogas. Est etiam nomẽ comparatiuũ à paruus. Vnde minusculus,a,um.

Fimbria.] Est vestium ora, & extremitas. Hinc fimbrias diducere, & peristromata explicare. Hinc fimbriatus,a,um, vestis fimbriata.

Vitta.] Ligamentum capitis, q̃d Græcis tænia dicitur. Hinc vitteus,a,um.

Forinsecus.] Penultima correpta significat quod foris est, sicut intrinsecus q̃d intus.

CAPVT XVI.

Proceres.] Penultima correp. plural. tãtum, proprie capita trabium sunt, & ceu mutili quidam extantes. Hinc principes ciuitatum dicũtur proceres, quod alijs emineant, vt hic. Huius nominis singulare ,ptulit Iuuenalis: Agnosco procerem, qui est à procer,ris. Sedulius:

Proceres comitantur herilem.

Frequentia.] æ,& frequentatio, est cõcursus, turba, seu multitudo, à frequẽtãdo.

Vendico.] as, Valla teste, idem est, q̃d approprio, & meũ esse dico, vt suo iure sibi hoc vendicat. Sed vindico,as.i.vlciscor. Inde vindex,vltor,& vindicta,vltio. Et vindicare, ab iniuria sese asserere,& liberare. Hinc vendicatio.

Globus.] Et globum,bi,corpus proprie est solidum,vndiq; rotundum, Græci sphæram nominant. Ponitur etiam pro multitudine hominum, animalium, aut alterius rei sic collectæ. Sed globus ex filo, aut alia simili re factus, glomus glomeris dicitur. A globus fit globosus,a,um .i. rotundus. Hinc globulus diminutiuum. Globo,as. Composita cõglobo,as. Cõglobatus,a,um,& conglobatim aduerbium.

Coacerno.] as, est accumulare, congregare,& in aceruum reponere. Hinc coacerꝛuatio. Et coaceruatus,a,um, ab aceruo,as. Aceruus,ui. Aliquando maiorum, vt aceruus scutorum, lapidum et strues lignorum. Strages cadauerum.

Desciuit.] Est irasci, stomachari & q̃si sæuitiem exercere, hoc est, valde sæuire. Compositum à sæuio. Pacuuius: Quid cõmerui? quid in me sæuis pater? Composita, consæuio, insæuio, obsæuio. Hinc sæuitudo. Plautus:

Vĩcula virga mole, sęuitudo mala fit peior.

Diruo.] is, est varie ruere, cadere facere. destruere. Hinc dirutum media correp. .i. destructum, ruptum, demolitum, vt hic.

CAPVT XVII.

Lamina.] æ, metallum productum, quod à bractea differt crassitudine, ad arma facienda aptũ. Hinc laminarius,ij,eyn Harnesschmydt.

Querimonia.] Querela est, & scribit sine diphthongo, à verbo queror,ris. Habet primam correptam. Et dicimus: Quæritur hoc, vel de hoc. Semper aliquid queruntur. Cicero: Conqueror idem. Item questus, & conquestio. Sed questus in plurali tantum. Querulus,a,um,& querulosum,a,um. Hinc querimonia pacis liber elegans Erasmi Roterodami.

Turgeo.] es, est inflari, intumere. Inde turgesco. Vergilius: Turgent in palmite gẽmæ à quo turgidus, a,um, & turgidulus,a,um,& turgide aduerbium.

Gemme.] gemmarum, oculi vitis sunt, cum pullulascere incipiunt. Etiam lapilli pretiosi dicuntur. Hinc gemmula, diminu. gemmosus,a,um. Et gemmatus,a,um. Bigemmis furculus, trigemmis. Gemmare arbores dicuntur. Et vites gemmascere incipiunt.

Amygdala.] Dicit nux Græca lõgula, q̃ & thasia dr, vt hic. Amygdalũ neutrum fructus. Amygdalus arbor. Hinc Amygdalinus penul.cor.contra vulgi vsum. Serenus: Ferꝛ amygdalinæ succus nucis esse bibẽdus.

Defor-

Deformatus.] a,um,à deformo,quod interdum capitur pro formare, aut bene formare,vt hic:Deformati sunt. Quandoq; est linire,inficere.Origenes dicit.Quod si ministerium mortis literis deformatum, fuit ad gloriam, &c̄. Homilia duodecima. Deformis,e,deformitas.

Internecio, vel internicio.] Vtrumq; legitur,est vitæ priuatio,&functio,ab interneco penultima correpta,q̄d est simul interficio.Græci Panolethriam vocant,id est, totam fere multitudinem complectitur.Plautus in Amphitryone: Legiones reueniunt domum,duello extincto maximo, atque internectis hostibus.Liuius libro nono: Lucerini, ac Samnites ad internecionem cęsi. Hinc Internectiuus,a,um,quod ad internecionem pertinet, vt Internectiuum testamẽtum,bellum, Titus Liuius eodem libro. Plinius quoque. Habet deinde internectiuum bellum cum Ichneumone.Iam nõ est, quod queratur aduersarius.

Sceptrum.] Baculus quo prisci reges vtebantur, qualibus nunc Pontifices innixi solent. Et in primis Ioui attribuitur, quod sit deum,hominumque rex. Hinc sceptriger.

CAPVT XVIII.

PResto.] Aduerbium, vt puto, loci, quod iungitur verbo sum,vel fui, & aliquando adsum, & habet eandem significationem, quam adsum, & significat præsens sum,præsidio sum,faueo,iuuo. Item præsto esse significat aduenire, comparere. Multis præsto fuit,id est,commodauit.

Excubare.] Est vigilias agere, & custodire. Hinc excubiæ & excubitor.

Torcular.] Penultima producta neutri generis,instrumentum, quo vina prælo exprimuntur. Item torculum, torcularius a, um.

Externus.]a,um,item externus,a,um,& extraneus,& extrarius, Græci exoticum vocant,&alienum dicitur,dictum ab exter:differunt tamen,dictum alias.

CAPVT XIX.

HYssopus.] Penultima producta cum ω,o mega fœminini generis,& hyssopum neutri generis, herba pulmoni valde vtilis.

Demum.]Significat ad postremum, ponitur quandoq; pro duntaxat, & omnino, tãdem.Ea demum est vera gloria quam virtus meretur.

Expiatio.]Purificatio, mundatio,& lustratio est, ab expio,as,&c.

Spurcus.]a, um,id est,immũdus,pollutus. Distichon Iacobi Horlini:Spurca Venus,vaga mẽs,ludus,fastusq;,Lyæus. Quinque hæc litterulis sunt inimica bonis. Hinc spurcitia, vel es.i.immunditia.

Operculum.] operimẽtum idem sunt. Quo quid operitur & tegitur. Hinc cooperculum, vt dignum patella cooperculum. Ab operio,is,vel cooperio,is. Operculo,as.

CAPVT XX.

SEditio.] Est discordia populi, & tumultus,siue tragœdia exorta in vulgo: & proprie quando venitur ad manus.Hinc seditiosus,a,um.

Ecclesia.] Græce, Latine cœtus, conuentus,concilium, concio, congregatio dicitur populi. Hinc Ecclesiastes cõcionator, & Ecclesiasticus.

Iumentũ.] A iuuando dictum,animal adiutorio hominũ aptum.Apophthegma. Iumenta quoniã manus carent alterius frictione indigent. Hinc iuuamen, iuuamentum,& adiumentum idem quod iumentũ.

Superciliũ.] Vltima pars frontis est, pilis quæ cilia dicuntur vestita, & pro superbia,fastuq; ponitur. Hinc supercilium salit, pro uerbialiter dicimus, & supercilios us, a, um,id est,superbus,& supercilioſe.

Occũbere.] Mori est,refertur & ad solem dum occidit, vt occubitus solis, id est, occasus.

Indigere.]Penultima producta,est egere,& penuriam pati. Hinc indigentia,& indiguus,egens,inops.Indigeret hic penultimam producit.

CAPVT XXI.

PReda.]Proprie,significat ipsa corpora rerum quæ capta sunt. Hinc prædones & prædare,nota sunt.

Obligo.]Media correpta,id est,circumligo,obuincio.Per translationem, est ad debitum adstringere.Hinc obligatio.Et obligatus,a,um.

Anathema.]Neutri generis penultima producta,Græce sic, ἀνάθημα, seiunctio est, & alienatio quædam, potius maledictum, quod Paulus optabat esse pro fratribus.Interpretatur etiam oblatio, statua, sacrificium Græcis.Vide lexicon Græcum.Hinc Anathematizare,deuouere est.

Tedere.]Mediam producit, est ægro animulo esse ob aliquam rem. Vnde tædet impersonale,vt vocant, vt tædet me vi-

tæ:à quo tædium. Compositum pertędeo. Suetonius:Pertęsus ignauiam suam. Tædiosus penultima correpta, id est, fastidiosus, senex,qui omnibus tædio est.

Nauseare.]Est ad vomitum concitari, fastidire,hinc nausea orexis est. Hinc nausebundus & nauseosus,a,um,dictum.

Ignitus.] a, um, media producta, ab ignis vt:Ignitum eloquium tuum vehementer,& seruus tuus dilexit illud, ait Psaltes. Ignitabulum est instrumentum, quo ignis excutiendus seruatur,eyn fevuergezau.

Prominco.] es, est quasi ante vel extra emineꝛe,& in longum protendi.Hinc prominentia & prominens.

Scopulus.] Diminutiuum à scopus, saxum est eminens,à speculando dictum, quod longe speculetur. Item meta,vt scopum attingere.Prouerbium à scopo aberrare.

Quinpotius.] Aduerbium est affirmandi non eligendi,& significat quinimo, quinetiam,certe,nimirum.Item,Quin, pro vt non.Fieri non potest, quin aliquando istud vtile tibi futurum sit.Nonnunquàm significat cur non. Quin tu aliquid facis?id est,cur non.

Oppidum.] Ciuitas est dictum ab ope, quod opis causa mœnibus cingatur. Hinc oppidulum, & oppidanus & oppidicus,vt lupus oppidicus.Et aduerbium.Oppido quàm.id est,vale .

CAPVT XXII.

Carpo.]is,est arguere, reprehendere. Martialis: Carpere causidicus fertur mea carmina,sed quis?Nescio,si sciero,væ tibi causidico. Idem:
Carpere vel noli nostra vel æde tua.
Momus omnia carpit. Proprie tamen decerpere est,&legere,vt poma,pyra carpere. Item eligere. Item frui, lædere. Carpere viam est ambulare, &c. innumera: Carpent tua poma nepotes.

Variolus.]li,penultima correpta, id ē, diuinus,Python, incantator. Hinc variolari. Dictum alias.

Congero.]Penultima correpta is,est simul infero,& coaceruo,congrego.Hinc cōgestitius,a um. Et congestus,a,um.

Si quo modo.] Id est,quo modo,hoc est,aliquo modo, duæ partes sunt.

Abigo.]is,est à loco rem fugare, abducere,añ pellere, vt muscas abigere. Inde abactores dicti & abigæi. Abigeatus, us,ipse abigendi actus, siue crimen abactionis.

Cunctor.] aris,est morari,& differre. Hinc cunctatio, dilatio est, & mora. Cunctabundus, cunctator,cunctatio, vt dicam sine cunctatione.Compositū percunctor.

Maceria.]æ, & maceries, est paries,seu murus sine cęmento,quo vineæ,& horti circundari solent. Aliquando pro muro legit.

Concidit.] Media correpta à cado, sicut Genesis quarto de Cain: Quare concidit facies tua? id est, deiecta est & immutata, &c.

CAPVT XXIII.

Silex.]Generis communis, lapis est durus, ex quo ignis excutitur. Distichon præceptoris olim mei Iacobi Horlini.Dura silex clausum crebris vomit ictibus ignem. Effundunt largum præla onerosa merum. Hinc silicatus,a,um,siliceus,a,um,silicernium.Vnde etiam pro sene accipitur.

Parabola.] æ,proprie est rerum dissimilium comparatio, Gręca est vox quando aliud dicitur,& aliud significatur. Hinc parabolicos,& parabolice, aduerbia.Paraboli cus,a, um,id est, comparatiuus,collatiuus.

Rhinoceros & Rhinoceron.] Animal est vnum in nare habens cornu, quod subinde attritum cautibus, in mucronem acuit. Martialis:
Maiores nunq̄ ronchi iuuenesq̄ senesq̄.
Et pueri nasum Rhinocerotis habent.
Hæc Polydorus Vrbinas. Latine vnicornis & vnicornium.

CAPVT XXIIII.

Intuitus.]us,ab intueor siue intuor, id est,aspectus,visus,& intuitio. Monostichon autor me fugit.Christus qui puro cernitur intuitu,id est,aspectu.

Cedrus.] Arbor est magna, & procera,lignum iucundi odoris, & longæ durationis habens.Hinc cedrinus,a,um,& cedreum oleum.

Complosus.]a,um,à complodo,quod est collidendo manus pedesq̄,sonitum facere.Hinc complosio, die hende zusammenn platzen.Et gaudij symbolum est.Explodo, explosus,a,um.

Assyrii.]Qui & Syri,ab Assyria.Nam in Assyria est Chaldæa. Melæ, Plinio, Straboni,& alijs:nec solum pars est illius Assyriæ, quam veteres nihil aliud esse quàm Syriam late patentem putauerunt, hac Græca voce, illa barbara, sed illius Assyriæ angustioris. Strabo, Assyriam vocat Babyloniam, & maximam adiacentis terrę portionem. Xenophon in primo de Pedea Cyri Syrios & Assyrios ponit tanquàm diuersos.

Tricris

Trieris.] Fœmini. generis, penultima correpta Græcum est: nauis est magna, à tribus sessionibus dicta. Latine triremis dicitur, id est, trium ordinum nauis, in qua per singula transtra terni remiges sedebant, suum quisq; remum ductitabat. Dicebatur etiam quadriremis & quinquaremis, simili modo. Hæc Guilielmus noster Budæus, vir nostro aureo æuo, sine controuersia doctissimus.

CAPVT XXV.

Scortum.] ti, est proprie corium, & p lupa, meretrice, nonaria, summeniana, alicaria, recelliclunia, diobolari accipitur. Hinc scorteus, a. um, scortes, scortulũ, scortillum diminutiua, scortor, ris, scortator, scortatio.

Pugio.] nis, masculini generis, teli genus, à pugno, quod facile capitur. Mallem mecum dormire, ait ille, pugionem, quàm mulierem rixosam. Nam qui non litigat cœlebs est. Clunaculum puto, quod ad clunes pendeat dici. Hinc pugiunculus diminuti.

Lupanar.] ris, neutri generis quod & lupanarium, locus in quo lupæ sunt. Hinc lupanaris, re, vt contubernium lupanare, & infamia lupanaris.

Zelus.] li, proprie iratus est amor, significat inuidiam & nimium amorem, & æmulationem, vt hoc loco. Hinc zelotes, zelotypus, pa, & zelotypia.

Perfodit.] Media producta à perfodio, is, id est, transfixit, in præterito. Hinc pfossus, a, um, & pfossio, vt telo pfossus acuto.

Madianitis.] Penultima producta. Sic reliqua, vt Moabitis, & Traconitis, in obliquis cor. Madianitidis, nomen patrium, fœmininum.

Sacrilegium.] Furtum est proprie sacræ rei, vt stupæ virginis vestalis, idoli cultus, furtum rei diuinæ. Hinc sacrilegus, sacrilega.

CAPVT XXVI.

Noxius.] a, um, innoxius, obnoxius, a, um, est quod nocet. Hinc noxia, idẽ quod noxa, cum culpam significat. Sed noxa differt, vt extra noxam sum, id est, extra culpam. Dare noxę.

Recenseo.] es, est recognoscere, & summam totius colligere. Hinc recensio, recensus, us, & recensitus, a, um.

CAPVT XXVII.

Concitatus.] a, um, à concito, as, id est, commotus, vehemens, percitus. Etiam motus, vt hic loci. Hinc concitatio.

Synagoga.] Est collectio, coadunatio, à syn, id est, con, vel simul, & agoge, id est, ductio, est in vnum congregatio, vt synagoga satanę. Archisynagoga, id est, primas synagogæ.

CAPVT XXVIII.

Similæ.] æ, est farinula alba, & flos, atq; pollen triticeæ farinæ. Similago idem significat. Hinc similaceus, a, um, & similagineus, a, um, vt panis similagineus, vel ceus, Martialis:

Nec poteris similę dotes numerare nec vsus

Iugis & hoc iuge.] Id est, assiduus, continuus, perpetuus. Hinc iugiter assidue, vt iuge sacrificiũ, iugis memoria, iugis ignis, iugiter aduerbium.

Libo.] as, significat leniter & quasi primoribus labris gustare. Etiam litare, vt hic, & cætera.

Calendæ, arum.] Prima dies fuit alicuius mensis, quo conuocabãtur plebes. Hinc ad Græcas Calẽdas fieri dicimus, quod nũquàm fit, quoniam Græci carent Calẽdis: sicut Latini neomenijs. Alias explicatum copiosius.

Fomes & fomentum.] A fouendo & nutriendo, est nutrimẽtum, vulgo zvndell. Hinc fotus, a, um. Et fotus, us, à foueo, es, vt fouere ignem, fouere nidum, fouere oua, fouere gremio, fouere spẽ, fouere vulnus. Composita, confoueo, refoueo.

CAPVT XXIX.

Affligo.] is, penultima producta proprie est prosternere, punire, cruciare. Capitur hic pro afficere pœna, & dolore. Hinc afflictio, & afflictus, a, um, vt afflicto non est addenda afflictio. Adflicto, as, frequentatiuum verbum, à quo adflictatio.

Spontaneus.] a, um, à sponte, id est, voluntarius, & vltroneus. Sponte solus ablatiuus, vt spõte mea, suapte spõte. Plerunq; aduerbialiter ponitur.

CAPVT XXX.

Constringo.] is, est illaqueare vt hic, aliquando arctare & comprehensum tenere. Hinc constrictio & tus, a, um.

Pollicitus.] a, um, participium est à polliceor, id est, promitto. Ouidius:

Promittas facito, qd eñ promittere lædit.
Pollicitis diues quilibet esse potest.

Pollicitatio, promissio est magna à pollicitor & polliceor. Hinc aureos polliceri montes. Horatius:

Parturient montes nascetur ridiculus mus.

Vide Chiliades Erasmi.

Ut.] Coniunctio causalis, varie sumitur, hic pro postquàm, & vbi. Item, vt doctus est ille, id est, quàm doctus, vt vales, id est, quomodo. Est & aduerbium similitudinis, nonnunquàm temporis, vt vidi, id est, postquàm vidi. Vt redires aliquando. Vel quanquàm significat. Vt desint vires, tamē est laudanda voluntas.

Obnoxius.] a, um, subiectus, obligatus, vt hic. Proprie tamen, qui pœnæ deuinctus est ob delictum.

Extemplo.] Aduerbium temporis, id est, statim, protinus, actutum, cito. Vergilius primo Aeneidos:

Extemplo Aenææ soluuni frigore mēbra.

Idem secundo Aeneidos:

Extēplo tētanda fuga canit æq̄ra Calchas.

Rescio.] is, vel rescisco, is, est factum aliquod, vel dictum occultius recognosco, vulgo invverden oder gevvarvverden, vt me abs te immerito accusatum esse, postmodū rescisces. Hinc rescientia.

CAPVT XXXI.

EXpeto.] is, à peto compositum, duntaxat in re honesta. Valla: Interdum expetere ꝑ velle accipitur: Hinc expetitio, & expetitus, a, um.

Depopulor.] ris, à populor, aris, idem quod simplex. Dicitur & populo, as. Hinc populatio, vt populationem prohibere, populabundus, a, um, id est, deprędor, passimque, ac populatim diripio, deuasto, à q̄ depopulatio, deuastatio. Depopulatus, a, um.

περισκελίς.] Periscelis, sine h. Nā hac voce vsus est & Horatius, à peri quod est circa, & scelos crus, quod crurum partem tegat: ornamentum est mulierum.

Armilla.] ę, ornamētum est armorum, in circuli morem factum. Hinc armillatus, a, um.

Dextrale.] Ornamentum est dextræ tā viris, quàm mulierculis commune. Hinc dextrariolum & dextrocherium, ait Ambrosius in historia Diuæ Agnetis.

Murenula.] æ, penultima correpta, ornamentum colli, flexuosum, sinuosumq̄, instar murenæ piscis, à quo nomen sortitur, factum.

CAPVT XXXII.

BOtrus.] Et Botrys, & Botryon, racemus vuæ est, pro vua ipsa capitur.

Substantia.] æ, res subsistens, Græcis hypostasis dicitur. Hic pro facultatibus & diuitijs capitur, vt alibi subinde.

Lustrata.] Hic pro circuita ponitur. Hinc perlustrata quoque dicimus, à lustro, lustras, lustror, lustraris.

Incrementum.] Ab incresco, is, significat augmentum.

Alumnus.] Est filius, vel discipulus, q ab alio velut à patre alitur, seu moribus, seu doctrina. Ponitur etiamnum pro ipso educatore, & altore: hinc alumnulus diminutiuum ab alo, is, altor, & altrix.

Nex, necis.] Fœminini generis mors ꝓprie, quę ferro fit, aut quacunq̄ vi. Hinc necare, & internecare à quo internecio, & internectus, a, um.

Caula.] æ, proprie ouium stabulum est, & mandra, ouileq̄ vocatur.

CAPVT XXXIII.

FIgo.] is, id est, coniungo, fodio, planto, percutio, ferio, vnde figere ceruum dicimus, figere aprum. A quo affigo, configo, defigo. Vt defigere oculos in picturam.

Angustus.] a, um, hoc est, strictus, arctusq̄, ab angusto, as, & coangusto, as, angustia & anguste. Cicero dixit Laberio. Reciperem te nisi anguste sederemus. Nimis mordaciter respondit. Atqui solebas duabus sellis sedere. Hęc Macrobius in Saturnalibus cœnis. Vide Adagium, duabus sellis sedere.

Clauus.] Est gubernaculum nauis, vt Clauo purior, prouerbium est. Est & committendi instrumentum, vt hic: Clauum clauo trudere.

Lancea.] eę, à latitudine sic dicta, est oblongum teli genus. Hinc lanceatus, a, um, & lancearij milites & lanceola diminutiuū. Hinc lancino, as, verbum.

CAPVT XXXIIII.

DUe semis tribus.] Id est, duæ tribus, & dimidia.

Scorpio.] Et scorpius, animalculum est venenosum. Etiam est cœleste signum, ut hic ponitur. Item militare instrumētum. Præterea est & herba, habens semen ad similitudinem scorpionis. Item scutica.

CAPVT XXXV.

SUburbanus.] a, um, quod est suburbe, vel prope vrbem, vt suburbanum prædium, seu villa sub vrbe. Suburbium.

Decerno.] is, est statuere, constituere, definire, seu sententiam certam de arduis rebus ferre. Hinc decretum, hoc est, statutū. scitum, placitum, dogma.

Passus.] us, spatium pedum est, quia patens apertumq̄ est, aut quia sic pedes pates cunt.

teſcunt. Item paſſus, a, um, adiectiuum, à pati or, à pateo, à pando, diuerſa ſignificat.

Fugitiuus.]a, um, ſeruus dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiam mutato conſilio. Eſt &, qui extra domini domum fugæ cauſa vt ſe cælet, manet. Sic Oneſimus Philemonis fugitiuus. Tres fuere olim fugitiuorum duces, Auguſtino teſte, de Ciuitate dei libro quarto, cap. quinto, ſcilicet Sparthacus, Chryſus, & Oenomaus. Memorabile eſt quod Plinius libro q̃rto, & trigeſimo refert, interdixiſſe caſtris ſuis Sparthacum auro, & argento, vnde non miror tantum eius opes, potẽtiamque creuiſſe. Et lex illa melior erat in caſtris fugitiuorum, quàm ſunt aliæ Midicæ in vrbibus potentum regum. Hactenus Ludouicus Viues Valentinus.

Ictus.]a, um, id eſt, percuſſus. Prouerbium: Piſcator ictus ſapit, id eſt, poſt incommodum paſſum.

Ventilo.] as, ad captandum ventum pono aut iacio. Hinc ventilare frumentum, & granum dicimus, per tranſlationem pro diſcutere, cauſamq; tractando cognoſcere, vt hic. Hinc ventilabrum & ventilatio.

Exul.] Is qui exulat, dicitur, qui & pulſus e patria eſt. Exulem Cicero deſcribit in paradoxis. Hinc exilium, notum eſt, in q̃d quis miſſus exulat. Exulo, aṣ. Et exulabundus, a, um.

Inſons.]tis, eſt innocens, non reus, vt: Quem pœnitet facti, eſt inſons, ait Seneca in Hercule furente. A ſons omnis generis. Hinc ſonticus, a, um, idem fere quod noxius, nociuus.

Cruor.] Eſt ſanguis extra vulnus ſparſus. Diſtichon:

Dum mea purpureo fulgebit bucca cruore.
Non tuus e noſtro pectore cedet amor, autor mihi ignotus eſt. Hinc cruentus, a, um, incruentus, cruenta victoria, cruenta vox, cruento, as.

CAPVT XXXVI.

Sors.]tis, à ſerie dictum, ſecundũ Varronem, & ponitur pro fortuito alicuius rei euentu. Vnde ſortior, ris, verbum. Aliquando pro fatali neceſſitate. Vergilius:

Hic exitus illum Sorte tulit. Diuus Auguſtinus in Pſalmorum interpretatione multa de ſorte. Nam & ſortes miſerunt Apoſtoli ſuper Matthiam, & Barſabam, qui & Ioſeph cognomẽto iuſtus. Ponitur ergo ſors pro gratia, qua ſoluamur. Dicitur & ſors patrimonium, vti tribu Leui præceptum erat, nõ habere ſortem inter fratres. Et ſors ſumma eſt & caput, ſeu prima pecunia, vulgo haupt gutt. Vſuræ centeſimæ vocantur quę centeſimo menſe æquant ſortem. Et vocãt luriſconſulti aſſem vſurarum. C. de vſuris. Etiã alibi fit mentio cẽteſimæ in canonibus. Hinc ſortilegus penulti. cor. Et ſortilegiũ.

Promulgo.]as, à mulgo, as, id eſt, publico, palam ꝓnuncio quaſi prouulgo. Feſtus Pompeius: Leges promulgari dicũtur, quũ primum in vulgus æduntᷣ. Hinc promulgatio legis paſſim legitur. Et promulgare legem.

NVMERORVM FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM IN Deuteronomium librum explicatio.

CAPVT I.

Deuteronomium.] Hebræis, Elle hahbarim, id eſt. Hęc ſunt verba: His verbis exordit Deuteronomium. Porro Δευτερονόμιον Græcis perinde ſonat, q̃ſi dicas, ſecunda lex, aut poſterior lex.

Explanare.]Eſt perfecte planum facere, declarare. Saluſtius: De cuius hominis moribus pauca prius explanãda ſunt, quàm initium narrãdi faciam. Hinc explanatio .i. declaratio, explicatio. Et explanatus, a, um.

Euphrates, vel Euphrate.]Penultima producta fluuius Meſopotamiæ in paradiſo oriens. Porro Saluſtius autor certiſſimus aſſerit, tam Tygris quàm Euphratis in Armenia fontes demonſtrari: & Latine fœcũditas, fructuũq; abundantia interpretatur. Dictum in Geneſi.

Gnarus.]Et narus, a, um, dicitur ſcius, & peritus, a, um. Hinc gnaritas ſcientia, & gnare, atq; gnariter, id eſt, perite, aduerbiũ.

Ερημός, Eremus.]Pe. pro. Nã apud Græcos ſcribit cũ η, q̃din e noſtra ỹtit longũ. i. ſolitarius, deſertus, deſolatus. Diſtichon Iohannis Flaminij, viri, Eraſmo teſte, olim Angelici, Virginum veſtalium quondam moderatoris apud Popardiam vigilãtiſſimi, ad ſanctũ Martinũ. O Chri miles p̃ſtãs, & amator eremi. Quẽ triplicis pugnæ gloria magna beat. Corripit tñ in hymno D. Iohãnis Baptiſtę, metri neceſſitate potius, q̃ ỹitate. Prę potẽs martyr eremiq; cultor Maxime vatũ. Et fine aſpiratiõe in principio ſcribũdũ eſt. Hinc eremita, & eremitanus, a, um. Item ere-

mīticus,a,um,id est, solitudinem colens.

Procerior &ius.] Comparatiui à procerus, a, um, penultima producta,quod in longum productum est. Vt ætas procerior. Hinc compositum,improcerus,a,um, & proceritas.

Gestare.] Et gestitare frequentatiua à gerere. Hinc gesta,gestus,us,gesticulari,gesticulator, gesticulatio, gesticulatorius, a, um,gestuosus,a,um,gestamen, gestatio,gestatorius,a,um. Et gestatorium substantiuum,vt gestatorium pensile. Gestio,is, &c. Sæpe quasi continue gerere. Hinc gestio frequentatiuum. Et gestamen, vt: Sacri gestaminis baccas diducere, dixit quidam in Batologos.

Distantia.]æ,à distare manat, quæ modo differentiam, modo interuallum, intercapedinemq; significat: Græci diaphragma dicunt,narium discrimen.

Metor.] aris, proprie significat metas in agris terminandi gratia dispono & mensuro. Hinc emetor,dimetor. Hinc castrametor,aris,est tentoria figere,locareq;. Dictum alias copiose.

CAPVT II.

Ineo.]is,hic pro inchoare, exordiri bellum, sumitur. Hinc initus,a,um. Ab ineunte ætate,initium,ij. Et initia,sacrificia Cereris Deæ. Præterea verbum initio, as. Vnde initiatio. Et initiarius,a,um. Omnia ab inire,vt inire prælium,gratiam,fœdus,rationem,viam,nexum,consilium, &c.

Procerus.]a,um, peuultima producta quod prolixum est, & in longitudinem productum, vt homo statura procera: dicitur & proceris,& hoc procere. Alibi expositū.

Cappador,docis.] Penultima corrept. in obliquis, q est ex Cappadocia. Lucanus libro secundo. Cappadoces mea signa timent. Hi alio nomine antiquo Leucosyri, id est, albi Syri vocantur. Hæc gentium omnium quæ Pontum accolunt, præcipue intro versus recedit latere leuo, vtrasq; Armenias, & Comagenem simul transit. Hi etiamnum dicti Mosoch,& Caphdarim. Hinc possessiuum Cappadocus,a,um. Persius: Nec sit præstantior alter, Cappadocas rigida pingues clausisse catasta.

Cappadocia.] æ,prouincia est, à Cappadoce amne nomen trahens,ante Leucosyria dicebatur. Solinus pōticam regionem nominat. Appianus minoris Armeniæ partem. Ptolomæus vero minorem Armeniam scribit. Cappadocum metropolis Mosaca,nunc Cæsarea.

Moab.] Arabiæ ciuitas,quæ & Areopolis nominatur. Quo etiam nomine vocatus est filius Loth, vt hic habetur. Et interpretatur de patre. A quo Moabitæ, penultima producta & consimiles dictiōes omnes producunt, vt Ammonitæ, Amalechitæ,&c. Vocatur autem Moab ex nomine vrbis & regio. Porro ipsa ciuitas quasi proprium vocabulum possidet. Rabbat Moab, id est,grandis Moab.

Seir.]Mons in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena, qui ab Esau nomen pilosi & hispidi accepit. Illis in locis prius habitauit Chorræus, quē interemit Chodorlaomor. Meminit huius Seir Esaias in visione Idumeæ, & interpretatur hircus,dæmon pilosus.

CAPVT III.

Internecio.]Vitę priuatio,à nece denominato vocabulo, gręci panolethrian vocant. Festus libro ix. explicatum alias.

Sidonii.] Populi Sidonis vrbis. Sidones vero populi Thracum,prope Hebrum, quos Plinius Sidonos appellat. Sunt & alij Sidones in Scythia.

Resto.]As,are,idem quod superesse. Cicero in Cato: Nec cum æqualibus solum,q pauci admodum restant. Sic hic, restiterant, id est,supererant. Compositum à sto,as,verbo substantiuo, reliqua adsto, consto, constat impersonale, circumsto, exto, intersto. Vnde interstitium. Disto,obsto,persto,præsto. Hinc præstabilis, le, præstantia, prosto, substo,substantia,substantiuus,a,um.

Auothiair.]Quadrasyllabum est, id ē, villas lair,sic in textu interpretat, alias gloria luminis, vel vita luminis,ita tamen vt pronuncietur Auathiair.

Phasga.] Hic inflectitur,& signat Latinis idem,quod abscisa, vel dolata, seu os dilecti. Mōs est idem, qui & Abarim,cuius cacumen dicitur nebo. Licet magister in Historijs aliter sentiat.

Expediti.] Milites dicuntur leuioris armaturæ,& sine impedimētis,alias velites vocant: ab expedio,is,q̄d est libero explico,& q̄si ligamē pedibus soluo,vt expedi paucis, qd sit. Expedit impsonale,expedite aduerbium. Hinc expeditio,onis, quum milites ad bellum exeunt. Q. Curtius: Omnem expeditionem, ac militarem apparatum adduxit.

Libanus.]ni,mons int̄ Arabes & Phœnices,excelsas arbores habens,& interpretatur candidatio. Est & arbor,quæ thus generat,tam mascul.q̄ fœmi. gene. Vnde & pro thure capitur. Hinc Libanicus,a,um, id est, thureus

thureus, & libanotis herba quædam odorifera, Rosmareyn.

Fanum.] ni, per f, vel ph, tẽplum à Faunis Diis qui solent diuinare, vt ait Martianus Capella, vel à Fauno, qui autore Probo Grammatico primus conditor fuit. Festus Pompeius à fando, quod Pontifex in dedicatione templi certa verba præfari soleat. Hinc prophanus, a, um, id est, non sacer, prophanare, & prophanatio.

CAPVT IIII.

Beelphegor.] In Nabo enim erat Chamos idolum cõsecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor. Hiero. Esaiæ 15. Istiusmodi idololatria erat in Israel, colẽtibus maxime fœminis Beelphegor, ob obscœni magnitudinem, quem nos Priapum possumus nuncupare. Idem Osee 4. Denique interpretatur Beelphegor idolum tentigines habẽs in ore, honor sit auribus, id est, in summitate pellem, &c. Vnde Hieronymus Osee 9.

Inclytus.] a, um, cum y Græco idem quod glorioſus. Et plus est quàm clarus. Nam præpositio in auget: κλυτὸς vero Græce clarus dicitur, id est, lucidus, & clara dies. Inclyta proles.

Excido.] is, penultima correpta, ab ex & cado, significat deorsum cado. Vergil. iij. Georg. Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis. Hinc excidere animo, est obliuisci. Interdum dissentire. Hinc excidium, & excisio, excisus, a, um.

Caligo.] Vmbra est de spissitudine aeris effecta. Hinc caliginosus, penultima producta, a, um. Et caligo, as, penult. producta, vt oculi eius caligauerant. Per caliginẽ videre, est per nebulam, & per somnium videre, puerbiliater.

Pango.] is, pepigi, panxi, pactum significat figo, planto, siue iungo, vt hic. Item canere interdũ significat, vt: Pãge lingua gloriosi corporis mysterium. Dicimus pangere clauum, pangere carmen. Vnde pactilis, le. Composita partim à retinent. Quædã mutãt a in i, vt depãgo, adpingo, cõpingo, &c.

Patro.] as proprie significat liberis operam dare. Sed prisci posuere pro perficere, vt hic, vt patrare bellũ. In Genesi expositũ.

Transitus.] us. & transitio, à transeo notæ significantiæ. Hinc transitorius, a, um, & transeunter aduerbium, id est, cursim, obiter & velut aliud agens.

Portentum.] A portendo. i. præostendendo, quod portendit aliquid futuræ, tãetsi nonnunquàm inania quædam & irridenda dicantur. Hinc portentuosus, a, um, quod portentum facit. Plinius: Portentuosum ẽ, quod de eo traditur. In cœlo memorabile extitit portentum. Differunt prodigium, ostentum & miraculum.

Phogor, vel Fogor.] Mons Moabitarum, ad quem Balach rex adduxit Balaam hariolum in supercilio Libiadis. Sed & alia villa Fogor, haud procul à Bethleem cernitur, quæ nunc Phaora nuncupatur, & hiatus interpretatur. Hebræi Peor legunt.

CAPVT V.

In præsentiarum.] Aduerbium loci, vel temporis, melius in præsentia apud oratores, dictum subinde.

Sequester, & hoc stre.] Et hic & hæc sequestris, & hoc sequestre. Et sequester, seqstra, strum. Pace sequestra, ait Vergil. Plautus: Haud fugio sequestrum. Est enim seqster medius inter duos altercãtes, apud quẽ aliquid deponitur, teste Gellio, quod eius qui electus sit, vtracq; pars fidẽ sequatur, Græci irenarches, vel cha, dicitur.

Non occides.] Nequaq̃ contra hoc præceptum fecerunt, Augustino teste libro primo de Ciuitat. dei cap. xxi. qui deo autore bella gesserunt. Vt Iudæi qui gesserunt qdem bella, sed iubente disertis verbis deo. Quod si illi pij sunt habiti, quod vt deo parerent contra humanitatem omnem bellũ & cædem hostibus attulerint, profecto nõ possumus nos non esse omnium maxime impij, q tam multa milia etiam Christianorum vetante deo, contrucidemus. Et Matthæi quinto locus erit.

Aemulator.] Zelotes est.

Protelo.] as, penultima producta, proprie significat differo, protraho, prolongo, produco. Lucilius:

Quẽ neq; Lucanis oriundi mõtibus tauri,
Ducere protelo validis ceruicibus possent.

Idem: Hunc iuga multorum protelo ducere centum Non possent. Per metaphoram tamen aliquando pro perturbo, & exagito accipitur. Terentius:

Ne te iratus suis sæuis dictis protelet, id est, exagitet. Interdũ pro longe excludi. Turpilius: Propter pctm̃ pauxillum indignissime patria protelatum esse sæuitia patris.

Audi Israel. Dominus deus vester deus vnus est.] Hoc loci, de deitate nõnihil libet inculcare. Nã & hoc verbo vti iam nostros, ait Augustinus de Ciuitate dei li. vij. cap. 1. video, videlicet, Hieronymum, Lactãtium, Fulgentium, Græci olim à θεῖν, hoc est, diuinus.

uinus, ſubſtãtiuum deriuabant θεότης, diuinitas: quæ vox Chriſtianis hominibus tã late patere viſa eſt, quàm nomen ipſum diuinus. Idcirco cum propriam illam dei naturam appoſitiore vocabulo ſignificare vellẽt, θεότητα, id eſt, deitatem nominarunt, Athanaſius, vterq; Gregorius, & alij Græci, q̃d ipſis magis permittebatur, vt Quintilianus inquit, quàm Latinis, ſed nec Latini deterriti ſunt arctis linguæ, regidiſq; præceptis, quo minus & ipſi deitatem dicerẽt, naturam illam dei ſignificantes, quæ deo propria eſt, nec ad alia egreditur, ad quæ diuinus & diuinitas. Nam diuinitas dicitur orationis, libri, rei geſtæ, hominis, & aliarum rerum. Deitas non dicitur, ſicut nec illa ſuut dij, licet diuina eſſe poſſint. Quocirca Latinos Chriſtianæ pietatis ſcriptores immerito mihi Laurentius Valla, in dialectica ſua videtur arguere, quod deitate vtantur nouo q̃dem vocabulo, ſed in re prius nõ vſu trita. Nam Græcos reprehẽdere, quod verba ſuo ſibi fingãt arbitratu, hoc eſt antiquam Græciæ libertatem opprimere.

CAPVT VI.

Nepotes.]Sunt qui ex filio, filiave nati, q̃d nati poſt ſint patri quàm filio. Quandoq; nepotes poſteri vocantur. Item nepotes appellantur etiãnum conſumptores, ſeu luxurioſæ vitę homines. Hinc nepotari verbum, eſt prodige viuere. Et nepotatus, us, vitæ luxuries.

Liſterna.]æ, eſt locus ſubterraneus, vbi colligitur aqua pluuialis p tubulos, ſeu canaliculos, ſub ſtillicidio poſitos.

Vinetum.]ti, locus vbi multitudo vitis conſita eſt, vbi multæ vites, ſeu multæ vineæ ſunt. A vite &c.

Oliuetum.] ti, locus vbi oleæ conſitæ ſunt. Vide Columella libro tertio. Ab olea, ſiue oliua.

Signum.]Proprie, Donato teſte, ẽ parua quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem. Hic tamen pro miraculo capitur. Alia ſignificata tranſeo. Differunt tamen, ſignum, prodigium, portentum, monſtrum, miraculum inter ſe apud Grammaticos, ſed confundit hæc differentia apud poetas, oratoresq;.

CAPVT VII.

Lucus.] ci, nemus eſt arboribus denſum deo ſacrum: à luceo, es, p antiphraſim, quod non luceat. Dicitur & phanum. Hinc prouerbium. In tuo luco & fano eſt ſitum, hoc eſt, in tua poteſtate, tuo arbitrio, tua tutela, tuaq; manu. Plautus.

Peculiaris, & hoc re.]Proprie quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur. Sed vſu iam receptum eſt, vt peculiaris, proprius, ſpecialis, ſiue præcipuus dicatur, neq; cum alijs communis. Suetonius in Cæſa. peculiares ſeruos dixit.

Scabro.] Vermiculus qui naſcitur de carnibus eq̃z putridis, eyn pferds vvurbel.

Abominatio.] Ab abominor, ris, hoc eſt, execror, faſtidio, & quaſi pro malo omine habeo. Hinc abominabile, abominator, trix, omnia ſine aſpiratione ſcribuntur, notæ ſignificantiæ ſunt.

Εἴδωλον, idolum.]Cum ω mega, dicitur ſimulachrum. A quo multa deriuantur. Idolium, id eſt, templum, idololatra, vel tres, (ſic debet ſcribi, & legi) eſt idolorũ cultor. Idolothytum, id eſt, ſacratũ idolis. Idololatria, id eſt, cultura idolorum. Et idolothyſia cũ accentu in penultima, immolatio eſt, quæ fit idolis. Item idolium locus.

Ἀνάθημα., anathema.]Oblatio, ſtatua, vel ſeiũctio quædam dicitur & alienatio, apud Apoſtolũ ad Romanos: Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto p fratribus meis. Hinc anathematizo, as, id eſt, deuoueo, deteſtor. Anathemata vero Græcis dicuntur additamenta.

Spurcitia, vel ties.]Impuritas, immunditia, obſcœnitas eſt. Lucretins libro ſexto. At contra nobis cœnante, teterrima cum ſit Spurcities, eadem porcis hæc munda videtur. A ſpurcus, a, um, ſpurco, as. Et compoſitum conſpurco.

CAPVT VIII.

Penuria.] æ, ſignificat omnem rerum inopiam, & pauperiem, & præſertim earum quæ in penu recondi ſolent. Hine penurioſus, a, um.

Manna.] Hebraicum eſt. Et ros diuinus, quem Iudæi imbrem pluuiarum more deſcendentem crediderunt, qui aromatibus ſimilis erat, magnitudinis ſeminis coriandri, vt refert Ioſephus, vulgo hymmelbroit. Hebraice man, vt man hu, hoc eſt, q̃d eſt hoc?

Subtritus.] a, um, id eſt, detritus & cõſumptus, à ſubtero, is, quod eſt ſubtus tero. Plautus in Aſinaria: Eos aſinos prædicas vetulos, claudos, quibus ſubtritæ ad fœmina iam erãt vngulæ. Sic hoc loco accipitur pes ſubtritus.

Erudio.] is, ſignificat ex rudi doctum facere, inſtruere, docere. Hinc eruditio & eruditus, erudite.

Mala granata.] Eadem ſunt quæ vulgo mala punica dicuntur.

Scorpius.] ij, ſecundæ inflexionis, & ſcorpio, onis, tertiæ pro animalculo capitur venenoſo, cauda feriente, quanquàm Valla diſſentiat. Etiam cœleſte eſt ſignum. Præterea & herba quædam eſt. Dictum alias copioſius.

Δίψας.] Dipſas, adis, vel dos more Græco, ſerpens, & aſpidis genus. Latine ſitis dicit. Cuius morſu inextinguibilis ſitis adducit. Lucanus lib. viij. In medijs ſitiebant dipſadas vndis. Sic hic Scorpio & Dipſas. Hinc prouerb. Dipſade nocentior, & dipſade ſiticuloſior ſeu ſitientior. Vide Chiliades Eraſmicas.

Prædico.] is, penultima producta, vt hic, eſt ante ſeu prius dico. Terẽtius in Andria: Sed dico tibi ne temere facias, neq; tu hoc dicas tibi non prædictum. Hinc prædictio quod prædicitur. Sed prædico, as, penultima correpta eſt apte, ſeu publice dicere, celebrare, diuulgare, laudare. Hinc prædicatio, contio eſt. Prædicatorius, a, um. Prædicamentum, prædicatum, prędicator.

CAPVT IX.

Sublimis, & hoc me.] In altum eleuatus. Vergilius: Ipſa Paphos ſublimis abit. Hinc e ſublimi deridere puerbium, eſt quem cum faſtu & deſpectim deridere, atq; deſpicere. A quo ſublimitas, & ſublimare, exaltare.

Contio.] nis, eſt multitudo, cœtus, vt hic. Item ſuggeſtus vnde verba fiũt, & ipſa oratio, vt: Audiui, legi, contionem tuam, id eſt, orationem habitam. Hinc concionor, aris. Concianator Græce Eccleſiaſtes: Concionatorius, a, um.

Totidem.] Idem quod tot ſimiliter, ſeu plane tot, nec plures, nec pauciores. Iacobus Horſinus: Non tot Rhenus aquas, non tot habet Iſter arenas. Quotquot falla ces ſunt modo in orbe doli.

CAPVT X.

Dolo.] as, eſt aſcia quadam cædere, vel dolabra, ſeu falce. Propertius: Stipes aceruus eram, pperanti falce dolatus. Dicitur & dolio, is, iui, itum. Varro: Nunquàm cælatus in manu dextra ſcyphus cælo dolitus artem oſtendat Mentoris. Hinc compoſita dedolo, & edolo, as, penultima correpta. Dolabra, Dolobella diminuti. Et dolabro, as.

Arca de lignis Sethim.] Sethim locus eſt, in quo Balach rex Moabitarum aduerſum Iſrael congregauit exercitum: δμώνυμος, id eſt, eiuſdem nominis arboribus, quæ per eremum montis Sina hodie quoque gignuntur. Nam vbi in Septuaginta, vel arca teſtamenti, vel altare, & tabernaculum, cæteraque quæ de lignis imputribilibus facta referuntur, in Hebraico ponuntur, ligna Sethim: quæ habent ſimilitudinem arboris quam nos vulgo ſpinam albam dicimus. Hactenus Diuus Hieronymus ſuper Micheæ ſexto capite. Idem ſuper Eſaiam quadrageſimo primo clarius: De Setta tantum Hebraico, inquit, eo diſſeramus, quam ſpinã Theodotio tranſtulit. Eſt autem genus arboris naſcentis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinem, vnde omnia ligna arcæ, & tabernaculi facta ſunt inſtrumenta, quæ appellantur Sethim. Exodi tricеſimo ſeptimo, quod lignũ imputribile & leuiſſimum omnium lignorum tam in fortitudine, quàm in nitore ſoliditatem ſuperat pulchritudinem. Hæc fuſius egi ob lectionis raritatem & intelligentiæ obſcuritatem.

Conglutinatus.] a, um, id eſt, coniunctus, & ferruminatus, à conglutino, as, verbo, id eſt, coniungo, quo vtitur Plinius libro vicеſimo tertio cum ait: Cortex vitium, & folia arida vulnerum ſanguinem ſiſtunt, ipſumq; vulnus conglutinant. Hinc conglutinatio, à gluten.

Magnalia.] Sunt ingentia facta, & admiratione digna.

In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Aegyptum.] Hic animam p̃ homine accipit, per figuram Synecdochen: hoc eſt, partem pro toto capiendo. Quemadmodum Paulus ad Romanos 13. Oĩs anima poteſtatibus, &c̃. Nam quod hic Origenes philoſophat animam dici hominem, iuxta partem ſpiritu inferiorem videtur argutius, quàm verius dictũ, ſaluo honore tanti doctoris. Sed huic, quod hic dicitur contrarium apparet Geneſis quadrageſimo ſexto, vbi dicitur: Cunctæ animæ, quæ egreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, &c̃. fuerunt ſexaginta ſex. Septuaginta interpretes aiunt, lxv. Idem dicit Beatus Stephanus Actuum ſeptimo. Nodi ſolutio eſt. Supputatio Ioſeph cum duobus filijs ſuis, natis ei in Aegypto, ſcilicet, Manaſſe, & Ephraim, fuere ſeptuaginta, ita tamen, vt Iacob, & Dina ſupputentur. Verbi gratia: Filij Liæ fuerunt xxxiij. quorũ duo, ſcilicet Her, & Onan mortui ſunt in terra

Chana-

Chanaan, vt habetur Gene. xlvi. & xxxviij. quibus Dina addita, sunt. xxxij. qui ingressi sunt in Aegptum de filijs Lię. Item sedecim de Zelpha, vt ibidem dicitur, & sunt xlvij. quibus additi. xiij. de Rachele, fuerũt. lxij. Item septem de Bala, & sunt. lxix. & Iacob: & sunt lxx. Quod autem lxx. interpretes, & B. Stephanus dicunt. lxxv. ingressos, anticipatio est, numerãt eñ v. filios filiorum Ioseph qui nondum nati erant. En habes nodum Gordij solutum.

CAPVT XI.

IRriguus. a, um, quod irrigatur, vel facile irrigari potest. Aqua irrigua in activa significatione, quæ irrigat. Tibullus: Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Montosus. a, um, non montuosus, vbi sunt multi montes, vt montosa regio. Plinius: Nascitur in montosis & asperis aliquando & in herbosis. A monte deriuatur monticulus diminutiuum, mõtanus, a, um, montiuagus, a, um. Septimontiũ, vel olim Roma. Pedemontium, hodie dicitur pars Italiæ.

Inuiso. is, à viso .i. ad videndum eo, seu visito, vt inuisit me literis.

Temporancus. a, um, quod ad tempus ptinet, seu quod subito, & in tpe fit, vt hic loci, temporaneam, & serotinam. i. secũdum temporis exigentiam.

Serotinus. a, um, à sero, pro vespe fit vt hora serotina, & tempus serotinũ. Hinc poma serotina, q̃ tardius cæteris matureſcunt. Columella lib. 3.

Imminco. es, significat instо, pendeo. Ouidius: Imminet exitio vir coniugis, illa mati, cœlum imminet, vt hic accipitur, pendet desuper. Maneo, es. Compositа relіqua transeo.

Galgala. Media correpta, nomen loci, trãs Iordanem, vbi phase celebrabratur. Iosue 5. Hieronymus in Epitaphio Paulæ matris Eustochij. Intuita est castra Galgalæ. Idem lib. primo aduersus Iouinianum. Sed & ipsa præputia in vnum tumulum coaceruata, & sepulta, & terra obruta, & ablatum opprobrium Aegypti, & nomen loci Galgala, quod interpretatur reuolutio (nã Hebræi semp ꝓnunciant Gilgal, & significat rotam, reuolutionem, orbem) ostendũt, dum in p̃putio ambularet populus p desertum, oculos eius fuisse cæcatos.

CAPVT XII.

FRondosus. a, um, quod frõdibus abundat vt lucus frondosus, à frondeo, es. Hinc frondifer, frondeus, a, um, frondarius, frondo, as, frondator, & frondatio. Distichon Iacobi Horlinij: Haud opus est, vernas foribus præfigere frondes. Qui locuplete penu vina phalerna tenet.

Humus. Terra est humefacta, à quo humeus, a, um, quod ex humo est. Hinc humor, & humidus, a, um, humeo, es, humui, ectum, & humesco, is, humilitas. Et humi aduerbium, vt humi serpere.

Leuites. vel ta, qui est de tribu Leui patriarchæ, nos diaconum vocamus, seu euangelistam. i. ministrum.

Dissipo. as, significat dispgo, diuulgo, destruo. Columella lib. 2. Hinc dissipatio, tus, a, um.

Caprea. æ, penultima correpta animal syluestre, nomen à videndo clarius (inquit Hieronymus) sortitum est. Caprearum genera complura enumerat Plinius lib. 8. Est & vitis dicta, teste Varrone, quod pariat Capreolum. Et Capreæ insula vltra Surrhentum Campaniæ vrbem. Gręcis Aegilos dicitur.

Epulari. Est in conuiuio esse, seu cõuiuari. Liuius lib. xxv. Vulgo apertis ianuis in prapatulo epulati sunt.

CAPVT XIII.

PRopheta. æ, & ꝓphetes in mas. i. p̃dictor. Et ꝓphetis, idos. Et ꝓphetissa fœminini generis, à προφημι, quod est p̃dico. i. p̃dictrix. Est autem qui, vel quæ futura p̃nunciat ab eo primum intellecta, alias non recte diceretur prophetia.

Palam. Aduerbium .i. manifeste. Hinc ꝓpalam .i. clare, apte & in ꝓpatulo.

Obrutus. a, um, penultima correp. Ab obruo, is, est optus, vt hic. Referi, & ad animum, vt: Tot literis obrutus. Voluptatibus tot obruere (ait Quintilianus) possũt vnum dolorem.

Neco. as, est ferro interimere, & quasi violenter interficere. Diomedes, & Priscianus fere idem sentiunt, quod necui sit quasi suffocaui, necaui, quasi ferro occidi. Sed vterq; fallitur doctiorum sentẽtia, quando quidem ostendere licet necaui, & necatus de quacumq; morte dici. Augustinus libro primo de Ciuitate dei. Omnes quos fame necauit. Quintilianus libro tertio. Hincadulter loris cæsus aut fame necatus. Nectus tamen semper sine ferro dicitur, vt fame, frigore, illuuie, squalore, enecta. Liuius autor libro xxi.

Belial. Apud nos dicitur absq; iugo

go, vel absq; domino, puersus, non vtilis. Hebręi dicunt, Beliaal. Iudicum decimo no no, & 2. Regum. 20.

Tumulus.] Terra tumẽs, id est, collis. Mantuanus: Ex humili tumulo magnum ꝓducit Olympum. Aliquando ꝓ sepulchro ponitur. Vergilius lib. iij. Aeneidos: Hostilẽ ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. Hinc Tumulo, are, Tumulatus, a, um.

CAPVT XIIII.

Bubalus.] Communis generis, animal est simile boui, vel syluestris bos, colore nigro, quod magnam adfert pniciem, ex Hercinia sylua (auss dem fvuartzen vualt) mittitur, vt ait Plinius lib. xiij. Hinc bubalinus, a, um, vt annulus bubalinus. Hi & vri dicuntur.

Τραγέλαφος, Tragelaphus penul. cor.] Animal hirco, & ceruo simile, barba & villo distans à ceruo, ab aliis dicitur Hircoceruus. τράγος em̃ hircus, & ἔλαφος, elaphus ceruus. Vide candide Henricum Bebelium de abusu linguæ Latinæ.

πύγαργος, pygargus.] Aglæ genus, cauda albicante, à πυγή, nares, & ἀργός, i. albus. In oppidis & campis volitans versatur, sicut menelætus in montibus. Est & capreę genus eodem nomine. Iuuenalis: Sumine cum magno lepus, atq; aper, atq; pygargus.

ὄρυξ.] Oryx, orygis vel gos, i. fossorium. Oryx vero animal, quod in Aegypto & in Getulia ꝑcipue nascit, exoriensq; cõtra stare, ac cõtueri solis radios caniculãq; adorare fert, ex capraꝝ gñe, à quibusdã Solus vocat, ac contrario vestitur pilo, & ad caput verso. Columella lib. decimo: Feræ pecudes, vt capreoli, damæq;, nec minus Orygũ ceruoꝝq; gña, & aproꝝ, modo lautitijs, & voluptatibus dominorum seruiunt, modo quæstui, ac redditibus. Item Iuuenalis:
Et Getulus Oryx.

Chamelopardalis.] Sic inuenio scriptum, verius καμηλοπάρδολις Camelopardalis, quandoquidem compositum est à camelos, i. iumẽtum, & ꝑ metaphoram forte ꝑ funem nauticum, & pardalis, quod est pardus penultima correpta, animal, cuius est ad magnitudinem cameli ꝓceritas, color, pellisq; Pantheræ, maculis veluti florentibus variegata. Postremæ infra aluũ partes humi subsident, sicuti in leonibus videmus. Humeri, pedesq; priores, atq; itẽ pectus, præter cæteroꝝ membrorum rationem procera. Tenuis ceruix, & quæ de reliqua corporis mole in olorinum collum se tenderet, Camelo caput simile, &c. Horatius in Epistola ad Augustum: Diuersum (inquit) confusa genus Panthera Camelo, videtur de Camelo pardali, quæ vulgo Girafa dicit, sensisse. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quàm feritate conspicua, quare etiam ouis feræ nomen inuenit. Si lector pluriora discupis, legito politissimum A. Politianum in Miscellaneis suis cap. iij.

Ixion.] onis, penultima ꝓducta nomẽ ꝓprium fratris Phlegiæ, seu vt alij volunt filij Phlegiæ, de quo Ouidius: Voluitur Ixion, & se sequiturq;, fugitq;. Vide Seruium & Cornucop. Perot. Ixion etiam auis est, vt hic de vulturꝝ genere alba, & minor vulture, de qua Suidas Græcus plura. Chamęleontem quidam Ixion vocant, quod quibusdam in locis viscum gignit album subalis foliorꝝ, maxime circa canis ortum. Apud Græcos enim ἰξός viscum dicitur. Reliqua vocabula exposita sunt Leuit. 11. quære ibidem, si iuuat.

CAPVT XV.

Fenero.] Cum accusatiuo, & fœneror, aris, cum datiuo, idem significat, q̃ tam ꝓ dante, quàm ꝓ accipiente sumũtur: quod est contra Laurentium Vallam. Martialis: Hæc sapit, hæc omnis fœnerat vna dies. Ecclesiasticus ait: Qui facit misericordiam, fœnerator ꝓximo suo. Hinc fœnus, fœnusculum diminutiuum, fœnerator, fœnerato aduerbium fœneratitius, a, um.

Mutuum dare.] Mutuũ damus, (ait Maphæus Vegius Laudensis) recepturi non eandem speciem, quam dedimus, alioqui aut commodatum erit, aut depositum, sed idem genus, nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum.

Subrepo.] is, penultima ꝓducta, est subtus vel latenter repo, vt hic. Sic omnia composita ꝓducta penul. Hinc subreptio, subreptus, a, um, & surreptitius, a, um.

Viaticum.] Dicitur quicquid iter agendi causa necessarium est, seu cibus sit, seu pecunia ad victum expendenda, Græcis ephodium. Aliquando pro facultate & apparatu capitur. Hinc viaticulum diminutiuum. Apuleius libro septimo de Asino aureo: Viaticulum mihi corrasi.

Subula.] Instrumentum est cerdonũ, quo perforandis, suendisq; calceis vtuntur sutorese, yn suel. Martialis:
Quodq; tibi tribuit subula ficca rapit.

CAPVT XVI.

VErnus.] a,um,à vere,quod est veris, vt:verna tẽperies,vernæ frõdes.Hinc vernare,est pullulare.Martialis:

Dum tibi vernarent tenera lanugine malæ, id est,genæ.

Collecta,siue collactanea.]Hoc est,scripta,quæ ex pluribus excepta locis in vnum lecta sunt,à colligo,is, proprie componitur à con,& lego. Hic autem collecta,tæ, substantiue videtur poni pro congregatione, & cœtu hominũ,quæ octaua die post Scœnopegia fiebat,quæ dicebatur maior collecta,ad emendum iuge sacrificium,& farinã, & vinum, & oleum ad opus libaminum. Altera minor, septima die, vt hic, fiebat in vsus pauperum.

Falx.]cis,à farre,litera cõmutata. Falces in Campania seculæ vocantur, à secando. Et aliæ sunt fœnariæ, aliæ adoreæ, aliæ dumariæ,quæ & Scirpulæ nominantur. Hinc fascicula, id est, parua falx.Et falco,as,& desalco,as,id est,amputo.Item falcito,as,falce cædo. Et lex falcidia, quæ amputat legata.

Solemnitas Azymorum.]Hebdomadarum,tabernaculorum,id est,trium festorum,videlicet,Paschatis, Pentecostes & Scenopegiorum.

Vacuus.]a,um, proprie inane,& magnum significat.Vergilius:Saltibus in vacuis errant. Hinc vacuum aerem dicimus, ꝺd omnia impleat, nihil enim pati natura vacuum potest. Hic tamen pro asymbolo,& adoro,id est,qui sine munere venit,accipitur.

Iuuenalis:

Cantabit vacuus coram latrone viator.
Paucula si portes argenti vascula puti.
Nocte iter ingressus gladiũ,cõtũꝯ timebis.
Et motę ad lunã trepidabis arũdinis vmbrã
Cantabit &c.

CAPVT XVII.

REpereris.] Penultima correpta,coniunctiui modi. Cum reperero, reris, notæ significationis,vel talpis apparẽs.Pertædet me, hasce minutias indicare.

Intumesco.] is, ab intumeo, es, idem est quod inflor,superbio.Vergilius libro.1. Georgicon:Aut freta ponti Incipiunt agitata tumescerẽ.Hinc tumor, est inflatio, & p superbia metaphorice ponitur. Et tumidus,a,um,inflatus.Tumide aduerbium.

Equitatus.]us,modo equitum turbã, sicut peditatus peditum,significat:modo actum equitãdi, vt hic. Pliniust Fœmina equitatu atteri,& aduri solẽt.Ab eques,tis. Hinc equito, as, à quo multa, quæ supersedeo Laconismi gratia. Quis potest omia huc inuehere ?

Deuteronomium.]Græcum, idem ꝺd secunda,seu posterior lex, dictum in huius libri vestibulo.

CAPVT XVIII.

ARmus.]mi,sæpicule dictum,est humerus.Differt tamen. Nam armi brutorum, humeri hominum sunt: licet confundantur nonnunquàm apud autores. Hinc armilla,& armillatus,a,um.

Mariolus.] li,qui diuina mente fatur, quæ ventura sunt, id est, diuinus, nonnulli cum aspiratione scribunt, sic frequentius apud doctos reperio.

Augur.]uris,penultima correpta in obliquis, communis est generis, dicitur & auger, eris, secundum Priscianum is est, qui per auium garritum diuinat. Hinc augurium,est ipsa diuinatio, quasi auigerium dictum. Porro, Augurum disciplina antiquissima est,ex Asia in Graciã,hinc Ethruriam allata, & ad Aborigenes Latĩ, inde Romam. Romulus augur fuit. & tres augures instituit,vt Dionysius perhibet. Idem Liuius, qui vnicuiꝯ tributum suum augurem datum scribit. Additus est quartus pcdente tempore. Post quinque adiecti vt essent nouem.Idem de Pontificibus factũ, M. Valerio, Q. Apuleio Cos. Hactenus L. Viues.

Pythones.] Et Pythonici,sunt diuinatores,aruspices, augures,extispices, qui ex speculorum occulta inspectione futura nũciant, qui & Enthei dicuntur, hoc est, deo pleni, q Apollinis spiritu repleti oracula pbebãt.Si exactius de re legere aues,lege Lodouicum Viuem in Commentarijs in lib. D. Augustini de Ciuitate dei.

CAPVT XIX.

STernere.]Hic pro complanare, componere, sumitur: vt sternẽs viam,id est, complanans & lapidibus tegens.Alia significata alibi dicta sunt,viam facere,est munire,reficere. Nepotes huius verbi omitto.

Euicino.]Est prope & e propinquo.

Manubrium.] A manu capulus est, quod manu teneatur. Vt Vergilius: Capulo tenus abdidit ensem, eyn hufft am messer oder stele.Hinc Capularis senex dicitur à Plauto, quasi capulo efferendus.

CAP.

CAPVT XX.

Acies.]ei, modo acuitatem & cuspidē falcis, cultri & similium significat. Columella lib. quinto: Nam si acies curuatur. Modo exercitus instructionem, ad dimicandum paratam, vt hic. Modo oculi lumen. Per translationem sumitur pro ingenij perspicuitate. Dicimus eñ tam acie, quàm aciei in genitiuo. Salustius libro primo Historiarum. Dubitat acie pars, id est, aciei. Aciem trahere dicuntur aquæ, pro eo quod est acuere.

Cuneus.]ei, instrumentum ad scindenda, findendaq; ligna aptum. Per metaphoram pro peditum turba sumitur, vt hic. Vide Vegetium libro secundo de re militari. Et Cuneus dictus est ager in Hispania, contiguus sacro promontorio. Hinc cuneatus, a, um, vt cuneatus ager. Cuneari, spitzen. Item. Discuneatus gespalten.

Machina.]ę, penultima correpta, à Greco μηχανή, id est, molitio, inuentio. Asconius Pædianus. Machina, ait, dicitur, vbi non tam materiæ ratio quàm manus, atq; ingenij ducitur, &c. Item Machina instrumentum, quo moles aliqua facile circumagitur. Et machinas bellicas vocamus opera fabrilia, quibus in bello vtimur. Hinc mechanicus faber. Item ipsa consilia, & insidiæ, doliq; que, quibus imponere hosti conamur, quæ & machinamenta dicuntur.

Dimico.] as, idem est quod contendo, depugno, belligeror, à quo dimicatio ipsa pugna, & conflictatio, digladiatio, pugna, concertatio.

CAPVT XXI.

Cædes.]is, mors, ferro, aliave vi illata, præsertim ab eo, qui occidere volebat, vt hic commisit cædem. Diminutiuum est cædicula à cædo, is, ere. Hinc cæsus, a, um, cæsura, cæsim aduerbium. Cæduus, a, um, vt cædua sylua. A cædo, homicida, parricida, matricida. Item homicidium, parricidium.

Metior.]ris, mensus, significat mensuro, taxo. Hinc mensores, agrorum finitores. Et mēsura. Hinc adagium. Tuo te pede metire, hoc ē, Ouidio teste: Intra pellicula cerdo tenere tuam. Enucleatum alias.

Innocens.] tis, Latinis est, qui vacat omni crimine vitæ. Sed ἀκάκῳ Græcis magis significat simplices minimeq; subdolos, q̄ innocentes. Hinc innocentia, & innocenter. Dictum est alias insons, tis.

Reatus.] us, est idem quod culpa, crimen, noxa.

Proteruus.]a, um, petulans, procax, petulcus, dictus, in quo impudens & arrogãs audacia est. Hinc proteruia, id est, petulãtia, & proteruę, & proteruiter. Vnde Proteruiam facere, adagium, est omnia sua bona decoquere, & profundere. Vide Macrobium libro Saturnalium secundo, & Chiliades Erasmi.

Coercitus.]a, um, à coerceo, es, id est, cõpulsus, adactus, & restrictus.

Commessatio.] Proprie dicitur cibus potusq;, qui post cœnam ex luxu sumitur. Comos enim Græcis deus est temulentiæ, & eodem nomine vocatur conuiuium procatius, ac iuuenile. Ad Romanos habetur decimo tertio, μὴ κώμοις, id est, ne, siue non in comessationibus. Hinc comessari est post cœnam epulari.

Plectendus.]a, um, à plecto, xi, ctum, secundum Priscianum, vel plexui quod est punio, ferio. Hinc plector. Plectilis, quæ plexa est, & plectrum.

Patibulum.] Modo ferram ligneam qua fores ostiaq; clauduntur significat, à pateo, es. Modo crucem & furcam qua cacurgi, id est, mali plectuntur, vt hic, & sic à patior, eris, & in confesso fieri, in propatulo est.

CAPVT XXII.

Incubo.] as, penultima correpta ē instare, inniti, insistere, inhærere, & datiuo iungitur semper. Vergilius: Ponto nox incubat atra. Hinc incubitus.

Hinc incubans.] Vt gallina incubans ouis. Et incubitus, & incubatio. Oua incubari infra decem dies, ait Plinius libro decimo. Dicuntur & oua excludi.

In præceps.]Duæ partes sunt, id est, in præcipitium. Præceps omnis generis est, vt præceps homo, qui absque consideratione quippiam agit. Hinc præcipitare, & præcipitium.

Sidus.] eli, apud Hebræos vncia est. Apud Græcos, Latinosq; quarta pars vnciæ, & stateris medietas. Explicatum subinde.

Obiicio.] is, ante iacio & pono, porrigo, offero. Aliquando contraiacio, oppono. Hinc obiectio, & obiectum, & obiectamentum. Interdum infero. Nonnunquàm repente ostendo. Claudianus: Extemplo se se medijs obiecit in armis. Item obiectus, a, um, obiecto, as, frequentatiuum, à quo obiectatio.

Perpetior.]ris, compositum à patior, est vehementer pati. Hieronymus ad Algasiam. Intra se bella perpetitur. Hinc perpessio, & perpessus, a, um.

CAPVT XXIIII.

EVnuchus.]i, Græcis εὐνοῦχος, sonat cubilis custodem, quod barbari huiusmodi portentis suas vxores seruandas committere soleant, id est, castratis. Porro vi execti spadones dicuntur.

Veretrum.] Sexus est, saluo honore, viri, quæ & Latine mentula dicitur, & muto, & cætera.

Manzer.]eris, dicitur, qui de scorto natus est. Spurius, qui incerto patre, vel ex muliere non nota, ait Seruius: Nothus vero, qui ex vxore non legitima natus est.

Mesopotamia.] Regio est, inter Euphraten & Tygrim in maiori Asia, à meſos, id est, medius, & potamus, fluuius, quasi in medio flumine sita.

Balteus, vel um.]Cingulum est militare, & zona bullata, sæpe dictum.

Egestus.] a, um, ab egero, id est, extrà porto. Lactantius libro primo. Qui fimum stabulo, quàm qui vitia de corde egerit. Quæque pro exonerare vētrem ponitur, vt hic. Hinc egestitius, a, um.

Prostibulum.] Et locus ipse est, & ipa meretrix, quę prostat. Dictum alibi.

Scortator.]Est meretricator ipse.

CAPVT XXIIII.

REpudium.] ĭ, recusatio, refutatioq́, quod fiat ob rem pudendam. Differt tamen à diuortio, explicabitur suo loco, vita comite in Matthæo.

Seges.]tis, penultima correpta in obliquis. Fruges proprie est eorum semen, ex quibus conficitur panis nondum demessa. Varro: Seges dicitur quod aratum, sed necdū satum est, à satu, id est, semine. Hinc segeticula, diminutiuum.

Mola.] æ, dicta est, qua veluti mole quadam frumentum, legumina, aliéq́ res teruntur, & diuersæ sunt: vt mola asinaria, frumentaria, fabaria, olearia, trusatilis, &c̄. Mola salsa, vide adagium, Mola salsa litant, qui thura non habent. Plinius autor in præfatione.

Manipulus.] Manualis herbarum, segetumq́ fasciculus dicitur, quem quis manu apprehendit metendo, vt hic: Est & exigua militum manus. Græce dragma dicitur.

Pignus.] oris, penultima correpta in obliquis, à pugno, vt Caius de verborum significatione inquit: Quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Est proprie, quod creditori datur, vt sit securus. Dicuntur etiam pignora filiī. Ouidius:

Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres.

Sic hic capitur. Item quo depositò à ludentibus. Vergilius:

Tu dic mecum pro pignore certes.

Racemus.]Pars botryonis, seu potius ipse botryon, hoc est, integer vuæ racemus. Dictum alias.

CAPVT XXV.

INterpello.] as, est loquentem, seu aliquid agentem interrumpere. Aliquādo, est dicere, interdum rogare. Interpellare virginem, verecundius est: vulgo anmutten. Valerius libro tertio. Deinde iterum ac sæpius interpellatus in proposito persistit. Hinc interpellatio, & interpellatus, a, um, & interpellatrix

Palma.] æ, planum illud & concauum manus est. Item arbor nobilis quam Phœnicem appellamus. Etiamnum pro victoria ponitur, vt dare palmam, &c̄.

Verenda.] Substantiue, dicuntur (vt verecunde loquar) virilia, genitaliaq́ membra.

CAPVT XXVI.

CArtallus.]Græce sic reperio scriptū, κάρταλλος sine aspiratione: Idem quod canistrum, sporta, corbis, vt hic.

Funebris, & hoc bre.] Quod ad funus pertinet, vt funebris pompa. Aliquando cædibus plenum dicitur, vel mortale. Horat. Funebre bellum dixit, &c.

CAPVT XXVII.

CAlx.] cis, fœminini generis lapis coctus, quod in ædificijs calcetur. Fit ex albo spisso, & duriori lapide, saxoq́. Sed tam masculini quàm fœminini generis. Dicitur calcaneus, & calcaneum, & talus, hoc est, extrema pars pedis, qui & pes imus appellatur. Et sæpenumero pro fine, vt à vertice ad calcem, id est, à principio ad finem.

Leuigo.]as, penultima correpta, est cōplano, polio, quasi leue ago. Plinius: Sunt quidem in eo genere molliores, qui & cote leuigantur. Hinc leuigatio, & leuigatus, a, um.

Impolitus.] a, um, hoc est, inelegās, inornatus, amusus, inuenustus, incompositus, imperfectus, ab impolio, vt sermo impolitus.

Reuelo.] as, penultima producta, contrarium est suo simplici, hoc est, aperio, detego, vt: Reuela oculos meos, id est, aperi, detege. Hinc reuelatio, & reuelatus, a, um.

Eregione.] ex oppoſito, e diuerſo.

CAPVT XXVIII.

Caula.]læ, ouium ſtabulum eſt, quod & ouile dicitur, & mandra. Dictum ſubinde.

Horreum.]ñ, repoſito rium frumento rum eſt, atq; ſegetum. Hinc horrearius, qui eſt cuſtos horrei. A quo horreolum diminutiuũ. Sed horæum per ſimplex r, & cum diphthongo dicitur mel æſtiuum, ab hora.

Cellarium.] Locus eſt vbi abſconditur aliquid, hoc eſt, repoſitorium, cella. Sicut granarium & panarium penu, etiam num vocatur.

Rubigo.]nis, quæ & robigo, vitium eſt ferrum conſumens, atq; frumentum: ſic hoc loco capitur. Hinc rubiginoſus, a, um. Rubigo eſt res putrefacta, fruges teneras corrumpens & frians. Ad auroram ſolet id vitium ſegetibus accidere, ſilente cœlo, ſicut ait Plinius, ſereniſq; noctibus, nullo ſentiente niſi cum factum eſt, in conuallibus & locis, perflatum non habentibus. Nam ventoſa & celſa huic incommodo non ſunt ita obnoxia. Item rubigalia Numa conſtituit anno regni ſui vndecimo, quæ nunc aguntur ad vñ. Calendas Maij, quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, ſole tauri partẽ decimam obtinente, ſicut tũc ferebat ratio, ſed vera cauſa eſt, quod poſt dies vndeuiginti ab equinoctio Verno per id quatriduum varia gentiũ obſeruatione in. iiij. Caleñ. Maij canis occidit, ſydus & per ſe vehemens, & cui præoccidere caniculam neceſſe ſit. Hæc ille. Porro canis rubigini mactabat. Ouidius quarto Faſtorum. Varro in primo libro rerum Ruſticarum deum facit Robigũ, quem cum dea Flora coniungit, in illis ſex deorum dearũque paribus, quos initio inuocat. Et Robigum dicit vetere more, nam quaſi rodigus vocabatur, à rodendo. Rubigo proprie genus eſt vitij obſcœnæ libidinis, quod hulcus dicitur. Eſt & in ferro rubigo ex ſitu & nimia quiete, vnde etiam in ſegetibus gignitur.

Prurigo.]nis, à prurio, is, quaſi peruror dicitur, quod eſt libidine ſcalpendi arde re, ſaluo honore. Inde pruritus, penultima producta, eſt pruriginis appetitus, & tentiginis.

Amentia.]æ, eſt idem quod inſania, q̃ſi ſine mente motio. Terentius:
Cur meã ſenectam ſollicito huius amentia?
Ab amens.

Sura.]æ, poſterior pars cruris carnoſa, vernacule, eyn vvade: licet quandoq; ſumatur pro toto crure. Vergilius:
Suras vincire cothurno.
Hinc Adagium, Genu ſura propius, idem cum illo: Tunica pallio proprior eſt, notiora ſunt quàm vt hic interpreter, vide Chiliades Eraſmicas.

Procax.] cis, qui nimium inuerecunde petit, & laſciue, quiq; mordaciter, & iniuriоſe loquitur. Hinc procacitas, & procaciter, à proco, as, & procor, aris. Hinc procus, ci.

Illuuies.] ei, eſt immunditia, & proluuies, id eſt, profluuiũ cuiuſcunq; immundæ rei, hoc eſt, in homine, aut veſte, aut re quauis alia infita, ſeu iniecta. Vergilius:
Dira illuuies immiſſaq; barba.

Secundina.]æ, penultima producta, id eſt, quæ & ſecundæ pluraliter tantum dicitur membrana illa, qua partus obuolutus vtero prodit. Hæ & volucrum nominantur. A ſecundus, a, um.

Femen.] Neutri generis idem quod fœmur, vt fœmur anſerinum. Hinc fœmina, fœmella diminutiuum, fœmininus, a, um, & fœmineus, a, um. Effœmino, as, effœminatus, a, um.

Claſſis.] Proprie nauium multitudo, vt hoc loci. Etiam hominum multitudo eſt, vt homo primæ claſſis. Hinc claſſicus, a, um, & cæt.

CAPVT XXIX.

Ferio.]is, quartę inflectionis, id eſt, percutio, vt feriam tecum fœdus, pactum. Vergilius: Haud mora Tarchon Iungit opes, fœduſq; ferit. Item eſt pulſare, vt ferire fores, ait Plautus.

Leſor.] ris, à cædendis lignis, ſic dictus.

Fumo.]as, eſt fumum educere. Vergil.
Villarum culmina fumant.
Hinc infumare, quod eſt ad fumum ſiccare. Hinc fumus Græce capnos dicitur, & capnion, fumulus, eyn reuchlyn, & infumibulum, eyn kemmet, rauchloch; Naris idem, fumigo, as, ſuffumigo, as, fumigatio

Attributus.]a, um, penultima producta ab attribuo, is, q̃d eſt deputo, dedico, adſcribo, id eſt, deputatus, dedicatus, nuncupatus, & adſcriptus, hinc attributio.

CAP. XXX.

Cardo.]nis, dicitur quaſi cor ianuæ, id eſt, quo ianua voluitur. Dicuntur etiam ſummi cœli partes, quas Græci polos vocant, Latini vertices, vt hic. Hinc eſt prouerbium: Res eſt in cardine, id eſt, proxima vt efficiatur. Vide Iob xxij. capite, de cœli cardinibus.

Soboles.] Est successio, proles, quæ parenti succedit, ab olescendo, id est, crescēdo dicta. Singularis numeri tantum.

Causor.]ris, deponens, significat rei gestæ causam adfero, reperio, & excusationē adduco. Etiam culpare est. Hinc Accessæi lunam causari, est procrastinare & comperendinare. Dicitur & causo, as. A causa, causalis, & causatiuus, a, um, causidicus, causarij milites.

Transfreto.]as, penultima correpta, à freto est trans fretum nauigare.

Auersus.]a, um, auersus terga ostendit. Aduersus oppositus est. Rursum quæ non visuntur, & quæ latitant, auersa dicimus: Per metaphoram iratus, ab auersor, aris. Item auersa Venus, est præposterus (saluo honore) coitus, qui & infandissimus est.

CAP. XXXI.

Crassus.] a, um, est pinguis, grossus ac ponderosus. Hinc crassities & crassitudo, pro pinguedine. Et crassare pinguem facere: vt incrassatus, impinguatus, recalcitrauit. A quo prouerb. Crassa Minerua, id est, rudi. Horatius:

Tu nihil inuita dices, faciesve Minerua.

Prouerbium idem quod Pingui Minerua. Crassiore Musa, Græce παχύτερον vnico verbo exprimitur, id est, crassius.

Pollicetor.] eris. Verbum commune secundum Priscianum. Nam in passiuo significatu Ouidius vsus est:

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Est autem polliceri vltro, seu ex pactione aliquid promittere. Hinc pollicitor, aris, frequentatiuum, à quo pollicitatio. Et pollicitus, a, um.

CAP. XXXII.

Heccine.] An hæc est, est ne hæc?

Sugo.]is, tertiæ coniugationis, dicitur & sugeo, es, secundæ, id est, succum, & lac e mammis extraho. Hinc succus, us, & sugitus & sugiturus. Compositum exugo, is. Plautus: Ego me vertam in hirudinem, atq; eorum exugebo sanguinem. Transfertur etiam ad alia. Cum lacte nutricis errorem suxisse videtur. Cicero: Venenum exugere. Succus cci. Suetonius in Augusto. Philos admouit, qui venenum ac virus exugerent.

Stilla.] læ, diminutiuum, à stiria, inqt Festus, & capitur pro gutta, vt stilla olei, stilla aquæ. Item stillicidium quasi stillarum cadium, quod stillatim cadat. Hinc stillula diminutiuum aliud, stillo, as. Composita destillo, distillo, distillatio, instillo, stillicidiū.

Demonium seu Demon.] Mesum, id est, medium vocabulum est, tam in bonum quàm in malum, testatur Adagium, Homo homini dęmonium. Et idem Latine quod numen, fortuna, genius, indiges, sapiens, deus. Nam malos & ignauos fuisse aliquos dæmonas fatebantur veteres. Genius enim alius alio præstabat, & virtute, & sapientia, & viribus. Erat enim alacrior & celsior genius Augusti genio Marci Antonij, vt magnus ille Aegyptius dixit apud Plutarchum in vita Marci Antonij. Nec Christiana religio negat inter angelos, interq; dæmones alios alijs esse natura & viribus excellentiors. Hæc Lodouicus Viues in Augustinum de Ciuitate dei.

Merax.]cis, & meracus, penultima producta. Vergilius corripit:

Constitui meracas ædilicíq; notas.

Id est, purus, solus. Propertius tñ producit:

Ah pereat qcunq; meracas repperit vuas.

Vnde vinum meracum. A merus, a, um. Hinc merum, ri, substantiuum.

Opitulor.]aris, penultima correpta, adiuuo, subuenio, ab ope pro auxilio & tollendo, id est, ferendo, ait Calepinus. Salustius: Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt. Hinc opitulus & opitulator dictus est Iupiter, quasi opis lator, & opitulatio.

Incassum.] Est aduerbium, id est, frustra, vane.

CAP. XXXIII.

Rhinoceros otis.] Græcum est à ῥὶς quod narem significat, & κέρας, cornu: animal est, vnum cornu in nare habens, vnde ei nomen est: hostis est elephanto: cornu prius ad saxa limato cum eo pugnat. In dimicatione aluum maxime petit, quia hanc intelligit suis ictibus peruiam esse. Martial. Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Est etiam Rhinoceros vasculum olei, inqt Petrus Dasypodius in suo Dictionario, gutatim fundens, lauantibus se in balneis. Marti: Gestauit fronte modo me iuuencus rhinoceronta. Me putabis pleno gutto. Hinc rhinocerotius, a, um.

CAP. XXXIIII.

Nosset.] Pro nouisset ponitur.

Portentum.] ti, à portendo, is, quod portendat aliquid futurum. Vergil. pro bono omine posuit: Ne quęre profecto, Quem casum portenta ferant. Hinc portentosus, a, um.

Deuteronomij
FINIS.

Præfati-

PREFATIONIS DIVI HIERONYmi, in Iosue, Iudicum, Ruth, & Hester expositio.

FInito tandem pentateucho Mosi, &c] πέντε, quinq; τεῦχος, volumẽ, quod ea pars quinq; constet voluminibus.

Grandi fœnore.] Id est, debito seu ære alieno quod mora temporis augetur.

Iosue.] Hebraice, Iehossua, id est, saluator.

Ben Nun.] Ben, id est, filius. Filium Nun dixit, ad differentiam Iosue, filij Iosedech sacerdotis. Porro ex Hebraicis interpretationibus, idem videtur esse Iesus & Iosue. Vtrunq; enim à salute dicitur. Et in Esdra Iesus filius Iosedech Iosue nuncupatur.

Quem Sophtim.] Sophet iudex est, Sophtim, iudicum interpretatur.

Eisdem nominibus.] Nimirum Iudicum communi titulo.

Et Syluam Hebraicorum nominum.] Materiam rudem, & temere congestam, Latini syluam vocant, ducta metaphora à materijs arborum.

Per membra diuisas.] κῶλα sentit. Siquidem omnis oratio, distinguitur κώλοις, κόμμασιν & περιόδοις, id est, colis, commatibus & periodis, hoc est, membris, incisionibus & circuitis.

Ludere.] Multa significat, hic loci pro componere per metaphoram ponitur. Cuditur pecunia, cuduntur carmina. Aliquando parare, vt Dolos cudere apud Plautum. Cudo monetam, cuso, as, frequentatiuum. Composita, excudo, procudo, recudo. Incus, incudis penultima producta. Sub incudem reuocare. Ouidius:

Et male toruatos incudi reddere versus.

Pro Grecorum hexapalis.] ἑξαπλᾶς, id est, sextuplex, si prima vocalis habeat aspirationem, quod apud Græcos complures haberentur æditiones. Prima LXX. Secũda Theodotionis. Tertia Aquilæ. Quarta Symmachi. Quinta Origenis. Sexta Eusebij. ἑξαπλόω Græce, est explano. Inde hexapla penultima correpta vocat commentaria & explanationes.

Sicubi.] Aduerbium loci, id est, si alicubi, vt hic.

Arcuatus.] a, um, est in modum arcus curuatus, ab arcuo, as, id ẽ, flexus, obliquus, serpentum more. Hinc arcuatim, id est, more arcus & flexuose.

Carpo.] is, est arguo, reprehendo, crimior, sic hoc loco capitur, vt ne Momus quidem hæc carpat, hoc est, reprehensionis deus, qui Veneris etiam sandalia carpebat.

Vergilius:

Carpent tua poma nepotes.

Carpere viam, vitales auras, carpere pensa, carpere verbis. Carpere soporem, somnum, lanam. Composita, concerpo, decerpo, discerpo, carptim aduerbium.

Asteriscus.] ci, Græcis diminutiuum est, ab aster stella, quasi dicas stellula * hac figura.

Obelus, ὀβελός.] Gladij seu teli genus ẽ figura veru, hoc modo —— dicta sunt alibi & exposita.

Pammachius.] ij, Monachus fuit, & filius Paulæ Romanæ matronæ: ad quem Diuus Hieronymus scribit subinde, & ad matrem frequentius, & interpretatur Latinis, omnia depugnans & deuincens. A pan & mache.

Siren, & Sirena.] Penultima producta, monstrum marinum est, hoc est, tres virgines, Acheloi, & Calliopes filiæ, ore & pube tenus virgines, reliqua parte corporis pisces, Siculum mare incolentes. Harum trium nomina si scire vis, sunt Parthenope, Lygia, & Leucosia. Hinc Prouerb. Sirenum cantus facile præterit, qui Vlyssem agit, id est, surda aure prãsit, occluditq; aures patulas. Hinc sirenæus, a, um.

Postliminium.] Ex post & limina connectitur. Quæcunq; enim à nobis alienata, ad hostem perueniunt, cum à nostro limine exierint, si post ad idem limen reuertuntur, postliminio redeunt. Festus: Postliminio receptus est, si qui extra limina, hoc est, terminos prouinciæ, captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Vide Paulum Iurecõsultum, & Maphæum Vegium Laudensem. Hinc ius postliminium.

¶ Præfationis Finis.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Iosue librum explicatio.

CAPVT I.

IOrdanis.] Fluuius in Iudæa eximiæ suauitatis. Oritur ad radices Libani, & habet duos fontes vnum nomine Ior, & alterum Dan: qui simul mixti, Iordanis nomen

nomen efficiunt. Hæc Diuus Hieronymus super Matthæum cap. xvi.

Vestigium.] ij, pedis impressio est, hoc est, signum quod à pede relinquitur. Quandoq; pro extrema pedis parte ponitur: per translationem, pro quocunq; rei gestæ iudicio accipitur. Hinc vestigare & inuestigare, inuestigatio.

Euphrates.] Fluuius Mesopotamiæ, in paradiso oriens.

Rubenitis et Gadditis.] penultima producta à Ruben, & Gad deriuantur, & interpretatur Ruben visio filij: Gad, fortuna.

CAP. II.

Sethim.] Hic locus est, in quo Balac rex Moabitarum aduersum Israel congregauit exercitum. Hieronymus in Commentarijs super Micheæ vi. dictum de lignis Sethim.

Hiericho.] Seu Hierichus, ontis, & Hiericus, ci, quadrisyllabum, ciuitas magna fuit, muralibus septa parietibus, quæ nõ ferro peruia, nec ariete possit esse penetrabilis, teste Ambrosio super Lucam .x. Et interpretat Luna, vel mensis, & odor eius. Num. xxij. Et merito hæc ciuitas nomen sortita est ab odore, cum ibi crescat Balsamum optimi odoris. Hierichuntinus, a, um.

Rhaab.] Vel Rhachab, mulier Hierichontina, quæ exploratores à Iosue missos, hospitio recepit. Alij meretricem volunt, alij hospitalariam, latinius hospitem, quanquàm & hospita inueniatur, fœmininо genere, & interpretatur latitudo, quæ verius hospitatrix, vt ita dicã, fuit quàm meretrix.

Solarium.] Locus proprie, in quo horæ ad solem cõspiciuntur. Hic tamen locus est in domo superior stratus. Latini vocant plana tecta, Græci domata. Præterea solarium vocant Iureconsulti vectigal, quod pro solo penditur. Titulo ne quid in publico fiat. Ambigo, num legendum sit Salarium.

Vadum.] Est aquæ fundus, in quo quis quis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur. Hinc metaphora prouerbialis: In vado esse, pro eo, quod est in tuto, citraq; discrimen esse. Item: In vado sunt omnia. Equus me portat, rex alit.

Elangueo.] es, à quo elanguesco, is, qd est valde infirmus sum. Gellius libro secundo Noctium Atticarum. Negotijs se plerũq; vmbraticis, & varijs quæstibus intentos habent, in quibus omnis eorum vigor animi, corporisq; elanguescit, & quod Salustius ait, effœminatur.

Coccineus.] a, um, quod est grano infectum, id est, purpureum, spadicum, phœniceum, roseum, iantinumq; à cocco.

Prostratus.] a, um, à est prosterno, is humi deiectus. Hinc prostratio.

CAPVT III.

Duo et Ambo.] Sicuti docet Priscianus, genitiuos & accusatiuos secundũ secundam declinationem faciunt, duorum amborum, duos ambos, quamuis in neutro differentiæ causſa duum soleat dici, pro duo or, vt hic. Vt duum millium amphorarum.

Moles.] Res magna, & magni ponderis. Vergilius: Totamq; infusa per artus, Mens agitat molem, id est, magnitudinem mundi. Metaphorice difficultas.

Aluus.] Vel aluus, multa significat (vt Varro testatur) est cauata cortex, vel vimineum vasculum factum manu, in quo quid reponitur. Item locus, vbi apes mellificant. Item venter cuiuslibet rei inanimatæ. Vnde & pro fluminis fossa, per quam labitur flumen: quandoq; sumitur, vt hic, pro ipso fluuio. Hinc alueolus.

Arens.] Ab areo, es, quod est aridum, id est, siccum. Hinc aridus, a, um, aresco, arefacio. Exareo, resco, arefactus, a, um, vt rubo arefacto præfractior. Prouerbialis est comparatio in difficilem, atq; in inexorabilẽ ac præfractum hominem.

CAP. IIII.

Transgredior.] Transgressus, id est, vltra gradior, transeo, & transuado. D. Brutus. Cicero, vt Alpes trãsgredere. Lactãtius libro ij. Nemo tũc millesimum annum transgressus est. Hinc transgressio, apud Rhetores dicitur, cum ab ea sententia quam proposuimus, conuertimus sermonem ad aliquam personam, aut rem, aut fortunam, & tanquàm præsentem appellamus. Hinc & transgressor, oris. Dicitur & trãsgressus, us, pro transfretatione.

Monumentum.] Vel potius monumẽtum, dicitur quicqd nos monet, seu monere potest, vt tituli, statuę, sepulchra, & id genus alia. Monumẽtum hoc fit amicitiæ nostræ. Monumenta secundum vias ponebant veteres, vt prætereuntes admonerentur se esse mortales.

CAPVT V.

Fluentum.] ti, paruum flumen est, seu aquæ decursus, vt hic. Ambro. lib. Hexameron: Itaque cum tanta de terris erumpant

pant maximorum fluenta amnium, Nilus effusa Aegyptum stagnans flumine. A verbo fluo, is, de quo multa deriuantur. Hinc participium fluens, tis.

Culter lapideus.] Sic legimus Exodi quarto. Tulit Sephora ilico acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui. Hinc aoluerunt Hebræi morem circuncidẽdi petrinis cultris habuisse exordium. Vel à Iosue in Galgalis, vt hic lapideis cultris. Attamen vbi nos petram habemus, Hebræus habet aciem, id est, acutissimam nouaculã. Hinc Iudæi adhuc nouaculis circumcidũt. Quod dicit hic secundo, sic intellige, quod bis præcepta sit circuncisio. Primo Abrahę. Genesis decimo septimo. Secũdo Iosue hic. Est ergo sensus: Circuncide secundo filios Israel, id est, ex mandato domini super hac re secundo facto. Idem erat populus tunc q & prius, sed non eædem personæ.

Polenta, tæ.] Vel pulenta, perfusum aqua hordeum, vna nocte siccatum, postero die frictum, deinde mola fractum, & in multos dies seruatum, vt hic. Polenta fœminino. Plautus in Asinariæ prologo: Vbi flẽt nequam homines qui polentam pransitent. Et Ouidius de transformatis: Cum liquido mixta perfudit diua polenta. Vbi mixta polenta ablatiuus est. Vide Brassicanum in sua grammatica institutione. Polenta solum inter latina neutrum est. Ouidius lib. secundo Metamorphoseos.

Dulce dedit testa, q̃d coxerat ante pollenta,

vernacule, maltz. Petrus Dasypodius vocat Germanice eyn gerstẽ mues.

CAPVT VI.

Iubileus.] ei, annus est, iuxta Hebræos, vel septimus, vel quinquagesimus, quo serui, ancillæq; manũmittebantur, emancipabanturq;. Hebræis Iobel dicitur, vel Iubal quod buccinam sonat & cæt. Dictum alias.

Funditus.] Aduerbium à fundo, as, sic ut cœlitus à cœlo, idem est, quod radicitus, stirpitus, ab origine.

Diluculum.] Ante solis ortum aurora, quasi parua diei lux, quod tum dies lucescere incipit. Hinc diluculo aduerbium, vt hic, id est, summo mane. A verbo diluceo, diluces.

Anathema.] tis, penultima producta in nominatiuo seiunctio est, & alienatio. Item oblatio, & sacrificium. Subinde dictũ.

Aerarium.] Aeris repositorium est, alias gazophylatium, Hebræis Corbon. Hinc ærarij tribuni à tribuendo ære, & ararij milites, id est, stipendiarij, quod stipem acciperent, dicti sunt.

CAPVT VII.

Bethauen.] Quidam Bethauen iuxta Septuaginta, qui dixerunt domus ὤμ, ciuitatem solis interpretati sunt, & solem iustitiæ Christum, vrbem illius ecclesiæ esse voluerunt. Quod mihi displicet. Neq; enim domus idoli, quam Aquila interpretatus est, domum inutilem, iuxta tropologiam, id est, moralitatem ad ecclesiam referri potest. Hæc diuus Hieronymus, Commentariorum in Oseæ, libro secundo cap. v.

Vexo.] as, est agito, molesto, perturbo.

Iuuenalis:

Dat veniam coruis, vexat cẽsura columbas.

Hoc est, Pœna legum exercetur in humiles quospiam, & à quibus ob ingenij mansuetudinem aliquid emolumenti potest auferri. Rapacibus ignoscitur. Ideo leges araneæ, telis, cassibusq; (vt ille dixit, vel Solonem vel Anacharsim puto) persimiles sunt, propterea quod in illas si quid leuius, aut imbecillum incurrerit, hæret: sin maius aliquid, dissecat ac fugit. Hinc vexor, ris, passiuum, id est, molestor, turbor, agitor, fagitor. Nã qui huc, illucq; trahitur, hic vexari proprie dicitur. Hinc vexatio. Compositum diuexo, as, à veho, is, xi, idem cum simplici.

Conglobo.] as, à globus fit, significatque coadunare, vt hic. Hinc conglobatim aduerbium, significat per globos & aceruatim, teste Augustino libro cõfessionum, vnde conglobatio. Et conglobatus, a, um.

Facinus.] Modo factum significat aliquod egregium, vt præclarum facinus, ait Salustius, modo scelus, vt hic. Cicero libro tertio. off. Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. Hinc facinorosus, a, um. Et est medium vocabulum. Vt facinus lachrymabile dictu, ait ille.

Nefas.] Vel p ph, cõtrarium fas: quod genitiuum non habet, significat impium & execrabile. Hinc nefarium & nefarij, id est, scelesti, impij, athei.

Regula.] Norma est, qua lineæ dirigũtur, quasi mensura dirigens, Græci amussim vocant. Hic pro ornamento aureo, lingulæ instar aureæ sumitur.

Vallis Achor:] In qua, teste Hieronymo super Esaiam cap. lxv. interfectus est Achan, qui & Achari, & Achar, & Achor dr, qui furatus est de anathemate, & de spolijs Iericho, & cum omni domo sua interfectus est, atque ex eo quod turbarit populum

lum, locus ipse in quo hoc accidit, Achor. i. turbationis, ac tumultus nomẽ accepit. Hactenus ille. Idem super Oseæ ij.

CAPVT VIII.

Congestus.] a, um, à congero, quod est congrego, coaceruo, id est, congregatus, collectus. Hinc congestitius, a, um, quod congestum est, vt humus cõgestitia, dicit Columella lib. ij.

Digero.] is, ordino, dispono. Vergilius: Digeris in numerum. Idem: Digerit omnia Chalcas. Quãdoq; diuido, distinguo. Interdum concoquo, vt digere parumper vinum quo mades, dixit Heli ad Annã. Hinc digestio, & digestum nouum & vetus & insortiatum.

CAPVT IX.

Maritimus.] a, um, qd ad mare incolit, vel quod ad mare est, vel ad mare fit, vt ora maritima, gens maritima, bellum maritimum. Plautus: Fluctus maritimos. Amb. Pisces maritimos dixit.

Uter.] tris, tertiæ declinationis, pellis qua vinũ aut oleũ deferri solet, eyn favurn haut. Hinc vtriculus diminutiuum, vtricularius, Græce ἀσκαυλης dicitur. Nam ἄσκος vter est illis. Hinc vtrinium morbus intercus Græce ἀσκίτης.

Perantiquus.] Hic per, habet vim aduerbij, & pro valde ponitur, id est, valde antiquus, tamq; superlatiuo quàm positiuo iũgitur. Perpaucissimus, a, um, poptime, pergraue, perdoctus, a, um, &c. innumera.

Pitacium.] Particula corij, qua aliquid resarciatur, vt hic. Quandoque pro breui epistola. Interdum pro schædula de membrana excisa.

CAPVT X.

Presidium.] ij, à præsideo, es, est præses, & quod pro vtilitate, & salute alicuius auxilij gratia præponitur. Horatius: O & præsidium, & dulce decus meum. Subsidium vero, quod postpositum est ad subueniendum laborantibus. Festus hæc. Dictum alias.

Industrius.] a, um, teste Valla, dicitur, nõ industrioſus: ab industria, id est, ingenioſus. Sic nec serioſus, sed serius à serio. Cicero in quinto Tuscula. virum acrem dicit & industrium. Valerius tamẽ Maximus libro tertio. cap. quarto, de Tarquinio Prisco loquens, si exemplar nõ est corruptum & mẽdoſum, industrioſum pro inuidioſo, & glorioſum pro inuiſo reddidit. Hinc aduerbium industrie.

Mutio.] is, tacere, nihil facere, nec dicere. Vnde & mutos dicimus. Terentius: Nihil iam mutire audeo, id est, verbum sonare. Donatus: Item mutire, loqui. Ennius: Palam mutire plebeio piaculum est. Festus. Hinc Plautus: Viden vt aperiunt ædes festiuiſſime, non mutit cardo, id est, non crepitat. Hinc muſſo, as, frequentatiuum.

Stipites.] Hic trunci sunt, & palifixteſq;, & lingna erecta, terræq; defixa.

CAPVT XI.

Planicies.] ei, æquabilitas est. Saluſtius: Nam vbi planities erat inf. finiſtros montes, & dexteram rupem aſperam, octo cohortes in fronte conſtituit. Hæc & planitudo dicitur.

Subneruo.] as, à neruo, as, notę ſignificantię, quod est neruos incidere, debilitare. Hinc ſubneruatus, a, um.

Situs.] a, um, id est, poſſitus, vt hic ſitę, id est, poſitæ. Et ſitum, quicquid loco ſuo poſitum, non euertitur. Sed ſitus, us, lanugo est, & ſqualor ex humore creatus, quę fit in locis ſole carentibus & humidis. Hinc ſitus puluereus & ſqualidus, vt libri ſitu & ſqualore obducti.

CAPVT XII.

Esebon.] Penultima correpta ciuitas Seon regis Amorrhæorũ, in terra Galaad, quæ cum fuiſſet ante Moabitarum, ab Amorrhæis belli iure poſſeſſa ẽ. Porro nũc vocatur Esbus, vrbs inſignis Arabiæ.

Aroer.] Oppidum Moabitarum, quod ſitum est ſuper ripam torrẽtis Armon, poſſeſſum olim à gente veterrima Omnijm, & poſtea retentum à filijs Loth, id est, Moabitis. Armon torrens est, & interpretat maledictio, verius arca. Aroer vero ſuffocatio, vigiliæ

Jaboch.] Fluuius, quo tranſmiſſo luctatus est Iacob aduerſus eum, qui ſibi apparuerat, vocatusq; est Iſrael. Geneſis tricesimo ſecundo.

Hermon.] Nonnulli ſic ſcribunt, Aermon, ſine aſpiratu cum diphthongo, mons est Amorrhæorum, Phœnices vocant Sanior, & Amorrhæus appellauit Sanir, e regione Peneadis & Libani. Hic trinomius est mons, Hermon & Sanir, & Hermonium, ij, quo Pſaltes vtitur. Et Hermonij à monte modico.

Chenereth.] Mare, vbi est terminus Iudææ in tribu Nephtalim. Sed & oppidum

quod

quod in honorem Tyberij Cæsaris, Herodes rex Iudææ, postea instauratum appellauit Tyberiadem.

Mare deserti.] Est mare rubrum, salsissimum, cætera transeo.

CAPVT XIII.

PRouectus.] a, um, à proueho, quod est produco. Hinc dicimus aliquem ætate prouecta, vt hic, & prouecta prudẽtia.

Longeuus.] a, um, quod est longi æui, & multi seculi. Hinc longæuitas.

Cariathiarim.] Quinq; est syllabarum, ipsa est Cariatharbe, & Cariathbaal, & Hebron, quæ Cariathiarim vocatur, id est, ciuitas syluarum.

Gazeus.] a, um, & gazeticus, a, um, vt vina gazetica, penultima producta à Gaza ciuitate Euæorum, in qua habitauere Cappadoces. Vide Hieronymum de locis Hebraicis.

Emath.] Ciuitas quam transierunt exploratores, qui ab Iesu missi sunt. Antiochia est alias. Item terminus Allophylorũ, id est, alienigenarum in regione Damasci, vt in Esaia, quam oppugnauit rex Assyriorum. Huius meminit Zacharias & Ezechiel. In Amos quoque Emath Rabba scribitur, quod nobiscum sonat Emath magna. Hanc quidam videri Epiphaniam volunt iuxta Emessam. Quidam cum aspiratione scribunt.

CAPVT XIIII.

NIhilominus.] Id est, non minus. Item. Paulominus, multominus.

Cenezeus.] Et consimilia à Cenez patre Othoniel.

CAPVT XV.

VErgo.] is, est declino, tẽdo, vt Sol vergit ad occasum, id est, occidit.

Azotus.] ti, penultima producta vrbs Syriæ. Hinc Azotius, a, um, vt viri Azotij q Azotum habitant.

CAPVT XVI.

ARundinetum.] ti, penultima producta. Locus vbi arundines crescunt, & cannæ palustres ab arundine.

CAPVT XVII.

ANgustus.] a, um, idem quod strictus, ab angusto, as, quod est stringo. Hinc angustia, est arctitudo. Et coangusto, as.

Sors.] Quandoq; teste Festo significat patrimonium. Item dei responsum. Vnde sortilegi dicuntur, qui sortes & responsa deorum colligunt & tractant. Item quod cuiq; accidit in sortiendo. Sors etiam est prima illa pecunia, & summa quæ confertur ad societatem, vt inde lucrum fiat, haupt guett.

Tributarius.] a, um, adiectiuum est & substantiuum, qui soluendo tributo obnoxius est. Iustinianus libro 1. Ciuitates tributarias vocat. Hinc tributim aduerbium.

CAPVT XVIII.

MArceo.] es, est putreo, es, corrumpor, à macie dictũ. Hinc marcesco, is. Et marcor, oris. Plini. Si ferri, vel chalybis aliqua rubigo, vel panni marcor affuerit. Emarceo, es, & emarcesco, is, marcidus, a, um.

Ignauia.] æ, est inertia, socordia, ab ignauus, quasi non gnauus, id est, agilis, fortis, audax, reiq; gerendæ appositus. Ignauus, a, um, ignaue & ignauiter aduerbia.

Lustrantes.] A lustro, as, id est, circumeundo considerantes. Dictum alias fusissime.

Sacerdotium.] ij, modo sacerdotis dignitas est, modo sacerdotis prouentus, nos beneficium & præbendam barbare vocamus. Præbenda neutrius generis in plurali legi apud classicos scriptores, non præbendas fœminini generis. Aulus Gellius libro decimo quarto Noctium Atticarum. Qui prouincias sortiti forent, præbenda publice conduxisse, hoc est, sal, & ligna legatis publice missis præberentur.

Aphricus vel Africus.] Peuultima correpta ẽ ventus, qui ab occidente flat contra vulturnium, dictus ab Africa vbi primum incipit. Hinc aphricanus, a, um, vt Scipio Aphricanus, & aphrice aduerbium.

CAPVT XIX.

SIdon.] Vrbs Phœnicis insignis Cananæorum, ad aquilonem respiciens, &c. Hinc Sidonij populi Sidonis vrbis.

Partior.] iris, idem est quod in partes diuido, seco. Hinc dispartior, impartior cõposita. A dispartitus & impartitus, a, um. Partitio, vt linguæ dispartitæ. Actorum ij.

CAPVT XX.

COmprobo.] as, eiusdem significantiæ cum approbo, id est, elaudo, pbo, commendo. Contraria hoc sunt. Improbo

bo & reprobo,id est, damno,& θthita,id ē, signum damnationis, præfigo,vt prouerbialiter dicam. Comprobatus,a,um. Et comprobatio penultima correpta.

Decerno.] is,proprie statuere est, constituere, diffinire, seu de magnis rebus certam sententiam ꝓferre. Vnde & senatus decretum. Cicero libro primo Officiorꝫ. Terentius: Quicquid pepisset, decreuerunt tollere, i. statuerunt, deliberarunt, vt hic. Per metaphoram vero, hoc est, translationem, ptinet ad ea quæ sunt dimicatiōis. Titus Liuius lib. primo. Hinc decretū, statutum, scitum, placitum, &c.

Fugitiuus.] Dicitur generatim, qui fugit, dictum est. Sed fugitiuarius qui libenter seu facile fugit. Vide Varronem lib. vij. Hinc aquæ fugitiuæ dicunt, quibus ex publico riuo fluentibus quis, ac non suo iure vtitur. A fugo,is,fuga,gæ.

CAPVT XXI.

Ditio.] onis, penul. ꝓducta, in obliquis imperium est, à Dite.

Redactus.] a,um, à redigo. Lactantius, lib. iij. Quid ille, qui patrimonium in nummos redactum effudit in mare? Terētius in Phormione: In id redactus sum loci, vt qd agam ex illo, nesciam prorsus.

CAPVT XXII.

Sacrilegus.] Qui sacra legit, hoc est furatur. Capitur tamen non raro ꝓ impio, nefario, scelesto, & execrando, abominabiliꝫ, vt hoc loco. Hinc sacrilegium, subinde dictum.

Desæuio.] is, à sæuio. i. irascor, crudeliter ago, furo, insanio, & ira exagitor. Hieronymus: Latrantes canes, qui aduersus me rabido ore desæuiunt.

Legatio.] onis, est munus & functio missioꝫ legatorꝫ, à lego, as, quod est in legatiōem mitto. Hinc legatus, qui legatiōe fungit, & qui impatoris vicem tenet. Item legatus Apostolicus. Reliqua deductitia transeo Laconismi gratia.

Soboles.] Fœminini generis in singulari tantum filiorꝫ successio, ab olescendo, id est, crescendo dicta, vt adolescens, & adulta, & indoles. Lucretius: Siue viꝫ soboles siue est muliebris origo. Festus.

CAPVT XXIII.

Persenilis.] Penultima ꝓducta. Hoc est, valde senex, & quasi silicernius. vt Terētius vocat, vel capularis senex, vt Plautus, quasi statim capulo efferendus. Per hoc loci auget.

Byrus.] ri, masculini generis ambitus est, & circuitus, seu periodus Græce. Hinc gyro, as, circumgyro, as.

Progressionis etatis.] Est prouectioris & longioris, à progrediendo. Hinc progressio.

Connubium.] ij, ius est legitimi matrimonij, à nubo, is. Vergilius:

Cōnubio iungam stabili ꝓpriamq; dicabo.

Est em̄ figura quæ dicit Systole, i. correptio cum longa syllaba, contra eius naturam corripitur. Vbi nu breuem posuit, quæ natura longa est. Nam alio loco longam posuit. Hectoris Andromache Pyrrhim connubia seruas?

Sudes.] is, fœminini generis fustis est, cōtus, lignum, pertica, seu telum rusticum. Vergilius:

Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis.

CAPVT XXIIII.

Scabro.] onis, vermis qui nascit de carnibus equorꝫ putridis, eyn pfferꝛzvvurbel. Crabro autem sine s insecti genus est, affine vespis, & œstris pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo. Hinc ꝓuerbium: Irritare crabrones, est iratum prouocare, quo magis excandescat. Vide Plinium libro vndecimo cap. vigesimo primo. Et Chiliades Erasmi.

Optio.] onis, est electio, ab opto, as, qa quod quis sponte eligit, hoc optat. Si tibi datur optio, vtrum malles. Item optio apud Iurisconsultos, eynn zugegebner manēynem krancken. Accēsus. Hinc optatiuus, a,um. Optabilis, e, omnia ab opto, as. Composita adopto, adoptatio. Adoptiuus, a, um. Adoptatiuus, a, um. Coopto. Exopto, exoptabilis, e. Prꝛopto. Optato aduerbiū.

Potissimum.] Dicendum est à potis, nemo enim nisi Priscianus dixit potissime, qui tamen in hoc non satis recipitur.

Ignosco.] is, ignoui, notum, est valde nosco & disco. Auget enim hic in. Varro. Vos qui in theatrum voluptatem auribus aucupatum concurristis domo, adeste, & à me quę feram ignoscite, domum vt feratis à theatro literas. Aliquando est veniam dare, & excusatum habere, atq; condonare. Hinc ignotus, a, um, id est, incognitus. Et participia ignotus, & ignoturus, alij ignoscitur. Item ignoscentia.

Grandis & hoc grande.] Olim ad ætatem tantum referabat iam adultā. Terent.

Virginem

Virginem tam grandem dixit. Plinius iunior: Mulier natu grandior, tot liberorũ partu. Nunc vero grandis pro magno sumitur, & nonnunq̃ ad inanimata refertur. Grandes materias, ait Hieronym. ingenia parua non sufferunt. Hinc pergrandis, id est, valde grandis, & prægrandis etiam legitur. Hinc grandiusculus, a, um, granditer, granditas, grandæuus, a, um, grandiloquus, a, um, grandiloquentia, grandio, is, id est, grandem facio, grandesco, cis.

¶Iosue FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM in Iudicum librum explicatio.

CAPVT I.

Liber Iudicum.] Hæbreis Sophtim dicitur. Nam Sophet iudex est, à nomine autorum, quia quisque Iudicum tempus suum, id est, facta sui temporis redegit in scriptis.

Bezech.] Vrbs regis Adonibezech (q̃ interpretatur dominum Bezech, vel dominus fulminis, siue dñs contemptus vani. Adonai quippe dominum sonat) hodieq̃ duæ villæ sunt nomine Bezech vicinæ sibi in decimo septimo lapide à Neapoli descendentibus Scythopolim.

Consulo.] is, cum accusatiuo, significat consilium peto, vt consului doctos. Potest in hac significatione duos habere accusatiuos, vt: Consulo te bonum consilium. Cũ datiuo neutrum est, & significat consilium do, vt medicus consuluit mihi. Interdum, prouideo, prospicio, & præsidium fero. Vt: Consule honori tuo, rebus tuis, saluti tuæ. i. prouide. Hinc consilium, & consultatio, & consultus, vt Iureconsultus. Hinc adagium: Malum consilium consultori pessimum.

Falcatus.] a, um, quod formam falcis habet. Plin. lib. x. Falcatam caudam erigẽs. Rursus falcatum dicitur falcibus instructũ. Vnde falcati currus dicti sunt, vt hic. Macrob. Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Hinc falcarius, a, um, falcariũ item. Falco, as, & defalco, as.

Cineus.] æi, med. prod. Notãda est hoc loco historia. Quod Ietro socer Mosi, i. pater Sephoræ vxoris Mosi, trinomius fuit. Nũcupatus est eñ Ietro, Cinæus, & Raguel, cuius filius fuit Heliab, vel Obab. Vide Nũe. ca. x.

Ascensum scorpionis.] Scorpio, seu scorpius multa significat, animal venenosum, militare instrumentum, herbam quandam. Sed hic pro cœlesti signo accipitur, quando ingreditur sol Scorpium. xiiij. Caled. Nouembris. Non nomen loci, vt Carensis autumat.

CAPVT II.

Ara.] ę. ab ansa Varro putat dictum, id est, altare, vel altarium. Vergil. Talibus orantem dictis arasq̃ tenentem. Alij ab ardendo deriuant, & habet primam prod. Est etiam Ara ciuitas Arabiæ regia, nec non Insula Arabiæ contermina, vt scribit Ptolomæus. Hara, ræ, vero per aspirationem habet primam corre. & significat porcorum, seu auium stabulum. Ouidius: Tertius immundę cura fidelis harę. Diminut. arula. Adagium: Vsq̃ ad aras.

Fornicor.] ris, hic, p idololatria ponitur. Hinc fornicantes. i. idololatrãtes. A quo fornicatio, & fornicarius, a, um, & substanti.

Adinuentio.] nis, est nouus rei modus inuentus, ab adinuenio, is, verbo. Hinc adinuentiones sunt, studia inueniendi, Græci nominãt ἐπιτηδεύματα, epitedeumata. i. studia.

Experior.] ris, significat tentare, periculum facere. Terent. Omnia prius consilio experiri, q̃ armis sapientem decet. Hinc experientia, est vsus rei, atq̃ doctrina. Item experimentum. Expertus, a, um.

CAPVT III.

Satrapa.] æ, pen. cor. dictio Persica, & apud nos significat præfectum. Hinc satrapia, id est, præfectura, penult. prod.

Copulo.] as, est idem quod coniungo, socio. Hinc copula est cuiuslibet rei numerus duplex. Hinc copula matrimonij dicitur. Et copulatio, coniunctio, copulatus, a, um. Dicimus eleganter: Detrahere canibus copulã. Copulor, aris, deponens, apud Plautum copulantur dextras. Copulatiuus, a, ũ.

Anceps.] tis, à caput compositum est, dictum, quasi dubij capitis. Distichon: Autor huius mihi ignotus est, nisi quod eum olim vidi in Monasterienſi ciuitate Vuestphaliæ, puto N. Helium, non Eobanum illum Hessum. Ancipitis Iani claudantur limina Christe. Aurea quo pacis commoda seruet humus. Interdum dicitur, quod vtraque parte acutum est, vt anceps gladius. Vergilius: Vecte atque ancipiti ferro: Effringam cardines. Nonnunquàm pro ambiguo, vt Vergilius: Anceps pugna diu. Hinc anceps ferrum, gladius.

Capulus.] Capulum manubrium est, & feretrum, quo mortui feruntur. Hinc capularis,e, vt: Capularis senex. Capula,e,poculi genus cum ansis, capulator,oris.

Sagum.] gi,chlamys militaris quadra.

Sica.] æ, gladiꝝ genus breuioris, quasi seca à secando. Hinc sicarius, qui sica .i. gladiolo hominem interficit,per abusionem dicitur,qui cædem telo quocũq; commiserit, vulgo,eyn bluotzapp, eyn todsleger.

Aluus.] ui, ab alluendo dicta est,pprie qua sordes effluunt,siue eluuntur,alias venter. Græci gaster,& cilia vocant. Hinc cita aluus,est solutus venter,i.qui foriolo laborat, & correptus est. Sistere aluũ. Ciere aluum.

Posticus.] Et ca, cum, pen. prod. pro ostio in posteriori parte capitur. Plautus in Trinummo. Aliud autem posticum ædium nostrum. Horati. Atria seruantem postico falle clientem. Legitur etiam posticus. Persius: Posticæ occurrite sannæ,hoc est,irrisioni factæ à tergo. Auson. Postico vulnere fossor. Posticulum diminut.

CAPVT IIII.

Victoria.] A vinco,vincis, vici, victũ, est triumphus, superatio, & epinicion in bello,à quo victorioſus, vincibilis,q vinci potest. Item à vinco,victor, victrix, victima,victimarius. Victoria secundum Augustinum libro de Ciuitat. dei, iiij. cap. xiiij. est dea, cui erat ædicula ad forum Romę à Catone seniore dicata. Erat & victoriæ ædes pe ædiculam,quam ædem M. Posthumius Megellus ædilis curulis ex mulctatitia pecunia faciendum curarat. Consul cum M. Attilio Regulo bello Samnitico dedicauit: Huic L. Sylla bellis ciuilibus victor ludos instituit, Asconius Pædianus. Meminit & Cicero prima actione in Verrem. Victoriã Hesiodus filiam dicit Stygis et Pallantis: Fratres victoriæ sunt zelus, potentia,vis, quæ semper Ioui regi assident, nec sine illis imperiũ est, vel Ioui,vel cuiꝝ principi vllum.

Sisara.] Media corre. dux fuit exercitus,vt textus indicat,& interpretatur, vel equi visio,vel hirundinis visio.

Debbora.] Sic scribitur apud Hebræos cum duplo bb. non l. nomen prophetes, nec inter viduas,sed inter prophetissas numeratur,alio nomine appellatur Regina, & interp̃tatur apis,vel loquax. Tu legito Canticũ Debboræ. Porro,huius auspiciꝝs & ppe ductu,sed Impatore belli Barach,tribus Neptalin Israelitæ fuderũt exercitum copiosiss. Sisara, Iudicũ iiij. Et apud Iosephum lib. de Antiquitatib. v. Præfuit hæc Debbora populo Iudæo annos quadraginta,quo toto tempore festa pax fuit in Israel.

Perterreo.] es, compositum à terreo, quod est timorem incutio, id est, valde terreo,deterreo,exterreo eiusdem significationis. Hinc deterritus,a,um. A terror,oris. Hinc terribilis,e, & terriculamentum. Absterreo, es.

Desilio.] is, à salio, desilui, desultum. Vergil. Desiluit Turnus biꝝgis. Hinc desultare,& desultorius,a,um,vt equi desultoriꝝ duo,ipsi sine Ephippiꝝs, à Græcis celetes dicti,quod ex his facile desiliant desultores, qui singulis equitibus præsto erant. Hinc p translationem Apuleius, desultorias scientias dicit, & Martianus de nuptiꝝs Philologiæ: Leuitate,ait, pernix desultoria gestiebat. Desultoria oratio. Beroaldus.

Clauus.] Nauis gubernaculum, & cõmittendi instrumẽtum quo quid affigitur. Etiam est genus tuberculi, maxime plantas digitosq; pedis infestans, eyn luchtdorn.

Malleus.] ei,instrumentum fabrile,p res duras molliat, quasi molleus. Ea enim quæ dura sunt molliuntur ad ignẽ,vt malleis flagellentur. Hinc malleolus,malleolaris, & hoc malleolare. Malleo,es,id est,operor malleo, malleator, & malleatus,a, um, vt libri malleati. Malleus ligneus, eyn schlegel.

Tempus.] oris,vt Varro scribit, est interuallum mundi,& motus,diuisum in partes aliquot ab solis, & lunæ cursu,à quorum tenore temperato,tempus dictum est. Aristoteles mensuram motus dixt esse tempus, ita vt sine motu tempus non percipi vllum existimet. Sunt ex philosophis,qui motum ipsum tempus esse diffiniant, sicut Stoici. Et tria sunt tempora,præsens,præteritum,& futurũ. Hinc elegans hexastichon Iacobi Hortini olim præceptoris nunquàm pœnitendi. Dum bibulos ardens exiccat Sirius agros, Optamus frigus, Bisconiasq; niues. Obruta quando iacet tellus candore niuali. Præstat frigoribus, Phœbus ab axe calens. Præteritum laudamus: abit sine nomine p sens. Perdimus & præsens præteritumq; simul. Aliquando pro temporis conditione Cicero: O mores,o tempora, addo dũ hæc scribo,infelicissima,periculosissimaq;. Et tẽpus pars capitis est,vt hic, der schlaff. Et nõ scribitur, neque legitur timpus, differentiæ caussa,sed tempus. Hinc tempusculum,temporale, temporaliter, temporaneus, & temporarius, temporius,temporanee, & temporarie, tempestas,tempesta,tempestuosus,

tem-

tempestiuus, a,um,tempestiue, tempestiuitas, tempestum.

CAPVT V.

Discrimen.] nis, separatio est, & differentia. Etiam certamen est, & periculum. Vergil. Per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. Hinc discriminare, & discriminatim, & discriminale, id est, discerniculum, acus est, quę crines discriminat. Hinc discriminosus, a, um. Indiscriminatim aliud aduerbium.

Barathrum.] ri, med. indifferente, locus est immensæ abyssi & profunditatis, & pro orco, tartaroq; interdum sumitur (maxime apud poetas) vnde nemo emergi potest, & p voragine accipitur. Barathro, onis, eyn fraß, verschlemmer.

Sibilus.] li, masc. gene. in singulari. In pluratiuo masc. & neutri. Et est sonus q fit ore: vt equi, boues & huiusmodi, si ad bibendum ducantur. Etiam de vento & huiusmodi dicitur. Hinc sibilare, & exibilare, quod est explodere.

Suffoco.] as, pen. prod. contra vulgi morem, idem quod strangulo. Ouidi. Suffocent animam dira venena tuam. A focali deriuatur, quod est colli vinculum, & producit fo. sed focus corripit primam. Distichon Iacobi Horlini: Rarenter vacuas fumus consurgit in auras. Quin rutilus subsit igne calente focus. Suffocare vrbem fame, dixit Cicero. Suffocatus, a, um, suffocatio.

Voluto.] as. est sæpe voluo, & aliquãdo mente voluo, & cogitatione perquiro. Vergil. Id quidem ago & tacitus, Lycida mecum ipse voluto. Hinc volutabrum, volutatio, volubilis, e, & volutatim aduerbium.

Exanimus.] Et exanimis, & hoc exanime, & exanimatus, a, um, ambo duplicem, eandẽq; significationem habẽt, pro mortuo, & vita functo. Licet Seruius differentiam ponat. Interdũ idem est quod exterritus. Hinc exanimalis, & hoc exanimale. Et exanimo, exanimas, perterreo, aut anima priuo. Item: Ex animo facio. i. ex animi sentẽtia facio. Ex animo est, vt natura fert, hoc est, vt refert naturalis, & ingenita actio.

Rutilo.] as, idem est quod splendeo, luceo, clareo. Hinc aurum dicimus rutilare. Et color rutilus est subniger. Irrutilo, as, id est, valde rutilo. Rutilus, a, um. Rutuli populi Italiæ prope Romam.

CAPVT VI.

Atrum.] ri, crypta, Latine specus, vel cauerna, quasi atrum, inquit Ambrosius libro Hexameron: Antra deserti teneris sub annis, &c. in hymno diui Iohannis Baptistæ.

Spelunca.] æ, est specus, quæ à Græcis σπήλαιον dicitur. Vergil. Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati.

Torculum.] Penulti. produ. quod vsu torculare dicitur, & per apocopen torcular, ædificium est vinarium, & machina, qua vuæ prælo torquendo exprimũtur in lacum. Varro: Vincis vbi ampla cella torculum respondeat. Nonius: Hinc torcularius, a, um, vt vasa torcularia.

Præstolor.] ris, penult. prod. ait Henricus Bebelius, de abusione linguæ Latinæ, contra vulgi opinionem, de verbis mediam producentibus, ex præ & stolor. i. sto. Nam is dicitur præstolari, teste Festo, qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult moratur, manet & expectat. Alias significat præsto esse, parere atq; obsequi. Donato auto. Hinc præstolatio. Sed Petrus Dasypodius corripit penult. & cum u. scribit, nisi Typographus erret.

Nemus.] oris, lucus, & syluæ: fere idem sunt, apud poetas tamen confunduntur, autoresq;. Hinc nemorosus, a, um, nemorensis, nemorense.

Vltor.] is, ab vlciscor, ris, quod est vindico, iniuriam non impunitam relinquo, est vindex. Hinc vltrix flamma dicitur, & vltio vindicta.

Vellus.] ris, lana est ex ouibus detonsa, vulgo eyn fluß, oder schupper vvoll.

Concha.] æ, genus piscis, ex cancrorum genere. Conchæ & Ostrea dicuntur. Ouid. Ostrea quæ in conchis tuta fuere suis. Colu. Implicitus conchæ limax. Hinc vasculi quoque genus est concauum, alias alueus dicitur: sic hoc loci capitur. Etiam est genus vasis vinarij, in quod e dolio hauritur vinum. Iuuenalis: Cum bibitur concha. Dicitur & conchus. Aliquando pro tuba ponitur. Vergilius libro septimo Aeneidos: Sed dum forte caua dum personat æquora concha.

Madeo.] es, hoc est, humore, & liquore perfundor. Hinc madesco, is, madefacio, madefio, & madido, as, madidus, a, um, madefactus, a, um.

CAPVT VII.

Prædica.] Media cor. imperatiui modi à prædico, as, quod est concionor, id est, concionare. Sic Paulus ad Timotheum: Prædica verbum, insta opportune, &c.

Lambo.] is, bi, secundum Priscianum,

alij lambui. Hieronymus, hic loci, lambuerunt aquas. i. linxerunt, hoc est, lingua suauiter tetigerunt, canum more.

Poples.] tis, pars opposita genu quæ curuatur. Accipitur qñq; pro tota illa parte neruosa. Liuium taceo libro vigesimo secundo, eyn knye scheibe, eyn knybug.

Subcineritius.] Quod sub cinere coquitur, vt panis subcineritius. Sæpe explicatum.

Lagena.] Penult. prod. genus vasis testacei, non tam ad aquam, quam ad vinum, aliosq; vsus, accommodum. Hinc lagenula, & laguncula diminutiuum. Græci ceramion vocant.

Lampas.] dis, Latine valet fax, teste Plini. vel vt dicit Raphael Regius, generale est vocabulum omnium eorum quæ accensa lucent. Lampadion Græce, est parua lampas, sæpe pro lucerna ponitur. Persius: Qui prior es, cur me in decursu lãpada poscis?

Hydria.] æ, vrna ad capiendam aquã. Plautus aqualem vocat, ab ὕδωρ Græce, quod est aqua.

Personо.] as, media cor. est valde sono, seu perfecte sono, vel sonando sono. Lactant. libro I. Qui cum frequenter citharæ cantu personaret.

CAPVT VIII.

Iargo.] as, quasi iure contra aliquem ago, atq; verba contentiosa facio. Vnde & iurgatio (vt Festus ait) iuris actio dicitur, & iurgor, aris, deponens. Horatius: Iurgatur verbis. Hinc & iurgium, iurgiosus, a, um. Compositum obiurgo, as, obiurgatio, trix: vt epistola obiurgatrix.

Racemus.] Pars botryonis, seu potius ipse botryon. Racematio.

Vindemia.] æ, quasi vinidemia, à vino demendo. Vergil. lib. ij. Georg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. Transfertur & ad alia, vt mellis vindemia. Hinc vindemiator, & vindemitor. Virgindemia, id est, virgarum collectio.

Vassitudo.] Est molestia, & fatigatio, quam ex labore suscipimus. Salustius: Non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri. Lassus, a, um, vt: A lasso rixam quæris.

Tribulus.] li, spinæ genus à semine triangulari, quod cuspidatus trifariam feriat. Ouidius libro x. Metamorph. Lolium, tribuliq; fatigant Triticeæ messes.

Bulla.] æ, est tumor ille inanis, qui visitur in aquis, momento temporis enascens simul & euanescens. Hinc prouerbium Varronicum in præfatione sua: Homo bulla, admonet homine nihil esse fragilius, nihil fugacius, inanius nihil. Etiam insigne erat olim triumphantium, & ornamentum aureum: sic hoc loco capitur. Accipitur etiam pro ornamento, quibus balthei decorantur. Apud nostrates etiamnum pro diplomate pontificio ponitur. Hinc bullatus, a, um, vt bullatæ nugæ.

Inauris.] ris, ornamentum est auri, Græci amphotides vocant, id est, auri integumenta.

Monile.] lis, penulti. prod. ornamentum gutturis, quod solet de virginum collo pendere, Græce ὅρμισκος nuncupatur.

Torques.] is, est circulus aureus, flexibilis, obtortus, & est colli ornamentum, pro quo significato est masculini & fœmini. generis. Cicero in Mario, torquem fœminino gene: Titus Liuius masculino vsus est. Dicitur & torquis. Propertius: Torquis ab incisa decidit vnca gula. Hic torques stare non potest. Torquatus, a, um.

Concubina.] æ, vt ait Paulus Iurisconsultus, quæ cum vxor non sit, cum aliquo tamen cubat, & viuit, vulgo eyn kebsvveib. Hinc concubinatus, us, à concumbo, is, concubitus.

CAPVT IX.

Pondo.] Ponunt quidam in omni genere, & significat libram & pondus duodecim librarum. Alij in neutro tantum, dictum est alias.

Promoueo.] es, est vehementer & vltra moueo, prolongo, vltra eo. Terentius in Andria: Eho tu impudens, non sat habes quod tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias, id est, prolongo. Etiam est ad honorem vehere. Hinc promotus, a, um, & promotio.

Ramus.] mi, genus est sentium, asperrimum, aculeis, & flore gratissimum. At Rhamnus cum h. genitiuum facit Rhamnuntis, estq; Atticæ regionis pagus, à quo formatur Rhamnusius. Hinc Rhamnusia, fortuna dicta indignationis dea, quam Græci Nemesin vocant.

Vmbilicus.] Penulti. prod. quicquid in aliqua re medium est, dicitur: Item vmbilicus ligamentum intestinorum, quod mediam fere ventris planiciem obtinet. Item: Vmbilicus, ornamentum, & veluti clauiculus quidam, quo libri ornantur, & gemmæ ligantur, & pro fine sumitur. Hinc prouerbium. Ad vmbilicum adducere, interpretatur

tur Porphyrio, est finire & consummare opus. Martialis in fine quarti libri: Ohe iam satis est, ohe libelle. Iam peruenimus vsq; ad vmbilicum, Tu procedere adhuc & ire quæris. Idem lib. v. Qui cedro decorata, purpuraq; Nigris pagina creuit vmbilicis. Rursum vndecimo lib. Explicitum nobis, vsque ad sua cornua librum. Et quasi perfectum, Septitiane refers. Idē fere pollent hæc. Summum fastigium imponere. Summam manū addere. Supremum fabulæ actum addere. Catastrophe fabulæ. A capite vsq; ad calcē, id est, coronidem imposuimus.

Palo.] as, idem quod sepio, is, & quasi palis munio. Et palare, vt hic, vagari, errareq; est. Inde & dispalare, est diuidere. Hinc palabundus, a, um.

Certatim.] Aduerbium significat singulariter vnum cum altero, vt hic. Et Suetonius in Augusto. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda, eo studio certatim progressus est.

Propugnaculum.] li, munitio est, aut quasi locus munitus. Vergil. Et propugnacula bello, tuta parant. A propugno, as, propugnatus, a, um.

Euaginare.] Est ensem nudare, atque stringere. Sæpenumero explicatum.

CAPVT X.

PAtruus.] i, est frater patris mei. Hinc adagium: Ne sis mihi patruus. Ne sis mihi tutor, id est, seuerus. Sapere patruos. Alias dictum.

Figo.] is, est coniungo, fodio, planto, percutio, ferio. Vnde figere ceruum dicimus. Composita transeo. Hic fixere, pro fixerunt. Dictum alias.

CAPVT XI.

LAtrocinior.] ris, est latronum more deprędor. Hinc latrocinium. Et latrunculator, qui rerum capitalium iudex, seu q̄stor appellatur, vulgo iudex maleficorum, eyn blut richter. Hunc quidem carnificem vocant, eyn diephencker, meyster Hans.

Indico.] is, penult. prod. à dico, id est, denuncio, licet differat à denunciare, multa significat. Indicens, hic med. prod. id est, denuncians. Hinc indictum, quod solenniter promulgatum est, vt bellum indictum, dies indictus, id est, status.

Iepte.] Cuius simile videtur ei quod de Agamemnone scribunt Tragici, qui in Aulide filiam Iphigeniam immolauit Dianæ. Iepta sacrificium multi reprobant, nam votum de his rebus, quæ solent immolari cū bona dei gratia, erat interpretandum, vt illud quoq; Agamemnonis.

Consitus.] a, um, penult. cor. à conséro, vt hortus arboribus consitus. Hinc consitio. Videto Catonem, & consititius, a, um.

CAPVT XII.

DIscepto.] as, est contendo, disputo, discordo. Aliquando moderor, & cōpono. Hinc disceptatio, & disceptator est rei sententiæque, moderator, vti docet Cicero in partitionibus.

Vadum.] di, locus fluuij, per quem transuadari potest absque periculo. Hinc adagium: In vado sunt omnia, id est, in tuto, & tranquillo. Equus me portat, rex alit. Aliena viuo quadra, vt ait Iuuenalis: Vt bona summa putes, aliena viuere quadra.

Jugulo.] as, id est, iugulum cædo, seu fodio, strangulo, & suffoco penult. corre. q̄d non solum de gladio, verum etiam de morbo dicitur. Hinc adagium: Per iugulum redire, id est, reuocare, & recantare, seu vt Græci dicunt παλινῳδεῖν, palinodin, id est, recantare ea quæ male dixeris.

Vehemens.] A mentis vi & impetu, sicut docet Gellius, dicitur: Nam ve hoc loco intentiua est, & significat graue, magnū, vrgens, acer. Hinc vehementia. i. grauitas, acritudo, & vehementer aduerb.

CAPVT XIII.

LIberi.] Filij sunt, quorum etiam appellatione vnus filius continetur, hi & pignora dicuntur. Sic etiam Latine vnus filius liberi dicitur, sicut Gellius scribit libro secundo Noctium Atticarum cap. xiij. afferq; dictum Semproniĳ Asellionis, qui de vnico Semproniĳ Gracchi filio liberos dixit. Herennius Iurisconsultus libro Digestorum quinquagesimo idem confirmat.

Sicera.] æ, media correpta, per s. scribendum est, non c. nec enim à cicere dicitur leguminis genere, verum vox est Hebraica, quæ per Sin apud illos scribitur, à verbo Sacar, quod sonat inebriari. Vnde apud illos omnis potus factitius, qui possit inebriare, sicera dicitur. Porro vini factitij vsum fuisse apud Aegyptios, testis est Diodorus Siculus, quod sua lingua vocarent Zuthum, id quod olim Galli ceruisiam vocabant, Hispani cæliam, teste Plinio. Germanice bier.

Nouacula.] æ, culter est rasorius, à nouo, as, quod quasi nouum, & glabrum facere videatur. Adagium: Nouacula in cotem.

Nazareus.] A Nazareth Hebraicum est, idem quod dedicatus deo, sanctus & floridus.

CAPVT XIIII.

Sæuus.] a, um, est durus, crudelis, austerus, horridus, accipitur & pro forti, vt: Sæuum stimulare leonem. Hinc sæuio, is, & sæueritas, & sæueritudo, atq; sæuitia, fere idem sunt.

Rugire.] Proprie leonem instar, vociferari. Hinc rugitus pen. prod. leonum clamor est, transfertur & ad alia.

Examen.] Proprie est apum soboles, q̃ sua aluearia deserens, nouas sedes quærit, vulgo schvvurmungh. Nec solum de apib. sed & vespis, & huiusmodi similibus intelligitur, vt hic.

Problema.] tis, neut. gen. dictum implicitum, & insolubile, vel propositio cum interrogatione, vt problemata Plutarchi, & Aristotelis: Græcis est propugnaculũ, prætextus, propositio.

Sindon.] Vestis tenuis, vel velum subtilissimum, vt in Euangelio exponemus, vita superstite.

Ascalon.] Vrbs nobilis Palæstinæ: quæ & ipsa antiquitus vna fuit de quinq; satrapijs Philistinorum, separata quidem tribui Iudæ per sortem, tamen non retenta ab ea, qa habitatores eius superare non potuit.

Pronubus.] Penulti. corre. à pronubo, is, quod est nuptijs præsum. Siquidem pronubæ adhibentur nuptis, quæ semel nupserunt, auspicij caussa, vt singulare perseueret matrimonium, prætextatis nefas erat obscœno, & insubido verbo vti. Ideoq; prætextum appellabant sermonem, qui nihil obscœnitatis haberet. Festus: Hic & paranymphus, teste Hieronymo, ab antiquis auspex dicitur.

CAPVT XV.

Inuisere.] Est visitare, & frequenter visere, vt inuisere literis, est compellare literis. Composita à viso, is, ere, sunt inuiso, reuiso, prouiso.

Stupeo.] es, hoc est, præ admiratione stupidus sum, & regidus, attenuatusq;. Hinc stupesco, is, stupidus, a, um, & stupiditas. Composita, obstupeo, obstupesco.

Sura.] æ, est cruris pars posterior, pulposa, & carnosa, die vvade. Adagium: Genu sura propior, i. tunica pallio propior est.

Specus.] us, secundum aliquos trium generum, id est, spelunca. Specu indeclinabile idem. Item spelæum.

Silex.] cis, est lapis durus, ex quo ignis excutitur. Vnde distichon Iacobi Horlini olim præceptoris mei Marpurgi, nunquàm pœnitendi. Dura silex clausum crebris vomit ictibus ignem. Effundunt largum præla onerosa merum, &c.

Maxilla.] æ, quæ & mandibula, pars est illa capitis interior, in qua sunt dentes, tametsi pro exteriori interdum sumatur. Hinc maxillaris, & hoc re, vt dens maxillaris, id est, molaris.

Molaris.] æ, adiectiuum est à mola, vt lapis molaris, dentes molares. Substantiue vero masc. gene. dens est maxillaris, qui cibum confractum molit, eyn stock zan. Hinc molendinum, & moletrina penulti. prod. idem quod mola. Vnde molo, is. Composita, immolo, as, commolo, is, permolo, is, tertij ordinis: molitor & molendarius idẽ, molitura malungh.

CAPVT XVI.

Percrebreo.] es, à crebresco, is, crebui, hoc est, celebris fio, et diuulgor: à quo percrebresco, vt rumor increbuit. Hinc creber, bra, brum. i. frequẽs. Aduerbiũ crebro, & crebritas, & crebritudo est frequentia.

Fores.] Pluratiuo numero, sunt ianuæ, & ostia portæ, vt: Non opus est vernas foribus præfigere frondes. Qui locuplete penu vina Phalerna tenet: thuren. Iacobus Horlinus autor.

Postes.] Sunt, quibus fores adhærent masc. gene. Hinc posticum, & postica, penul. produ. Explicatum alias copiosius.

Dalila.] Sic debet scribi secundum Hebræos, nõ Dalida. Sampsonis (qui interpretatur sol) amasia: quæ transfertur in pauperẽ, ait diuus Hieronymus ad Pammachium, in epistola super Osee.

Neruiceus.] a, um, quod est ex neruo, vt hic. Sed neruosus, a, um, quod habet multos neruos, id est, fortis, & lacertosus, vt homo neruosus.

Satrapa.] æ, vel satrapes, penult. cor. præfectus dicitur.

Stuppa.] æ, vile linum est, & cortici lini proximum. Hinc stuppeus, a, um, vverck.

Sputamen.] Idem quod sputum. A verbo spuo, is, vel sputo, as. Hinc composita, conspuo, expuo, vt in expuentem recidit q̃d in cœlum expuitur, vti est in prouerbio.

Tela.] æ, est illud quod texendo perficitur, vestis, linteum, aut huiusmodi. Hinc telas aranearum vocamus. Et exordiri telã, prouerbialiter pro eo quod est negotij quippiam arte instituere. Subinde expositum.

Licium.

Licium.] ij, filum est, quo textores implicant stamina. Hinc liciatorium lignum illud oblongum, & transuersum textorum.

Vincio.] is, quarti ordinis est ligare. Inde vinctus, a, um. Vinculũ, vincula quãdoq; pro carcere. Vt in vincula conijcere. Cõposita sunt, deuincio, ut deuinctus est mihi, reuincio.

Solarium.] ij, superior pars domus, præsertim soli exposita, dictum alibi susius.

Pristinus.] a, um, dicitur q̃d superioribus diebus, tẽporibusq;, & nostra ætate fuit.

CAPVT XVII.

Sculptilis.] Et hoc le, dicitur quod sculptum est. Conflatile quod fundendo conflatur.

Edicula.] æ, diminutiuum ab ædes, id est, parua ædes. Hinc ædilis penultima producta, ædilitium, & ædilitas. Vt sine magistratus suffragio ædilitatem gerere. Vide Adagia quid significet.

CAPVT XVIII.

Sors.] tis, hic accipitur pro portione terræ, quæ sorte obuenit alicui, sæpe explicatum.

Diuersorium.] ij, locus est, ad quem diuertimus ex itinere ad quiescendum. Dicitur Latinius hospitium meritorium. Hinc hospes meritorius. Græci Xenodochæũ vocant, xenos, hospes.

Penuria.] æ, omnem inopiam significat, præsertim eorum quæ victui sunt necessaria. Hinc penurioſus, a, um.

Concito.] as, penultima correpta, à cito, est ad iram prouoco, irrito. Hinc concitatus, a, um, est motus, & concitatio.

CAPVT XIX.

Obnitor.] ris, est reluctari, obsistere, & repugnare, contra niti, indurari, obseruari. Hinc aduerbium obnixe, id est, cum conatu, instanter, quantum possibile est contra conantem.

Decliuus.] Vel uis, & hoc decliue, hoc est, ad descensum pronus, & propensus, inclinatusque. Contrarium accliuis vel accliuus, procliuis, us, procliue aduerbium.

Ἐκκλησία.] Græcis est cœtus, concilium, concio, cõgregatio. Hinc Ecclesiastes, est cõcionator, quem nos prædicatorem nominamus, vel concionatorẽ. Ecclesiasticus, a, um.

CAPVT XX.

Piaculum.] li, facinus est, expiatione, hoc est, purgatione dignum, à pio, as, quod est purgo, as. Hinc piamen, piamentum. Dictum alibi.

Debacchor.] ris, significat furiose agere, currendo cædere, insanire, furere, à bacchor, quod est bacchanalia celebrare, quia vinolẽti plerumque furiunt. Hinc debacchatio, & debacchatus, a, um.

Latibulum.] li, locus est absconditus, ceu crypta, aut lustrum, à lateo, vt ferarum latibula.

Palantes.] Id est, vagantes, à palo, as, quod est vagor. Hinc palabundus, a, um.

CAPVT XXI.

Vlulatus.] us, sonus est inconditus, ab vlulo, las, quod proprie vlularum est, differt ab eiulo, as, à eiulatus, us.

Constringo.] is, est strictim tenere. Accipitur hic pro obligare. Hinc constrictio, & constrictus, a, um.

Anniuersarius.] a, um, q̃d annis singulis vertentibus, volutisque fieri solet, vt dies anniuersarius.

Iosuæ Finis.

VOCVLARVM QVARVNDAM in Ruth expositio.

CAPVT I.

Ruth.] Secundũ Hebræos fuit filia Aeglõ regis Moab, quẽ interfecit Aioth. Iudic. iij. obid Moabitis dicta. Hãc duxit Booz in vxorẽ, & vidẽs interpretatur, vel festinans, siue deficiens. Hæc ad pedes sedẽs, iacẽsq; ad caput trãslata est. Ruth Moabitis petra deserti. Eadem explet Esaiæ vaticiniũ dicentis: Emitte agnum dñe, dñatorem terræ, de petra deserti, ad montem filiæ Sion. Ruth liber dicitur, verba vetera, Ruth progenies dicitur, figuli habitantes in sepibus, & plãtationibus. Hactenus fere Hieronymus, in diuersis tum libris, tum locis.

Elimelech.] Vir Noemi stare fecit solẽ: & interpretatur deus meus rex.

Noemi.] vxor Elimelech, hæc pudiciti am in patriam retulit, ait Hieronymus, & interpretatur in textu pulchra.

Maalon, & Chelion.] Principes, imo mariti Moab, ait Hierony. dicti viri mendacij. Maalõ interpretatur fenestra, siue à principio. Chelion consummatio. Orpha sonat ceruix eius. Hæc fuit vxor Chelion.

Ephrateus.] Ab Ephrata, i. Bethleẽ, hoc est, Bethleemita, et interpretatur fructificãs.

Orbatus.] a, um, ab orbo, as, quod est priuo. i. priuatus. Hinc orbitas. i. priuatio, & orphanitas. Et orbus, oculoꝝ luce priuatus.

Sortitor.] ris, est sortes facere, seu per sortes aliquid recipere, & sorte aliquid consequi. Aliqñ disponere significat. Vergil. Sic fata deum rex Sortitur, voluitq; vices, sic vertitur ordo. Hinc sors, sortilegi, & sortilegia.

Confectus.] a, um, à conficior, vt macie confectus homo, hoc est, consumptus, extenuatus, maceratus. Hinc confectio.

Pubertas.] Emissio pubis, & primæ lanuginis, à qua annus pubertatis dicitur, q est decimus quartus in maribus: duodecimus in fœminis. Columella lib. quarto. At citra naturæ quãdam pubertatem. Hinc pubeo, es, & pubesco, is, & pubereſco, is, pubetenus. Oĩa à pubes, & puber. Impuber, bes. Transfertur ad herbas.

Obstinatus.] a, um, ab abstino, as, q̃d est obfirmo, & corripit penultimam. Hinc obstinatio, est animi firmitas, & obstinate aduerbiũ, id est, firmiter, Germanice steiff, halszstarrich, vt animus obfirmatus.

CAPVT II.

Booz.] Interpretatur in fortitudine, seu fortitudo dei, filius fuit Salomn. Matthæi primo. Hic Booz genuit secũdum Booz, & ille secundus genuit tertium Booz, & sic erant tres consanguinei, videlicet, pater, filius, & nepos. Verũ de Booz patre Obeth, agit Ruth iiij. De aliis duobus Iosu. vi.

Clemens.] tis, adiectiuum omnis gen. à claritate mentis, ait Perottus, à quo clementior, clementissimus, clemẽtia, clemẽter aduerbium, clementius, clementissime, aliaque deriuatiua. Substantiue est nomen propriũ. Transfertur etiam ad alia, vt clementia aeris. Inclementia hyemis, inclementer.

Sarcinula.] æ, dimin. à sarcina, proprie est collectio rerum vtensiliũ, seu fasciculus.

Ala.] æ, qua auis volat, dicitur. Et locus concauus sub hominis brachio, alio nomine axilla, vt sub alis, vel axillis. Hinc alatus, a, um. Quoniam brachijs nos defendimus, hinc hoc loco pro defensione capitur.

Buccella.] æ, diminutiuũ à buccea q̃d est frustulum esui aptum, quantum bucca capere potest.

Polenta.] tæ, ordeum est siccatum, molaq; cõfractum, decoctumq; ad varios vsus, scilicet ad panem, & pultem aptum, maltz.

De industria.] Vel ex industria fieri dicitur, quod data opera fit, & cum proposito.

CAPVT III.

Area.] æ, multa significat. Hic pro planicie glabra, solida, & terrena, hoc est, loco purgato, coæquato atq; cylindro consolidato, vbi frumenta àrescunt, purgantur, & teruntur, ponitur. Vergilius: Area tum primum ingenti est æquãda cylindro. Hinc areola diminutiuum.

Ventilo.] as, ad captandum ventum pono, aut iacio. Propertius: Hanc Venus vt viuat, ventilat ipsa facem. Hinc ventilari frumenta vanno dicuntur, vt hic: à quo ventilabrum, & ventilator.

Expaueo.] es, vel expauesco, cis, à paueo, q̃d est timeo. Agusti. Sed ne repentinum ouis expauesceret lupum. Hinc expauescẽtia.

Modius.] ij, mensuræ genus, duo & viginti sestertia continens, vulgo eyn mutt. Sed medimnus proprie, ein malter. Hinc semodius, bimodius, trimodius, & huiusmodi. Columella libro secundo. Vide Budæum de Asse, & partibus eius.

Abnuo.] Abnuis tertię coniugationis, significat capite aliquid negare: quàmuis et oculis, & manibus id fieri possit. Dicitur & abnueo, abnues secundæ inflectionis, teste Diomede Ennium inducente dicentem octauo Annalium. Certare abnueo, metuo legionibus labem.

CAPVT IIII.

Priuilegium.] ij, lex priuatis facta. Cicero pro domo sua: Leges priuatis hominibus irrogare, id est enim priuilegium. Interdum priuilegia dicuntur leges. Hinc priuilegium de Pompei reditu, Salustius legem appellauit. Hinc priuilegiatus, a, um, dicitur, modo Latinum fit. Vide Budæum in Pandectas.

Gerulus.] Gerula penultima correp. portator, qui aliquod onus fert, & pro baiulo accipitur. Hic gerula pro nutrice, quæ infantulum gestat brachijs accipitur. Hinc nugigerulus, qui & nugiuendulus dicitur, hoc est, nugarum portitor, & venditor. A verbo gero, is, ere, manat, & alia permulta.

Celebris.] Et hoc celebre, pro frequenti accipitur, & qui in omnium ore versatur. Proprie vero velox dicitur. Actius: Celebri gradu celerasse decet. Differt tamen à frequẽti, quod frequens dicatur creber de loco, siue de re animata, vt frequens miles, frequẽs senatus, id est, creber, copiosus, multus, frequentes domus, id est, crebræ, multæ. Hinc celebro, as, id est, frequento, & celebresco, is, celebris fio. Actius: Et qualiscunque fama celebrescat tua. Et celebritas, & celebriter aduerbium.

Ruth Finis.

EXPO-

EXPOSITIO PRAEFATIONIS DIui Hieron. in libros Regum, quem Galeatum prologum vocant.



Confinis.] is, penultima producta, qui simul finit proprie. Vnde confines agros dicimus, qui simul finiunt, & eodem loco. Hic pro vicina capitur, & contermina, vel admodum simili. Hinc confinium.

Elementa.] Principia sunt omnium rerum, à quibus sumitur incrementum, & in quæ resoluuntur. Hinc notæ literarum vocantur, vt prima elementa dicit Horatius, id est, primas literas, & apices. Hinc elementarius, a, um, vt elementarius puer. Græce στοιχεῖα dicuntur elementa.

Character.] eris, penultima producta in obliquis, contra vulgi prolationem: Græcum est, Latine notamen, liniamentum, litura, signum, figura, stylus dicendi. Vnde & literæ characteres vocantur. Theologi pro signo indelebili impresso accipiunt. Hinc charactersmos, Latine designatio, figuratio. Iuuenalis: Et caluo seruiret Roma Neroni, id est, Domitiano. Characterisicus, a, um, à χαραχτηρίζω, qđ est noto, designo, figuro.

Pentateuchus.] chi, dicitur, qđ quinque complectatur volumina.

Figura.] æ, à fingo, is, forma dicitur, aspectus, qualitas, schema. Hinc figuro, as, & figurula diminutiuum. Composita, configuro, præfiguro, transfiguro, & configuro.

Apex.] Apicis penultima correpta in obliquis. Apex fastigium est, & summum aliquid alicui additum rei. In flamine est id, qđ in capite gestat, pileus scilicet, vel fila lanea. Lucanus libro primo. Et tollens apicem generoso vertice flamen. In obliquis multa significat, hic pro literarũ summitatibus, seu ipsis literis sumitur. Inde apiculus diminutiuum paruus apex. Matthæi quinto fuse explicabitur, vita comite.

Supputatio.] A supputo, as, est numeratio, & calculatio, vt dicũt, sæpicule dictũ.

Sub Leuitarum ac sacerdotum censu.] Quod horum viginti duæ familiæ censerentur.

Mystice.] Aduerbium, à mysterio, & mystico, hoc est, arcano, id est, arcane, abscondite, & tecte, latenter.

Et nomen domini tetragrãmaton.] Hoc est, quatuor literarum, quod hisce iiñ. scribebatur literis , hoc est Iod, He, Vau, Heth, Adonai, id est, dominum. Reliqua nouem dei nomina vide in diuo Hieronymo in commentariis super Ezechielem vi. cap. Et in epistolio ad Marcell. de x. dei nomin.

Alphabetum.] ti, nomẽ compositum ex Alpha, & Beta, id est, a & b, quæ sunt duæ primæ literæ Græcæ. Barbari Abcdarium Gotthice vocãt. Hinc analphabetus, id est, indoctus, amusus, & sine literis, atque à Musis alienus.

Incisionibus.] Commota sentit, quibus distinguitur oratio, quemadmodum & colis, id est, membris, & periodis, id est, circuitis. Carrensis homo suauissimus incisiones, interpretatur literas. Idque probat carmine Nasonico. Verbaq; correctis incidere talia ceris. Sed rem acu non tetigit.

Apud Hebræos duplices sunt.] Caph, mem, nun, phe, sade. Hoc est duplici figura. Nam Caph in principio, medioq; dictionis scribitur hac forma , in fine hac . Mem in fine hoc modo , alibi sic . Nun in fine notatur hoc pacto , in aliis locis sic . Phe in calce hanc habet figuram , in cæteris hanc . Sade in fine pingitur hoc typo , aliis in locis hoc . Id Hebraice sciẽtibus notius est, quàm vt hic infarciam.

Malachim, Dibere haiomim.] Id est, regum, ac verba dierum. Melech enim rex, dabar verbum, iom dies.

Cum Cinoth.] Id est, lamentationibus.

Breschit.] Quẽ nos Genesim dicimus, id est, in principio.

Ueelleesmoth.] Qui Exodus appellatur, id est, & hæc sunt nomina. Nam id exordium est Exodi.

Vaukra.] Id est, Leuiticus, hoc est, & vocauit. Sic enim incipit Leuiticus.

Vaiedabber.] Quem Numeri vocamus. Hoc initium libri Numerorum.

Elle hadbarim.] Qui Deuteronomium prænotatur, id est, hæc sunt verba. Hisce verbis exorditur Deuteronomion: quemadmodum in singulorum librorũ vestibulis, frontispitiq; sque exposui. Hi sunt quinque libri Mosi, quos proprie Thora, id est, legem appellant Hebræi.

Jesu Naue.] Apud illos Iosue, Bennun dicitur, hoc est, filius Nun.

Schoptbim.] Sic audiui proferri à Iudæo nomine Iacob, in pago quodam apud Cõfluentes, nomine Bedendorff, non Sophtim, id est, Iudicum librum.

Samuel

Samuel.] Regnorum primus, & secundus est.

Malachim.] Regum tertius, & quartus, meliusq; multo est Malachim. i. Regū, quàm Malachoth, id est, regnorum dicere.

Thereasar.] Id est, duodecim. Nā there duo sunt, & asar decem.

Ἁγιόγραφα.] Hagiographa. i. sancta scripta, siue sanctorum scripta, quæ proximæ sint autoritatis. Cum illa tribuantur deo, hæc sanctis.

Quinq; incisionibus.] Id est, distinctionibus, quas Græci vocāt τμήματα, nos vulgo partes, tomos, sectiones appellamus.

παραβολή.] Similitudo, siue collatio, vt Cicero vertit, est à paraballo, quod est confero, cum sententia metaphoræ inuolucro conuestitur. Eam Hebræi misle appellant.

ἐκκλησιαστής.] Ecclesiastes Græce concionator, hoc est, qui loquitur ad populum, à nomine Ecclesia, quod est cōcio. Hebræis dicitur Cœleth.

Sir asirim.] Sir, cantio, Sirim cantionum, vt eximium canticum intelligas iuxta proprietatem Hebræi sermonis.

χρονικόν, Chronicon.] A chronos, quod est tempus. Chronica vocāt Græci, quæ Latini Annales, cum res digesta tēporibus recensetur. Hebræi dibre haiomim, id est, verba dierū: q liber apud nos παραλειπομένων, Paralipomenon, id est, omissorum, & relictorum, primus, atq; secundus inscribitur. Est etiam hoc titulo liber Xenophontis. Atque idem tituli visum est Paulo Aemilio nostro historiæ, quam de rebus Gallorum eruditissime conscripsit, indere.

Apocalypsis.] Id est, manifestatio, & reuelatio.

Galeatum principium.] Opinor q̄ in summis malis, & in capite poni soleat galea, vt Paulus ait ad Ephes. vi. Galeam salutis accipite. Hinc galeatus, a, um, à galea.

Prologus.] gi, est proloquiū, siue præfatio, proponit enim narranda.

Apocryphum.] Penultima correpta, id est, reconditum, siue occultum, quod ea non legerentur publicitus, sed priuatim, ac domi, pro suo cuiusq; animo.

Tobias & pastor.] Tobias extat, pastor nuper emersit in lucem.

Ex ipsa phrasi.] Id est, dictione, siue genere sermonis, φράζω enim dico est, phrasis dictio, hoc est, quicquid ad instructam orationem pertinet. Vide lector, vt Hieronymus styli argumento potissimum colligit librū non esse Hebræum. Sunt enim qui styli iudicio parum tribuant.

Pellibus & ciliciis.] Pelles hic tēctoria appellat, quæ quondam ex pellibus conficiebantur. Solent enim milites rigente bruma in hyberna se recipere, hoc est, in oppidum aliquod commodius. Durissimum aūt erat, & hyemem sub pellibus, non sub tectis agere, quod tamen erat aliquoties militi faciendum. Caue putes dictum de cute hominis, vt quidā magnus theologus verba prophetæ Abacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian, interpretatus est, de cute Bartholomæi excoriati. O torsio scripturæ sacræ.

Vel paraphrasten.] Paraphrasis est interpretandi genus liberius, cum à verbis autoris discēditur, & ita sententia redditur, vt aliquid addas & de tuo, nonnulla dilucidius dicas, quædam exponens interim, vt Themistius paraphrastes erat Aristotelis. Hic tamen Hieronymus, pro peruerso, & deprauatore posuit.

Existimes coniectorem.] Coniectores diuinorum genus est, qui ex coniecturis futura quædam, aut arcana proferunt. Græce dicūtur Oniropoli, pēnultima correpta, id est, somniorum interpretes.

Myrrha.] æ, arbuscula est aromatica, in Arabia nascens, cuius gutta stillans, viridis est, & amara. Hæc & Stacte dicitur, alio forsitan nomine. Hinc Myrrhatus, a, um, vt vinum Myrrhatum.

Canes.] Hic nominat æmulos suos, & aduersarios, plagiarios, vitilitigatoresque, vti Paulus ad Philippenses: Videte canes meos. Hinc canina facūdia. Salustius apud Nonium Marcellum in dictione Rabula. Canina (vt ait Appius) facundia exercebatur. Quod quidem Appij dictū apud eruditos scriptores in adagionem cessit, in quosdam qui tantum ad maledicendum eloquentiæ studium exercerent. A rixa canum, & oblatratu sumpto epitheto. Siquidē r litera, quæ in rixando prima est, canina vocatur. Porro canis multa significat, animal, signum in frigillo. Vnde damnosa canicula dicitur. Item cœleste signum. Hinc dies caniculares, qui Cynocaumata dicuntur Græcis. Caniculus, & catellus diminutiuum. Caninus, a, um, vt caninum prandium. Canini dentes, canarius etiam adiectiuum à canis.

PRAEFATIONIS DIVI
Hieronymi, seu prologi
galeati FINIS.

VOCV-

VOCVLA RVM QVARVNDAM in Regum quatuor libros expositio.

CAPVT I.

Ramathaim.] Hebraicum cõpositum ab Ramatha, & interpretatur speculationũ altarũ vir vnus fuit, vel celsitudines excelsa eorum.

Sophim.] Alij Zophim, id est, speculatores, speculæ, speculantes, significat Hebræis mons Ephraim.

Helcana.] Me.cor. maritus Annæ, & pater Samuelis Leuitæ, & Ephratæi, interpretatur possessio dei: Elchanã deo gratiosus, à deo datus. Alij cum aspiratione scribunt.

Fenenna.] Seu Phenenna per aspirationem in frontispitio, altera vxor Helcanæ, interpretatur conuersio. Phenennæ filij mortui, nato Samuele.

Anna.] Samuelis mater, & prima vxor Helcanæ, quæ sonat gratia eius. Hanna, id est, gratiosa.

Silo.] Loci nomen, vbi primum fuit tabernaculum dei. Hieremiæ septimo: Ite ad locum meum in Silo. Et Psalmo lxxvij. Et repulit tabernaculum Silo. Hic locus in ruinas, cineresq; redactus est, videto Hieronymum in Commentarijs Hieremiæ vij. & interpretatur auulsus, diuisus, translatus, verius abundantia, felicitas.

Eli.] Quidam cum h scribunt, sacerdos & pater Ophni, & Phinees, interpretatur extraneus, quia à deo percussus, atq; mortuus, quod filios non corripuit. Heli, deus meus interpretatur.

Ophni, Phinees.] Duo filij Eli sacerdotis, quorum alter interpretatur discalciatus, seu insania conuersionis, alter, os requieuit, seu os mutũ, vel silens, iniquitas eorũ qualis, patebit in textu huius libri. Ophni verius interpretatur pugnus, vel pugillus, vola phinees, os confisum, Hebræi legunt phineas.

Æmulus.] li, qui aliquem imitatur, & sequitur, quod nõ nisi amore fieri potest. Cicero ait: Illo æmulo. A contrario sensu æmulus pro inuido ponitur, vt hic, & Vergilius: Aemula necdum, Temporibus geminis canebat sparsa senectus.

Ango.] is, xi, ctum, facere deberet, sicut plãgo. At Diomedes anxus præteritum ab angor dixit, non anxius quod nomen est. Significat autem cruciare, suffocare, premere, vexare, & ad animum, & ad corpus, & ad vtrunq; promiscuè pertinet. Hinc angor, oris, anxietas, & anxius, a, um.

Exprobro.] as, pen. cor. quæ alijs præstiti commemorans impropero. Terentius: Nam isthæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficij. Sumitur tamen, pro qualem qualem culpam obijcere, i. qualemcunq;. Hinc exprabratio.

Sexus virilis.] Masculinus est. Plautus: Virile sexus nunquàm habui vllum. Varro libro primo de Analogia. Sexus vtrumq; virile, an muliebre, an neutrũ sit, dici potest habitus, vel neutra, ab ἕξω, futuro indicatiui, quod est habebo, aspiratione in s mutata. Dicitur sexus masculini generis, & hoc sexus, sexi.

Sella.] æ, quasi seda à sedẽdo. Plautus: Da chlamydem, & accipe sellam. Sedes apud Romanos olim prætoris ædilis, magistratusumque, Græci thronum vocant.

Temulentus.] a, um, à temeto, me.cor. apud Iuuenalem, pen. prod. apud Horatiũ, hoc est, vinolentus, ebriosus. Hinc temulentia, ebriositas, contrarium abstemius.

Digero.] is, multa significat, dictum est: hic pro concoquo capitur. Hinc digestio, & digestum nouum, & vetus. Vergilius: Digerit omnia Calchas, id est, ordinat.

Ablacto.] as, à lacte remoueo. Sic hoc loco accipitur. Hinc ablactatus, a, um, vt puer, & ablactatio.

CAPVT II.

Sublevo.] as, penultima correpta, id est, alleuio, auxiliũ præsto, defendo, autores omitto Laconismi gratia, & breuitatis. Hinc subleuamen.

Cardo.] nis, dicitur quasi cor ianuę, quo scilicet illa mouetur. Hinc prouerbium: Res est in cardine, ait Seruius, quasi dicas, res est in articulo. M. Tullius: In eo cardo rei vertitur, id est, ex hoc tota res pendet, sumptũ ab ostijs, quæ cardinibus sustinentur, voluũturq;. Hinc cardineus, a, um, & Cardinalis, & cardinalitium, illa dignitas

Conticeo.] es, est simul, vel omnes conticere. Vergil. Conticuere omnes intentiq; ora tenebant. Hinc conticesco, & conticinium, noctis primum tempus.

Sublimare.] Pen. produ. in indicatiuo, exultare est, in altũq; mittere. Hinc sublimitas, & sublimatus, a, um. Præterea, à supero limine (vt quidam volunt). Sublimis, le, penultima producta. Et sublimiter aduerb.

Fuscinula.] æ, diminutiuum, est parua fuscina,

fuſcina,hoc eſt,telum tridens,ſeu triſulcum piſcatorium,quod fundo notantia capiat, ſicuti carnes e lebete,alias creagra dicitur.

Lebes.] tis,pe. pro. vas æneũ in quo res bulliunt,vti docet Porphyrio,tã maſc.q̃ fœ. generis.Dicitur etiam lebeta,te, pen. prod.

Lacabus.] bi,penultima corrupta,a noſtris olla dicitur,ſupra ignem poſita, in qua pulmentarium coquimus. Inter ahænum, & cacabum(ait Paulus Iuriſconſultus) non multum intereſt.

Tabeſco.] is, ſignificat lãgueo,deficio, tabidus fio, à tabeo. Hinc tabes corruptio, & morbus. Tabidus,a,um,tabificus,a, um, & tabefacio,is, omnia notæ ſignificationis. Liuor tabificum malis venenum. Vergil.

Samuel.] Filius Elcanæ, & Annæ pater de tribu Leui, mater de tribu Iuda, eius nomen prophetatum fuit per Moſen. Hic Leuita fuit,non ſacerdos,neq; pontifex, ait Hieronymus libro primo aduerſus Iouinianum,& ſonat nomẽ eius, poſtulatus à deo.

Ephod,Bad.] Habitus Leuitarum,et erat in modum pallij factum,& in fine ſcribitur cum d ſemper. Ephod lineum non omnes portabãt. Ephod duplex. Ephod ſuperhumerale, vt hic. De Ephod copioſe ad Marcellam,diuus Hieronymus.

Brachium tuum.] Brachium hic, arcam vocat,& dignitatem ſacerdotij, vt non ſit ſenex in domo tua. Senem ſacerdotem magnum dicit,id eſt,presbyterum.

Emulus domus Eli.] Sadoch ſacerdos extitit, qui electo Abiathar, à Solomone ſacerdotium ſuſcepit,ſicut in Malachim I.Regum iij.& iiij.legitur.

Torta.] æ,genus eſt panis, quem collyridam vocant,ſubinde dictum.

Nummus argenteus.] Neſtor inqt, Nummus cum primam producat ſyllabam, cum duplici m,ſcribi conſueuit.Perſius:Credere tum nũmos, Marco ſub iudice palles. Idem Satyra tertia: Quid aſper Vtile nummus habet? Nummus expreſſo ſigno, & ex tanti aſper eſt tactu, vſu tritus fit lenis.Sic vaſa argentea cęlata in quibus aliquid eminet, Plinius aſpera nominat.Suetonius nummũ aſperum dixit in Nerone:Aurum obryzum & nummum aſperum ingenti faſtidio exegit,an pro nouiter percuſſo, an quia meliores erant aſperi,quàm qui plana erant nota, quales fuerint ne olim non ſat ſcio. Inæqualem dici aſperum nummum oſtendit aſperitatis definitio in Timæo Platõis.Aſperitas, inquit, eſt durities inæqualitati permixta. Iuuenal. Creſcit amor nummi quantũ ipſa pecunia creſcit. Petronius: Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura. Fortunam q̃ ſuo temperet arbitrio.Neq; à numero,as,deſcendit, ſed à numiſmate deriuatur, autore Pompeio.Numiſma, atis,primam corripit. Martialis lib.I.Epigram. Cum data ſint equi bis quinq; numiſmata quare. Horatius. Retulit acceptos regale numiſma Philippos.Græci νόμισμα ſcribunt, à νόμος, quod eſt lex.Hinc multa deriuantur, nummatus, nummoſus, nummularius, nũmus aureus, argenteus, nummus denarius, qnarius, nũmus victoriatus,& diminutiuũ nummulus.

CAPVT III.

Puer,Samuel.] Modo ſignificat ſeruũ, vt puer meus iacet in domo paralyticus.Terentius:Et puerum inde abiens conueni Chremis. Modo puerum cõtrario nomine puellæ dicimus marem denotantes. Modo ætatem puerilem.Ponitur etiam interdum pro filio.Vergilius:Aſcaniuſque puer.Inflectitur & puerus,ra,ſicut puellus puella.Plautus:Tu puere abi hinc.Varro:Properate viuere pueræ.

Precioſus.] a, um, dicitur, quia perrarus erat.Omne enim quod rarum eſt,precioſum eſt. Non erat viſio manifeſta, quia prophetia non plene manifeſtabatur. Hinc precioſitas,& prècioſe aduerbium.

Caligo.] nis,penul.prod. eſt caliginem inducere,obſcurare.Claudianus:Sydera Tę nareo caligantesq; profunde. Hinc caliginoſus,a,um.

Samuel dormiebat.] Intelligi aũt hoc modo debet. Et antequã lucerna diei extingueretur,intelligi oportet,antequàm lux diurna fieret, quando eadem extinguenda erat lucerna. Sic enim à domino per Moſen iuſſum erat, vt eadem lucerna luceret vſque mane,vt eſt in Hebræo.

Porro Samuel necdum ſciebat dominum.] Neſcire dominum dicitur, quia per prophetiæ myſterium, necdum ei reuelatus fuerat ſermo domini.Dixit dominus ad Samuel,&c.& ob id factum, vt audientium aures tinnirent ſtupore vehementi.

Tinnio.] is,proprie de metallis dicitur, cum ex eorũ pulſatiõe ſonus efficitur. Tinnit enim aurum,argentum,æs,ferrum, ſtannum,orichalcum & huiuſmodi.Hinc tinnitus,us,& tintinabulũ. Tinnulus,a,um,proprie metallorum eſt. Tintinaculi dicũtur lictores,qui cacurgos virgis cædebant.

Aperuitq; oſtia domus.] Non eſt intelligendũ,quod Samuel aperuerit oſtia domus domini,ſed ſacerdos.

Pre-

Præsto sum.] Vel secundū poetas, præsto adsum, nec alteri verbo adiungitur, & quid significet docui ex Valla alibi, hoc est, compareo, vt ad hanc horam præsto sis, id est, compareas. Explicatum alias.

Et non cecidit ex omnibus verbis.] Non cecidisse ex omnibus verbis eius in terram dicitur, quia quicquid prophetabat, rebus gestis demonstrabatur.

Et euenit sermo.] Sermo eius fuit ad vniuersum Israel, quod percutiendi essent à Philistæis propter peccata filiorū Eli, quem sermonem euentus rei postea probauit.

Dan.] Vna e tribubus duodecim Israel, in terris Iuda possessionem non inuenit. Dan iuxta Libanum, Paneas dicta, quarto à Paneade miliario euntibus Tyrum, qui vsq; hodie sic vocatur, & sonat iudicium.

Bersabee.] In tribu Iuda, siue Symeonis, est vsq; hodie vicus grādis in vigesimo à Chebron miliario, vergens ad austrum, interpretaturque puteus iuramenti.

CAPVT IIII.

Philistiim.] Reges, dicti Abimelech, olim Chasloim nuncupati.

Aphec.] Et hæc ciuitas est quam rege ipsius trucidato expugnauit Iesus, iuxta Endor Iezraelis vbi dimicauit Saul, & interpretatur, furor nouus, aut continenter.

Instruo.] is, est ordino, & tā de malis, quàm bonis intelligi potest. Vergilius: Dolis instructus, & arte Pelasga, sic in hoc loco. Hinc instructio, & instructor, instructus, a, um, trix. Instructorius, a, um.

Passim.] Aduerbium à passu, significat passu distante, sparsim, & differt ab vbiq; quod est sine iuteruallo, vt herba in prato vbiq;, grex vero passim pascitur, sed confunduntur quandoq;. Interdum pro vndiq; ponitur. Aliquando pro quolibet.

Grandeuus.] a, um, quod est proiectioris ætatis, hoc est, grandis æui, id est, senex, maior natu, dictum alias.

Persono.] as, pe. cor. id est, valde sono, seu perfecte sono, vel sonando sono. Alia cōposita sunt, absono, adsono, consono, dissono. Dissonantia, resono, omnia corr. penul.

Animaduerto.] is, id est, animum illuc verto, hoc est, sensus in illud quod fit intendo, cogito, intueor, cōsidero, vt hic. Aliquādo significat punio, oppugno, verbero, irāq; exerceo. Hinc animaduersio, & animaduersor, est punitor.

CAPVT V.

Azotus.] ti, pen. prod. vrbs est Syriæ. Hinc Azotius, a, um, vt viri Azotij qui Azotum habitant, alias Asdod dicitur. Expugnata à Sargō, ciuitas Philistijm, & ignis patrui interpretatur.

Demolior.] iris, significat diruo, deijcio. Inuenitur & demolio, is. Lactan. lib. iiij. Reliquerunt te filij Israel, & altaria tua demolierunt, id est, destruxerunt. Hinc demolitus, a, um, penultima producta.

Ebullio.] is, idem quod bullio, is, id est, ferueo, à quo ebulitio, feruor.

Bethus.] A Geth Allophylorum ciuitate, quæ nunc Zaph dicitur.

Extales.] Via purgandæ alui, vt hic. Diuus Hierony. in lib. Regum. Et computrescebant prominentes extales eorum, vt hic. Forte ab exta deriuatur.

CAPVT VI.

Anus.] ni, generis masculini, & prima prod. pars posterior ventris, quā & nates, & culum, & podicem vocant, honor sit auribus, quo nomine dictus est & fluuius quidam. Sed anus, us, fœ. vetula. Hinc anicula diminutiuum.

Satrapa.] æ, pe. cor. præfectus dicitur, siue præses. Hinc satrapia, id est, præfectura.

In directum.] Id est, recta aduerbium. Duæ dictiones diuisim legendæ videntur.

Fetus.] a, um, est idem quod plenus, vt fœta mulier. i. grauida, plena, grauis, ferens vterum. Composita sunt cōfœtus, defœtus, & effœtus. Festus: Confœtum suem dixit.

Capsella.] Diminutiuum à diminutiuo capsula, est parua theca repositoria, seu cista, eo quod res capiat reconditas. Hinc capsarius, capsarij, custos vestium vocatur.

Bethsamis.] Nomen vrbis, & interpretatur domus solis. Ciuitas est sacerdotalis in tribu Beniamin, quæ vsq; hodie monstratur in Eleutheropoli pergentibus Nicopolim. x. miliario contra orientem. Altera est in tribu Nephtalim, in qua permanserunt cultores antiqui Galileæ, vbi dominus perhibetur multa signa fecisse, à qua Bethsamitæ populi, penultima producta.

Erat autem ibi lapis magnus.] Lapidem istum Hebræi Aram ab Araham ædificatam itelligunt. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderūt Philistijm pro delicto domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum. Quinque anos, & quinq; mures, hæ quinq; ciuitates dederunt. Reliquæ autem ciuitates, puinciarum, & villæ quæ erant absq; muro, mures tantum dederunt. Idcirco dicitur ab vrbe murata vsq; ad villā, &c. Q; aūt seq;. Et vsq; ad Abel Magnū, &c. Abel Magnū

ciuitas est in termino Israel. Abel Magnum idcirco vocatur cum antea Bethsamis vocitata sit, siue propter luctum super viris Bethsamitibus ibi factum, siue propter destructionem ciuitatis Abel Bethmaca, de qua exclamauit mulier sapiens ad Ioab dicens: Qui interrogant, interrogent in Abela. Sic itaq; intelligendum est, quod ab vrbe murata vsque ad villam, quæ erat absq; muro, & vsq; ad Abel Magnũ dederint mures. Reliqua si velim eo modo prosequi, in immensum cresceret opus. Tu pie lectior, compẽdij causa videto diuum Hieronymum in Quæstionibus, seu Traditionibus Hebraicis, in Regum libros.

CAPVT VII.

Cariathiarim.] Pentasyllabon, eadẽ est quæ & Cariatharbe, ciuitas est saltuum, vna de vrbibus Gabaonitarum ad tribum Iuda attinens.

Gabbaa.] Per duplex bb, Syriæ vrbs est. Sed per simplex b, Gaba, teste Iosepho, libro quinto Antiquitatum Iudaicarũ, Galilææ oppidum est. Gabaon autem olim Metropolis, & regalis ciuitas Heuæoꝝ, et nunc vt refert Hieronymus, ostenditur villa eodẽ nomine, in quarto miliario Bethelis contra occidentalem plagam, iuxta Rhama: vbi Salomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum. Hinc Gabaonitæ populi sunt in Gabaon habitantes.

Lapis adiutorii.] Hebræis sonat Abenezer, vel Abõgener, inter Masphat, & Sen.

Fragor.] oris, sonitus, qui ex arbore, aliave re fracta redditur. Vergilius libro primo Georgicon: Et horridus altis Montibus audiri fragor. Liuius libro primo: Iam fragor tectorum quæ diruebãtur vltimis vrbis partibus audiebatur. Hinc fragosus, & confragosus, a, um, à frango, is, asper, præruptus, vt loca confragosa.

CAPVT VIII.

Contestor.] ris, hoc est, testem facio, testẽ inuoco, vel testificando certifico. Cicero. L. Flacco: O nox illa, quæ pene æternas huic vrbi tenebras attulisti, cũ Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrum vocabantur, cum ego te Flacce cœlum, terramq; contestans. Aliquando contestari est, & contra testari. Hinc contestari litem dicimus. Et contestatio, contestatus, a, um.

Focarius.] a, um, quod ad focum pertinet, vt hic filias focarias. Dicimus eleganter focus paternus. Focillus, & foculus dimin.

Vnguentarius.] a, qui vel quæ vnguẽta aut conficit, aut vendit, à Græcis myropola, & pharmacopola, aut myrobrecharius. Plauto teste dicitur.

Panificus.] ci, qui facit panem, is & panifex dicitur. Græcis Artocopos.

Addecimare.] Compositum à decimo, as, quod est decimam partem detrahere, vt decimare legiones, vt hic. Sed exdecimare est eligere.

CAPVT IX.

Cis.] Proprium nomen viri, de Beniamin, patris Saulis regis Israel.

Citarchia.] æ, pe. cor. vas repositoriũ, siue saccus, siue pera, in qua poni consueuit cibus, σιτὸν enim Græci cibum vocant. σίταρχος legi apud Petrum Dasypodium in suo Lexico Græco, id est, cõmeatui præfectus.

Triclinium.] Discubitorium Latine dici possit, & est locus in quo discumbebant, & cœnabant, præcipue in conuiuium accepti, à tribus lectis. Nam treis mensas in symposio apponere veteres solebant, & iacendo cœnare, sicuti Turcę faciunt, τρὶς enim, tres, & κλίνη cline, lectus dicitur. Horatius: Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. E quibus vnus auet quauis aspergine cũctos, Præter eum qui præbet aquam. Sic dicimus & monoclinium vbi vnus lectus, & diclinium vbi duo, &c.

CAPVT X.

Lenticula.] Genus leguminis lenti simile, sed diuersum. Etiã genus vasis est à figura dictum, vt ait Plinius, & meminit Celsus. Videturq; id esse quod discus appellatur apud Dioscoridem. Hinc prouerbiũ. In lenticula vnguentum: superius expositũ est. Vide Erasmi Chiliades.

Psalterium.] Græca vocula est, quod Hebraice naulon, vel nablon, Latine organum laudatorium dicitur. Videto Angelũ Politianũ politissimum, in Miscellaneis suis, si libet, capite decimo quarto.

Tympanum.] Instrumentum vna ex parte planum, mẽbrana clausum, & obductum, intus vacuum, quod baculo pulsatur.

Tibia.] æ, proprie os cruris, oppositum suræ. Hic instrumentum musicum est. Horatius: Tibia non vt nunc orichalco iũcta tubæque. Sic hoc loco accipitur.

Nunquid Saul inter prophtas?] Hoc prouerbium Hebraicum synceriter exponam. Natũ à Saule, qui cum in prophetarum cœtum incidisset, subito & ipse diuino furore correptus, vaticinari cœpit. Id admirantes qui Saulem antea cognouerãt, inter se dictitabant: Quid accidit Sauli? Num & Saul inter prophetas? Ea vox deinde versa

est

est Hebræis in parœmiam de re noua, inopinata, subitaque. Vide Adagia Erasmi.

CAPVT XI.

Concido.] is, penultima producta est simul, vel minutatim cædo, vt caro concisa. Est & in totum mori. Etiam est frãgere. Hinc concisio, concisus, a, um.

Frustum.] ti, est rei cuiuscunque particula. Vergilius: Pars in frusta secant. Hinc frustulum, & frustillum. Frustatim, & frustillatim aduerbia, id est, per frustilla.

Vigilia matutina.] Est quarta, & vltima vigilia noctis. Nam quatuor sunt noctis parteis, concubia, intempesta, gallicinium, & conticinium, der erst sclaff, mitternacht, das hanẽgschrey, dye morgẽstunde.

Galgala.] Ciuitas & locus vbi Iosue populum secundo circuncidit, atq; phase celebrauit, subinde dictum.

CAPVT XII.

Incaneo.] es, id est, seneo, à quo incanesco, cis, q̃d est valde canus fio, vt hic loci.

Calumnior.] Significat per fraudem, & subdolam rationem quempiam vexare, atque falsa crimina intendere, vt hic. Hinc calumnia, & calumniator, quem Græci sycophantam vocant, vitium, sycophantiam, id est, calumniam. Item calumniosus, a, um, & calumniose aduerbium.

Baalim, & Astaroth.] Nomina idolorum. Siquidem Baalim pluraliter generis masculini idola nominantur à Baal numero singulari, idem sunt ait diuus Hieronymus. Vbicunque enim in fine Hebraici sermonis im syllabam legimus, numero pluratiuo est generis masculini. Vbi autem oth, numero plurali, generis fœmini. Interpretatur autẽ Baalim ascẽdentes, vel superiores. Astaroth idolum Sidoneorum, Chamos Moabitarũ, Moloch Ammonitarum: ait Hieronymus super Oseæ octauum caput.

CAPVT XIII.

Abdo.] is, est abscondo. Poeta: Capulo tenus abdidit ensem. Hinc abditus, a, um, id est, absconditus, occultus.

Cisterna.] æ, locus subterraneus, vbi aqua pluuialis per canales colligitur, in quã Ioseph à fratribus proiectus est.

Antrum.] tri, crypta est, specus, & cauerna, spelunca, spelæum.

Dilabor.] ris, a producta, sic omnia cõposita à labor, eris, est in diuersis partibus labi, & discedere. Hinc dilapsus, a, um.

Vomer.] Vel vomis, pe. corr. in obliqs ferrum aratri est, quod terram proscindit.

Sarculum.] li, instrumentum rusticũ, quo purgatur terra, & sarmenta, & virgulæ vitium superuacaneæ.

Ligo.] Pe. pro. in obliquis, & mas. generis, instrumentum rusticum, sic dictũ, quod radicibus ligeꝫ. Vergi. Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui, Capras, rus, hostes, frõde, ligone, manu: eyn hauu, oder karst.

Tridens.] tis, instrumẽtum rusticum, treis habens dentes, Neptuni sceptrum.

Retusus.] a, um, à retundo, is, est ex acuto hebes, & crassus factus. Columella lib. quinto. Quod euenit retuso, & crasso ferramento. Hinc retusitas, vt retusitas cuiuslibet rei diligentia permollitur. Retusum ingenium, dicimus hebes & plumbeum.

CAPVT XIIII.

Malogranatus.] ti, Arbor est malogranatorum, seu malapunicorum, hoc est, poma producens intra se multa grana habentia.

Achaias.] Mediam producit, filius fuit Achitob, & interpretatur frater domini, Achitob, frater bonus, tamen verius puto legendum, Ahias absque c.

Scopulus.] li, diminut. à scopus, saxũ est eminens, à speculando dictum. Nam σκοπεῖν Græcis speculari est, hinc Episcopus.

Præruptus.] a, um, à prærumpo, is, idem quod abruptus, dissectus, auulsusque. Hinc loca prærupta. Alia composita sunt à rũpo, abrumpo, corrumpo, disrumpo, erumpo, irrumpo, interrumpo, perrumpo, prorũpo, vt sudor prorumpit.

Repto.] tas, frequentatiuum à repo, is, quod est manibus, pedibusque incedere, hoc est, sæpe seu continuo repo, & proprie vermium est, atq; testudinum, vt syluas inter reptare salubres, Horatius. Composita adrepo, correpo, erepo, irrepo, obrepo, obrepsit mihi somnus. Prorepo, surrepo. Omnia penultimam producunt. Hinc reptilis, e.

Iugerum.] ri, in pluratiuo iugera. Et iugeris. Varro libro primo de re rustica. Priscianus tamen iugus, iugeris ab hoc iugere, iugera, horum iugerum, his iugeribus. Tibullus: Vt multo innumeram iugere pascat ouem. Iuuenalis: Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Est autem mensura, quã Hieronymus Mathematicus ducentos pedes cõtinere scribit, à boum iugo sumptum. Hinc iugeratim per singula iugera.

Reboo.] as, penultima correpta, est idẽ quod clamo, uocifero, resono, à boatu, & boum mugitu, sumptum, vt in hymno, Reboat in omni Gloria mundo. A boo, as. Hinc boarium, forum Romæ iumentorum.

Contrabo.] is, id est, colligo, cõuenio, paciscor, constringo, à quo contractus, conuentiones appellantur, quæ per stipulationem fiunt, & contractio.

Saltus.] us, est nemus, & sylua densior, in qua, & pasci, & æstiuare pecudes solẽt. Hinc adagium: In saltu vno duos apros capere. Est eadem in re duos deprehendere. Hinc saltuosus, a, um, saltuarius, ñ, syluarum custos, & saltim, vel saltuatim aduerbia.

Vulgus.] Neutri generis, & indeclinabile, & vulgus generis masculini significat multitudinem ignobiliorem. Vergilius: Sæuitque animis ignobile vulgus. Hinc vulgaris, & hoc re, quod est vulgi, & tritum. Vulgo aduerbium passim, & per omnes caterua tim. Et vulgo, as, id est, in vulgus do, publico, à quo inuulgo, as, inuulgatio. Inuulgatus, a, um. Et vulgariter aduerbium.

CAPVT XV.

Demolior.] iris, demolitus sum, est idẽ quod destruere. Hinc demolitio.

Fornix.] Dicitur arcus, testudo, seu q̃dcunq; opus concameratum, & superne curuum. Hinc fornicor, est mœchari.

Initia.] orum, sunt primitiæ, & res meliores, quæ dijs offerri consueuere. Et proprie Cereris deæ sacra. Varro lib. secundo de Re rustica. Alio nomine initiationes nuncupantur, quæ (vt ait Tertulianus) semper arcent profanos, & arbitris carent. Hinc initio, as, id est, sacris imbuo. Vnde initiatus, sacris imbutus, qui Græcis mystes dicitur.

Hariolor.] ris, ab hara aue augurali, si Seruio credimus, alij sine h scribunt penult. cor. est diuinare, prædicere, augurari, ab extis in ara positis. Hariolus, li, inde.

Siccine?] Aduerbium est interrogantis, id est, itane? Plautus: Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?

CAPVT XVI.

Intuitus.] us, ab intueor, eris, quod est aspicio, id est, aspectus, visus. Monostichon, autorem ignoro. Christus, qui puro cernitur intuitu, hoc est, deus optimus, maximusque, mundo corde videtur, non oculis corporeis. Alias dictum.

Exagito.] as, significat vehementer vexo. Item interdum exaspero, ad iram prouoco. Autoritates Lactantij, & Salustij supprimo. Hinc exagitatio dicitur etiam ingenij agitatio, commentatio.

Nequam.] Indeclinabile, apud veteres significabat hominem nihili, nullius q̃; precij, hoc est, diobolarem. Cyprianus. Nequã homo de nequam thesauro emittit nequã. Contrarium huic est frugi, vt homo frugi. Varro de lingua Latina dicit hominem lasciuum, libidinosum, malum, nequam. Caper ait nequam non malum, sed inutile significare. Festus vero peiorem, quàm creditur esse. A quo nequior, & nequissimus, & nequiter aduerbium.

Psallens.] A psallo Græco, quod est cano, & proprie de Psalmis dicitur, qui in Musicis instrumentis, vtpote cithara, & alijs id genus, decantabantur. Hinc Psaltes, & Psalterium.

Pascua.] Idem quod pascuum, in quo pecudes pascuntur, siue ager pascuus sit, siue pratum, seu mõs, aut collis. Columel. li. vij.

Refocillo.] as, & refocillor, aris, est recreo, à focillo, & focillor simplici deponentali, quod significat nutrio. Varro libro ij. Sed suum quique commodum focillantur. Hinc refocillatio. Et refocillatus, a, um.

CAPVT XVII.

Agmen.] nis, multitudinem significat. Vergilius: Vocat agmina sæua sororum. Aliquando ordinatam copiam. Interdum impetum. Hinc agminatim. Non nũquàm pro actu, seu ductu, vt: Leni fluit agmine Tybris.

Terebinthus.] thi, arbor nigrum lignũ cum splendore præferens, habensq; soliditatem in buxi speciem. Vergilius, lib. x. Inclusum buxo, aut Orichia terebintho. Ex hac terebinthina resina, quam nos teremẽtinam appellamus.

Spurius.] ñ, dicitur qui incerto patre natus est: ab σπείρειν, seminare, quia nihil habet à patre nisi semen. Vnde spurios versus dicimus, alterius, aut incerti autoris. Ausonius: Quinq; notas spurijs versibus apposuit. Græce nothos dicitur.

Goliath.] Philistæus gigas, frater Goliæ. Ipse & cæteri gigantes de progenie Arapha nurus Noemi. Hic spurius, matre Gethæa, patre gygante, & reuelatus, seu transmigrans dicitur.

Cassis.] dis, fœ. gene. idem quod galea, q̃ vacua sit ad caput recipiẽdum. Iuuen. Lorica & fracta de casside buccula pendens.

Cassida.] æ, idẽ q̃d galea, & cassis. Propert. Aurea cui postq̃ nudauit cassida frontem. Sed casses, retia sunt, & aranearum telæ. Ouid. Decidit in casses præda petita meos.

Hamatus.] a, um, ab hamo, as, q̃d est curuo. i. curuatus, seu hamis ornatus, vt hic. Hamiotæ, siue hamotæ piscatores. Item hamatilis & hoc le. pe. cor. quod ad hamũ pertinet.

tinet. Plautus in Rudente: Piſcatum hamatilem, ſaxatilemq; aggredimur. Ouid. de hamo: Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

Ocrea.] æ, dicta quæ crus tuetur, quod Cicerone autore opponatur cruri, vel quod ſit inæqualiter tuberata, vt inquit Feſtus. Hinc ocreatus, qui ocreis calciatus incedit.

Haſtile.] Quod ad haſtæ formam factum eſt, & de quacunque re dici poteſt, hic pro ſtipite haſtæ ponitur, alibi pro candelabri ſtipite, vt in Exodo.

Lancea.] æ, à latitudine ferri dicta eſt, teli genus longiſſimum. Hiſpanica dictio, nõ Latina, vti Gellius teſtatur. Hanc olim Luculli Lucullæam appellarant. Diminutiuũ, lanceola. Hinc lancino, as, penult. correpta.

Liciatorium.] Lignum eſt illud, circa q̃d licia, id eſt, fila, in textura inuoluuntur.

Armiger.] ri, qui lanceam, ſcutum, galeam, armaq; ferens, armatum equitem in prælio ſequitur, vt Patroclus fuit armiger Achillis.

Phalanx.] gis, dictio Macedonica eſt, qua non proprie legio, ſed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando ſcilicet pes pedi, clypeus clypeo, vir viro conſerebatur, autores ſunt Liuius, & Q. Curtius. Macedones Phalangem peditum agmen vocant. Satyricus poeta. Iunctæ vmbone phalanges. Phalanx etiam regula eſt, continens lances, id eſt, libram. Item digitorum internodia Phalanges dicuntur.

Singulare certamen.] Græci monomachiam appellant. Hinc monomachus.

Iſai, alias Ieſſe.] Pater Dauidis prophetæ excellentiſſimi, regiſque Iſraelitici populi inclyti, & exiſtens interpretatur.

Ephi.] Menſuræ leguminũ genus, continens modios triginta ſex, teſte Hieronymo varijs in locis.

Formella.] æ, diminutiuum à diminutiuo videtur à formula. Capitur hic pro recula, quæ habet paruam formam.

Tribunus.] Qui tribui præeſt, à tribu electus. Hic pro eo qui certo militum numero præficitur, accipitur: Græcis chiliarchus, id eſt, mille viris præfectus. Hinc tribunus plebis, tribunitius, a, um. Tribunatus, us, tribuni ærarij.

Urſus.] i, animal ferum, quod cum imperfectos pariat fœtus, lambendo effigiat, atq; format, ſic Vergilius ſuos olim verſus. Hinc adagium: Viui vrſi naſum ne tentaueris, hoc eſt, potentiorem ne irritaueris, ne ioco quidem. De hoc Bilbilitanus poeta, id eſt, Martialis: Rabido nec perditus ore Fumantem naſum viui tentaueris vrſi. Sit placidus licet & lambat digitosq;, manusq;. Si dolor, & bilis, ſi iuſta coegerit ira, Vrſus erit vacua dentes in pelle fatiget. Hinc vrſinus, a, um, vt caro vrſina.

Mentum.] ti, dicitur quod à gula emi net, das kund.

Lympidus.] a, um, planus, politus, & clarus dicitur, à lympha aqua. Hinc lympiditas, & lympitudo, klar, ſcheinbar, lauter.

Funda.] æ, machinula ex funibus facta, & compoſita, qua rotando ad certum proji ciuntur lapides. Hinc fonditores, qui & funibularij, qui funda dimicãt, eyn ſchlẽher, ſchlin domit man etvvas vvirfft. Item eſt rete piſcatorium. Præterea ſaccus, vel pera.

CAPVT XVIII.

Conglutinatus.] a, um. quaſi glutino, aut ferrumine coniunctus. Hinc cõ glutinatio.

Balthcus.] ei, zona eſt militaris, aut cingulum bullis cinctum, ſubinde dictum.

Siſtrum.] ri, inſtrumentum muſicum, Aegyptijs peculiare, & eſt cornu recuruum, quo vtebantur in oblationibus Iſidis, argutum, & ſonorum, dum percutitur.

Gener.] Eſt filiæ meæ maritus, quia ſit generis propagator, eyn dochterman. Progener, eyn kinds dochterman.

Jonathas.] Filius Saulis, amicus Dauid integerrimus: & interpretatur domini, vel columbæ donum.

Michol.] Filia Saulis, vxor Dauid, non fuit cognita à Phalti, alio nomine dicitur Egla. Hæc filios Merab adoptauit, filius eius Micholis fuit Getraham, & interpretatur aqua omnis, vel ex omnibus, vel rectius ab omni.

Sponſalia.] orum, promiſſio, ſeu contractus ſtipulationum futurarum nuptiarũ. Sponſalia hoc modo fiebant. Qui vxorculam ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat ſtipulabatur eam in matrimonium ſe ductu rum. Qui daturus erat, itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum, ſponſionumque dicebatur ſponſalia.

CAPVT XIX.

Clam me eſt.] Id eſt, me latet, fugit, præterit me, ſum neſcius, &c. Vide Copiam verborum Eraſmi.

Niti or.] eris, eſt conari, & operam dare, laborare, vt hic. Ouidius: Nitimur in vetitũ ſemper, cupimuſque negata. Hinc niſus, us, eſt conamen.

Laſſus.] a, um, inanis eſt, & vacuus, à

casso,as. Hinc incassum, frustra.

Satelles.] tis, miles proprie dicit, cuius est opus vt imperatorẽ, aut regem custodiat, nec à latere eius discedat. Hinc satellitium.

Apparitores.] Dicti quod appareant, & præsto sint ad obsequium, qui & statores vocantur, & sunt hi, qui magistratibus circunstant parati ad obsequendum.

Simulacrum.] Scribitur Latino i & in file c non aspirato, vt opinor, & est penultima semper longa, quia à simulatum venit supino, quod a producit, vt testis est Lactant. Firmianus lib. ij. cap. xix. vt Cicero in prognosticis. Et diuum simulacra pereũt, fulminis ardor. Similiter lauacr̃ à lauatũ. Serenus Samonicus. Atq; hinc in calido percurres mẽbra lauacro. Item inuolucr̃. Vide Hẽricum Bebilium de linguæ Latinæ abusu.

Lictor.] Lictoris, qui carnificis officio fungebatur, minister consulis, proconsulis, & similium. Lictores præcedebant fasces virgarum, & securim portantes. Hinc lictorius, a, um, à verbo ligo fluit.

Vaticinari.] Est vatum, seu prophetarum more prædicere, sed hic forte pro elaudare capitur, & deo instigãte psallere. Hinc vaticinium, & vaticinator, qui & vates.

CAPVT XX.

Quinimo.] Id est, quin potius, quin etiam, vt: Quinimo beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. Lucæ vndecimo, ia vill mer.

Tantummodo.] Aduerbium idem quod tantum, id est, solum, alleyn. Aliquãdo vsqueadeo significat. Tantopore, tantisper, tantundem, tãtum nõ. Tanti so theuer, tantidem, gleich so theuer.

Contribulis.] Penultima producta, qui ex eadem tribu est, & consanguineus.

Calende.] arum, sic scribitur non cum k, licet apud Græcos cum cappa sic κ. est primus dies mensis, à calo, as, quod est voco, sic dictus, qui apud Hebræos solebat esse solennis, & celebris. Hinc adagiũ: Ad Græcas Calendas, id est, nunquàm, ad Latinas Neomenias idem, quod Græci Calẽdis, Latini Neomenijs careant. Hinc Calendarius, a, um, vt Calendarius liber, alibi expositum.

Perinde.] Aduerbium temporis, quod vulgo dicunt post cras, id est, ab hinc tertia die. Hieronymus ad Paulum. Vt quod hodie non merui, cras, vel perendie merear. Vnde perendinus, a, um, dies ab hinc tertius. A quo comperendinare, est differre in lõgum, de die in diem.

Deierare.] Non est periurium facere, vt nostri loquuntur, & accipiunt, qui male deiurare dicunt. Deierare enim dicendum est, & significat valde iurare, de enim augere solet, vt deamo, demiror, hinc deiurium dicitur iusiurandum, elegantius autem dicitur deiero, as, vel iuro deum, vel terram sine præpositione, quàm per deum, vel terram cum præpositione. Peierare, vel periurare est falsum iusiurandum dicere. Vnde Tertullianus in Apologetico. Citius apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cæsaris peieratur. Hinc deieratio.

Obnixe.] Aduerbium ab obnitor, eris, id est, quod ægre, & cum labore fit, id est, instanter, & vehementer. Hinc obnixius, a, um, obnixissime.

CAPVT XXI.

Lycus.] a, um, quod commune est, & non sanctum, imo plebeiũ, gemeyn. Popularis, vveltlich.

Collabor.] ris, pe. pro. cõpositum à labor. i. simul labi cũ aliq̃. Hic collapsus, a, um.

Nudiustertius: & quartus.] Aduerbium temporis, compositum est à nunc, & die tertio, & die quarto, id est, nunc est dies tertius, & quartus, semperq; de præterito dicitur. Etsi Valla dicat, quod non vltra nudiusquartus progrediatur, Cicero tamẽ, nudiustertius decimus dixit. Sic & nudiusquintus, sextus, &c. dicitur, nudiussecundus nõ dicitur: quia pro eo heri habemus.

Impingo.] is, est idem quod impello, illido, & alicui rei duriter, ac vi quadam admoueo, applicoque. Hinc impactio, & impactus, a, um.

CAPVT XXII.

Doleo.] es, vnde doliturus. Hoc verbum si ad corpus referatur, neutr̃ acquisitiuum est, vt oculi dolent viro tuo. Sin de rebus alienis, effectiuum est: vt doleo tuis rebus aduersis. Aliquando etiam cum accusatiuo, vt hic. Doleo vicem meam, & doleo tuam miseriam. Doleo illius casum. Cõdoleo, indoleo composita, perdoleo, dedoleo, id est, non tristor. Doleo dentibus Latine dicimus, aut dentes mihi dolent. Dolenter aduerbiũ. Dolor, oris, vt esse in dolore.

Dauid.] Prima longa, regius propheta, teste Iosepho, indeclinabile est, sed Dauides in genitiuo habet Dauidis media producta, etsi Sedulius contra feciſſe videtur. Iuuencus poeta: Edidit hic Mariam Dauides scripta reliquit. Israel tu rex Dauidis & inclyta proles. Hinc Dauidicus, a, um.

Accerso.] is, & arcesso, is, tertiæ, & accersio,

cerſio,is,quartæ inflexionis,idem quod euoco,& ad vocandum eo.Hinc accerſitus,a,ũ.

Emiſſarius.] ij, eſt qui ante exercitum emittitur,vel ad præliandum, vel ad explorandum,vel qui dñm circunſtat, dicto obedire. Alias copioſiſſime enodatum.

Odollam.] Spelunca erat,& locus fortis,munitusq;,ideo fugit Dauid illuc à facie Saul:prius tamen ad Naas regem Moabitarum,& interpretatur teſtimonium, ſiue ornamentum illis.

Doech.] Armiger Saulis,cuius puer diadema,& arma Saul detulit ad Dauid.Hic ſibĩpſi crudeliter mortem conſciuit.Idumæus fuit,& inimicus Dauid.Interpretatur motus ſiue ſolicitus: quod Græce dicitur ἀγώνιος, id eſt, moleſtiam adferens.

CAPVT XXIII.

Area.] æ, eſt locus planus, &c. dictum, hic pro annona areæ, & ſegetibus capitur.

Ceila.] Med. correp. in tribu Iuda,locus vbi quondam ſedit Dauid,& nunc villula Ceila ad orientalem plagam. Interpretatur ad fundam iacta,ſiue ſuſcitans eam, aut tollens ſibimet.

Abigo.] is, pen. cor. ſignificat à loco rem moleſtam fugo,vt muſcas,canes,iumẽta,vt hic abigere.Dictum alias.

Ephod.] Dictio Hebræa, qua ſignificatur ſuperhumerale,pontificis veſtimentũ: & veſtis genus ſacerdotalis.

Reſcio.] cis,& reſciſco,is,eſt factum ali quod occultiꝰ,aut inopinatum, inſperatũq; cognoſco,Item ſignificat rem ſimul, atq; facta eſt ſcire, quam neſciebã cum gereretur: ſic hic capitur.Vt me abs te immerito accuſatum eſſe,poſtmodum reſciſces.

Opacus.] a, um,penul.prod.quod eſt vmbroſum. Vergil. Et fontes ſacros frigus captabis opacum. Ab opaco,as,quod eſt obumbro,cooperio,obſcuro,opacitas.

Ziph.] Mons ſqualidus, vel caligans, ſiue nebuloſus,in quo ſedit Dauid, & cæte. Et interpretatur florens, vel germinans. Hinc Ziphæi habitatores Ziph, floridi, germinantes.

Achila.] Med.cor.collis eſt, in dextera deſerti,vbi Dauid latitabat.Puto iuxta Hieronym.de locis Hebraicis,montem Ahalach, quem Aquila interpretatur diuidentẽ montem,Symmachus leuem mõtem,id eſt,lympidum,ſiue lubricum.

Obſtruo.] is,idem quod occludo,claudo,vt: Multum farris opus,qui cunctis obſtruat ora, vulgatiſſimus verſus. Hinc obſtructio, & obſtructus,a,um.

Corona.] æ,notæ ſignificationis. Accipitur etiam pro conuẽtu, cœtuq; hominum circunſtante,vt forte hoc loci.Hinc coronare,& corolla,atq; coronula diminutiua. Coronamentum, coronarius,a, um, vt aurum coronarium. Et coronarius, ij,ſubſtantiuũ. Corollarium .i. auctarium, non correlariũ vt Gotthici legunt.

CAPVT XXIIII.

Engaddi.] Interpretatur oculus tentationis:oppidum palmarum,& balſami fertile in tribu Iuda, vbi abſconditus eſt Dauid in ſolitudine,quæ eſt in Aulone Hierichus,hoc eſt,in regione illa campeſtri.Vocatur autem hodie vicus prægrandis Iudæorum Engaddi,iuxta mare mortuum, vnde & opobalſamum venit,quas vineas Engaddi Salomon nuncupat.

Abruptus.] a,um, ab abrumpo, is, id eſt,auulſus,diſſectus,confractus.Hinc abruptiſſimus,vt hic.Et abruptio.

Caula.] æ, Latine ſtabulum dicitur, in quo oues reconduntur.Addita c. ἀυλὴ aula, quod non ſolum atriũ,ſed etiam ſtabulũ, & omnia ſepta deſignat.Feſtus à cauo deriuat, poetarum citationes tranſeo.

Peruius.] a,um, per quod iri poteſt. Sic dicimus virginem eſſe cœli peruiam. Aliquando dicitur penetrabile. Ouidi. lib. ij. Metamorphoſ. Abdita ſole carens non vlli peruia vento.

Ibex.] Vel ibix ſylueſtris capreæ genus perniciſſimum,vt Plin.lib.viij.ſcribit.

Chlamys.] dis,proprie veſtis militaris, pallio pene aduerſa, cum breuior multo, & ſtrictior ſit.Hinc chlamydula,chlamydicula diminut.& chlamydatus,a,um.Plautus:Da chlamydem,& accipe ſellam.

Quinpotius.] Idem quod quinimo.

Viciſſitudo.] Eſt alternatio. Item ſignificat reſponſionem,quod vulgo dicitur contracambium. Dicitur & viciſſitas.Actius:Viciſſitatemq; imputandi tradit.

Chriſtus.] Græca dictio, Latine vnctus eſt. Hinc chriſis,vnctio,& chriſma,vnguentum.

CAPVT XXV.

Tondeo.] es, ſignificat lanam, ſeu capillos incido.Et tondere,paſcere,et aliq̃ ſecare eſt.Vergil.lib.I.Georgic.Ter centum niuei tondẽt dumeta iuuenci.Hinc tonſor,tonſtrix,et tonſtrina.Tonſura,tõſorius, a,ũ.Culter tõſorius,tonſilla.Itẽ tõſillæ.i.glãdula,

dula,& toles. Tonſo,as,frequentati. Compoſita attondo,detondo,tonſus,a,um, participium, vt tonſi montes. Intonſus,a,um, tonſilis,e,vt tonſile buxum.

Satum.] ti, genus menſuræ iuxta morem prouinciæ Paleſtinæ, vnum & dimidium modium capiens. Dictum alias.

Ua paſſa.] Dicitur, quæ in ficcando patitur ſolem,vel paſſa eſt ſolem. Græce aſtaphis dicitur. Plinius: Quin & à patientia nomen acinis paſſis. Nam paſſum proprie rugoſum, vel ſiccum dicitur. Hinc rugoſi, paſſíq; ſenes eadem omnia quærunt, ait Lucilius Satyrarum lib. ix. Ab hoc vua paſſa dicta eſt, quod ſit rugis implicata. Plautus in Penulo: Si qui de æſtu mecum futurus pro vua paſſa penſili.

Mingo.] is, ctum, eſt vrinam facere, emittere,& meiere. Martialis: Incipit in medios mingere verpa pedes. Hinc micturio,is & mictito,as, quod eſt ſæpe mingo. Compoſitum permingo. Horatius: Hunc permin xerunt calones, atq; caballi. Albius autor vetuſtus: Vt faciũt pueri,qui omnia permingunt,atq; permerdant,honor ſit auribus.

Maſſa.] æ, eſt denſa compactio rerum, vt maſſa ficorum,auri,&c. Græce dicitur μᾶζα λᾶβη, ſeu φύραμα, id eſt, conſperſio,fermentum. Sic Paulus ad Corinthios, & Galatas: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Ea eſt farina aqua conſperſa, ſiue temperata, à verbo φυρᾶω, quod ſignificat miſcere,veluti cum argilla humore maceratur,farina liquore aquæ oleive, aut aliud ſimile. Sed fruſtũ,buccella panis,dicitur Græcis ψῶμος, eyn deyg: Conſperſio triticea.

Carica.] æ, penultima corre. genus eſt ficuum à loco ſic dictarum, vt docet Iulius Pollux: Apud multos tamen pro ficu ſicca accipitur. Ouidius libro primo Faſtorum: Quid vult fama ſibi,rugoſaq; carica,dixi. Tamen Suidas,imo xη. illi Suidæ compoſitores aliter interpretantur.

Singultus.] us, à gula, quod fere in gula fiat. Differt enim ſingultus à ructu, qa ructus fit, cum ventriculi humor recaleſcẽs inflatur,atq; concoquitur. Singultus vero, quoties ſpiritus vocans ab humore in loco ſpiritui deputato retinetur,hic enim dum emittitur,nec poteſt erumpere,diſtenſionem inducit,quæ appellatur ſingultus. Accipitur pro dolore,pœnitudine & ſuſpirio. Hinc ſingulto,as, & ſingultio,is.

Ligatura.] æ, ligamen,ligaculum,ligamentum, omnia à ligo, idẽ pollent,hoc eſt, d quo aliquid ligatur,& vincitur.

Scrupulus.] li, diminutiuum à ſcrupus,proprie lapillus breuis, & aſper, qui in calceo latens moleſtiam aufert, faceſſitque negotium. Hinc pro ſolicitudine,& difficultate ponitur,vt hic.

Pediſſequus: qua.] Famulus,& ancilla, qui vel quæ dominum, ſeu dominam ſequitur.

CAPVT XXVI.

Cyphus.] phi,hic pro poculi gñe capitur. Differt tamen à ſcypho per ſ. & c. ſcripto,quod vaſis potorij genus eſt,& proprie Herculi attribuitur. Sed cyphi genus ſuauiſſimi odoris eſt,teſte Hieronymo.

Interuallum.] A vallus, quod eſt ſudis, vel palus,hoc eſt, ſpatium, quod inter palos eſt, vallum caſtrenſe conſtituentes, à quo omne ſpatium, interuallum eſt nuncupatum intercapedo.

Pulex.] cis, animalculum notum, dictum,eyn floch,quod ex puluere generetur. Hinc pulicinus,a,um,& pulicoſus,a,um, id eſt,pulicibus plenus. Vide Ouidium de pulice: et modo ipſe autor ſit,lõgum foret huc inuehere carmen elegans & ridiculoſum.

Perdix.] Auis nota à perdendo dicta. Nam Ambroſio teſte ad Irenæum,hæc auis plena eſt fraudis,& fallaciæ. De hac Hieron. ad Præſidium: Perdix aliena oua caleſacit, furatis ſuis.

CAPVT XXVII.

Pagus.] gi, ſimul poſitæ villæ,hoc eſt, ruſticanæ domus in vnum coagmentatæ, à πάγη, fonte,quod circa fontes ponerentur. Hinc paganus,a,& ſemipaganus,& pagatim,& paganiſmus.

Decretum.] ti, à decerno,nis, deriuatur,eſt placitum,& ſtatutum, vt ſenatus decreta dicuntur,à ſenatu conſulta, atq; ordinata,cõſtituta,definita,iudicataq;. Hinc decretorium,& decretorius,a,um.

CAPVT XXVIII.

Magus.] gi, dictio Perſica, & ſapientem ſignificat,philoſophum. Hinc magicus,a,um,vt ars magica. Et magia,penult.prod. id eſt,incantatio, & fons Siciliæ in agro Syracuſano.

Hariolus.] li, eſt diuinus, qui in aris, vel extis diuinat,auguraturq;.

Python, & Pythonici.] Qui & Enthei, id eſt, diuini. Sic debet ſcribi. Nam Pythonis ſpiritum in ſacris literis legimus, Apollinis ſcilicet, qui autor diuinandi fuit. Hinc Pythoniſſas dicimus ſine h. in prima, quanquam apud probos, & priſcos non legerim. Sed magis probiore,& vſitata dictione Phœ-

ne Phœbades dicerem. Diuus Augustinus tamen in lib. de natura dæmonum, ea vsus est pro incantatrice muliercula, quam sagam prisco vocabulo Acron Grammaticus quod satis agat, nominat.

Impono.] is, cum datiuo, fallere, decipere significat, vt hoc loco. Hinc impostor, est deceptor, quem Augustinus, & Græci planum vocant: vt in Horatio pulchre habes de Plano illo, qui facto ceure fefellit homines. A quo prouerbium: Tollat te, qui non nouit te. Vicinia rauca reclamant. Et impostura, æ, deceptio, fraus, techna.

Pascualis.] Et le, vel pascalis, idem quod pascuus, quod pascuis pecudum destinatum est, vt sylua pascualis, & oues pascuales, & gallinæ, quæ passim pascuntur, vt hic vitulum pascalem, vel pascualem.

CAPVT XXIX.

Centuria.] æ, in re militari centũ continet homines, qui sub vno centurione, id est, hecatontarcho sunt, vt hoc loci. Hinc centuriare, est in centurias ordinare. Et centuriatim per centurias. Vnde succenturiare à quo succẽturiati milites dicuntur, non primæ sed secudæ centurię. Proprie succenturiare significat explendæ centuriæ gratia numerum supplere.

Transfugio.] is, est de loco ad locum fugere. Liuius libro secundo: Magna clientum comitatus manu transfugit. Hinc trãsfuga penulti. corre. qui transfugit, eyn abtriniger, feltfluchtiger.

Diluescere.] Est diem, clarumque fieri, vt diluescit, id est, dies fit, vel diescit. Sic noctescit, id est, nox fit, quæ carent supposito, & apposito, vt Grammatici loquuntur.

CAPVT XXX.

Applico.] as, significat appello, adiungo, adnecto, & datiuo, accusatiuoque iungitur, vt hic: Applicuit Samuel oẽs tribus Israel, &c. quod est quasi ad se venire fecit. Vergil. Quæ vis immanibus applicat oris. Hinc applicatio, applicatus, a, um.

Ephod.] Sacerdotalis vestis, & pro superhumerali sæpe ponitur.

Excutio.] is, ab ex & quatio. Vergilius libro xij. Aeneidos: Summasq; excussit vertice cristas. Per metaphoram significat, ejicere, emittere. Plautus in Aulularia: Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror, id est, frangunt. Item dejicio. Hinc excussores equi, qui sessorem præcipitant. A quo excussio, & excussus, a, um.

Fragmen.] nis, & fragmentum accipiuntur pro parte rei fractæ, vt fragmen mali punici, in Canticis.

Præfinitum.] A præfinio, id est, determinatum, vt ita dicam, & definiendo constitutum, præscriptumq;.

CAPVT XXXI.

Euaginare.] Est ensem, gladium, & dolonem, acinacem, e vagina eximere, stringere: dictum. Hinc euagina, pen. prod. educ, stringe imperatiui modi.

Armiger.] Armigeri, non omnes milites dicuntur, vt vulgus putat, nec nobiles tantum, & equestres, vt nostri volunt, sed qui principibus arma gerunt, in pugnaque subministrant. Sed armati possunt dici milites expediti, vt testantur Quint. Curtius, & L. Apuleius.

¶ Primi Libri Regum
FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM secundi Regum libri explicatio.

CAPVT I.

Gelboe.] Montes alienigenarum, in sexto lapide à Scythopoli, in quibus etiam vicus est grandis, qui vocatur Gelbus, & interpretatur decursus, vel rectius, aceruus ebullitionis.

Diadema.] Græce sic scribitur διάδημα, gestamen regis est, & amiculum, διαδέω, circumligo, obuincio. Hinc diadematus, a, um, est diademate ornatus.

Indytus.] Cum y Græco, idem quod glorioſus, clarus, dictum alias.

Armilla.] æ, ornamenti genus, in circuli modum, quo olim militares ab imperatoribus donabantur. Prisc. brachiale vocat quod in finistris brachijs gestabatur. Hinc armillatus, a, um.

Compita.] Dicuntur loca ad quæ petunt homines per diuersas vias. Sunt eñ quadriuia. Monostichon præceptoris mei Iacobi Horlini, cuius priores iiij. versus adscribam: Ridiculas populo qui agitat spectante choreas. Et pedibus tristem pulsat inanis humum. Hinc olidum fluido corpus sudore fatigat. Et parat ad Stygios

gios compita trita lares. Hinc compitalia festa, quæ in compitibus peragebantur.

Clypeus.] ei, & clypeum, proprie maius scutum est, & tantum peditum, vti docet Seruius: Scuta equitum, dictus clypeus quod totum corpus celet. Varro à cauus deriuat.

Decorus.] a, um, à decore, pen. prod. i. pulchritudine, quod est pulchrum, & decore. i. pulchriter. Decoro, as, pen. prod. quod est pulchrum visu, aut auditu, facio, siue orno. Vnde decorum substanti. significat decentiam quandã rebus, personis, locis, siue in agendo, siue in loquendo, accommadatam. Germanice das vvolstan, vnd dye ersamkeyt, zucht, masz, vnd vvolgestalt in allem thun, vnd reden. Contrarium eius: Indecorum. Decus, decoris pen. cor. dedecus, coris contrarium, vt dedecus admittere. Decoro, as, pe. cor. dedecoro, as, cõtrariũ, ich schẽde.

CAPVT II.

Piscina.] æ, pen. produ. locus & stagnũ in quo viui pisces seruantur. Varro lib. iij. de re Rustica: Piscinas voco eas, quæ in aqua dulci, aut salsa incluſos habẽt pisces ad villam. Martialis: Piscina rhombum pascit, & lupos vernas. Hæ & viuaria vocantur, & vasa lignea ampliora ad tenendum aquã. Item generali vocabulo natationes appellantur, vt natatoria Syloe.

Compar.] Comparis pen. cor. in obliq s, idem est quod par. Liuius comparem cladem dixit. Compar etiam dicitur socius, seu æqualis, vt hoc loco. Rhetores id esse dicũt, quod duabus, aut pluribus sententijs breuibus, & inter se paribus exigitur.

Cursor.] oris, à curro, cucurri, cursum, qui currit, aut tabellarius dicitur à celeritate eundi. Martialis: Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora. Porro, Cursores, nomen est officij in aula principali à currendo dictũ, quod celeriter aliquo mitterentur. Non videtur ista absimiles nostris pueris à pedibus, quos etiam sic vocarunt prisci, vt Cicero, & recentiores, vt Martialis: Suetonius cursoꝝ meminit in Nerone: Nunq̃, inquit, carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata & phalerata cum hamaxochoꝝ turba atq; cursorum. Et in Tito: Confestim ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxiæ filium salũum nunciarent. Romani principes cum se totos in Græciam transtulissent, Græcis nominibus ministeria omnia nuncuparunt. Itaq; inter hęc legimus δρομεῖς, id est, cursores. Veteres quoque cursores habuerunt, vt Alexander Macedo Philonidem, qui mille & ducenta stadia vno die confecit, vt scribit Plini. Hinc à curro multa deriuantur, curso, as, & cursito, as, aliud frequentatiuum, cursus, us, cursio, currendi actus, cursura idem, cursorius, a, um, vt nauis cursoria. Cursim aduerbium significat currẽdo, & incursim celeriter, currus, ri, & currum. Cirriculo aduerbium, cursim, celeriter, statim.

Capræa.] eæ, pe. prod. animal syluestre, à videndo atq; clarius aspiciendo, inqt Hierony. nomen sortitum est. Plinius: Sunt rupi capreæ. Hinc capreola, & capreolus.

Auersus.] a, um, terga ostendit, ab auersor, aris: aduersus ꝙo oppositus est. Hinc auersa Venus.

Inguen.] nis, genitale tam masculinum, quàm fœmininum, honor sit auribus. Martialis: Accessi quoties ad opus mixtisq; mouemur Inguinibus. Iuuenalis: Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit. Hinc dicunt: Vsq; ad inguina.

Mucro.] onis, proprie cuspis, & acumẽ ensis, telorumq; est. Improprie pro ense capitur. Hinc mucronare, est acuere. Monostichon incognito autore. Mucronare dies calamum non sinit agrestem. Item mucronatus, a, um, id est, cuspidatus.

Crepusculum.] li, lux est dubia, quæ fit ante solis ortum, anteque occasum, à crepera, rus, a, um, quia tunc multis dubium est, an sit iam nox. Lucanus: Longa repercusso micuere crepuscula Phœbo. Sidonius horam vespertinam crepusculascentẽ cẽtum dixit.

CAPVT III.

Concubina.] æ, vt ait Paulus Iurisconsultus, quæ cum vxor non sit, cum aliquo tamen cubat, & viuit, alias dictum.

Thronus.] ni, à nostris sedes, siue soliũ dicitur, licet Throni in sacris scripturis, pro virtutibus accipiantur Hierarchicis.

Fusus.] si, substanti. instrumentum q̃d mulieres nendo digitis voluũt, eyn spindell, vt: Digiti eius apprehenderunt fusum.

Exequiæ.] arum, pro mortuis inferiæ sunt & parentalia, iustaque: item pompa illa funebris.

Feretrum.] tri, à fero capulus ille, quo mortuus efferri solet, eyn dodenbar.

Compes.] dis, compedes instrumentum quod pedibus vinciendis adhibetur. Hinc prouerbium: Faber compedes quas fecit, ipse gestat: quod de ijs dicitur, qui sibijpsis causſa sunt malorum. Hinc compedito, a, um, penult. prod.

CAPVT IIII.

Beroth.

Berōth.] Ciuitas in tribu Beniamin vnde fuerant isti duo latrones, & interpretatur puteus. Berothi, putei, siue explanationes.

Mephiboseth.] Sonat de origine ignominia, siue ex ore confusio.

Quinquennis.] Est quinque annorum. Hinc quinquennium, spacium quinq; annorum.

Stratus.] Hic pro lecto, quo quiescimus interdiu, & meridie, capitur: Græci Anacliterium vocant, eyn seitzbeth. Stratum, ti, ἀνακλιντήριον, id est, accubitum, lectulus, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica. Et apud Lampridium in Heliogabalo, accuba. Ab alijs Sibadia dicuntur.

Meridies.] ei, semper masc. ge. est medius dies, quasi medidies. Nam (vt ait Varro) antiqui non r. in hoc dicebant. Hinc meridianus, a, um, & pomeridianus, a, ū, id est, post meridiem, vt hora pomeridiana.

Conclaue.] Penult. prod. neutri gen. & conclauis, fœ. locus secretior in interioribus tectis: vbi colloquia fieri solent. Cicero: Cōclaue, triclinium interpretatus est. Horatius in Sermo. Currere per totū pauide conclaue magisq;. Hinc conclauia loca, quæ vna claue clauduntur. Et conclauatus, locus vna claue clausus, conclauo, as, & passi. cōclauor, ris, conclauium genus anuli est.

Nuncius.] ij. dī qui nunciat, & q̄d nūciatur. Vergil. Et nuncius ibis Pelide genitori. Plaut. in Stich. Præcucurri vt nunciarem nunciū exoptabilē. Sic hoc loci. Si solus est, bonus nuncius est, in ore eius. i. nunciū. Sed nuncia, quæ aliqd nunciat. Internuncius, à nuncio, as. Composita, annuncio, denuncio, enuncio, prænuncio, pronuncio, pronunciatum substantinum. Obnuncio, renuncio.

CAPVT V.

Domus.] tis, est tectū. Nam diuo Hierony. teste in Palestina, & Aegypto, vbi vel scripti libri, vel interpretati sunt, nō habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ, vel solaria, vel mediana vocantur. i. plana tecta, vti in Actis, & in Euangelio legimus. Vel domus, synecdochicōs.

Fistula.] æ, proprie canalicula est, per quam aqua educitur fusa: hæ & tubi, à tumore dicuntur, Græce apsides vocantur. A similitudine, pro musico instrumento, quo flatu canitur, accipitur, eyn pfeiff. Hinc fistula spiritalis, fistula cibalis, fistulæ pineæ, fistulæ fictiles, alias tubuli, fistulo, as, fistulator, fistulosus, a, um.

Arx.] cis, ab arceo, es, qa arcet hostes accedere. Est locus vrbis, in monte situs, natura munitus. Diminut. eius arcicula, nos castrū appellamus, num recte, iudicent alij.

Gyrus.] ri, Latine circulus, vel ambitus dici potest. Hinc gyro, as, id est, circūdo, Et regyro, penult. prod. retrogyro, as.

Mello.] Ait Hieronymus: Ciuitas quā ædificauit Solomon. Porro Symmachus, & Theodotio adimpletionem transtulere, & plenitudinem denotat. Hebræi Millo legunt. Hic profunda vorago, valliculaq; dicitur, à qua sursum ædificauit Dauid murum per gyrum arcis Sion, vnum murū fecit intrinsecus, alterum extrinsecus, hoc est, duplici muro munijt arcem. Reliquam partem extruxit Ioab, vt legimus i. Parali. xi

Pyrus.] ri, arbor nota, pyrum fructus est pyri, dictum, quod ad similitudinem pyramidis, e lato tendat in cuspidem, flammæ similitudinem reddens. Diminutiuum eius, Augustinus libro primo Confess. pyrulum dixit, eyn birlin.

CAPVT VI.

Lyra.] æ, instrumentum musicum, vbi quot sunt fides, & chordæ, tot resonant voces, à λυρᾶν, canere. Hinc poetæ Lyrici. Græci poetæ chelin vocant lyram. Est & cœleste signum. Ouidius: Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultum, Dicet vbi est hodie, quæ lyra fulsit heri? Eam Mercurius fecit in Mityleno monte Arcadiæ. A lyra fit delyrus, & delyrare.

Sistrum.] Instrumentum musicum, hoc est, cornu recuruum, Aegyptijs peculiare. Dictum alias.

Temeritas.] Et temeritudo, est audacia. Pacuuius: Egon tyranni noui temeritudinem? Temerarius audax. Temere, id est, male, stulte, inconsulte. Et temerare, est scelerare, corrumpere, contaminare. Temeratus, a, um.

Obededom.] Gethæus, quem benedixit deus, & omnem domum eius, propter arcam dei. Alij scribunt, Obededam, id est, seruus hominis.

Armigatus.] a, um, quod est ad armū ligatum, vt hic loci.

Collyrida.] æ, torta panis. Sæpe dictū.

Assatura.] æ, ab asso, as, quod est torrere, frustulum carnis assatæ, vel assę, vt Plautus ait, verius.

Bubulus.] a, um, à boue fit, id est, bouinus, a, um, vt caro bubula: bubalinus a, um, à bubalo, poeffel, vt annulus bubalinus, eyn poeffeln rinck.

Saur-

Scurra.] Qui risum ab audientibus captat, non habita ratione verecundiæ, aut dignitatis, Græci bomolochum vocant, vulgo eyn freyhart. Hinc scurrilitas, & scurrilis, & hoc le, penult. prod. ridiculum cum turpidine, scurriliter.

CAPVT VII.

Nathan.] Propheta filius Isai, alio nomine Ionathan nomine patrio, & interpretatur, dedit donum.

Cedrinus.] a, um, possessiuum à cedro, arbore maxima, quod ex cedro est formatũ. Hinc cedræum oleum, ex ea arbore nascens. Et cedræa primus sudor, qui defluit in canali cum pix fit. Persius dixit: Et cedro digna locutus. Idẽ est, Ambrosia nectareq; dignus.

Magnalia.] Sunt ingentia facta, & admiratione digna.

CAPVT VIII.

Iugalis.] e, pen. prod. qui iugum habet vt hic. Iugale vinculum, copula matrimonij. Vergil. Cui vincla iugalia curæ.

Manubie.] arum, dictæ, quod manu capiantur ab hostibus, præda ab hostibus capta. Asconius Prædianꝰ: Manubias prædas Imperatorum vult: hæ & pro spolijs sæpe capiuntur.

Salina.] æ, penultima producta, locus vbi fit sal. Plinius lib. xxxi. fit sal vulgaris, plurimusque in salinis effuso mari, &c. Sed Salinæ, arum, vrbs Siciliæ iuxta Lilybæum, palmis abundans, quod iuxta eam salinæ fuerint.

A commentarijs.] Qui præest cõmentarijs. Hunc Asconius Prædianus commentarienſem appellat. Hæc locutio creberrima est apud classicos autores, vt cum dicimus aliquem esse à studijs, intelligatur qui præfectus est studijs, puta principis pædagogus, magister. Item ab epistolis, à libellis, à rationibus, qui epistolis, libellis, rationibus, supplicibus præest. Suetonius in Claudio pulchriter hisce vtitur. Item à secretis, est secretarius, à batis, qui præest mensuris, vel qui annonam mensuris diuidit. Batus enim vasis genus est. A calicibus .i. pocillator: à manibus, seu à manu, scribæ, qui & amanuenses: à pedibus nuncij, tabelliones, Græci grammatophoros vocant, &c. De ijs plura apud Grammaticos, hæc sat sint.

CAPVT IX.

Sjba.] æ, seruus Dauid, & interpretatur egressus, vel rectius exercitus, virtus.

Infero.] is, est intro pono, seu intro porto. Plautus: Neq; meũ pedem huc intuli. Lactantius libro ij. Non placebat Persio, quod aurea vasa templis inferantur. Sic hoc loci. Interdum significat facere, vt damnum intuli. Item subijcere, apponere, introducere, ingerere, contra ferre. Inferre arma, est bellum gerere. Inferre crimen, est obijcere, imputare. Stuprum inferre, est immittere, infigere. Hinc illatio, quam Logici consequentiam vocant.

Alo.] is, significat nutrio, is, alimentisq; sustento. Aliquando crescere est. Et licet altum, vel alitum supi. faciat, tamen (vt docet Diomedes insignis Grammaticus) melius dicitur alitus, quàm altus, vitandæ ambiguitatis gratia. Hinc alimentum, & alimentarius, a, um, vt lex alimentaria, quæ pueris prouidebat, & alimonia.

Contrabo.] is, id est, colligo, & omnes in vnum congrego, vt hoc loco, contraxit, id est, collegit. Quandoq; confluo, vt: Aes alienum contraxi. Aliquando committo. Item paciscor, inde contractus. Interdũ constringo, retraho, vt nerui contrahuntur. Contrahere frontem, est fronti rugas inducere, & caperare, vt: Caperata frons. Hinc contractio.

Iugiter.] Aduerbium, id est, assidue, continue, & iugis, assiduus, continuus, quasi semper iugo affixus.

CAPVT X.

Amon.] Cum vno tantum n. filius Naas regis Ammon. In Anon contumelioſi locum Sobi constitutus est, vti ait diuus Hieronymus in quæstionibus, seu traditionibus Hebraicis in ij. Regum. Sed Ammon filius Loth, à quo Ammonitæ descenderunt. Hi Arabes sunt. In Ammon morte consolatus est Dauid. Amnon vero per n. primogenitus Dauid, de quo secundo Regum xiij.

Consolor.] aris, penult. prod. à solor suo simplici, quod primam produ. Vergilius: Dictis solatur amicis, significat solatium præstare, & proprie verbis fit consolatio. Cicero Sulpitio: Dices quid me ista res consolatur? Hinc desolor, est destituere. Item consolabilis, & consolatorius, a, um, vt epistola consolatoria.

Abisa.] Trisyllabon, & abisai tetrasyllabum, qui & absai. Notãdum quod solummodo in hoc loco, in Hebræo legatur Abisa. In cæteris vero locis Abisai. Abisa vero interpretatur pater sacrificij, & Abisai pater meus sacrificium. Ideo autem ex nomine illius vnam literam demptam Hebræi dicunt, quod necis Abner conscius fuerit.

CA-

CAPVT XI.

FEtus.] us, à ferendo, vt inquit Ouidius, seu à fouendo, quoniam & dum in vtero est, & postq̃ eductus est, à matre fouetur. Et generale est nomen ad omnia animalia, etiam si sint oua, etiam ad arbores. Vergil. Arborei fœtus dixit, id est, fructus, & poma. Hinc fœtura, æ.

Papilio.] Vermiculus est imbecillis. Columella libro decimo de apibus: Papiliones enecandi sunt. Item tentorium dicitur. Alias dictum.

Telum.] li, iaculum omne, quod manu iaci potest, vt lapis, lignum, plumbum, ferrum. Vergilius pro gladio vsus est. At non hoc telum, mea quod vi dextera versat, Effugies.

Euentus.] us, dicitur, quod casu aut fortuna nobis euenit, tam in bonum, quàm in malum. Dicimus & euentum neutri generis. Item euentus pro fine Ouidius vtitur: Careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta notanda putat. Non disputo an dici possit euentus plurali numero, quod rarum esse Valla ait: dici tamen posse certum est. Augustinus libro v. de Ciuitate dei, cap. xxij. ait: Quàm varijs euentibus, &c. De hoc habes fusius Genesis xli.

CAPVT XII.

VRias.] Vir Bethsabee, cognomento Ethæus, siue Cethæus, quod idem est teste Hieronymo, & interpretatur lux mea dei, vel verius ignis domini.

Bethsabee.] Sic debet scribi, non Bersabee, quod est nomẽ loci, vxor Vriæ Ethæi, & interpretatur filia iuramenti.

Rabba.] Nonnunquàm Rabbath scribitur, Metropolis Ammonitarum, alio nomine Philadelphia, cuius meminit & Hieremias.

Mussito.] tas, frequentatiuum à musso, as, quod est submissa voce loqui, & secrete occulteq̃, quod cælatũ velim, quasi murmuro. Liuius libro I. Iam em̃ ita clàm quidam mussitantes vulgo tum eum appellabant. Hinc mussitatio.

Serro.] as, est serra per medium secare, vt hic loci, & Syrius libro sexto: Auro serrauit ramos Iunonius anguis. Hinc serratus, a, um.

Carpentum.] ti, vehiculi genus, dictũ quasi carmentum, à carmenta Euandri matre. Ouidius libro primo Fasto: Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant. Hæc quoq̃ ab Euandri dicta parente reor. Hinc carpentarius faber, qui carpenta facit.

Typus.] Latine dici potest forma, figura, adumbratio, exemplar. Hinc typicus, a, um. Typice aduerbium.

CAPVT XIII.

ABsalom.] Filius Dauid trigesimo die tondebat Cæsariem. Sceleratus fuit, titulum, & memoriam nomini suo erexit adhuc viuus, & cætera, id est, patris pax, vel pater pacis.

Thamar.] Soror Amnon simulati infirmi, primogeniti Dauid, & interpretatur palma. Matthæi I. si illa est, vel amara, vt hic loci, arbor Dactylorum.

Deperire.] Vt hoc loco capitur, est impatiẽter amare. Plautus in Cassi. Hic ipsius Cassinam deperit. i. misere amat.

Macies.] Macritudo, & macor, extenuationem, & macilentiam significant. Apuleius: Vnde ista tam subita macies, & tantus pallor? Plautus: Ossa atque pellis, vt miser macritudine. Pacuuius: Corpusque meum tali mœrore, errore, macore sonet. Hinc macilentus, a, um, id est, macritudine confectus. Festus.

Sorbitio.] Vel sorbities, est ipse sorbendi actus. Persius: Barbatum hæc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ. Huius diminutiuum est sorbitiuncula, pro cibo qui facile sorbetur: vti hoc loco capitur, à sorbendo.

Talaris, & hoc re.] Vt vestis talaris, quæ vsq̃ ad talos descendit. Iosephus colobium manicatum vocat.

Contabesco.] is, id est, langueo, deficio, compositum à tabeo, es. Augustinus libro ij. Confess. Tristitia rebus amissis contabescit, quibus se oblectabat cupiditas.

Balasor.] Vna dictio est, nomen est loci, & interpretatur habẽs sagittam luminis, vel ascensio atrij.

Temulentus.] a, à temeto, teste Horatio, est vinolentus, ebriosus. Hinc temulentia. Dictum est.

CAPVT XIIII.

THecua.] Vsque hodie iuxta desertũ ciuitatis Aeliæ vicus ostenditur, vnde & Amos propheta fuit. Hinc Thecuites dictus est: abundat pastoribus, & interpretatur clangor buccinæ, vel tuba, seu percussio.

Lugubris.] Et hoc bre, quod ad luctum pertinet, vt vestis lugubris, cantus lugubris, Græcis threnodium dicitur, vt: Ite lugubres Elegi, Camœnas A triumphali prohibete pompa, Dum resurgẽti placidum ca-

namus Carmẽ Iesu. Eobanus Hessus autor.

Elegans.] Nomen non participium ab eligo,is,id est,cultus,ornatus,politus. Hinc elegantia,& eleganter aduerbium.

Rixor.] aris,idem quod iurgo,contendo,litigo. Hinc rixa,& rixosus,a,um, cõtentiosus. Festus: Rictus,rixæ, rixose à ringitur dici videntur,quia in diuersum rumpantur, contrariaq; sint recto,vt rixosa mulier, qualis Xantippe Socratis vxor fuit.

Cesaries.] A cædendo dicta fuit,sicut et coma,id est, à κόπτω, incido, quocirca tantum virorum dicta est cæsaries.

CAPVT XV.

Gessur, vel Gessuri.] Regio alienigenarum in Syria, & sonat iuxta lumen, vel vicinia luminis.

Achitophel.] Gilonites,cõsiliarius Dauid de ciuitate sua, sonat Hebræis frater meus cadẽs,siue irruẽs,vel frater meus cogitãs, seu tractans. Rectius est frater rei insulsæ.

Gilon.] Ciuitatis nomen, vnde fuit Achitophel. Hinc Gilonites dictus est penultima producta.

Coniuratio.] Est idem quod conspiratio, à coniuro, as, quasi contra iuro, semper in malum dicitur. Terentius: Quæ est hæc coniuratio, vt omnes mulieres eadem æque studeant. In bonum, cum honesta caussa sit.

Cliuus.] Ait Nonius Marcellus, at plerunq; neutri apud Memnium inuenimus, cuius autoritas dubia est. Ne ardua nitens fortunæ scandere cliua. Cato de tribunis militum. Loca ardua,& cliua depressa. Quamuis cliuus etiam ponatur pro colle mitiori, veluti cliuus capitolinus,& cætera. Hinc accliuis, vel accliuus penultima producta, q̃ est leuiter erectum, & acuminatum,& de ascensu proprie dicitur, sicuti decliuis: & decliuus contrarium,de descensu. Et metaphoricõs. Istud mihi facere in procliui est.

CAPVT XVI.

Alligatura.] æ,ab alligo,as, quod est ad aliquid,vel iuxta ligo, colligo, hic pro fasciculis videtur capi. Hinc alligatio,& alligatus, a, um.

Palata.] æ, ficus inter palas compressa, eo dictæ palatæ, quod per massas premerentur inter duas tabellas, quas palas vocant. Hæc & carica dicitur. Græce πελάτη, φύραμα dicitur.

Baburim.] Locus ad quem vsq; prosecutus est Michol filiã Saul, vir suus lachrymans, & interpretatur electorum.

Semei.] Hebræi dicunt, quod hic Semei fuerit Nabath, pater Hieroboam, qui regnauit post Salomonem super decem tribus. In historijs tamen dicitur Semei filius Cis,patris Saul. Binomius enim erat pater Semei. Hieronymus in Zachariam cap. xij. In Semei, inquit, doctores accipiuntur, ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt, & interpretatur audi me.

Jugum.] Est montis acumen, & vertex,alibi dictum. Vergilius: Dum iuga mõtis aper,fluuios dum piscis amabit, Semper honos,nomenq; tuum,laudesque manebũt. eyn spitz, gipstel am berg. Item eyn iogh. Et iugum in vinea. Iugatæ vites. Et iuga, alias transtra. Denique iugum dicitur duo pali in terram positi, & alium trãsuersalíter ceu furcam. Vnde sub iugum mittere exercitum. Et subiugare, iugalis,e. Iugale vinculum. Iugalis nodus idem. Iugarius vicus Romæ. Iugosus,a,um, iugerum, ri, in singulari secundæ declinationis, in plurali secundæ, & tertiæ inflexionis. Iuges,coniuges, in singulari coniunx. Iniuges, indomita pecora, &c. innumera. Vide dictionaria.

Refocillo.] as, idem est, quod recreo. Hinc refocillatus,a,um,& refocillatio.

Solarium.] ij. superior pars domus est.

CAPVT XVII.

Vrsa.] æ, fœminini generis,ab vrsus, est & sydus cœleste, figuram habens similem plaustri, vt vrsa maior, & minor. Hæc & Cynosura vocatur.

Calculus.] li,genus lapilli est durissimi, & rotundi à calcando. Item morbus asperrimus,quo qui laborant calculosi dicuntur, Græci lithanicos vocant. Item calculus latro est seu latrunculus in ludo Schacorum. Quandoq; pro ratione ponitur. Rursus minima pars ponderis. Et culter lapideus,quo Esaiæ prophetæ labia mundata fuere.

Vestibulum.] Est locus ante ianua domus vacuus,per quem à via ad ædes itur, hoc est, ambulacrum. Græcis πρόπύλαιον, ἢ πρόπυλον dicitur. Ob breuitatem vide lector Lexicon GræcoLatinum Petri Gillij Albiensis.

Ptisana.] Penultima correpta,tantum hordei est. Nam vt Plinius dicit: Itali quidem maxime oriza gaudent, ex qua ptisanam faciunt,quam reliqui mortales ex hordeo. Declarat etiam orizam (quæ vulgo apud nos rizum dicitur, & in vernacula nostra ryß) ijs verbis: Orizæ quidem folia carnosa, porro fimilia, sed latiora, altitudo cubitalis,

bitalis, flos purpureus, radix gemmeæ rotunditatis. Et vt addit Turanius. Olyram & orizam eandem esse existimat, aliqui putant quod robus genus frumenti apud Columell. idem sit quod oriza. Inde Ptisanarium, vas est, in quo coquitur vel tunditur ptisana, vnde Horatius libro secundo Sermo. Satyra. iij. Quid cessas? agedum sume hoc ptisanarium orizæ.

Stratorium.] ij, quod sterni solet, vt hoc loco. A sterno, is.

Tapetum.] ti, tapes, & tapetæ penultima prod. tegmen mire pictum variis coloribus, quo equi, mensæ, seu pauimenta sternuntur, Græci peristromata vocant. Plautus: Vt ne peristromata quidem æque sint Campanica, neq; Alexandrina, beluata, consuta tapetia, aulæa, vela picta, & suspensa.

Cicer.] ris, leguminis genus, madefactum circumferri solebat, & otiosæ plebi vēditari, quo culinæ paratius haberent, nec enim decoqui potest, nisi molle factum, pridie seri debet. Plura eius genera, est enim arietino capiti simile, propter quod arietinū appellatur, album, nigrum, columbinum, quod & Venereum vocant candidum, rotundum, leue, arietino minus. Dulcissimum autem id quod eruo simillimum. A cicere cicercula deriuatur, etiam leguminis genus piso similis, quasi minutum cicer. Hinc Cicero dictus, non quod primus, qui ea familia sic cognominatus est, in extrema nasi parte eminens quoddam quasi cicer habuerit, sed q̄d hoc genus leguminis optime sit solitus serere. Sic & olim Pisones, Fabij, Lentuli, cognominati sunt.

CAPVT XVIII.

TRibunus.] ni, dicebatur, qui militum partem sub se habens, æqualem cum consulibus haberet potestatem, Græci chiliarchum, id est, præfectum mille viris vocant.

Centurio.] Præfectum centum viris, Græci hecatontarchum appellant.

Ethai.] Gethæus cognominatus. Iste fuit Achis filius regis Geth, cum quo Dauid peregrinatus est, & amicitiam habuit. I. Regum xvij.

Geth.] Ciuitatis nomen, in qua Gigantes, qui vocabantur Enakim. (Nam Enach gigas, siue torques dicitur) & Philistinorum accolæ permanserunt. Ostenditur vicus quinto miliario ab Eleutheropoli euntibus Diospolim. Hodie Diocæsarea dicitur, & sonat torcular.

Achimaas.] Filius Sadoch, hic fideliter cum Dauid in omnibus egit: & sonat frater consilij.

Centeni, milleni.] Numeralia distributiua. Hic pro turmis militū capiuntur, quarum vna centum, mille altera continebat.

Condensus.] a, um, est coarctatus, spissus, coniunctus, & ob hoc obscurus, vti in syluis. Hinc condensare est spissare, cogere: condensatus, a, um, & condensatio.

Sicus.] Nomismatis genus viginti obolos continens. Frequenter dictum.

Palpito.] as, frequentatiuum à palpo, as, est leuiter, ac frequenter moueri, vt cor mihi palpitat. Dicitur & palpor, aris, metaphorice assentari. Hinc palpatio, & palpum, vt palpum obtrudere prouerbi. Palpator, palpo, onis, idem.

Aceruus.] ui, est cumulus, mollis quædam aggregatio minutarum rerum. Hinc aceruare, & coaceruare, & aceruatim aduerbium.

Titulus.] li, est index, & elenchus cuiusque operis, vel quod nomen, memoriam, tempus imaginem, genus aliaque id generis monumenta indicat. Hinc dicimus: Titulo tenus gessit officium, id est, dignitatem, laudem. Item tituli aliquādo milites vocantur, kriegsleut.

Compendium.] ij, vtilitas, lucrū, contra dispendium. Dicitur & breuitas, sed vtilis, vt hoc loco, Græcis epitome, & methodus. Hinc compendiosus, a, um, & compendio, & compendiose aduerbium.

Speculator.] ris, qui e specula prospicit, Græcis catascopos dicitur. A speculor, aris. Hinc speculatio, speculatorius, a, um. Speculare, & specularium, speculum, specillum diminut. Conspicillum, eyn brulle.

Fastigium.] ij, est altitudo, culmen, summitas operis. Vergilius: Et fastigia suspicit vrbis. Dicitur quandoq; ima pars. Item interdum finis, vt fastigium imponere. Hinc fastigio, id est, acumino, & quasi fastigium erigo, fastigiatus, a, um.

Nuncius.] ij, qui nunciat, & quod nunciatur, hic & baiulus. portitor, tabellio, tabellarius, à pedibus, Græce grammatophorus dicitur.

CAPVT XIX.

IRrumpo.] is, est cum festinatione, & vi quadam intus rapi. Hinc irruptio, est ille actus, & impetus, & irruptus, a, um.

Obnoxius.] a, um, quasi ob noxam alicui subiectus. Accipitur pro obligato cuiquàm.

Conuiua.] æ, est idem quod conuiuator in mensa hospes. Horatius: Tres mihi conuiuæ prope dissentire videntur, Poscentes vario multum diuersa palato. Hinc conuiuium, & conuictus, us, & conuiuator, cõuiuor, aris.

CAPVT XX.

Iemineus.] Penultima producta, pentasyllabon, id est, quinq; syllabarum, cognominatus est Siba filius Bochri, modo nõ fallat scriptura nos legimus geminus, Græci dydimus.

Buccina.] Pastoralis est (teste Hieron. in Oseæ Commentarijs) & cornu recuruo efficitur. Tuba vero de ære, vel argento, qua in bellis & solennitabus concrepabant. Et vt alij tradunt, directa est, & est peditum. Lituus vero incuruus est, & equitũ, eyn schalmey, oder trumme. Hinc liticen, qui canit lituo.

Ilium.] ij, vel potius ilia, orum, sumuntur pro ea parte, quàm Græci ab inanitate κενεῶνα, id est, flaccida, seu lagona vocant. Inter coxas, & pubem in imo ventre, Celso autore libro iiij. posita sunt. Lactes, graciliora intestina, quæ tria sunt. Tenue, ieiunum, & Piluros. Hinc ilios us, a, um, eo morbo laborans, quem Græci Lagonoponum dicunt. Hinc dicimus: Etiamsi rumpantur ilia. Item Ilium regio Priami fuit, quæ & Troia dicit. Hinc adagium: Ilias malorum.

Mentum.] ti, ab eminendo, à gula em eminet. Et quamuis Plinius dicat mentum nulli præter hominem esse, Hieronymus tamen hic scribit Dauid mentum leonis, & vrsi apprehendisse, das kund.

Abela.] Med. cor. locus vinearum, vbi dimicauit Lepte in terra filiorum Ammon, nam & vsq; in præsentem diem in vij. lapide Philadelphiæ villa Abela cernitur vinetis consita. Alia quoq; est ciuitas nomine Abela vini fertilis in xij. à Gaderis miliario contra orientalem plagam, necnon & tertia in Phœnice Abela, inter Damascum, & Paneadem, interpretatur etiam luctus.

A commentarijs.] Qui præest cõmentarijs, hunc commentariensem vocat Asconius Pædianus. Subinde dictum.

CAPVT XXI.

Oraculum.] li, ab ore dictum, ait Priscia. diuinum responsum. Græcis χρησμὸς dicitur, id est, responsum, quod redditur à numine aliquo petentibus. Sed D. Hieronymus putat χρησμὸν dici, quoties deus per se respondet.

Piaculum.] li, sacrificium, cultus, & quicquid præbetur pro sacrificatione & expiatione peccati. Vergili. Ea prima piacula sunto. Aliquando crimen & flagitium. Vergil. libro vi. Distulit in seram commissa piacula mortem.

Uncia.] Duodecima pars assis, eyn helbling. A quo semiuncia, duæ sextulæ, tertia pars vnciæ, eyn halb helbling. Est etiam mensuræ genus exiguæ. Vnde dimi. vnciola. Hinc vncialis, & vnciales literæ sunt maiusculæ, quas & digitales vocamus. Porro vncia videtur solita esse obelo signari, hoc est, veru. Isidorus, si modo idoneus est is autor, gammate Græco, & o nostro in fine sic co, vnciam dicit signari, linea vero in transuersum porrecta —— obelum. Cæterum obelo seu veru vtebantur annotando, vt videretur transfodi & iugulari dictum illud, ceu nothum & insititiũ. Tractum hoc à prisco Grammaticorum more, quum de versibus libriscq; censuram faciebant, Aristarchi Grammatici instituto. Quintilianus libro I. Vide eum si placet. Seneca festiue Aristarchi notas inquit, quibus aliena carmina cõpunxit. Ab vncia deriuatur vnciarium, à quo semunciarum. Liuius libro vij. Semunciarũ tantum ex vnciario factum fœnus, & in pensiones æquas triennij. Hinc vnciaria lex.

Polymitarius.] a, um, adiecti. vt opus polymitarium. i. multis licijs textum. Polymitarius subsitãt. qui eam artem exercet. Polymita, tæ, pen. cor. vestis illa variegata.

Senus.] a, um, distributiuum à sex, id est, per singula sex, vt homo senis digitis. Hinc senarius, a, um.

CAPVT XXII.

Conquassatus.] a, um, à conquasso, as, verbo frequentat. quod est mouendo cõcutio, confringo, contero, vt caput cõquassatum est, confractũ, concussum, & contritum. Hinc conquassatio. Vide Cice. li. iij. Tuscu. quæstio. Ego breuitati studeo.

Caligo.] Penul. prod. vmbra est de aeris spissitudine genita. i. tenebra, obscuritas. Hinc caliginosus, a, um. Et adagium: Per caliginem videre.

Fulgor.] oris, penultima prod. in obliquis, idem quod splendor, nitor. Sed fulgur, guris, penult. cor. in obliquis, neut. gen. seu fulgus, uris, vel oris, est lux illa, & quasi vibratio luminis ante tonitrum. Ouid. Si quoties peccãt homines, sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Cribro.] as, est purgo. Cribramus enim triticum, & huiusmodi, vt à puluere, & rebus immundis secernatur. Hinc cribrarius, a, um,

a,um,quod ad cribra pertinet. Hinc adagiat Cribro aquam haurire. Et: Cribro diuinare, est coniectura sagaci rem deprehendere. Græce λίκμος dicitur cribrum,vannus,ventilabrum. Vt cribrum setaceum. Cribrum pollinarium,alias incerniculum.

Talus.] li, duo significat,pedis illud os, apud calcaneum extans,& extuberãs. Hinc vestis talaris. Est & ossis genus,quod tesserã vocamus,& taxillos Græci cubos vocant,et astragalos quadrantalia. Talaria calcei sunt. Vt talaria induere, adagium apud Ciceronẽ ad Atticum lib. xiij. Nemo est istorum qui otium nõ timeat. Quare talaria induamus. Hinc talarius,a,um, ad ludum talem pertinens. Taxillus diminut.

Compingo.] is, est contrudo. Plaut. Quid faciam nunc, si tres viri me in carcerẽ compegerint? Interdum compono,& coniungo. Vergil. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Hinc compactus, a,um,& compactio.

CAPVT XXIII.

Psaltes.] tis,Græcum est, Latine cantor,hinc psalmus, canticum, psallo, cano,psalterium,Hebraice Nablon,Latine organum laudatorium. Psalmographus qui psalmos scribit,vt Dauid.

Lanceatum.] Quod lancea est armatum, vt hic lignum lanceatum. Lanceati dicuntur,qui ictu lanceæ necati sunt, aut necantur, à lancea,& laceola diminuti. Lancearius,ij, alias Saryssophorus. Lancino,as, penult. correpta, ferio.

Obrigeo.] es, compositum ab rigeo,& obrigesco,is, quod est totus frigore contrahor,& q̃si indurescо,& rigidus fio,ficq; hoc loco capitur. Hinc obrigidus,a,um.

Libo.] as, est leuiter,& quasi labris degustare. Hic pro litare & sacrificare ponitur.

Auricularius.] ij, substant. vt hic loci, est secretarius,vel à secretis, & consiliarius. Auricularius,a,um,vero adiectiuum, quod ad aures pertinet. Dicitur & auricularis, & hoc re,vt verminatio auricularis, & digitus auricularis,auricularis morbus, auriscalpiũ. Auritus,a,um,aures arrigere,aurem accommodare. Auricula, vt auricula infima mollior.

CAPVT XXIIII.

Lustratus.] a, um,à lustro, as, quod est circundo,expio,aspicio,agnosco,sequor,patefacio,clarifico,inumbro, circunspicio. Hic lustratus pro circumitus ponitur. Hinc lustratio, lustralis, e, lustricus, a, um, & cætera.

Optio.] Et optatio, electio dicitur ab opto,as. Hinc optati,qui electi sunt in honestum aliquẽ gradum. Et optato aduerbiũ.

Grassor.] ris,Festus Pompeius. Grassari proprie dicuntur latrones vias obsidẽtes, qui cum impetu inuadunt aliquem, hoc est, desæuio. Hinc grassator, qui per vim & insidias latrocinatur. Iuuenalis: Interdum & ferro subitus grassator agit rem. Grassatio, inde compositum degrassor,aris.

Arauna.] Id est,irrigatio,area Hiebusæi dicitur,& ornan,id est, arca. I. Paralipomenon duodecimo.

Gratuitus.] a,um,quod gratis datur, id est,sine præmio,& quod non est mercenarium. Cicero lib. I. de Legibus: Quid liberalitas,gratuita ne est,an mercenaria? si sine præmio benigna,si cum mercede conducta. Hinc gratuito aduerbium,& gratis. Grates plurali tantum apud poetas, vt persoluere grates. Omnia à gratia, & gratiæ, gratiarũ. Gratiosus,a,um, &c.

¶Secundi Libri Regum
FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM tertij Regum libri explicatio.

CAPVT I.

Abisag.] Speciosa illa,ac pulchra adolescentula, de vniuersis finibus Israel quæsita, vt cũ rege Dauid seniore dormiret, & senile corpus calefaceret,interpretatur patris error.

Sunamitis.] Alij Sulamitis scribunt, forte verius, penultima producta, interpretatur perfecta, integra, sic fuit Abisag cognominata.

Foueo.] es, est idem quod nutrio, sustineo, pueho,hic loci pro amplector,in delitijs habeo,calefacio,ponit. Hinc fotus,a,ũ.

Adonias.] Filius Aggith vt textus habet. Iste fuit quartꝰ filius Dauid. Primus eñ fuit Chelaab,secundus Amnon,tertius Absalom. Isti fato cõcesserant. Vnde Adonias primogenitus erat inter superstites, hac ratione aspirabat ad regnũ. Hierony. dicit: Erat aũt Adonias pulcher valde,secundus natu post Absalom. Notandũ q̃ in Hebræo ita legitur. Et ip̃m peperit post Absalom,subauditur p̃ctm̃,hæc ille. Et interp̃tat dñs deꝰ.

Banaias.] Pen. prod. filius Ioiadæ, filij viri fortissimi magnorũ operum de Capzeel, & interpretatur filius dei. Notandum quod in Hebræo non habetur, magnorum operum, sed magister operum. Capzeel ẽ interpretatur congregatio dei. Magister enim erat de congregatione dei.

Cerethi, & Phelethi.] Pen. prod. sic debent scribi, qui interpretãtur occidentes, & viuificantes. Hactenus diuus Hieronymus: Sunt sagittarij secundum Targum, i. Chaldaicam translationem.

Semei.] Ipse est Nabath, pater Hieroboam, qui fuit magister Salomonis, & fuit de Bahurim, id est, de electis. Vir iste Aegyptius Semei filius Iera fuit, qui maledixit Dauid.

Seruos Domini vestri, &c.] Seruos hic dicit Cerethi, & Pheleti, id est, septuaginta senes iudices. i. sagittarij, & fundibularij, & præfecti fundarum.

Amen.] Dictio Hebræa, quam nos fideliter, Græce γενοιτο Aquila transtulit. Optantis est esse verum, quod dictum est. Iuratur in Deo Amen, exponitur sic faciat dominus, fiat: Græce γένοιτο. Iuramentum est Christi, & signaculum dominicæ orationis fiat, sit firmum.

Tumultuo.] as, in perturbatione sum. Hinc tumultus, & tumultuosus, a, um, & tumultuarius, vt oratio tumultuaria, tumultuanter, aduerbium.

Thronus.] ni, à nostris sedes, siue solium dicitur.

CAPVT II.

Amasa.] Filius fuit Iether, & sonat populum tollens, vel populo parcẽs, seu eleuans populum.

Joab.] Filius fuit Saruiæ, & interpretatur inimicus, vel est pater. Hic interemit Amasam, vt habetur ij. Reg. xx. & interpretatur desiderans, concupiscens.

Canus.] a, um, quod est senex. Vergilius: Cana fides & Vesta, id est, antiqua. Cani vero substantiue accipiuntur pro capillis albis præ senectute. Hinc canicies, & canitudo, pro ipsa albedine. Plinius: Et ipsa iam canitudine venerabilis, à quo caneo, es, & canesco, is, gryssvverden.

Maledictione pessima.] Pessima Hebraice Nimreth dicitur: quod quinque literis enunciatur, id est, Nun, Mem, Res, Zade, Thau. In Nun Noeph, id est, adulter, Mem Moabita, Res Rasa, id est, impius, Zade Zara, id est, leprosus, Thau Thoaba, id est, abominatus.

Berzellai.] Galaadites, sonat in nostra lingua ferreus. Alij scribunt Barsillai.

CAPVT III.

Affinitas.] Est duarum cognationum inter se diuersarum per nuptias copulatio. Affines sunt viri, & vxoris cognati. Nomina vero eorum hæc sunt, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, priuigus, priuigna. Vide Modestinum de gradibus affi.

Salomon.] Vel Solomon vtrunq; recte, filius Dauid ex Bethsabee, rex Israel sapientissimus, & sonat pacificum, qui etiam dictus est Iedidia, id est, dilectus dei, p quo nos habemus amabilis domino, secundi Regum duodecimo: Huius Salomonis & templi ab eo constructi meminerunt prophanî scriptores Eupolemus, & Thimocares. Lactantius libro iij. diui. institutio. Salomonem scribit regnasse ante Troiana tempora annis cxl. cum totidem annis posterior fuerit clade Ilij: vel erratũ est à librarijs, vel autor ipse lapsus memoria, & p post dixit ante.

Thymiama.] Odoramentum suauissimum, thymi naturam referens spiransq;.

Gabaon.] Olim metropolis, & regia ciuitas Heuæorum, & nunc (vt refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine in quarto miliario Bethelis contra occidentalem plagam iuxta Rama, vbi Salomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum, & collis dicitur.

Docilis, & docile.] Is est qui attente vult audire, inquit Cicero libro I. ad Heren. Vel qui facile docetur, & discit, aut qui idoneus est, & aptus vt doceatur, vt hic loci. Græce didactus. Hieronymus: Ingenium docile & sine doctore docibile. Quanquàm docibilis vox sit, teste Erasmo doctissimo Grammatico, Latinis auribus inaudita. Cyprianus tamen dicit: Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis.

Holocaustum.] Vel holocaustoma, proprie hostia, quæ integre, & tota exurebatur.

Intempesta nox.] Dicitur obscurissima, tacita, ac silẽs, vt est fere media nox, myternacht. Cicero in Verr. Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nuncius.

CAPVT IIII.

Acommentariis.] Qui præest commentarijs, id est, à secretis, quem nos Cancellarium barbare vocamus: Græci Archigrammatæum vocant.

Anno-

Annona.] næ, dicitur quicquid vno anno colligitur ex prædijs, siue sit filigo, siue auena, siue fœnum, aut cordum, vel aliud simile, imo annona omnium obsoniorũ est, vt idonei autores prodiderunt. Præterea & Suetonius in vita Tyberij annonam pisciũ intellexit.

Lozus.] ri, sine aspiratione, ea est mensura aridorum, quæ capiebat medimnos Aticos quadraginta vnum, vt testatur Iosephus libro tertio Antiquitatum Iudaicæ gẽtis. Vide Budæum de Asse.

Altilia.] Non significat tantum vulgo hausis vogel, & secundum alios capos pingues, sed omnia animalia, nedum aues quæ domi, vel in villis, vel in viuarijs faginantur, vt gallinas, anseres, anates, sues, pisces, &c. Ita habet Valla in Raudensem, vt & Plinius naturalis historiæ lib. ix. vt cochleæ altiles ganeam implerent.

Curule.] Neutri generis per simplex r. Et curulus fœmini gen. penultima producta est sedes ex ebore, qua maiores magistratus vtebantur in curru. Horatius libro primo Epistolarum: Cuilibet hic faces dabiteri pietque curule. Cui volet importunus ebur. Curules etiam dicebantur equi quadrigales, vt hoc loco: vel magistratus qui curulibus vehebantur. Lucanus libro tertio. Prætor adest, vacuæque loco cessere curules.

Hyssopus.] pi, nomen herbæ, pe. pro. contra vulgi consuetudinem, testis est Nestor Dionysius: Cum o mega enim scribitur in medio, sic ὕσσωπον, hyssopon, nos tamen vnum s abijcimus. Vnde Alanus: Si cœlum terræ conformat cedrus hysopo. Etsi Macer præter naturam corripuerit, dicens: Et hysopum siccum calidum quoque tertius illi. Quisquis autem hic autor fuerit, sæpe errauit, hic & alibi in quantitate. Macrum autem non fuisse constat.

Sapientio: Ethan Esraitæ, & Eman & Chalchol, & Darda filijs Mahol.] Ethan enim interpretatur durissimus. Esdraita orientalis. Ethan ipse est Abraham orientalis. Eman, q sonat fidelis, est Moses. Chalchol, gubernans, est Ioseph. Darda interpretatur generatio scientiæ. Mahol indulgentia. Generatio, scientiæ intelligũtur xij. tribus filij Mahol. i. filij Iacob. Hactenus B. Hierony.

παραβολή, Parabola.] Græca est dictio, & comparatio dicitur rerum dissimilium. Cicero collationem vocat. Hieronymus parabolas, similitudines nominat.

A cedron.] Diuus Hieron. meminit huius nominis in locis Hebraicis, indicans torrentem, ac vallem esse eius nominis ad oriẽtalem plagam vrbis Hierosolymitanæ, atq; haud scio an à situ loci vocabulum loco sit inditum. Cum idem inibi testetur Cedem quod est apud Ezechielẽ, ab Aquila & Symmacho versum fuisse orientem. Fit autẽ huius torrentis mentio li. Reg. ij. cap. xv. Item libro quarto, cap. xxiij. Porro cedron apud Hebræos ita legitur, quasi numeri sit singularis. In Euangelistas vita superstite dilucidius reperies explicatum.

CAPVT V.

Satan.] Lingua Hebræa dicitur aduersarius, seu contrarius, Græce diabolus, ab apostolo Paulo vocatur Belial. i. absque iugo, ꝙd de collo suo dei abiecerit seruitutẽ. Hunc Aquila apostatam transtulit, qui à fide Christi recessit. Hinc satanicus, a, um.

Abiegnus.] a, um, quod est materia, tamẽ ex abiete, vt abiegnæ trabes. Abiegnus asser, dannen bort, bredt oder diel.

Ratis.] Et rates secundum Probum efferri potest. Et proprie rates dicuntur connexæ & recte cõpactæ inuicem trabes, quæ per aquam trahũtur, Germanice flosse. Abusiue à Poetis vsurpãtur pro nauibus. Vergilius: Dissecitque rates, id est, naues.

Prora.] Prima pars nauis, mediam producit. Hinc proreta penultima producta dicitur, qui custos est, & gubernator nauis.

Puppes.] Et puppis, vtroq; modo dicitur pro naui. Ouidius de Ponto: Dũ mea puppis erat valida fundata carina. Hinc adagium: Puppis & prora, ideſt, alpha & ω, principiũ & finis, primus & vltimus, res vniuersæ. Ab his enim duabus partibus nauis tota pendet. Vide adagia Erasmica.

Carina.] æ, pen. prod. pars est nauis, & ipsa nauis concauitas, der schiffbodem, licet quandoque pro tota naui ponatur Synecdochĩkῶς. Carinatum geholt. Hinc carinare.

Indictio.] Spaciũ est quindecim annorum, quod indicebatur vt tribus lustris, id est, ter quinque, tributa toto orbe Romanæ rei soluta essent.

λάτομος, latomos.] Sine h, media correpta Græca est vocula, id est, lapidicida. Hinc latomia, lapidicina, penultima pro. Olim ad Latomias damnabãtur homines. Vnde pro carcere plerumque accipitur.

Lementarius.] Dicitur faber murarius, hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus, & cæmento fiunt, structor.

Biblis.] Vrbs in Celtiberis, Strabo est autor. Item filia Vnileti, de qua Ouidius lib. ix. Meta. Carrẽsis ait: Biblos vrbs est Phœ-

nicis. Hinc Biblĩ, de quibus apud Ezechielem xxvij. Vide commentarios D. Hieron. eo loci. Senes Biblĩ, & prudentes eius præbuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. Dicam quod sentio ex Lexico Græco, βίβλος, id est, papyrus, iuncus, codex, liber, bombix, nonnulli scribunt per υ, y quod tamen est nomẽ ciuitatis. Hinc Byblĩ populi. Rectius Gyblĩ sunt, quos Hebrẽi vocãt Gibelim, qui nouerunt sculpere lapides pro terminis parietum. Si quis certius posthac quicquàm de hac voce repererit adferat huc, licebit, precamurq;.

CAPVT VI.

Zio.] In diuo Hieronymo legitur: In mense Zib. Mensis iste Aprilis est, qui & Var vocatur. D. Eucherius Lugdunensis Episcopus doctissimus legit, Iar qui est secundus mensis. Zib enim interpretatur vultus. Idcirco vultus, quia in dedicatione templi nubes gloriæ vultus domini texit templum. Var autem interpretatur pauor. Ideo pauor, quia timetur, ne ea quæ fruges terræ debent, in hoc mense aeris intemperãtia infructuosa fiant. Hæc ille.

Porticus.] us, fœm. generis, ædificatio quædam est, & proprie ob repentinos imbres, & vmbrarum gratia, ac deambulationis ædificatur, vt porticus Salomonis, Græcis dicitur baris, parastas, pastas, Stoa.

Tabulatum.] Dicitur, quod ex tabulis factum est, & capitur pro pariete, siue ædificio in tabularum modum quadratis extructo, à tabula. Hinc tabula accepti, & tabula expensi dicimus. Hodie dati & accepti tabulæ dicuntur nouæ tabulæ. Tabella diminut. tabellarius, tabellio, onis, Græce grammatophorus. Tabellaris, e, vt tabellaris sententia. Tablinum, tabulata, tabulo, as, & cõtabulo.

Dolatus.] a, um, à dolo, as, i. politus, planatus, ascia, falce, dolabra cæsus, leuigatus. Dicitur & dolio, is, iui, itum, dolitus, id est, cælatus. Hinc dedolo, edolo, pe. produ.

Cochlea.] æ, proprie testa est limacis, à cuius forma ascensus ille circularis per gradus etiam cochlea dicitur, vt hoc loci, eyn vvindeltrapp.

Cenaculum.] li, locus ædium altior, & sacratior, quasi ad cœnandum aptus. Græci ὑπερῶον, & ἀνώγεων vocant.

Laqueare.] Per Apocopen laquear, & laquearium, dicitur camera, hoc est, pars superior cubiculi, & cœnationis parum conuexa, quæ varijs solet adornari coloribus. Quidam pro trabibus planis capiunt. Horatius: Laquearia circum tecta volantes. Alias testudo, & fornix.

Forinsecus.] Significat quod à foris est: sicut intrinsecus, quod est intus. Et altrinsecus significat alicunde. Item iuxta alteram partem, aduerbia sunt.

Pauimentum.] ti, domus est solidamẽtum, æquamentum, area, planicies, incrustatio. Iuuen. Verre pauimentum, nitidas ostẽde columnas. Hinc pauimentare, est pauimẽtum facere, vt pauimentata area, & pauimẽtitius, a, um, quod ex pauimento constat.

Torno.] as, ad tornum polio. Hinc detorno, as, est de aliquo torno. Tornus vel tornum, eyn dregysen, instrumentum fabrile, quo ligna polita redduntur. A quo tornatilis, tornatile, & tornatura, & tornator, mymphur, lignum rotundum, quod loro circumuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis.

Celatura.] æ, est opus sculptum, vel ipsa sculptura, à cælo, as, dicta, quod est sculpere, signare, à quo cælata vasa. Et cælum ipsum instrumentum quo cælantur.

Lamina.] æ, crassior est bractea, ex qua armatura conficitur. Hinc laminarius, ĩ, eyn kyrisschmidt.

Anaglypha.] orum, nomen sortiuntur ab asperitate, id est, releuia (vt sic plebeia voce vtar) vt tryglypha, cælaturis inæquabilibus, eminentibusque, od id, quia non sunt leuia, sed aspera. Hinc anaglyptes, sculptor, & anaglyptices, ars sculpendi.

Ad regulam.] Id est, ad lineam, ad amussim, ad perpendiculum, ad gnomonem æquare, ad normam, &c.

Elul.] In Machabæorum libro mensis nomẽ, apud nos sextus. Eucherius Lugdunensis Episcopus vocat Augustum. Nisan in libro Esdræ Martium, mensis primus. Casleu in Zacharia, Nouember, qui est nonus. Tebeth in libro Hester, December qui est decimus. Zabath in Zacharia, Ianuarius, apud nos vndecimus. Adar in libro Esdræ, Februarius, qui est duodecimus. Quod si etiam reliqua mensium Hebrẽa vocabula, quę in Canone non reperiuntur, scire voles, Iar vocatur mensis secundus, Siuan tertius, Thamus quartus, Alo quintus, Tisri sextus, Mareson septimus. Hactenus ille.

CAPVT VII.

Saltus.] us, & salti, densior sylua & inuia est, expositũ alibi. Vnde hic domus saltus dicitur, ex tali sylua ædificata, vtpote ex Libano, qui mons est inter Arabiam, & Phœniciam, altissimas habens arbores.

Deambulatorium.] Locus est in quo deam-

deambulamus, Græce περίπατος, id est, deambulatio, peripatheo, deãbulo. Hinc Peripathetici, deambulatores, Aristotelici philosophi.

Epistylium. Sic Græce scribitur ἐπιστύλιον, capitellum est, quod super columnam ponitur.

Hiram. Rhei autem ipse est Hirã Zairites sacerdos, id est, magister Dauid. De Tyro fuit filius mulieris viduæ de tribu Nephtalim, artifex ærarius. Et notandũ ꝙ in Malakim Hirã dicitur, in Paralipomenon vero Huram anathema, consecratio. ij. Reg. v. Hiram enim interpretatur viuit, sublimis rectius. Huram autem, deus excelsus.

Norma. æ, regula est, seu instrumentum fabrorum, habens duo latera, quo omnia dirigunt, metiunturq;. Hinc abnorme, & enorme, & normatum: quod est ad perpendiculum exactum.

Serratum. Quod est serra sectum, à serro, serras. Dictum alias. Hinc serra, & serrula diminutiuum. Serratus, a, um, vt serrati dentes.

Capitellum. Dimin. est à capitulum, modo significat paruum caput, hoc est, crassiorem summitatem cuiusq; rei, idem epistylium. i. caput columnarum, quod superponitur columnis. Basis vero inferior pars est, quæ supponitur, quæ etiam spira dicitur.

Versus. Carmen est, Græcis στίχος, id est, versus seu ordo, vt hoc loco. Hinc στιχίδιον, id est, versiculus. Hinc dicimus in versum, id est, numerum, ordinem. Vergil. Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

Retiaculum. Diminutiuum à retia, vel rete, quod à rapio, vel à raritate, vt inqt Varro, manat.

Strie. arum, & striaturæ, sunt quasi canaliculę, et sulci, quibus quoddam columnarum genus excauatur. Vitru. libro tertio. Hinc striatas columnas dicimus, quæ strijs distinctæ sunt. Plin. lib. xxij. Hoc loco legendum est striatarũ, à striatus, a, um, eyn klein furchlin an den seulen, non histriatarum, quod nihil significat.

Luter. eris, vas in quo vinum diluitur, hoc est, aqua miscetur. Nam & luto & loto, pro diluo à veteribus vsurpatum est. Veteres enim non nisi diluto vino vtebantur.

Repandus. a, um, à repando, id est, recuruum, & simum, quodq; retrorsum patet liliorum instar, vt Socrates fuit repandis cruribus, vti D. Hieron. scribit, hinderfich gekrupt, à verbo pando, as, repando, as.

Batus. ti, Hebraica vox est, illis mensu-

ram significans liquidorum, vt docet Iosephus libro Antiquitatum Iudaicæ gentis vij. Ea capiebat sextarios septuaginta duos, decima pars Cori. Coros vero est mensura aridorum, capiebat medimnos Atticos xli. vt idem testatur libro iij. Idem quod metreta, vel cadus apud Græcos.

Metreta. æ, genus mensuræ apud Catonem, & Columellam. Est autem cadus, siue metreta mensura congiorum decem, vt docet copiosius Budęus noster li. de Asse, & partibus vt si qs forte plura desiderabit.

Interrasile. Quod est interpolatũ cælatura, seu sculptura & plano. Planum enim inter cælaturas, quasi rasum videtur. Dictũ in Exodo.

Plecta. æ, à plecto, hic pro quolibet nexu videtur sumi, ex diuersis plexus, vt sunt crates vimineæ, & cophinorum ansæ, & id genus alia. Festus dicit plexa, colligata. Hinc perplexa.

Quadratus. a, um, à quadro, as, vt numerus quadratus. Porro quadratus aliquis numerus est, qui ex multiplicatione eiusdẽ per se nascitur: vt ter tria, quater quatuor, sexies sex. Annus vero cccLxv. dies habet & sex horas. Has sex horas cum quinq; diebus auferebant isti computatores, de quibus Augustinus libro decimo quinto de Ciuitate dei, cap. duodecimo, ita partiti cccLx. in decem partes, singulis senos & tricenos dies assignabant. Propter quem quater ductum, eo anno quẽ bisextum vocant, &c. Vide Augustinum. De hoc Suetonius in Cæsare, Censorinus Macrobius, Beda. Habebat enim olim annus ante Cæsarem cccLv. dies. Quumque viderent anno iusto decem dies & sex horas deesse, negotium datum est Põtificibus, vt alternis annis mensem intercalarent in fine Februarij: altera intercalatione xxij. annorum: altera, quia quarto quoq; anno excurrebant quater senæ horæ, id est, viginti quatuor xxiij. dierum, qui mensis aliud non habebat nomen, quàm intercalaris. Sic Asconius Pædianus dixisse scribit Ciceronem pro Milone mense intercalari. C. Cæsar dictator hanc confusionem intercalandi sustulit, iussitq; annum esse cccLxv. dierum. Et quarto quoque anno ineunte dies vnus vi. Calendas Martias intercalaretur, qui bisextus diceretur: quia bis vi. Calend. Martias eo anno computamus. Vt vero hæc nobis magis ad numerum, & tempus congruerent, annum vnum fecit xv. mensium, interiectis duobus mensibus inter Nouembrem & Decembrẽ, cum intercalatiõe,

quæ

BIBL. UNIW. IAG. W POZNANIU

qui forte in eum annum inciderat, quo deinde menſes ac dies ad curſum ſolis conuenirent, & rationes æſtatis hyemiſq; annum confugionis nominarunt. Protenſus eſt eñ in ccccxliij. dies. Sueton. Macrob. autores.

Lorum.] Græcũ λῶρον, pprie corrigia eſt ex corio, & ponit̃ p cingulo, & retinaculo iumentorum. Hinc loramentum, & lorarij.

Axis.] Diameter eſt totius mũdi. Duo autem cardines ſunt, qui & axes, & poli vocantur à Græcis, quod circa ipſos orbis rotari videatur. Item eſt lignũ teres, circa quod currus rotæ vertuntur, eyn aſch am karren. Eſt & fera in India. Item axiofi, ſunt factioſi.

Intercolumnium.] A columnis dicitur, quæ culmina ſuſtinent, & eſt ſpacium inter columnas. Cicero lib. iij. ad Herenni. Aedes intercolumnium angulum fornicẽ. Tria ſunt genera columnarum, ſcilicet teretes, quadrangulæ, & ſtriatæ.

Radius.] Multa ſignificat, ſplendorẽ ſolis, fulgorem oculorum, virgam Gæometricam, textoris inſtrumentum, & rotarum quoq; radij dicuntur, dye ſpeichen. Itẽ quo raduntur menſuræ, hoc eſt, hoſtorium. Et radij oliuæ oblongæ.

Canthus.] thi, cum th aſpirato, ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Perſius. Nam quàmuis prope te, quãuis temone ſub vno, Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum, dy eyſen ſchenen am raet. Sed cãthes, organorum fiſtulæ ſunt.

Modiolus.] Cum accentu in antepe. diminut. à modio, & eſt iij. pars modij, quo nomine etiam dictum eſt vaſculum quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine, aquam.

Scutra.] æ, vaſis genus, quod & ſcutula dicitur, forma eſt rotunda, qualis aranea contexit. Hinc ſcutella, & ſcutriſcum, vaſis genera, & veſtis ſcutulata, quæ habet quoſdam orbes, quaſi ſcutulis diſtincta.

Amula.] Pen. corr. genus vaſculi ad aquam geſtandam, quod religionis, & expiandorum malorum gratia geſtatur. Diminutiuum eſt amulula.

Aurichalcum.] Ex auro, & ære dictũ, χάλκος enim æs dicitur, quaſi aureum æs, habet enim auri colorem. Dicitur & orichalcum, quia in locis montoſis inuenitur, ὄρος enim mons eſt. Orichalceus, a, um.

Argilloſus.] a, um, ab argilla, q̃ eſt terra cretoſa, & candida, qua figuli vtuntur ad facienda vaſa. Iuuen. Argillam, atq; rotam citius properate, vveicher lett, oder leym.

Phiala.] æ, vas vini, vel aquæ, plerumq; ex auro conflatum. Omnia enim vini, vel aquæ vaſa, phialæ dici poſſunt, eyn ſchole.

Fuſcinula.] æ, diminut. parua fuſcina, telum tridens, ſiue triſulcum piſcatorium quod fundo natantia capiat, alias creagra.

Hydria.] æ, vrna ad capiendã aquã, Latine aqualis dicitur à Plauto poeta Comico.

Mortariolum.] li, diminutiuũ à mortario vaſe, in quo res piſtillo teruntur, & tũduntur.

Turibulum.] li, vas in quo thus adoletur. Alij cum aſpiratione ſcribunt.

CAPVT VIII.

Bethanim.] Menſis eſt ſeptimus Hebræis, apud nos September. Hunc Eucherius non ponit, licet ſit in Canone.

Siquidem.] Habet accentũ in antepe. Cõponitur ex ſi, & quidem, quãuis ſi per ſe producatur in compoſitione, tamen apud Ouid. corripitur: Quæ mihi ventura eſt, ſiq; dem ventura ſenectus, Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis? Significat enim nam, ſeu quoniam, certe vt hoc loco. Valla quoq; ſic legit, ſed duas particulas cenſet: vera autem lectio eſt, quatenus intelligo, ſi qua eſt.

Pango.] is, eſt figo, planto ſiue iungo, ſic hoc loci, vt pepegi fœdus, pangere clauum. Etiam ſignificat cano, vt pangere carmen. Hinc pactilis, e. Compoſita, circumpango, depango, repãgo. Repages, repagulum, adpingo, compingo, impingo.

Ergon.] Sic debet verius ſcribi, cum apoſtropho, hoc eſt, accentu colliſiuo, ſic' talĩ circulo ſiniſtro, ſupra vltimam dictionis literam, id eſt, in fine dictionis: denotans vocalem præcedentis dictionis elidendam, vt ẽgon, id eſt, egone? tun, id eſt, tune? Comicis frequentiſſimum eſt.

Erugo.] ginis, idẽ quod rubigo, & proprie in ære, vel argento, & virideſcit. Rubigo vero in ferro, & ſegetibus. Videto Plinium, ſi iuuat lib. xxiij. vbi refert, æra exterſa celerius rubiginem contrahere, q̃ neglecta, niſi oleo perungantur. Aeruginis in medicina, maxima vis, collyrijs oculorum aptiſſima. Apud Horat. & Iuuen. accipitur pro pecunia, quæ ex ære fit. Hinc æruginoſus, a, um.

Deuotatio.] Pro execratione, imprecatione, maledictione, vt hic loci ponitur, à deuotare, quod eſt diris malis, & imprecationibus, alicui incommoda optare, mala imprecari. Deuotio, dictio frequens apud Sueton. in Caligula. Veneficijs quoq;, & deuotionibus impugnari ſe cõperiſſet. Hinc deuotus, id eſt, deſtinatus, & ad proſperum ad uerſumq; trahitur. Autoritates Varronis, et

Vergi-

Vergilij, transeo. Item ab eodem deuotor, deuotrix, deuotum, & deuoueo. Vide Henricum Bebelium de abusu Latinæ linguæ.

Adeps.] pis, generale est ad omnem pinguedinem, seu carnis sit, seu alterius rei. Dictum subinde.

CAPVT IX.

AVersio.] Ab auersor, aris, quod est indignari. Hinc auersus, qui terga vertit, quandoq; pro irato capitur. Dictũ alibi.

Nauticus.] a, um, quod est nautarum. Vergilius libro tertio: Nauticus exoritur vario certamine clamor. Item substantiue, qui nauem gubernat, qui & nauarcha, & nauclerus, nauta, & nauita.

Abiegnus.] a, um, quod ex abiete factum est.

Thymiama.] Odor thymum referens, in sacrificijs adolebatur, dictum incensum.

Classis.] is, nauium multitudo, vt hic.

Gnarus.] a, um, est sciens, doctus, peritus, inde ignarus, insciens, inscius, indoctus, amusus, analphabetus.

CAPVT X.

ENigma.] tis, proprie obscura quęstio, quæ nisi enodetur, non facile intelligit. Hinc ænigmatistes, & ænigmaticus, a, um.

Aroma.] tis, odoramentum est, & vnguentum suaueolens. Hinc aromatarius, est vnguentarius. Et aromatopola, aromaticus, a, um, vt cella aromatica.

Pincerna.] æ, Latinius, ac verius, pocillator dicitur, à caliculis, à poculis.

Ligna Tina de Ophir.] Forte legẽdum Thyniõ, lignũ ab arbore Thyo, de quo Apocalyp. xviij. Verum tina vas amplũ, quod similiter vino plenum veteres mensæ adhibebant, inquit Festus. Sed Põpeius Nonius Marcellus, de generibus vasorum & poculorum ait: Cupas & tinas. Varro de vita populi Romani libro primo: Antiquissimi in conuiuijs vtres vini primo, postea tinas ponebãt. Hæc ille Nonius: Tinas appellat, ex his lignis fabricata vasa.

Ophir.] Est insula vnde aurum afferebatur Salomoni. Fuit autem vnus de posteris Heber nomine Ophir, &c. vide Hierony.

Fulcra.] orum, aliqui cum ch scribunt sustentacula sunt, & spondæ, in quibus lecti ponuntur, à fulciendo. i. sustinendo dicta.

Vectigal.] Pen. pro. neu. gene. est illud, quod ex vectura penditur, Græcis dasmos, merismos, phoros, & telos dicitur.

Pelta.] tæ, scuti genus breue, in modũ lunæ mediæ factum. Hinc peltastæ postea pedites appellati sunt. Alias enucleatum.

Μνᾶ.] Mna, siue mina, næ, genus est ponderis, & mensuræ, sexaginta habens siclos, qui faciunt obolos, m. cc.

Fuluus.] a, um, color est, de rufo, & viridi mixtus, in alijs plus viridis, in alijs plus rufi habens, vnde fulua est aquila, & Iaspis, fuluum aurũ, & arena fulua, & leo fuluus.

Leunculus.] Diminutiuum est à leo, id est, paruus leo.

Simia.] æ, & simius animal est, prope ad hominis figuram accedens. Hinc: Simia vel pulcherrima turpissima est. Vide Parœmiographum Erasmum. Adscribam intellectum. De ijs recte dicetur, quæ ipso genere sunt vitiosa, neq; prorsus conferenda cum vel extremis eorum, quæ sunt in honestorum ordine. Porro Cercopithecus, ex Græco caudata simia dicitur, nã κέρκος cauda est, & πίθηκος simius. Martialis de simio: Callidus admissas eludere simius hastas. Si mihi cauda foret, Cercopithecus eram, vulgo eyn meerkatz. Aristoteles libro de animalibus secundo κήβους vocat, quos finit caudatas simias. Alij tamen sunt quos Strabo cepos nominat libro decimo sexto, facie leonis, corpore reliquo pantheræ, damæ magnitudine dicit esse. Sunt & Cepi ad Mæotim populi. Reliqua de simijs sunt adagia, videlicet: Simia fucata. Simia barbata, siue caudata. Simia in purpura. Simia non capitur laqueo. Simia simia est, etiamsi aurea gestet insignia. Vide Parœmiographum de expositione. Præterea sphinx & sphinga, animal est non absimile vulgaribus simijs, nisi quod est maius, geminis à pectore mammis propendulis, muliebri facie. In Aethiopia nascitur, docile, vt inquit Solinus, ad feritatis obliuionẽ. Poetæ ei faciem virginalem tribuunt, ferinos pedes, & in dorso alas. De hac Augustinus lib. xvi. de Ciui. dei, cap. viij. & lib. xviij. cap. xiij. Oedipus Corinthius hanc occidit & vicit. Vide Viuẽ eo loci. Αινῖγμα sphingos prouerbium notius est, q̃ vt adscribã.

Pauo.] onis, & pauus, ui, est auis multiplicis coloris. Samo præstantior est. Gellius autor. Tradũt hanc nõ gloriosam solũ esse, sed & maleuolam. Laudata expãdit colores aduersus maxime solem. Fimum suum resorbet, inuidens hominum vtilitati, cuius caro diutissime incorrupta seruatur.

Sycomoros.] Pe. pro. est, vt nomẽ Grę cũ cõpositum sonat, fatua ficus. i. caprificus. Illud miꝝ apud Græcos hanc dictionẽ scribi p ὁ micrõ. i. o paruũ, cũ μωρός. i. stultus habeat ω mega. Dicit et marisca. Mart. Infãti melimela dato, fatuasq; mariscas. Nã mihi q̃ nouit pun-

uit pungere Chia ſapit.

CAPVT XI.

FAnum.] ni, ſeu phanum per ph, templum, & lucus à Faunis dĩs, qui ſolebãt diuinare. Hinc profanus, a, um, nõ ſacer.

Delegare.] Eſt idem quod demandare, tradere alteri prouinciã, hoc eſt, munus, aut officium aliquod ad functionem obeundam. Hinc delegatio, eſt munus traditum.

Vorago.] Barathrũ eſt, & abſorptio, gurges, abyſſus, quod ea q̃ in eã incidunt, nõ rurſum emergunt, ſed deuorari videantur.

Aſtarthẽ.] Dea eſt Sidoniorũ, & idolũ ab eis cultũ, ſicut Chamos, idolũ Moab, et Moloch, idolũ filiorũ Ammon. Dicta ſunt alibi.

Abias.] Propheta cognomento Siloni tes, dictus à Silo.

Indoles.] Eſt in puerĩs, atq; adoleſcẽtibus inditũ futuræ probitatis, in viris vero ſignũ p̃ſentis virtutis, vt puer bonæ indolis.

Induſtrius.] a, um, non induſtrioſus, eſt ingenioſus, ſemper aliquid animo moliens, & ſtruere cupiens, ab induſtria.

Roboam.] Filius Salomõ, hic plane, q̃d dici ſolet, Heroum filĩ noxæ, ex patre ſapientiſſimo ſtultiſſimus filius & arrogantiſſimus, qui quod populum ſe arctius habiturũ, quàm feciſſet pater, palam profeſſus eſſet, decem tribus amiſit, quarum qui electus rex dictus eſt rex Iſrael: ipſi vero cui duæ reliquæ ſuperfuerunt nominatus rex Iuda. Nam ei tribus Iuda & proxima illi Beniamin parebant. Leuitica cũ Iudaica manſit propter tẽplum dñi, quod erat Hieroſolymis Iudæis.

CAPVT XII.

SIchem, & Salẽ.] Quæ Latine, & Græce Sicima vocata eſt, ciuitas Iacob ad puteum. Ibi eccleſia nunc tempeſtatis deſerta eſt. Hodie dicitur Neapolis, quam ſubuertit Abimelech, & ſeminauit in ea ſalem. Poſtea vero inſtaurata à Hieroboam, vt hic narrat hiſtoria. Sed & filius Emor appellabatur Sichem, à quo & locus nomen acceperat, & interpretatur humerus, & pars.

Jugum.] gi, mõtis cliuus, & cacumẽ eſt.

Groſſus.] Non legi vnquàm apud idoneos, & veteres in ea ſignificatione, quod ſignificet grob, ſed bene craſſus, vt apud Ciceronem: Craſſa Minerua. Groſſi tamen dicuntur fici, teſte Macrobio tertio Saturnalium libro quæ non matureſcunt. Sic & Hierony. ſuper Michea dicit. Immaturæ ficus. i. groſſi ficorũ, quas Hebræi bechora vocant. Groſſitudo legi apud Senecam libro tertio de beneficijs, & credo mẽdoſe legi, pro craſſitudine. Sic libro iij. Reg. cap. vij. & xij.

Scorpius.] ij, vel ſcorpio, onis, ſæpe expoſitũ, animal eſt venenoſum. Itẽ militare inſtrumentum, quod baliſtam putant. Interdum pro ſcutica ponitur.

Fabrico.] as, & fabricor, is, deponẽs, hoc eſt, compono. Ouidius libro decimo tertio Metamorphoſeos: Cratere Aeneæ quẽ iam fabricauerat Alcon. Transfertur & ad animum venuſtius. Hinc fabrica, cæ, & fabrile, fabricator, & fabre, & adfabre, aduerbia.

Auerſor.] ris, id eſt, deteſtor, abominor, faciem auerto, iũgitur actiuo. Ouid. in Faſt. Officioq; leuem nõ auerſatus honorẽ. Hinc auerſus, & auerſio, & auerſa Venus, quod honoris, & pudicitiæ cauſſa, non exponam.

CAPVT XIII.

EXareo.] es, compoſitum ab areo, es, quod eſt aridus ſum, id eſt, deſiccor, & aridus fio. Hinc areſco, cis.

Inclamo.] as, eſt contra clamare. Aliquando eſt, maledictis, & conuitijs inſectari, & inceſſere. Interdum intro vocare. Autores taceo breuitatis gratia.

Propheta.] æ, prædictor, vates eſt, qui futura prædicit, & prænunciat.

Cadauer.] ris, corpus mortuum. Hinc adagia: Vultur es, cadauer expecta. Item: Vulturis vmbra, in hæredipetas, rapaces, prędaque inhiantes quadrat. Diſtichon cum primis elegans Iacobi Horlinii: Quid miſer elato turgeſcis homuncule vultu? Cras eris in putri vile cadauer humo. Hinc cadaueri nus, a, um, penultima producta, Græce ecſtroma dicitur.

Terebinthus.] thi, arbor eſt, nigrum lignum, ſed ſplendidum proferens, buxi habens ſimilitudinem. Sæpe dictum.

Profecto.] Aduerbium affirmandi, id eſt, certe, nimirum, reuera.

Samaria.] æ, ciuitas regalis in Iſrael, quæ nunc Sebaſten dicitur ab Auguſti nomine. Sed & omnis regio circa ipſam ab ea nomen accepit. Hinc Samaritani, & Samaritæ dicti ſunt. Item Samarites penultima producta, id eſt, cuſtos. Samaria, cuſtodia.

CAPVT XIIII.

CRuſtula.] A cruſta fœminini generis inuenitur dici de his quæ eduntur. Quanquàm frequentius cruſtum, & cruſtulum ſunt eorum q̃ comedũtur, vt ſit pars panis, placentæ, vel alterius edulĩ. Horatius: Pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint vt diſcere prima.

Effeminatus.] Dicitur mollis, laſciuus, parũq; vir, ab effœmino, as, quod eſt in muliebrem laſciuiam, molliciemq; conuerti. Sicuti

cuti de Milesijs legimus prouerbium.

Thersa.] Vel Thartam vtrobique lego Thersam, hanc ciuitatẽ cum rege suo cepit Iesus. Tharsa vero, vt hic vbi Asa rex Israel fuit, thersa quippe interpretatur complacẽs sibi, quod Græce melius dicitur εὐδοκοῦσα.

Scutarius.] ij, qui scutorum curam habet. Item scutarius, a, um, quod ad scutũ pertinet, vt fabrica scutaria, & loricaria ait Vegetius libro de Re militari ij.

Armamentarium.] Repositorium armorum est, ab armamenta deducitur, rustzeug, geschirr.

CAPVT XV.

Sordes.] Est immunditia, à quo sordidus, a, um, quod est sordibus infectũ. Sordeo, es, & sordesco, cis, sordidare, & sordities, sordidulus. Distichon M. Iacobi Horlini: Sordescit propris manãs laus stulta labellis. Sola peregrino quæ venit ore, placet.

Priapus.] pi, pen. produ. ex Lampsaco vrbe fuit Hellesponti, quem dicebãt hortorum deum, & Liberi patris, ac Nymphæ, seu Veneris filium. Hic Lampsacenus dictus est. Reliqua honoris caussa conticeo.

CAPVT XVI.

Hjen.] Prophetæ nomen filij Anani, interpretatur ipse. Alias Iehu reperio scriptum.

Demeto.] Pe. cor. compositũ à meto. i. deorsum meto. Catull. Sole sub ardenti flauentia demetit arua. Hinc demessus, a, um.

Temulentus.] Id est, vinolentus, ebrius, à temeto. Hinc temulentia, vinolentia, ebrietas. Non est quis temulentiæ vitio obnixius, sed alio quopiam deteriori affectu temulentus est, vt odij, inuidiæ, auaritiæ, luxuriæ, &c. Eras. lib. ij. de ratione concionandi.

Tyrannis.] dis, per duplex nn, sæuum ac violentum, crudelecq; imperium dicitur. Iuuenalis: Quid Nero tam sæua, crudaq; tyrannide fecit? Hinc tyrannus primo in bonã partem, nunc in malam sumitur. Tyrannicus, a, um, quod est tyranni, & tyrannice crudeliter, & tyrannoctonus, Latine dicitur tyrannicida.

Talentum.] Apud priscos diuersi ponderis fuit vt dictũ est. Si plura desideras, vide Budæum nostrum de Asse, & partibus eius.

Achab.] Vel Aheab filius Amri, rex super Israel annis xxxvij. Asa regis Iuda, & idem rex super Israel in Samaria xxij. annis, & interpretatur frater patris.

Iezabel.] Filia Methabaal fuit regis Sidoniorum, ob id Sidonia regina. Propter Iezabel in tertiam generationem memoria Ioram tollitur, vt legis Matthæi I. & iiij. Regum. Interpretatur autem cohabitatrix, verius insulæ habitatio.

CAPVT XVII.

Helias.] Propheta, cognomẽto Thesbites pen. prod. Thebe, es, vel Theba, vel Thebæ, arum, vel Thesba. Hinc Helias Thesbites dictus, ciuitas est Galaatidis regionis. Plures sunt Thebæ. Vna in Græcia, à qua Thebani. Alia in Aegypto, à qua Thebæi, legio diui Mauritij. Alia in Iudæa, à qua Thesbitæ, & de hac fuit Helias, modo vera est glossa. Tu videto historiographos. Helias sonat deus meus. Thesbites, conuertens, siue captiuans.

Charith.] Nomen torrentis est, qui est contra Iordanem, & interpretatur diuisio, seu cognitio.

Vesper.] Stella est, quæ Venus dicitur, sed pro vltima diei parte sumitur. masc. gen. apud antiquos tamen fœmi. gen. reperitur. Hæc stella etiamnum vesperugo, & vespera, & vesperus, seu hesperus à Græcis dicitur, Vergilio testet: Claudite iam riuos, venit hesperus ite capellæ. Item iubar à Pacuuio nominatur. Sed & hoc vesper, hoc vesperum, & hæc vespera, pro sero diei ab autoribus vsurpatur. Hinc fit aduerbium vesperi, quod est principium aduentus noctis, vt hoc loco. Id Græci ἑσπέρα vocant. Offenditur quoque vesperus, à quo vespertinus, a, um, & vesperare est vesperam fieri. Vesperascit, id est, serũ diei fit, & aduesperascit, inuesperascit, ait Terẽtius, & Liuius libro xxxix. Item vesperna, cœna apud veteres dicebatur. Nam vt Festus ait, cœna vocabatur, quod nunc est prandium. Vesperna, quam nunc cœnam appellamus.

Sarepta.] æ, ciuitas Sidoniorum in via publica sita, vbi habitauit quondam Helias propheta. Et interpretatur conflatio, purgatio per ignem. Hinc Sareptanus, a, um.

Hydria.] æ, vas ad hauriendum aquã aptum. Plautus aqualem vocat.

Λέκυθος.] Lecythos penultima corr. scribitur cum c exili, y Græco, th aspirato, & est generis fœminini, nõ masc. Testis est Aristophanes in Pluto, & Iohannes Crastonus, & Cicero libro sexto Epistolarum ad Atticum, nosti illas lecythos, & corripit mediã. Vas olearium est Latinis. Cyprianus capsacem, Apuleius ampullã oleariam appellãt.

Subcineritius.] Quod sub cinere coquitur, vt panem subcineritiũ hic legimus, quem esitauit Helias.

Paterfamilias.] Et materfamilias, est

pater,& mater familiæ,vel domus.

Halitus.] Nomẽ participiale ab halo, as,are,ſicut ſpiritus à ſpiro, as. Hinc exhalare, & exhalatio, vt exhalare mephitim, id eſt,fœtorem.

Menſus eſt.] Præteritum à metior, tiris,vt multi fœlicitatem metiuntur voluptate,metiri iter. Hinc menſor,menſio,menſura,menſuro,as,menſuratio. Compoſitũ demetior, vnde demenſum, alias Chœnix,diurnus cibus.

CAPVT XVIII.

Dispensator.] Eſt diſtributor, ſed proprie penus, & rerum domeſticarum, Græcis œconomus dicitur. Diſpẽſatio,œconomia. Hinc œconomicus,a,um,vt liber œconomicus Xenophontis.

Quinquagenus.] Nomen numerale diſtributiuũ,id eſt,per quinquaginta. Hinc quinquagenarius.

Quo.] Cũ accentu, accipitur pro quanto,vt cum dicimus eo magis,quo magis. Aliquãdo aduerbium loci,vt hoc loco. Interdum coniunctio eſt,& ſignificat vt: Nonnũ quàm pro quare,teſte Donato. Interim pro ad quid,vel in quem vſum. Horat. Quo mihi diuitiæ,ſi non conceditur vti,vel vſus.

Carmelus.] li,pen.pro.& cum vnico l, Latine,& Græce dicit. Hebraice vero Chermel. Et ſunt duo montes autore Hieron. q hoc nomine vocantur. Alter in Galilæa. Alter iuxta Ptolomaidem, mari imminens in quo Helias propheta flexis genibus pluuiã impetrauit. Hinc Carmelita, & Carmelitanus,a,um,vt ordo Carmelitanus.

Facere.] Multa ſignificat, & transfertur fere ad omnia,vt facere verba, eſt loquit facere itertid eſt,ire, facere terrorem, id eſt, terrere,&c. Hic pro ſacrificare, vt facere bouem,i. ſacrificare bouem. Sic apud Vergil. in Bucolicis: Cum faciam vitula pro frugibus,ipſe venito,id eſt,cum ſacrificabo. Item recipit varias ſignificationes ex adiũctis, vt facio vrinam,facio te certiorem, facio copiam,facio iacturam,facio lucrum, facio naufragium,facio ludos. Facere ſtipendiũ,facere tyrociniũ. Aeq boni facere, facere gratiã. Nunq̃ rẽ facias Terẽ. & id genus innumera.

Diuersorium.] ij,locus eſt,ad quem diuertimus ex itinere, dictum alibi pro meritorio hoſpitio, Græce xenodochium dicitur,à diuerſor,aris.

Lanceola.] Diminutiuum à lancea teli genus longiſſimi.

Aqueductus.] us,idem quod aquagium,per quod aqua ducitur,& fluit.

Aratiuncula.] æ,eſt ſulcus quaſi aratiõne facta,ab arare. Compoſita, inaro, exaro fere idẽ. Arator de homine,& boue dicitur. Aratorius,a,um,aratio. Exaro metaphorice pro ſcribo paucis,vel feſtinanter,vt: Hæc, cum eſſem in ſenatu,exaraui.

Verter.] Cacumen,faſtigium,quod in montibus altiſſimum eſt. Dicitur & vortex. Hinc vorticoſus,a,um.

CAPVT XIX.

Iuniperus.] ri,pe. cor.arbuſcula, q̃ in arenoſis frequens naſcitur, coma virẽs perpetua. Medici ſandaracam vocant, vt morũ iuniperi. Hinc iuniperinus,a,um.

Zelo.] as,& zelor,ris,deponens ſignificat æmulari. Interdum pro iraſci, indignari ponitur. Eſt etiã imitari. Hinc zelus, modo inuidiã,modo amorẽ, modo æmulationem ſignificat. Zelotes,zelotypus,a,zelotypia.

Spiritus.] Hic loci ventum ſignificat.

Petra.] æ,male per etymologiã Latinã exponitur petra,quaſi pede trita,vt eſt apud imperitos, quia Græcũ nomen non patitur Latinam etymologiam,vt Seruius dicit. At Petrus, & petra Græca ſunt nomina, & petra ſaxum valet. Hebraice, vel potius Syriace Cephas dicitur. Vide Henricum Bebelium, & Annotationes Eraſmi in nouum Teſtamentum. Item Lexica Græca.

Sibilus.] li,generis maſculini in ſingulari. In pluralitiuo,& maſculini & neutri generis,fit proprie ore,vt equis,bouis & huiuſmodi, ſi ad bibendum ducantur. Etiam de vento,& huiuſmodi dicitur. Hinc ſibilo,as, & adſibilo,as. Exibilo,id eſt,explodo.

Aura.] æ,ventorum vis. Vergili. Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura. Interdũ p adflatu,& fauore,vt popularis aura. Hinc auraríj fautores. Aliquando pro facilitate, qua in amorem trahũtur aliqui. Horat. Tua ne tardet aura maritos. Hinc aurula dimin. vt: Totã opinionẽ parua nonnunq̃ commutat aura rumoris, Eraſ. in Copia verborum.

CAPVT XX.

Benedab.] Fuit rex Syriæ,& eſt ille cui miſit rex Aſa munera. Regum decimo ſexto,& interpretatur filius ſonitus, vel clamoris.

Scrutor.] aris,id eſt, diligenter inquiro. Hinc ſcrutator cordis, & renum deus optimus,maximusq̃. Scrutamini ſcripturas, ait pius ille Ieſus in Iohan. Hinc ſcrutiniũ, ij. Compoſitum perſcrutor,aris. Perſcrutatio,idem quod ſcrutinium.

Accinctus.] a,um,eſt iuxta cinctus, induſtrius, vel paratus, & expeditus ad aliqd agen-

agendum,ab accingor,eris,vel accingo actiuo,vt accinctus itineri.

Discinctus.] Est dissolutus, non paratus,mollis & iners,ignauus,incomptus,negligens, traeg, hinlessig.Item ꝑcingo. Procinctus,vt stat in procinctu acies. Recingo, succingo,succinctus,a,um, vt succincta oratio.Et succinctorium & succinctum idem.

Umbraculum.] Locus in quo est vmbra,qua defendimur à sole ab vmbra.

Pedisequus.] a,famulus qui dominũ officiꝫ gratia sequitur.

Temulentus.] ti,hoc est temeto,id est, vino plenus,& ebrius.Dictum alias.

Recenseo.] es, hoc est, numero, & rei summam quæro.

Aphec.] Ciuitas est, quã rege ipsius trucidato expugnauit Iesus,& interpretatur furor nouus,aut continenter.

Omen.] nis,quasi oremen.i. vaticiniũ, quod fit ore,& pronunciatio ori hominum incidens, quæ & ita ab audiente percipitur. Hinc ominor,ris,& ominosus,a,um, à quo abominor,sine aspiratu,& abominatio.

Federatus.] a,um,q est fœdere & pacto cõstrictus,obuinctus. A fœdus, fœdero,as, fœderati,fœdifragus,a,um.Certo fœdere.

Cominus.] Pe.cor.aduerbium loci, significat statim,sine intermissione,prope, & quasi corã,& ad manus.Verg.I. Geor.Quid dicã iacto qui semine cominus aruo? Eminus vero etiam pen.cor.à longe,iuxta.Mancinellus: Sed eminus differt à lõge,quod nõ recte dixeris eminus habito, vt longe habito,sed eminus iacula mittebat. Similiter cominus à loco propinquo,neqꝫ prope,vt cominus te percutiam,non cominus sedeo.

CAPVT XXI.

Naboth.] Iezraelites cognomento, quia erat in Iezrael, iuxta palatiũ Achab regis Samariæ.Siquidem Israel in tribu Iuda, sed non est ista quæ in tribu Manasse, hodieque prægrandis vicus ostenditur in campo maximo,inter Scythopolim, & Legionem.Fuit autem terminus Issachar. Naboth autem interpretatur fructus loquelæ. Iezrael,seminauit deus,verius semen dei.

Olus.] eris, in obliquis dicitur omnis herba satiua,qua in cibis vtimur.Quidã scribunt cum h aspirato.Hinc olusculum diminutiuum,Græce lachanon vocant, & lachanapolium, olerum forum, lachanapolam, olerum venditorem. Hinc adagium: Corchorus inter olera, hoc est, anser inter olores. Asinus inter simias. Asinus ad lyrã.Noctua inter aues,&c.

Commodius.] Comparatiuus à commodus,id est,vtilius,& melius.Hinc cõmoditas,& commodum, commode aduerb.

Frendeo.] es,significat frango,vnde faba fresa,dicitur mola leniter fracta. Itẽ frendere est cum gemitu, siue iracundia vocem emittere,vt hic, vt frẽdet dentibus in illum. Compositum infrendeo, idem cum simplici.Infrendes,qui non habent dentes.Nefrẽdes porci ablactati dicuntur.

Autoritas.] Quandoqꝫ accipitur pro sententia imitatione digna. Interdum pro potestate, sic hoc loco. Nonnũquàm pro æstimatione,vvolacthung, vt autoritas senatus. Pollicitus est se fore in autoritate senatus. Quidam sine aspiratione scribunt, &c.

Optimates.] Sunt qui primum locũ in ciuitate tenent. Sic & primates dicimus, & magnates,& infimates contrarium.

Belial.] Apud nos dicitur absqꝫ iugo, vel absqꝫ domino,peruersus,non vtilis. Hebræi dicunt Beliꝫaal.

Benedico.] is,laudo, bene loquor, & bene ominor,& construitur cum datiuo,sicut maledico, quando est vna dictio. Hinc benedicus pen.cor.qui benedicit,& laudat, & benedice aduerbiũ.Plaut. Cum illiciebas me ad te blande & benedice. Hic loci tamẽ, & alibi pro maledicere accipitur, vti in Iobt Nisi benedixerit tibi,id est,maledixerit.

Diabolus.] li,Græcũ est,Latine criminator. Diabolici.i. criminosi: calũniator, es, delator,es,rectius diabole,criminatio,calũnia,suspitio,indignatio est Græcis.

Demissus.] a, um, quasi deorsum missus,& inclinatus,à demitto.Hinc demissio.

CAPVT XXII.

Iosaphat.] Rex Iuda,hic accepit vxorẽ filio suo Ioram Athaliam filiam Achab, & Iezabel, & ob hanc affinitatem confœderati sunt rex Iuda,& rex Israel, & interpretatur domini iudicium.

Rammoth.] Galaad villa trans Iordanem,iuxta fluuium laboch. Item Rammoth in tribu Gad ciuitas sacerdotalis, & fugitiuorum in terra Gaaladitide.Nunc autem vicus est in decimo quinto miliario Philadelphiæ contra Orientem, & interpretatur visio mortis.

Eunuchus.] chi, porro εὐνοῦχος Græce dicitur cubilis custos, quod barbari huiusmodi portentis suas vxores seruandas committere soleant, nos pro castratis capimus. Sed vi execti spadones dicuntur.

Ventilo.] as,est vento expono, aut ad captandũ ventũ pono,aut iacio. Hinc ven-

tilari frumentum dicimus, dum in area purgatur. Hinc ventilabrum, & ventilator.

Impetus.] tus, pe. corr. & impes idem significant, id est, inuasionem, & vehementiam impetēdi. Hinc impeto, is, id est, inuado.

Auriga.] æ, communis gen. secundum Priscia. qui vel quæ currum regit. Quandoque pro ipso curru in fœm. ge. ponitur. Aurigor, aris, vel aurigo, as. Sed aurigo nomen est morbus regius.

Pulmo.] onis, est vnum ex visceribus, de natura sui spongiosus, & ideo spiritus capax. Respiramus autem pulmone. Persius: Qui pulmo animæ prælargus anhelet. Ouidius: Cernis vt e molli sanguis pulmone remissus Ad Stygias certo limite ducat aquas. Hinc pulmonarius, a, um, quod laborat pulmone, vt ouis pulmonaria, & herba pulmonaria. Obseruatum est Ciceronem, & alios plerosque doctos, semper multitudinis numero pulmones dixisse, puto quoniam in geminas fibras est fissus, non quod pulmo etiam dicatur, vt apud Celsum, & Persium, & Ouidium, & Lactantium. Cicero libro secūdo Tus. Quæs. Quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera, vegensque pulmonū haurit spiritus. Plautus in Curculione: Pulmones distrahuntur, cruciatur cor.

In sinu.] Sinus multa significat, proprie dicitur illa pars, quæ est intra pectoris, brachiorumq; complexum. Hinc dicimus prouerbialiter: Manum habere in sinu, qui tenax est, & ad largiendum piger. Item in sinu gaudere, est tacitam apud se voluptatem sentire. Tibullus: Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Propertius: In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Idem: Alter in alterius mutua flere sinu. Homerus Odyssææ xxij. lib. sic ait: Εν θυμῷ γρηῦ χαῖρε καὶ ἴσχεο, id est, In tacito longæua sinu preme gaudia nutrix.

Piscina.] æ, locus est, in quo viui pisces coercentur. Hæ viuaria quoq; vocātur, Græce ichthyotrophia.

Habena.] æ, retinaculum equi, quod ea equus habeatur, id est, teneatur.

Ebur, & ebor.] ris, vtroq; modo dicitur pro elephanti dente. Hinc eburneus. Eburnus, a, um, idem eboreus, quod est ex ebore, vt pectunculus eburneus.

Asiongaber.] Videto ne legendum sit Gasiongaber, castra in solitudine filiorum Israel, sicut in Numerorum libro scriptū est. Gaber sonat aut vir, aut iuuenis, vel fortis, siue viriliter.

Libri III. Regum FINIS.

VOCVLARVM QVARVNDAM in quartum Regum explicatio.

CAPVT I.

Preuaricor.] aris, est à recto discedere, à varicibus, q̄ sunt teste Nonio venæ in suris inflexæ & obtortæ. Hinc præuaricator, id est, trāsgressor, & p̄uaricatio.

Moab.] Filius fuit Loth, à quo Moabitæ. Etiam Arabiæ ciuitas, quæ & Areopolis: Dictum alibi & interpretatur de patre.

Cancelli.] Plurali tantum, ligna inter se modicis interuallis in transuersum retis instar inuicem annexa, quibus fenestræ & huiusmodi muniri solēt, &c. In sacris literis cācelli vocantur specilla foraminibus plena, et transuersim plagulis fenestrata. A quo cancellare, est dispungere, delere, concidere, dilaniare. Cancellatum, geschrenckt. Cancellarius, vulgo eyn Cantzeler, Græce Archigrāmatæus.

Beelzebub.] Græci habent βεελζεβούλ, Beezebul. Mirum cur Græci perpetuo mutent b in l in hac dictione, cum neutrū elementum apud illos finale sit μ & λ. Hæc videri potest caussa, vt aurium, aut scribarum errore factum sit. D. Hierony. indicat idem esse Beel, & Baal, & sonare Hebræis idolum Baal, & Zebub musca, quasi dicas idolum muscæ, atq; hoc nomine spurcissimum idolum fuisse Accaronitis, qui sunt quidem in regione Iudææ, sed impij.

Ochozias.] Rex in Hierusalem filius Ioram, & Athaliæ, & interpretatur apprehēsio, vel possessio domini. Hic solus remansit Ioram vt habetur iiij. Regum viij. & Matt. primo. xlij. anno cœpit regnare. Idem dictus Ioas, id est, domini oblatio.

Pilosus.] a, um, à pilus dicitur pilis per omne corpus scatens, hoc est, hirtus, hirsutus, setosus, pilis plenus.

Ren.] nis, & rien, renes sunt qui lumbis adhærent, quod ab ijs riui obscæni liquoris oriantur. Hinc renunculus diminutiuum.

Zona.] æ, cingulum, quo cingimur, hæc & lorum dicitur & baltheus. Martialis: Lōga satis nunc sum, dulci sed pondere venter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Etiam pro crumena, loculo, & marsupio capitur. Adagium: Zonam perdidit, qui pauper effectus est.

Pelliceus.] a, um, quod ex pelle est, vt vestis

vestis pellicea.

Deuoro.] as, pe. corr. est vorando deijcio. Refertur etiam ad alios sensus. Martial. Oculis deuorantibus Draucos. Peruoro idē significat, vt deuorare tædium, & molestiā metaphorice. A voro, as. Hinc vorax, voracitas, vorago, pe. producta, barathrum.

CAPVT II.

TVrbo.] nis, ventus cum frigore maximo obiecta quæq; deturbans, prosternensq;, ex depressæ nubis specu. Est & genus instrumenti lusorij pueros maxime delectans, alias trochus. Cato: Trocho lude, aleam fuge, eyn doppff, klotz. Tibullus: Namque agor vt per plana citus sola verbere turbo. Quem celer assueta versat ab arte puer. Item est vasculi genus. Item quicquid forma acuta est. Vnde turbino, as, pe. cor. est cupidare, turbinata pyra.

Econtra.] Non dicitur Latine, sed contra, vel econtrario, vt vult Valla. Legi tamē apud Plinium econtra & Quintilianum in viij. lib. Vel omnia econtra liberiora poetis, quàm oratoribus. Et apud Senecam de ira: Vide ne econtra placidior, &c. Inde discedimus à Valla. Item etiam apud Iurisconsultos. ff. de Legatis iij. l. qui filium. Sed ecōuerso vix Latine dicitur.

Sermocinor.] ris. i. sermonem facio, vt hic loci. Tu mecum quasi cum matre Euandri sermocinaris. Hinc sermocinatio.

Mi.] Vocatiuus à meus, quanquàm & meus pro mi improprie ponitur, vt popule meus quid feci tibi? Et vt Caper Grammaticus dicit, non est dicendum, mi Paula, mi animal, quia mi est generis masculini, sed mea Paula, meum animal, &c. Hæc ille. Nisi forte dicere velimus, mi interdum esse interiectionem blandientis. Item mi datiuus ab ego, ꝓ mihi. Item vocatiuus à meus. Et blandientis vox.

Vrsus.] si, animal ferum, à quo diminutiua sunt, vrsulus, vrsellus, & vrsiculus, & adiecti. vrsinus, a, um, vt caro vrsina, corium vrsinum, vrsinus dens. Vrsa femella eius.

CAPVT III.

ERubesco.] cis, est rubens fio, per translationem pro verecūdor in significatione actiua, vt hoc loco. Hinc erubescentia.

Psaltes.] Est cantor, aut qui psalterio canit, & psalmos. Subinde habitum.

Alueus.] ei, generatim dicitur venter cuiusuis rei inanimatæ, vnde & pro fluminis fossa, per quam labitur aqua, sumitur, vt hic loci.

Torrens.] tis, nomen masculi. gene. significat fluuium, qui de mōtibus, vel de pluuijs in valles descendit, & in mare exonerat, in ęstate siccatur, aquis vero hyemalibus inundat, & currit. Aliquando adiectiuum est. Hinc comparatiuus torrentior.

Succido.] is, à cędo. i. cędēdo amoueo, demolior. Hinc succisio, succisus, a, um, &c.

Obturare.] Est occludere, obstruere, impedire, & claudere. Hinc obturatio, & obturatus, a, um.

Fundibularii.] Qui funda dimicant, qui etiam funditores dicuntur.

Helizeus.] Prophetes, filius fuit Saphar, & interpretatur deus saluans. Aliqui cum aspiratione scribunt.

CAPVT IIII.

CReditor.] oris, is est, cui debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure. Vide Caium Iuriscōsultum de verborum significatio. Hinc creditum, id quod nobis debetur, schult, à credo. Vnde credulus, incredulus, credibile, incredibile. Credulitas, & incredulitas.

Suna.] Nomen ciuitatis & loci, à quo Sunamitis. Nescio num Sonam, vt Hieronymus ait, legendum sit, vnde fuit mulier Sunamitis, rectius Sulamitis. Est autem hodie vicus in finibus Sebastæ in regiōe Acribitena vocabulo Sanim.

Animaduerto.] is, id est, animum illuc verto, hoc est, sensus in illud, quod fit intendo, cogito, intueor, considero, vt hic. Plautus: Animaduertite hominem subalbidum. Aliquādo significat punire, oppugnare, verberare, iram exercere. Hinc animaduersio. i. punitio, et animaduersor. i. punitor.

Sella.] læ, à sedendo, sedes erat olim apud Rom. magistratuum ædilis, prætoris, Græci thronum vocant, id est, solium. Plautus: Accipe pallium, & da sellā. Hinc sellularius, a, um, vt ars sellularia, id est, sedentaria, quam sellularij exercent. Multa transeo.

Giezi.] Puer fuit & famulus Helizæi prophetæ.

Sedule.] Vel sedulo aduerbium, id est, diligenter, quasi assidendo, hoc est, sine intermissione, stetich.

Vita comite.] Frequenter vtitur illa ratione diuus Hieronymus, id est, vita socia, & superstite, id est, si superuixero, vt alij loquuntur.

Calende.] arum, primus dies mensis, à καλῶ, id est, voco. Hinc Calendaris, & re, vt Iuno Calendaris, & Calendarius, a, um, vt

Calendarius liber.

Sabbatum.] Vt dicit Lactantius libro septimo, capite decimo quarto, lingua Hebræorum à numero nomẽ accepit, & est septimus dies: Nam sabe septẽ significat. Subscribit Iustinus historicus libro xxxvi. Alij volunt requiem interpretari, eo quod deus requieſſet in eo ab omnibus operibus suis: non omnino refragor. Alias dictum.

Oscito.] as, proprie significat os commoueo, & os totum aperio, vt fit ex somno, aut tædio. Etiam pro otiari ponitur. Hinc oscitatio, & oscitantia, & oscitanter aduerbium. Item oscitor, ris, etiamnũ dicitur.

Colocynta.] tæ, quę à nostris barbare coloquinta nominitatur, agrestis est, & syluestris cucurbita, secundũ Dioscoridẽ. Hæc & collocyntis, idis, vel idos, vti hoc loci legimus, vocat. Græce fic, κολοκιωθη, & κολοκιωτη.

Baalsalisa.] Nomen est loci, & interpretatur habens tertium.

CAPVT V.

COmitatus.] A comitor actiue, & passiue potest accipi, & postremo mõ sumitur hic. Hinc comitatus, us, quart. decl.

Burdo.] onis, dicitur quod ex equo & asina natum est. Ex equa & asino natum dicitur mulus. Hybridæ pen. cor. vocantur canes, qui imparibus parentibus nati sunt, inquit Porphyrio, hoc est, venatico & gregario. Plinius lib. viij. scribit. Hybridas vocari sues ex fero, & domestico sue prognatos.

Lycisca.] cæ, canis natus ex lupo, & cane. Hunc Plinius crocutam vocat. Musimones, sunt arietes. Plinius libro octauo. Est in Hispania, sed maxime Corfica, non dissimile pecoris genus musimonum, caprino villo, quàm pecoris velleri propius. Nonius Marcellus aliter de proprietate sermonum. Musimones asini, muli, aut equi breues. Lucilius libro sexto: Precium emit, qui vendit equum musimonem. Cato Deletorio: Asinum aut musimonem, aut arietem.

Innitor.] eris, pe. pro. vt omnia cõposita à nitor, eris, id est, inhæreo, incumbo. Columel. li. vi. Quo plus solis mediæ arbores quibus vitis applicata, & religata innitit, accipiant: Innixus, a, um. Vt hasta parieti innitit.

Eliuetum.] Locus in quo oleæ consitæ sunt. Columel. li. iij. Oletum idem quod oliuetum, ab olea, vt est apud Catonem. lib. de Re rustica. Item est et stercus humanum. Cui demũ id bene olet, quod oletum olet.

Quoquam.] Significat aliquo, id est, ad aliquam partem, locumve, irgentz hin, etvvan hin. Quo aduerbium loci. Vide Petrum Dasypodium.

CAPVT VI.

MAteria.] æ, seu es, est ex qua aliquid fit, vt materia libri est, membrana, atramentum: materies domus, sunt lapides, ligna, calx. Et pro argumento, plerumq; ponitur pro ligno. Vnde materiatus, & materialis, materiale.

Prodo.] is, porro id est, longe proijcio, desero, excludo, propello. Item significat etiam propagare. Itẽ tradere, vt hic. Hinc proditor, traditor, & proditio, proditorius, a, um, proditrix, proditorie aduerbium.

Dothaim.] Locus vbi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascentes, cõtra aquilonis plagã ostenditur, & sonat pabulum, vel viride eorũ, aut sufficientem defectionem.

Labus.] Cadus puto legendum per d, quia nullibi per b legi, nec apud Græcos, nec apud Latinos: genus est mensuræ, & vas vinarium, & pro lagena Acron posuit. Hinc cadiscus diminutiuum. Cadus idem quod amphora cum vrna. Est autem Græca mensura, alias metretes, ta, & ceramium.

Torculum.] Quod vsu torculare, vel per Apocopen torcular pen. pro. ædificiũ vinarium, & machina, qua vinũ exprimitur.

CAPVT VII.

SImila.] æ, vel quod idem est similago, ginis, flos est, seu delitiæ farinæ triticeæ. Plin. li. xviij. cap. x. Sæpissime expositum.

Stater.] Stateris. pe. producta in obliquis. Nam stater η literam Græcam habet ante ς, quæ semper est longa, & in nostrum elõgum vertitur. Græce fic σατηρ, tametsi poneris quoq; modus sit, quem Hebræi secel vocant, hoc sane loco nummum significat, qui iij. continebat drachmas, Græcis didrachma dicitur.

Cataracte.] arum, longitudine x. stadiorum locus præceps, & angustus: vbi aqua adeo vehemẽs alliditur, & præruptatur, vt fumporem præbeat. Quidam cœli seneſtras, quidam nubes, quidam subterraneas specus, interpretantur. Alibi subinde dictum.

Latito.] as, frequent. à lateo, es, est sæpe, aut fere semper latere. Hinc latibulum, &c.

Modius.] ij, mensuræ genus xvi. sextarios continẽs. Medimnus vero sex modios, eyn malter.

CAPVT VIII.

INterpellare.] Est loquentẽ, vel aliquid agentem, interrũpere, interturbare. Hinc interpellatores. Aliquando est dicere. Aliquando rogare, vt virginem interpellare, estve

est verecunde rogare. Hinc interpellatio, interpellatus, a, um.

Camelus.] li, notum animal est, pascitur inter armenta, in oriente duo sunt genera, Bactriæ, & Arabiæ. Differunt tamẽ quod illa bina habeant tubera in dorso, quos dromedarios vocant, & dromades. Quintus Curtius de rebus Alexand. Mag. lib. v.

Suffundo.] is, est suprafundo, aut deorsum iniicio. Plautus: Mane suffundam aquulam. Interdum forinsecus spargo. Aliquando subiicere. Nonnunquàm confundere siue rubore perfundi. Hinc suffusio, vt hic loci. Est etiam suffusio morbus oculorũ, vulgo cataractam vocant. Hinc suffundere aquam frigidam, adagium est. Plautus in Ciistellaria videtur vsurpasse, pro eo quod est instigare clanculum.

Elido.] Penult. prod. id est, effringo, exprimo, excludo, põ foco, dissipo, occido. Est etiam colligere. Hinc elisio, & elisus, a, um.

Seira.] Nomen putei à quo Ioab fecit reuerti principem exercitus Abner. Item & hanc cepit filius Naue Iesus.

Lebna, quæ & Lobna.] In tribu Iuda ciuitas sacerdotalis, quam tenuit Iesus rege illius occiso: nunc est villa in regione Eleutheropolitana. De hac scribit Esaias.

Stragulum.] Genus est vestis, teste Asconio Pædiano. Martialis: Stragula succincti venator sume Veredi. Nam solet e nudo surgere ficus equo. Vlpianus accipit pro pallio, quod iniicitur. Quidam pro lecti opertorio capiunt. Hinc stragulatus, a, um, vt vestis stragulata apud Salomonem in Prouerbiis.

Athalia.] Filia Amri regis Israel, mater Ochoziæ crudelissima: & sonat tempus ipsi domino, vel tempus eius: siue temporalis domini.

Viso.] is, ere, id est, ad videndum eo, à video frequentati. Interdum pro video tantum ponitur. Hinc aliud frequentati, visito, à quo visitatio, & inuiso.

CAPVT IX.

Lenticula.] Genus leguminis lenti simile, sed diuersum. Etiam pro vasis genere capitur, vt in lente vnguentum. Prouerbium quadrat in hominem, aut in rem quampiam, quæ neutiq̃ in tempore adhibeatur iis, quibus minime congruit. Veluti si philosophum iuuenum lasciuientium conuiuio misceas. Hermolaus Barbarus sic castigauit Græce, τὸμ ἐμ φακῇ μύρομ, id est, in lente vnguentum. Apud Aulũ Gelliũ aliter lib. xij. cap. xviij. exponitur, sed mendose, vt opinor. Nam Varro in Satyra, & M. Tullius lib. ad Atticum primo, ita vsurparũt. Aristoteles quoq; in libro de sensu, & sensibili, eo vsus est. Porro lenticula vas olearum, & parua lens leguminis genus: hoc modo diminutiuum est à lente, illo vero à lentitate dicitur, quod lente oleum ex ea stillet: nam ore est angusto. Sed sacris in literis solũ decoctio rubea dicitur, qua Esau vendidit primogenituram. Ideo dictus est Edom, quasi fulua.

Illuc.] Aduerbium locale ad locum significat, sicut & huc, istuc. Hac, illac, istac, quæ per locum significant. Hinc, illinc, istinc, de loco. Hic, istic, illic differunt. Hic significat locum ad primam personam quæ loquitur. Istic locum ad secundam quæ audit. Illic ab vtraque.

Recten'] Sic scribitur apud Comicos cum apostropho super vltimam literam, id est, rectene, id est, an ne recte?

Nouissimus.] a, um, à nouus, id est, recens, & quia nouissima recentia sunt, pro vltimo, & vilissimo capitur, vt hic loci.

Globus.] Et globum, corpus est solidum vndique rotundum. Capitur pro multitudine, vt hoc loco. Hinc globare, & conglobare. Globatus, a, um.

Veneficium.] ij, est veneni confectio, item incantatio, & cæterarum malarum artium exercitium. Hinc veneficus, ca, triuenifica.

Stibium.] ij, pigmentum, quo ad venustandos oculos, & faciem peculiariter vtuntur mulieres quædam. Hoc & purpurissum, & cerussa dicitur, Græcis pſimmythion vocatur. Fit enim ex plumbo. Hinc stibinus, a, um, teste Calepino, vt onychinos stibinos legimus.

Præcipitare.] Est deorsum iacere. Hinc præceps, est locus altus, & abruptus vnde quis potest præceps dari. Item qui agit sine consideratione modoque. A quo præcipitanter & præcipitium.

Jeblaam.] In tribu Manasse, de qua alienigenus non valuit expellere, & interpretatur absorbet.

Mageddo.] Ciuitatis nomen, quã cepit Iesus rege illius occciso: quæ cum cecidisset in sortem tribus Manasse, nequaquàm possedit eam, quia pristinos habitatores nequiuit expellere. Sonat de tentatione, vel cœnacula eius.

Caluaria.] Totum caput, & carne nudum, & tam de brutis, q̃ de hominibus dicitur. Et caluarię loca sepulturę publica, quas

Græci vocãt polyandria: Hebræi golgotha, vbi decollabantur homines damnati.

CAPVT. X.

Optimates.] Sunt qui in Republica optimi, & primi habentur, aut qui opibus, & ope pollent.

Præpositus.] ti, à præpono. i. antepono per electionem, dicitur is, qui rebus aliqbus præpositus & præfectus est. Sed antistes ecclesiæ dici potest Latine, quem vulgo præpositum vocant. Hactenus Bebelius.

Cophinus.] Est corbis, vt dicit Iuuenalis de Iudæis. Quorum cophinus fœnumq; supellex. Cum dedit ille locum cophino fœnoq; relicto. Corbis Latinissima est dictio, non Gotthica, vt forte quidam putant.

Diluceo.] es, est idem, quod distincte luceo, splendeo, radio. Hinc diluceſco, diluci-dus, a, um, & dilucide. Dilucidum est.

Latrina.] æ, penult. prod. locus priuatarum sordium, & oleti, & ad exonerandum ventrem accommodus, à latendo. Dicitur et cloaca penultima producta, & forica. Carmina vatum omitto.

Jonadab.] Filius Rechab, & interpretatur, domini liberalitas, vel domini princeps.

Solennis.] Per simplex l. & duplex nn. dicitur id quod in anno semel fit, sicut solenne festum diui Iohãnis. Nam vt Festus scribit, solennia dicuntur, quæ in omnibus annis præstari solent. Cauete igitur ne dicatis in posterum, solennis doctor, solennis vir, quia tantum valeret. Doctor, vel vir qui in anno semel fit. Legendum est in hymno Sacramenti diuinissimi: Sacris solennibus, non solennijs, quia nusquam reperitur. Sic &: Insignibus, non insignijs.

CAPVT XI.

Iosaba, vel Iosabe.] Diuus Hieronymus nominat Iosabeth, filia regis Ioram, soror Ochoziæ, & interpretatur saturitas domini, vel vbi est saturitas.

Triclinium.] Latine discubitorium dici potest, à tribus lectis, vbi cœnabant.

Joiada.] Sacerdos, pater Zachariæ prophetarum minorum penultimi, filius Barachiæ, vti diuus Hieronymus ait in Commẽtarijs super Matth. xxiij. & interpretatur Iohiade, domini cognitio & scientia.

Excubiæ.] arum, vigiliæ sunt tam diurnæ, quàm nocturnæ. Excubitores, ab excubo verbo.

Vallo.] as, est munio, firmo, & quasi vallum facio. Hinc circumuallo, & vallum. Vallatus, a, um.

Septum, & septus.] A sepio, is, locus est munitus, & custoditus, vt hic videtur accipi. Generatim septa in pluratiuo numero dicuntur omnia loca munita, & quodã munimine vallata. Extra septa.

Diadema.] Græcum est, penultima producta amiculum, & corona, quæ capiti regis imponitur & obligatur.

Legio.] onis, certus militum numerus est, qui ad hoc singulatim eliguntur. Inde legio dicta, quod eligerentur, & cum delectu instituerentur. Hinc legionarius.

Impingo.] Est impello, & illido, à quo impactus, a, um, & impactio.

CAPVT XII.

Ioas.] Filius Ochoziæ, regnauit in Hierusalem, & interpretatur memoria domini. Rectius domini oblatio.

Sebia, vel Sabia.] Mater Ioas de Bersabee, non fuit de genere Achab, & sonat caprea, vel dama.

Instaurare.] Est integrare, reficere, resarcire: à quo instauratio. Et instauratus, a, um.

Sarta tecta.] Dicuntur opera publica, quæ locantur, vt integra præstentur. Et sarte, integre. Item sarcire, cõponere. Hinc resarcio, id est, instauro, & quasi nouam formam induco. Hinc ornatissime dicimus: Amicitiam, autoritatem, dignitatem habere sartam tectam, &c.

Gazophylatium.] ij, compositum ex Persica dictione, & Græca, dicitur locus in quo gazæ, id est, opes custodiuntur. Aerarium Latine. Corban Hebraice.

Cementarij.] Dicuntur fabri murarij, qui calce, & cæmento laborant, ad ædificia ex lapidibus extruenda. Hinc cœmentitius, a, um.

Expensa.] æ, idem est, quod sumptus, ab expendo, quod est erogare.

Hazael.] Syriæ rex, & sonat Hebræis visus dei.

Amasias.] Penultima acuta, filius Ioas: & interpretatur robustus domini vel rectius fortitudo dei.

CAPVT XIII.

Ndustertius.] Aduerbium est tẽporis, hoc est, tertio ab hoc die, &c.

Tritura.] æ, à trituro, as, penultima producta, quod est tero, & ad segetes potissimũ pertinet. Vergil. Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Aphec.] Ciuitas est quam rege ipsius trucis-

trucidato, expugnauit Iesus. Et locus iuxta vicum Esrom Iesrael ciuitatis, vbi dimicauit Saul in sorte Aser. Non ergo pars Syriæ, sed locus in Iudæa, & est æquiuocũ Aphec.

Lucus.] Nemus est arboribus densum, & obscurius, κατ' ἀντίφρασιν, id est, per contrarium, dictus à luceo, es, quod non luceat.

Iaculum.] Telum dicitur, quod in longum iaci potest, à iaculor, ris. Sed iaculus serpens est præceps, pen. cor. Lucanus: Et natrix violator aquæ, iaculíq; volucres.

CAPVT XIIII.

Adoleo.] es, vt hic sumitur, id est, incendo, cremo incensum, alia significata, & deriuata dicta sunt.

Salina.] Locus vbi conficitur sal. Plinius libro xxxi. Hinc vrbs Salinarum dicta est in Sicilia.

Petra.] Ciuitas Arabiæ in terra Edom, quæ cognominata est Iectael, & à Syris Recem dicitur.

Carduus.] dui, herba vulgo notissima, habens folia spinosa acuminibus mucronatis, disteln. Hinc carduelis auicula, Græcis achantis, siue achantilis dicitur, eyn distel vinck, oder vogel.

Saltus.] us, nemus est, & sylua dẽsior.

Bethsames, vel Bethsamis.] Oppidum Iudæ, ciuitas sacerdotalis in tribu Beniamin. Altera est in tribu Nepthalim, in qua & ipsi cultores permanserunt, & domus solis interpretatur.

Prouoco.] as, proprie significat à longe voco. Hic aũt inuito, incito, hortor, irrito tam in bonum q̃ in malum. Hic in malum. Hinc prouocatus, a, um, & prouocatio.

Obses.] Dicitur qui traditur alicui ea lege, vt si dator non præstiterit, quod promisit, recipiens in eum quem recepit obsidem, faciendi potestatem habeat quod conditione conuentum est: Græcis ὅμηρον dicitur, hoc est, pignus, vades, vadimonium. Hinc obsidium.

Lachis.] Ciuitas in tribu Iuda. Sed & hanc cepit Iesus, rege eius occiso. Meminit huius Esaias, & Hieremias: & nunc est villa in vij. lapide ab Eleutheropoli euntibus Daromam.

Azarias.] Idem qui & Ozias, interpretatur adiutor dñs, rectius auxilium dei.

Abila.] Med. cor. nomen ciuitatis sitæ in littore maris rubri, vbi nunc moratur legio, & præsidium Romanorum, ait diuus Hieronymus in Ezechiel. xlvij.

Hemath.] Alij Emath, terminus Allophylorum in regione Damasci. In Esaia ciuitas Damasci, quam oppugnauit rex Assyriorum. In Amos quoq; Emath Rabbath scribitur, quod nobiscum sonat Emath magna, hanc Epyphaniam volunt esse iuxta Emessam, quæ vsq; hodie Syro sermone sic dicitur. Hieronymus: Hemath furor, qui Græce dicitur χόλος, hoc est, indignatio dei.

CAPVT XV.

Iachalia.] Alij Iecelia scribunt, mater fuit Azariæ filij Amasiæ de Hierusalem, & fortitudo domini interpretatur.

Demolior.] iris, est idem quod destruere, hinc demolitus, a, um, & demolitio.

Palam.] Est manifeste, in propatulo, in confesso, & omnibus coram. Hinc propalã.

Indico.] dicis, pen. prod. est solenniter dicendo denunciare. Item significat præcipere, itẽ imponere: his modis hic accipitur. Hinc indictum, & indictio.

Phaceia.] Penultima producta, filius fuit Manahen filij Gaddi de Thersa, & sonat, aperiente domino, vel oris assumptio, etiam per f. Faceia scribitur.

Phacee.] Seu Facee, penultima producta, filius Romeliæ vel Ramaliæ, vt alij scribunt, illum delectum scribendi puncta faciunt Hebraica, dux fuit Phaceiæ. Facee sonat aperiens domino vel transcensus, siue transgressus. Romelia, siue Ramalia interpretatur excelsus domini. Modo nominibus Hebraicis fidamus.

Argob.] Regio Og regis Basan super Iordanem, hodie vicus est circa Gerasam, & sonat maledicens excelsum.

Teglatphalassar.] Rex Assur fuit ante conditam vrbem tempore Amulij. Hic transtulit tribum Ruben, Gad, & Manassen dimidiam. An ipse Phul fuerit, variãt expositores, interpretatur tamen Teglat, quoniam compositum est, transmigrans, actiua significatione intelligendum, quod Græce dicitur, ἀποικίζω, id est, alios transferens. Phalasar, seu falassar, cadens princeps, vel cadentem principem.

CAPVT XVI.

Consecro.] as, est idem quod sacrum facio, vel sacris initio, dedico. Hinc cõsecratio, & consecratus, a, um.

Collis.] Monticulus est. Hinc collicullus diminutiuum.

Exemplar.] Et exemplum differunt, vt sit exemplum quod sequimur, aut vitamus. Exemplar, ex quo simile facimus. Græci antigra-

tigraphum,antitypum,archetypum,prototypum vocant,barbari copiam.

Luter.] eris, vas in quo liquida fundun tur,à luo quod est diluo.Dictum alias.

Musach Sabbati.] Gazophylatium,seu ærarium fuit regum,in quod, dum intrarēt sabbato templum,eleemosynas mittebant, sicut Corbonan sacerdotum.

Pauimentum.] Domus æquamētum est,quod pedibus gradiendo calcamus.Iuue nalis: Verre pauimentum, nitidas ostende columnas.

CAPVT XVII.

Achas.] Filius Ionathan regis Iuda, rex in Hierusalem, & regnauit sexdecim annis. Sonatq; interpretatum: continens,aut apprehendens:sic scribitur Aaz,id est,reprehensio rectius.Esaiæ vij.

Salmanasar.] Rex Assyriorum, pater Sennacherib.Interpretatur perfectus vinculo, vel ad vincendum.

Nitor.] Est niti, conari. Hinc nitens,id est,conās,vt hic.Alia significata supersedeo. Ouidius: Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Soleo.] es,solitus sum, quasi solus, id est,totus eo.Eius significatio nota est. Solet impersonale passiuæ significationis. Solito, as,id est,frequenter soleo.Solitus,a, um.

Peruagor.] aris,& peruago,as,penult. cor.i.per aliquem locum vagor.Hinc peruagatio,& peruagatus,a,um.

Bozan.] In regione Emat, & huius meminit Esaias. Est autem in finibus Damasci, & interpretatur tonsio eorum, vel fortitudo eorum.

Legitimus.] Per simplex t.scribendum est,contra vulgi morem.Ouidius in epistolis. Pectora legitimus casta momordit amor. Significat quod æquum, iustum, conueniens, & secundum legem est. A quo legitime aduerbium. Legitimi filij,& contrarium illegitimum.

Diuinatio.] Est auguratio,& auguriū, à diuino.Vide Caium Bassum,& alios iureconsultos quomodo accipiant. Plinius posuit pro præsentio libro x. Prædestinant,id est,præsentiunt, & augurantur. Porro diuinationum genera multa sunt,videlicet ὑδρωμαντία, ad verbum est aquæ diuinatio. Multis enim modis fiebat olim diuinatio. Nā vel ex terra petebatur,& erat Gæomantia: vel ex igne, & Pyromantia, quæ eadem ignispicina, cuius autor, vt inquit Plinius, Amphiaraus.Vel ex fumo,quæ capnomantia: vel ex auibus,quæ auguria:vel ex extis, quæ aruspicina,in qua multum Ethrusci valuerunt, & Ianus apud Heleos Apollinis filius,& post eum Trasybulus,qui canem inspiciebat sectum iecur ostendentē.Vel ex cribro,quæ conscinomantia: vel ex securibus, quæ axinomantia:ex herbis,botanomantia sagarum ars:vel ex mortuis,quæ necromantia,seu necyomantia:vel ex astris,quæ astronomia, in qua quidem peritissimi dicuntur Chaldæi,etiā si in Chaldęa non sint nati.Ex sortibus,cleronomantia:ex manuum lineamentis,chiromantia:ex facie ipsa,& filo totius corporis,physiognomia:vel ex piscibus q̄ ichthyomantia, quæ obiecta est Apuleio: vel ex palpitatione oculoꝝ,q̄ saliatio, & palmicum augurium: tum somnioꝝ coniecturæ,& oīa q̄ latissime patebant,ad visa,& audita,in qbus erant fulgura,& fulgetræ,monstra,voces,sternutamenta. Iam dæmonum euocandorum mille artes, quas satius est ne nominari quidem.

Militia cœli.] Sunt cœlites, seu planetæ,id est,errones,Iuppiter,Venus, Mars,Saturnus,&c. idolorum portenta.

Socoth Benoth.] Vel Sochothanoth.i. tabernac ula,tentoria,vel vmbracula filiaꝝ Nergel,Asuna.Nergal interpretatur lucerna acerui.Nabahas,& Thartach subuersio, quàm melius Græci ἀγατροπὴν vocant.

Sepharuaim.] Interpretatur libri, vel literæ,videtur nomen loci, sicuti & præcedentia vocabula, nomina sunt, & ciuitatum, & idolorum,à Babyloniis, Chutenis, Heuæhis culta.

Porro Adramelech.] Nomen idoli, & stola regis,vel decor regis interpretatur.

Anamalech.] Dicitur,respondēte regi.

CAPVT XVIII.

Value.] arum, ostia sunt quæ in se replicantur.

Lamina.] æ,& bractea, inquit Laurentius Valla,sic differunt, quod lamina crassior est,ex qua armamentura conficitur. Bractea tenuis magis est, & sua sponte plicabilis quæ crepitat.Hinc laminarius substant.

Aqueductus.] Est aquagiū, per quod aqua ducitur, & fluit.

Rabsaces.] Med. cor. Hebræi Rabsacē filium Esaiæ putāt,qui & ipse proditor fuit cum Sobna,& Samariten.Ideo linguam Hebraicam percalluit, interpretatur princeps deosculans, siue multus osculo.

Fullo.] onis, à fouendis aqua calida vestibus dict⁹ est,vulgo eyn vvalcker. Sūt em fullones,vt Vlpianus Iurisconsultus diffinit, q curanda,poliendaq; vestimenta accipiunt, quorum

quorum ars fullonia appellatur.

Heliachim.] Filius Helchiæ, præpositus domus, interpretatur resurrectio dei.

A commentariis.] Asconius vocat Commentariensem, qui præest commentariis. A batis q præest mẽsuris, vel annonæ.

Satrapa.] Penultima correpta, præfectus lingua Persica. Tortellius autor. Hinc satrapia, id est, præfectura.

Syriace.] Aduerbium est, id est, Syrorum more, vt loqui Syriace, Iudaice, Chaldaice, Græce, Romane, &c.

CAPVT XIX.

Blasphemo.] as, Græcum est, significat execror, maledico. Hinc blasphemia, id est, maledicentia.

Sennacherib.] Rex Assyriorum, & interpretatur tollens, vel leuans deserta.

Subsanno.] A sanna fit, quæ est irrisio, id est, irrideo. Hinc subsannatio, quæ rugosa fronte, & contracto naso exprimitur.

Plasmare.] Est figmentum aliquod efficere. Hinc plasma, & plasmatum, id est, figmentum, quod & figlinum opus dicitur.

Chamus.] Genus est freni, dictus quod sit breuis.

Mesrath.] Interpretatur fugitiuus tener, vel tentatio tenera.

Sarasar.] Dicitur princeps tribulationis.

Asaradon.] Vincens, vel exacutus.

CAPVT XX.

Ezechias.] Vel Iezechias, filius Achas, interpretatur apprehẽdens dominum, vel fortitudo domini.

Prophetes.] Prædictor, vates, qui futura prædicit. Hinc prophetia, id est, vaticinium, prædictio.

Vlcus.] ers, sanies est intra cutem latens concreta, quæ cute rupta fouetur emplastris, & malagmatibus. Vlcerosus, a, um, vlcero, as, exulcero, as, exulceratio, exulceratus, a, um. Aliqui cum aspiratu scribunt.

Horologium.] Instrumẽtum quo horæ designantur, quod olim solarium dicebatur, quoniam in sole tantum horarum ratio conspiceretur. Alibi fusius explicatum.

Aroma.] Est odoramentum. Hinc aromatarius: Græcis aromatopola dicitur.

Pigmenta.] Vnguenta sunt, quibus mulieres vtuntur ad venustandum faciem.

Babylon.] Nomen vrbis in Chaldæa. Et apud nos confusio, vel translatio dicitur, propter linguarum confusionem à turri Babel. Porro Babylon etiã regio est in Assyria Chaldæa, & in ea vrbs condita eodem nomine à Semiramide: vt Deodorus, Strabo, Iustinus, & fere veteres omnes Græci, Latiniq; existimarunt. Iosephus vero, Eusebius, Marcellinus, & cæteri Christiani, Iudæiq; veritatem sacrarum literarum secuti à nepotibus Noe conditam asserunt, Genes. x. & xi. Instauratam vero & circundatam muris à Semiramide, qui inter miracula mundi numerantur. Id Ouidius significat dicens: Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbẽ. Quo versiculo Hieronymus in Osee ad id confirmandum vtitur. Sunt qui à Belo Semiramis socero conditam existiment, &c. Augustinus autorem Babylonis facit Nemrot. De hac Plinius libro vi. ad hunc scribit modum: Babylon Chaldaicarum gentium caput, &c. Est & altera Babylon ad Nilum in Aegypto posita ab his quos ex Babylone Sesostris rex Aegyptius in Aegyptum transtulerat, vt eis pro seruis ad vesanas illas extructiones vteretur, vt legis in Exodo.

Eunuchus.] Græcum est, & Latine cubilis custos dicitur, nos p castrato sumimus.

Quicquam.] Quidam cum d. scribũt, & aiunt, quod mutat d. in c. ne bis interrogare videamur. Sic quicquid. Sed non est ratio satis probabilis, vtpote non reprehendẽdus, qui scripserit quidquid, & quidquàm, tamen cum c. potius scribendum puto.

CAPVT XXI.

Manasses.] Filius Iezechiæ regis, interpretatur obliuiosus, oblitus.

Hariolor.] Id est, diuino, præsertim extis in ara positis.

Augurium.] Diuinatio ex auiũ garritu.

Pythones.] Qui malo spiritu pleni futura prædicebant. Hinc Pythonicus, a, um, id est, diuinus, & Pythonissa.

Abominatio.] Execratio est, ab abominor, aris, quod est execrari.

Stylum, & Stylus.] Scribendum cum y Græco: æneum instrumentum significat, quo in albo, id est, in cęratis tabellis antiquitus scribebatur, vt nunc in tabellis ligneis, aut lapideis negociatores scribunt. Item pro ipsa orationis structura capitur. Interdum pro punctione, & reprehensione. Epistylia Latine capitellium.

Crebro.] Aduerbium, id est, sæpe, hinc crebrius, id est, sæpius, & creberrime, sæpissime, & frequentissime, crebriter.

CAPVT XXII.

Conflare.] Est simul flare. Significat & contrahere, congregare, & eo modo vi-

do videtur hic accipi. Hinc conflare æs alienum dicimus.

Sartatecta.] Expositum est, quibus nihil deest ad integritatem reparata.

Tignarius faber.] Non solum qui tigna dolat, sed & qui solaria, trabes, cæteraq; ad tabulata domus vtilia, & necessaria fabricat, & omnis qui ædificat intelligitur, inqt Caius, à tigno quod mascul. & neutri generis, trabs est, qua varie disposita, domus extruitur. Et proprie cui superponitur tectū, à tegendo nomen deductum. In vineis tigni, pedamenta sunt & perticæ, pali. Hinc contigno, as, & contignatio est trabium coassatio & compactio. Tigillus diminutiuū est trabs, cui tectum innititur. Aristoteles περὶ τοῦ κόσμου, i. de mundo. Vmbilicis quibus fornix continetur & fistitur, deum esse in mundo similē ait, qui si absit vel momentum, corruat protinus naturæ ædificium necesse est, vt ablato vmbilico fornicis structura tota dissoluta concideret. Tigillus ille de us ab Augustino de Ciuitate dei libro vij. cap. vndecimo vocatur. Hactenus Lodouicus Viues.

Lementarius.] Est faber murarius, cæmento operans & lapidibus.

Lapicidina.] Locus vbi lapides cæduntur, Græce latomia.

Supputo.] Penult. cor. est numero, calculo. Hinc supputationes, & supputator.

CAPVT XXIII.

Cæremonie.] arum, vel à Cerete oppido, vel à carendo dictæ sunt. Massurius Sabinus in Commentarijs, quos de indigenis composuit: Religiosum, inquit, est, q̄d propter sanctitatem aliquam remotum, & sepositum à nobis est. Verbū à relinquendo dictum, tanquàm ceremoniæ à carendo. Hæc Aulus Gellius lib. iiij. cap. ix.

Ædicula.] æ, diminutiuum ab ædes, id est, parua domus, seu domuncula.

Effeminatus.] ti, mollis, parūq; vir.

Exedra.] Græcum est sic ἐξέδρα locus ad sedendū & constitutus spaciosus triclinij instar. Capitur hic pro loco aliquo necessario ad templi ministerium, & sacerdotum.

Mulcta.] æ, est solutionis pœna. Mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria: pœna vero gñale nomen est, vt etiā capitis, & estimationis irrogari solet. Seruius autor, & Varro cōtendit nō esse Latinum vocabulum, xi. lib. rerum humanarū. Hinc mulctare, & mulctatus, a, um.

Phadaia.] Pe. pro. sonat redēptionē dñi.

CAPVT XXIIII.

Innoxius.] a, um, est qui non nocet. Noxium, quod nocet.

Joakim.] Per k. & m. Diuus Hieronymus super Matthæum I. ca. putat Iechoniā, qui est Salathiel non fuisse filium Iosiæ, quē in proxima serie postremum recensuit, sed illius filium. Cæterum Iechoniam vocari, q̄ idem vocetur Iehoichim, verum patrem distingui à filio duabus literulis. Nam illum Iehoiakim dici per k. & m. alterum Iehoiachin per ch. & n. tametsi apud Græcos pariter ac Latinos scriptorum vitio, & temporum longæuitate confusum prorsus sit.

Incluſor.] Ab includo, is est, qui includit. Capitur hic pro fabro aurario, quē Græci argyrocopum, & chrysocopum vocant, qui auro gemmas includit.

CAPVT XXV.

Extruo.] is, est struo, construo, ædifico. Hinc extruere ædes, & extructio. Extructus, a, um.

Vallatus.] a, um, à vallo, id est, circumdatus, cinctus.

Campestria.] Cāpos plana loca sunt.

Perfuga.] Pen. cor. qui ad hostes perfugit vel transfugiendi morem perfecte nouit. Cicero lib. iij. Offi. Perfuga ab eo venit in castra Fabritij. Hinc perfugium.

Vinitor.] Vinearum cultor est. Græcis Lenobates dicitur.

Trulla.] Diminutiuum à trua, quod significat vas, quo e culina in lauatrinam aquam fundūt. Item vas profundum, quod in mensa inferri solet. Est & instrumentum, quo cæmentarij tectorio calce muros communiant, & æquant.

Tyro.] onis, rudis miles, & nouus, à quo diminuti, tyrunculus. Et tyrocinium id tempus, quo rudis adhuc miles (id enim significat tyro) ad pugnam exercetur, nondum expertus Martem: sicut veteranus econtrario, exercitatus. Hinc dicimus facere tyrociniū, & ponere rudimentum.

Tridens.] tis, Neptuni sceptrum, & quicquid habet tres dentes. Hic pro fuscinulis videtur capi, quas Græci ἀναλύμπλωρα, vocant, Hebræi Mamzamaroth.

Phiala.] æ, per i. Latinum non significat vitreum vas tantum, vt plebei putāt, sed vt Iulius Pollux autor est, vasa quæq; vini, aut aquæ phialæ dici possunt. Vnde Martialis: Quis labor in phiala docti myos, an ne Myronis. Iuuenalis Satyra. v. phialas aurea vasa vocat. Byrrho tenet phialas tibi non cōmittitur aurum. Sic etiam Pomponius Iurisconsult.

consult. ff. de. au. & ar. Cedant igitur gemmæ phialis, &c. eyn kredentz geschir.

Malogranatum]ti. idem quod malũ punicum.

Capitellum]li. est epistylium, id est, caput columnarum, ut hic.

Godolia & Nathania.] Et consimiles dictiones, fere propria sunt. Godolias magnitudo domini, aut fimbria domini. Nathanias vero donum domini dicitur.

Nabuchodonosor.] Rex Babylonis & interpretatur, prophetia lagunculę angustiæ, siue prophetans, istiusmodi signum, siue sessio in agnitione angustiæ. Verius gemitus, siue plãctus iudicij, angustiæ vel pressurę &c.

Euilmerodach.]Filius Nabuchodonosor maioris, qui regnauit post patrem, & patrem e sepulchro eruit. & interptatur stulti amaritudinem conterens, aut stultus amare contritus.

Annona]æ. ab anno deducitur, sed nõ est simpliciter esca, vt quidã putant: sed prouentus frugum vnius anni. Porro dicitur quicquid vno anno colligitur ex prędijs, siue fit siligo, siue auena, siue fœnum, aut hordeum, vel aliud simile, immo annona omnium obsoniorũ est, ut idonei autores prodiderunt: Imo & Suetonius in vita Tiberij annonam piscium intellexit.

Libri Regum Quarti
FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM

Præfationis primæ diui Hieronymi, in librum Paralipomenon Expositio.



N nonnullis codicibus ex fragmento primæ præfationis, cuius initium, Tantus ac talis, & hac epistola, nescio quis vnam conflauerat præfationẽ, & arti fex connexuerat per sed interiectum.

Pura, & vt ab eis in Græcum]. Tribuit nonnihil animo Chromatij, apud quẽ sciebat sanctam esse Septuaginta autoritatem, nam aliter alias sentit de ijsdem.

Germana] germanus. a. um. hoc est, vera, genuina, natiua, & vt Græci dicunt, γνήσια.

Illudentibus Iudæis, cornicum, ut dicitur, oculos configere]. Prouerbium est apud Ciceronem, & Macrobium, dici solitũ de ijs, qui re vehemẽter ingeniosa prodita, efficiant vt cæteri nihil scire videãtur. Nam ante à Iudæis in huiusmodi rebus velut oracula petebantur. At Hierony. sua correctione præstitit, ut nihil iàm opus esset illos consulere.

Justini exemplaria]. Nonnulli codices habent exempla. Ipsa varietas mihi suspitionem facit, legendum esse verius hexapla, id est, sextuplicia, quod e sex æditionibus eam miscuerit.

E regione.]Id est, ex oppositio.

Asteriscis.] Id est, stellulis, hoc modo *, & virgulis, id est, verubus: sic —

Apocrypha.] Dici possunt abscõdita, abdita, & componitur ab apo præpositione quæ rem exaggerat, & crypto, id est, abscondo. Vnde opera dicuntur apocrypha, id est, abscõsa, hoc est, dubia, & nõ recepta.

Lanino dente rodunt]. Idem dictus est genuinus, medius inter planos primores, & molares, hoc est, obloquũtur, & genuinum infigunt. Vide Chiliades Erasmi.

Dibre haiomim.] Id est, verba dierum.

Syluam.]Hic, vt alibi, materiam rudẽ, & temere congestam vocat, ducta metapho ra à materijs arborum.

Per versuum cola.] κῶλον, membrum, vnde apparet singulos versus, singulis colis, id est, membris finiri solere.

Juxta Ismenium.]Ridiculũ dictu, quomodo quidam Ismenium fluuium facit, iuxta quem orgia Bacchi solita sint celebrari: aut si minus placet fluuius, ille philosophũ facit e fluuio, nimirum qua pollet autoritate. Cæterum historiæ meminit Valerius Maximus. libro tertio, capite septimo rerũ memorabilium. Antigenidas tibicen discipulo docto, sed parũ populo grato: Mihi, inquit, cane & Musis. Ismeniam, legendum est, non Ismenium. Nam Perotto teste, Tradunt Ismeniam choraulem, smaragdon cẽtum aureis denarijs emi iussisse, cũ multas alioqui fulgentes gemmas haberet, &c.

EXPOSITIO ALTERIVS PRAEFATIONIS d. Hieronymi, ad Domnionem, & Rogatianum, in librum Paralipomenon secundum.

QVomodo Græcorum hiſtorias magis intelligunt.] Hieronymo non ſatis erat nomina ſitusq; locorũ ex Geographorum libris habere cognita, niſi luſtratis regionibus, ſingula diligentius & oculis luſtraſſet. At hodie multis mei ſimilibus ſat eſt, ſi tantum ſciant nomen eſſe loci, quanquàm ſunt qui ex loco nonnunquàm pecudem reddant, tã ſupinus eſt huius partis contemptus. Porro Hieronymus oſtendit vtilem eſſe Geographiam ad diuinæ ſcripturæ cognitionem: duos Paralipomenon libros, qui apud Hebræos vnus eſt, cũ Iudæo quodam Tyberiadenſi collatos reſtituit. Ex Hebræorum voluminibus addita ſtellulis prænotauerat: ab Septuaginta interpretibus adiecta obeliſcis, id eſt, verubus ſignauerat.

Hiſtorias.] ἱστορίας, Græca eſt dictio, id eſt, narratio, ab ἱστορῶ, quod eſt inquirere, videre, ſcire, interrogare, dicere, quærere, audire, diſcere, narrare hiſtoriam. Hinc hiſtoriographus, qui hiſtorias ſcribit. Hiſtoricus idem, ein geſchicht ſchreiber. Item Annales eyn iar buch, pluralis numeri tantum. Diariũ, & Ephemeris, taeglich geſchicht buch.

A Troade per Leucaten &c.] Troas eſt ipſa regio, in qua erat vrbs Troia, eadem dicta Ilium, & Teucria, & Dardania. Leucate promontorium eſt Epiri, quemadmodum & Acroceraunia, hinc dicta, quod ob celſitudinem crebro fulmine tangatur.

Sicilia.] æ. Italiæ inſula à Siculo Neptuni filio dicta, reliqua vide in Grammaticis, & hiſtoriographis.

Tyberis.] Vel Tybris, fluuius ab Apennino defluens, & Thuſciam ab Vmbria ſeparans, tandem Romam venit, quam à Ianiculo ſeparat, & in mare Tyrrhenum exonerat, alias Albula dictus. Hinc Tyberinus, a, um. Tyberius Cæſar Romanus, ſub q̃ Chriſtus crucifixus eſt.

Vel eadem vocabula.] Et hinc ingẽtes nonnunquàm tenebræ, quod eidem loco ſæpenumero quaterna, aut ſena ſunt vocabula, veluti Iebus, Salem, Hieruſalẽ, Hieroſolymæ, Aelia, eiuſdẽ vrbis vocabula ſunt.

A vertice (vt aiunt) vſque ad extremum vnguem.] Ita totum hominem prouerbiali ſchemate ſignificamus, à ſummo vertice capitis, vſque ad extremos pedum vngues. Vide Adagiorum opus inſigne.

Barbara, atque Sarmatica nomina.] Barbara, id eſt, fera, & inculta moribus. Nã Barbari ab initio dicti ſunt factitio nomine, qui dure, atq; aſpere loquebantur, quemadmodum bleſos etiam, balboſq; dicimus, qui lingua impediti ſunt. Nunc id vocabuli ad omnes tranſlatũ eſt, qui non ſunt Græci, aut Latini, quod ĩ mitiorem linguam haberent, ac magis cultam.

Sarmatæ.] Penultima correpta, barbarie ſua nobiles olim erant, hoc eſt, celebres, vt Thraces, & Scythæ. Græci eos Sauromatas appellant ab oculis lacertarum. Sauros enim lacerta eſt, & omma, oculus. Nũc Ruſſos, Tartaros, atq; Polonos putant.

Qui ſpiritu ſancto pleni.] Hoc Hieronymus Domnionis, ad quem ſcribit, animo tribuere videtur. Nam alias ĩs diuerſa ſcripſit, nec id vno ſane loco.

Dialogus.] Non eſt, vt imperiti dicũt, ſermo duorũm, à dia quod eſt duo: ſed dia Græca præpoſitio ſignificat per. Dialogus autem eſt quælibet oratio, vbi diſputatiue introducuntur, quotquot autori libuerit, loquentes. Dicitur autem à διαλέγομαι, quod eſt ſermocinor, vel diſputo.

Vbicunq; ergo Aſteriſcos.] id eſt, ſtellulas.*. Quis hæc abſq; dolore legat? intelligens & Hieronymi vigilias, & noſtrã vtilitatem in hac parte, incuria quorundam periiſſe. Nam ſi quod hæc diſtinxit Hieronymus nihil ad rem pertinebat, ſtultus fuerat, oportet, qui in re infrugifera ſudãdum putarit. Sin id ad ſcripturæ diuinæ ſyncerita tem faciebat, impie fecerunt, qui notas huiuſmodi ſuſtulere de voluminibus, hodieq; contemnunt.

ὀβελόϛ.] Gladij, ſeu teli genus eſt, figura veru —.

Vel ob ſpiritus ſancti autoritatem.] Et hoc illorum adfectibus ad quos ſcribit, ſcilicet Domnionis, & Rogationi, dediſſe videtur Hieronymus.

VOCVLARVM QVARVNDAM in primum Paralipomenon librum explicatio.

CAP. I.

PAralipomenon.] Genitiuus eſt Græcus ſic, παραλειπομένων, id eſt, omiſſorum, & relictorũ.

Heber.] Nati ſunt duo filij, nomen vni Phaleg, qui interpretatur diuiſio, filius Heber filij Salæ. Quia in diebus eius diuiſa eſt terra: & in diebus eius

eius facta est turris, vbi cõfusio linguarum facta est. A quo Hebræi, vt Hieronymus & Iosephus, volunt, tametsi diuus Augustinus aliter sentiat, Abraham descendisse. Quidã cũ h. aspirato scribũt. Apud Hebræos tamen sine aspiratione scribitur, & interpretatur tranſitus, vel transiens, aut ira, seu prægnans, vel Syriace, frumentum. Genes. x.

Nembrod.] Cœpit esse in terra, id est, potens, & interpretatur rebellis, vel dormitio descensionis, aut dormiens dominãs, filius Chus. Genesis decimo.

Sidonem.] Med. prod. in obliquis, id est, filium Chanaan primogenitum suum, à quo Sidon vrbs Phœnicis. Hinc Sidonij populi eiusdem vrbis, dicti venatores. Nam Sidon venationem sonat.

Cethura.] Alij sine aspiratione in medio scribunt, ipsa est Agar, quod in Psal. manifestatur, cum dicitur. Tabernacula Idumæorum, & Ismaelitarum, Moab, & Agareni &c. Et interpretatur suffumigata, verius, aromatizans, fumigans, siue ligata, & altera vxor Abrahã fuit. Gene. xxv. Ismaelitas vocans filios Ismael, & Agarenos, Madianitas, & cæteras tribus, quas de Cethura procreatas, sacra scriptura commemorat. Cætera vocabula, in hoc libro posita, quorum numerosa turba est, qui voluerit, & eorundem desiderarit, & etymologiam, & rationem, & interpretationem: legat quæstiones, seu traditiones Hebraicas, d. Hieronymi in libros Paralipomenon.

CAP II.

Anathema.] Seiunctio quædam dicitur, & alienatio, vt est apud Apostolum ad Romanos. Etiam anathema est oblatio & sacrificium, vt dictum est alias.

Oppidum.] Est omnis vrbs præter Romam, quæ peculiari nomine vrbs dicta fuit, vt cætera nominentur oppida, & ciuitates. Apud Plautum tamen indifferenter legimus oppidum & vrbem. Diminuti. eius oppidulũ, sicuti ciuitatula. Hinc oppidatim aduerbium, id est, per varia oppida. Et oppido pe. cor. contra vulgi morem, est valde, multum. Dicitur & oppido quàm venustius. Facere non possum, quin festiuissimum quoddam Plauti dictum ex Persa huc adducam: rogat virginem Sagaristio seruus, vt munitum tibi visum est oppidum: respõdet illa: Si incolæ bene sunt morati, pulchre munitum arbitror, perfidia, & peculatus ex vrbe, & auaritia si exulant, quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio, septima periurium, octaua indiligentia, nona iniuria, decima, quod pessimum aggressu, scelus. Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus seruandis par' st. id est, parum est. Comicis frequens est hęc figura Apocope, vel Apostrophus.

Aiculus.] Diminutiuum à vicus, vsurpatur pro pagis, & rusticanis domibus. Hinc vicani, qui vicos habitant, & vicatim per vicos.

CAP III.

Hebron.] Locus est vbi Dauid regnauit septem annis: & interpretatur societas, incantatio &c. Genesis xxxv. & ij. Regum. ij. Nomen ciuitatis, quæ & conuallis Mambre.

Achinoam.] Penult. correp. vxor Dauid Iesraelitis. Hic Iesrael locus est in quo Naboth habitauit, & interpretatur fratris iucunditas, vel pulchritudo, aut frater motionis. Nomẽ vxoris, regis Saul. i. Reg. xiij. & Vxor Dauid. i. Regum. xxv. primo Paralipom. tertio.

Concubina.] æ. est quæ cum cælibe viro sine nuptijs locum tenet vxoris, quam Græco vocabulo παλλάκην appellamus, id est, pellicem, eyn kebsvvibb. Hinc concubinatus, us, à concumbo, is. Et cõcubitus, us.

CAP. IIII.

Cognatio.] Cognationis nomen à Græca voce dictum apparet, Syngonos, id est, cognatos, sic enim illi vocant. Sunt enim cognati, quos agnatos lex xij. tabularum appellat. Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur, quædam iure ciuili, quædam naturali connectũtur. Vide Modestinum de gradibus, & affinitate. Alias etiam explicatum.

Stirps.] pis, cum de hominibus dicitur, fœminini generis est, & significat originem. Vergilius:

Heu stirpem inuisam.

Cum vero de arboribus pro trunco generis masculini. Idem libro xij. Cum semel in syluis imo de stirpe recisum. Hinc stirpitus aduerbium penultima correpta. Stirpo, as. & extirpo, as, cõpositum, est eradicare.

Thecue.] vel a. est ciuitas, de qua sumpsit Ioab mulierem sapientem. Hinc thecuites penulti. producit & clangor vel buccina interpretatur, aut fixa. Ciuitas Iuda à Roboam constructa. ij. Reg. xiiij. &c.

Inclytus.] ti. pe. cor. cũ y. Pythagorico scribẽdum est, idem est, quod glorioſus, vel

clarus,vt inclyta proles.Sæpenumero explicatum.

Affines.] Sunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo ꝙ duæ cognationes,quæ diuersæ inter se sunt,per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: Nam coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptijs. Nomina taceo, alias recensita:vide Modesti.de grad.& Affi.

CAP. V.

Primogenitus.]ti.est,qui aperit vterum,& ante quem nullus est genitus, non is,quem frater post genitus subsequitur. Et omnis vnigenitus, est primogenitus. Hactenus diuus Hierony.contra Heluidium.Hinc primogenitura. Et primogenitus,a,um.vt nomen primogeniũ.

Torus.]ri. pulpa carnis musculosa, in qua est robur & valentia. Vnde torosus,a, um, fortis,& lacertosus. Sed thorus pro sede,& lecto ab intortis herbis dictus.Ver.ij. Aeneidos.Inde thoro pater Aenæas sic orsus ab alto.Et propius viridante thoro consederat herbæ.Hinc thorulus,id est,paruus lectus diminutiuum.

Germinatus.]a,um,à germino,as, q̃d est pullulare,& germen emittere.Hinc germinasco, & congerminasco, significat coalesco,cõiungor.germinati,id est,orti.

Eremus.]mi,(teste Dionysio Nestore) sine aspiratu scribendum fœmini.generis, Græca est vocula,quæ apud illos cum ita ℵ. in media syllaba scribitur, sic ἔρημος, eremostergo media est producta, cõtra vulgi morem.

Euphrates.]tis.vnus dicitur ex fluminibus,qui de Paradiso fluunt.Ruffus Festus mediam producit,dicẽs: Plurimus Euphrate manat liquor iste feroci.

Decorum.] Appellatur, quod Græci prepon dicunt,cuius vis ea est, vt ab honesto non queat separari.Decorum inquit Cicero lib.de offi.id esse,quod consentaneum fit hominis excellentiæ,quodq; ad.iiij. virtutes cardinales,quas vocant,pertinet, & in omni honestate versatur.Dictũ alias latius.

CAP. VI.

Sacerdotium.] Græce ἱεράτειον, quod est etiam sacrificium, sed potius sacerdotium. Modo sacerdotis dignitatem, vt est illud,fungi sacerdotio. Modo sacerdotis prouentum significat. Nam apud Gentiles ea sacerdotia fuerunt,qualia nos Christiani propriori vocabulo,beneficia appellamus,num recte,aliorum esto iudicium. Alij præbendas vocant, quod nusquã legi apud Classicum autorem,fœminino genere. Sed præbẽda neutro genere in plurali apud A. Gellium libro xv. Noctium Atticarum ca. iiij.vbi loquitur de Basso Ventidio inter cæteras:Qui prouincias sortiti forent præbenda publice conduxisse.Erant enim copiarij quidam quibus præceptum erat prębenda, hoc est, sal ligna legatis publice missis præberẽtur.Hic poteris videre quæ sint præbenda, & quid proprie significent. Iam,quotusquisq; est,qui sacerdotia ambiat potius, vt religiose colat,q̃ vt quæstui habeat? Quẽ incitant parentes,& necessarij ad rem Ecclesiasticam alio fine,q̃ vt ditentur ipsi? Quis se non existimat sanctissime facere,quum filijs,si habet,habet autem nisi sit sterilis,quũ fratribus,sororibus, alijsq; cognatis & necessarijs etiam opulentis,quas Ecclesiæ diuitias vocant,prætermissis egenis,quibus illa sunt parata, impartiuntur? Sic semper erit, quamdiu opes solicitabũt humanum cor. Sic fuit ex quo primum ditescere cœpit sacerdotium Iudæorum,sic ex quo nostrum.

Ordo.] dinis. digestio est, & in suo cuiusq; loco collocatio, veluti in acie fit. M. Iacobus Horlinus:Omnia neglecto quæ fiunt ordine rerum,Fine bono claudi nõ(mihi crede)valent. Ordo aliquando pro statu, vt Sunt tres ordines in repub. nostra. Item amplissimus ordo. Romæ erant tres ordines: Patricius, Equestris, & Plebeius. Hinc dicimus:Ordinem deferere.Ordinarius,a,um. Extraordinarius,a,um. In ordinẽ cogere vel redigere.Ordine,ordẽtlich nach eyn ander. Dic mihi omnem rem ordine. Ordinate, inordinate aduerbium. Ordino, as. Præordino,as. Accipitur quandoq; pro ipsis hominibus. Cicero. Qui apud omnes ordines,id est,omnium ordinum homines. Aliquando refert ad fortunas. Terẽt. Quendam mei ordinis,i.fortunæ. Inde fiunt interordo, & interordinũ:itẽ ordinarius, in q̃ seruatur ordo. Extraordinarium, quod fit extra ordinem. In ordinẽ redactus, id est, inter viles,& abiectos connumeratus. Liuius libro,xij. Tribuni plebis in ordinem redacti.Extra ordinem.

Holocaustum.]ti.sacrificium quod totũ cremabatur,Greca vox est,sępe repetita.

Thymiama.]tis.odoramentum thymi referens naturã, hoc incendebatur in sacrificijs,vti apud nos,modo thus,& incẽsum.

Hinc

Hinc thymiamaterium, est acerra, & vasculum thuris.

Sors.]tis. Festo teste, quandoq; significat patrimonium, quandoq; dei responsum. Hinc sortilegi dicuntur, qui sortes, & responsa deorum colligunt, atq; tractant. Vide de sortilegijs. Interdum pars quę cuiq; accidit in sortiendo. Aliquando illa prima pecunia quam summam vocant. Nonunquàm pro fortuna. Iacobus Horlinus præceptor olim meus, pangebat sapphicon illud elegantiss. Sortis humanæ varia atq; mira Vota sunt: nemo probat id quod alter. Hinc cruentata eueniunt ferocis Vulnera Martis.

Suburbanum.]ni. prædium, seu villa sub vrbe: Columel. lib. vij. Plinius elegãter suburbanam appellat Italiam, eam partem, quę erat proxima vrbi Romę. Suburbia, plurali tantum numero, frequentes extra vrbes domus, instar vrbani vici. Sed suburbium in singulari, eyn vorstadt.

CAP. VII.

PORRO.] Aduerbium significat certe, vvarlich. Quandoq; longe ante, aliquãdo à longe, vt fit aduerbium loci. Interdũ, postea, deinde, in futurum. Sæpe significat vltra. Nonnunquã coniunctio est, & pro autem ponitur, locaturq; in principio orationis. Interim ponitur pro coniunctione expletiua, πόῤῥω tamen Græcum est, id est, porro longe. Liuius: Si ire porro pergas. Terẽtius: Vt quiescant porro.

Familia.]æ, varie accepta est, nam & in res, & in personas deducitur. In res, vt in lege xij. tabularum his verbis: Agnatus proximus familiam habeto. Terẽtius in Heautontimorumenon, id est, seipsum crucians: Decem dierum mihi est familia. In personas, aut natura, aut iure sub vnius potestate subiectas: vti filios nepotesq;, & deinceps seruitutes quoq; appellant familiam. Festus Pompeius. Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiæ. Vnde familiæ nobilium Pompeiorum, Valeriorum, Cornelioꝝ, & familiares ex eadem familia, postea hoc nomine famuli etiam appellari cœperunt. Hinc paterfamilias, & materfamilias, eyn hausz vatter, eyn hausz mutter. Hinc familiaris, e, familiaris subst. familiaritas, familiariter aduerb.

Indigena.]æ. pe. cor. dicitur inde genitus, nec alicunde proueniens. Mantuanus: Indigenæ ostẽdunt, quæ sit natura locoꝝ.

Dux.]cis. est generis cõmunis, vt etiam Augustinus in Grammatica dicit, qui alios ducit. Vnde ducem belli dicimus, & gregis ducem. Hinc ductor, & trix nomina verbalia. Vergilius: Ductores Danaum. Ducissa non dicitur Latine. Duco, cis, ductito, as, ductarius, ductus, us, quartæ declinationis, ipsa ductio, ductile, & ductim aduerbium. Ducatus, etiam numisma. Ducitarius funis.

Bellum.] li. est tum ipsa pugna, tum totum tempus, quo fumus in militia. Præliũ ipsum tantummodo armorum certamen, dye schlacht. pugna vero, & certamen citra arma fit, vel nudis verbis. Laurentius Valla autor. Hinc adagium: Dulce bellum inexpertis, vide parœmiographum in Chiliadibus prouerbiorum. Hinc bello, as. Vnde bellator, & bellatrix. Bellax & bellicosus, a, ũ. Bellona, dea belli, soror Martis. Belligero, as, & or, aris.

CAP. VIII.

PRinceps.] pis. generis cõmunis, qui vel quæ principatũ tenet, quasi primũ caput. Et princeps dicitur dominus, quod qui dominatur, primus sit. Item dicitur primus vel prima. Vergilius: Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Principissa, non est Latinũ. Hinc dicimus: Is tenet principem locum. Principium, principia locus in castris, principale, principior, aris, id est, auspicor. Principio, as, vero dominor, à quo principatus, us: Principalis. le. Principium, initium.

Regio.] onis. dicta est à rego, is, quod priusq; prouinciæ fierent regiones, sub regibus erant, atq; ab ijs regebãtur. Postea maiores in vrbe partes, regiones appellari cœptæ sunt. Quatuor antiquitus fuere regiones vrbis Romæ. Prima Suburbana. Secunda Exquilina. Tertia Collina. Quarta Palatina. Regiões cœli, iiij. sunt. Ortus, Occasus. Meridies, & Septentrio, ab ijs quatuor venti flant, Eurus, Auster, Fauonius, Aquilo. A regio fit e regione, quod est ex aduerso, ex opposito. Hinc regionatim aduerbium, regionarius.

Hierusalem.] Dictio quinque syllabarum vrbs est Iudææ, seu Palestinæ, & interpretatur pacis visio. Hæc & Iebus dicitur, & Salem, & Aelia, & Hierosolyma, orum, & Hierosolymæ, arum.

Arcus.]us, ab arceo, es, pro cõtineo, fornix ædificij est, & testudo, quod se ipse contineat. Et arcus, iris cœlestis est, tam secundæ quàm quartæ inflexionis in vtraq; significantia. Arcus vero quo sagittæ iaciuntur tantum quarti inflexus est. Quod nomen

etiam per q. apud antiquos scribebatur, arquus. Versus: Non semper feriet quodcunq; minabitur arcus. Vnde arquites arcu præliantes, qui & sagittarij dicuntur. Græce autē τόξον, Latine arcus. Hinc argyrotoxos Apollo dictus est, argenteū arcum gerens, & hippotoxatæ equestres sagittarij. Ab arcu, arcuatus, a, um. Item: Arcatus, a, um, à genitiuo arci. Ouid. lib. xi. Metamorphos. Iris & arcato cœlum curuamine signans.

Nepotes.] Luxuriosæ vitæ appellati homines, quod non magis ijs rei suæ familiaris est cura, quàm quibus pater auusque est. Festus autor. Vel nepotes posteri. Vergilius. vi. Aeneidos: Forte recensebat numerq;, charosq; nepotes. Seruius: Nepos compositum ab eo, quod natus post sit patri, quā filius. Nepos fœminini quoq; generis, vt miladia nepos, sed consuetudo vsusq; masculi. facit. Seruius fœminini. Nepotulus diminutiuum. Et nepotari verbum.

CAP. IX.

Summa.]æ. est sententiæ alicuius, aut præceptorum, rerumq; collectio. Vergilius. iij. Aeneidos: Nauiget, hæc summa est. Seruius. Huius diminut. est summula, id est parua summa. Hinc summo, as. i. summam facio, consummo, as, summatim, in summa, adsummum. Hinc summus, a, um. summarius, a, um. Summates, & summitas.

Carpentarius.]ij. qui carpenta facit. Et capitur pro fabro lignario, quem Græci armatopegum vocant, eyn vvagner.

Vestibulum.]li. porticus est, & locus ante domum vacuus, per quē à via ad ædes est iter & ingressus, ein plon oder platz vor der thure, & pro principio, frontispicio, initioq; interdum sumitur.

Idythum.] Nomen cantoris Dauid. Hebræis sonat transiliens eos. Sed Idithun cum iota, &. n. in fine interpretatur lex eius vel legalis, siue laudē, vel confessionē dans. pater Galgal. i. Parali. ix. & Psalmo xxxviii.

Janitor.] oris. is est, cui ianuæ custodia est commissa. Festus ianeus, Varro ianitos, pro ianitore posuerunt: hic & ostiarius, & portitor dici potest, quanquàm portitor sit proprie, qui vectigal portus, seu portæ, id est, portorium dantium conduxit.

Exedra.]æ. Græce sic ἐξέδρα. ας, locus spacioſus, & amplus triclinij instar. Hic pro certo quodam templi loco capitur. Verius est locus ad sedendum constitutus, sella studiaria, vel grabatulus ad meridiandum accommodus.

Vtensile.] Dicitur omne id, quod est ad vsum necessarium. vt vtensilia domus.

Sartago.] ginis, patina est ferrea, in qua caro, escæ, cibiq; friguntur, à σάρξ, quæ est caro. Latine frixorium dicitur. Apud antiquos ad varios vsus adhibebatur. Hinc dicimus: Tu mecum quasi cum Euandri magistre loqueris, & loquendi sartagine abuteris inquit Faustus Andrelinus in epistola prouerbiali.

Frigo.]is. est torreo cibum in sartagine, vel calefacere torrendo, nō bulliendo. Hinc frixorium, sartago in qua quid frigitur.

CAP. X.

Preuaricor.]aris. est à recto discedere. Plinius li. viij. Arator nisi incuruus præuaricatur. Hinc præuaricator, & præuaricatio, à varix, icis, gene. mascul. varicosus, a, um, varico, as, & varicor, aris, diuarico, as, & diuaricor, aris. vt diuaricare crura.

Jaculum.] Dicitur, quicquid iaci in lōgum potest. Nā fit, vt iaciatur. Sed iaculus, li, serpentis genus, qui subit arbores, e qbus vi maxima iaculat. Lucanus: Et natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.

Armigeri.] Non omnes milites dicuntur, vt vulgus putat, nec nobiles tantum, & equestres, sed qui principibus arma gerunt, in pugnaq; subministrant. Sed armati possunt dici milites expediti. Q. Curtius in. iij. libro. Triginta & duo armatorum ordines ibant. Apuleius de aureo Asino: Ipse ad prę positum suum, qui mille armatorum ducatum sustinebat, solicite proficiscitur.

Euaginare.] Verbum est graminaticū, & non in vsu eorum, qui pure loquuntur, significat gladium educere. Latine autem & eleganter dicimus, stringere, vel distringere gladiū. Inde stricto gladio, vel ense me petijt. Tamen Ecclesiastici scriptores subinde vtuntur eo vocabulo, & Iustinus nō inelegans omnino historicus li. primo. Et Vegetius lib. de re mili. Euaginatos etiam gladios tenētes. Eapropter ego id verbi haudquaquā contemno. Delitient & oblectent sese alij huiusmodi verbis, & similibus vocabulis, per me licebit.

Pythonissa.]æ, quod si probum est vocabulum, sic scribi debet, non Phytonissa, nàm in sacris literis legimus spiritum Pythonis, Græce πνεῦμα πυθώνος, Apollinis scilicet, qui autor diuinandi fuit. Vide Henric. Bebelium.

Consulo.]is. cum accusatiuo, significat consilium peto, vt consulo te, id est, consilium peto à te. Cum datiuo neutrum est, &

significat consilium do, vt consulo tibi, id ē, consilium do tibi. Dicimus & ornate hanc orationem: Boni consule, æqui consule, hoc est, bene interpretare, & grato animo accipe, vulgo, halt myrs zu gutt, nym es vor gutt ane. Hinc consules à cōsulendo dictos esse, satis inter omnes constat: sed cum consulere significet multa, dubium est à qua mē te sit dictus consul. Quintilianus libro primo. Sitne consul à consulendo, an à iudicando, nam & hoc consulere veteres vocauere, vnde adhuc remanet illud, rogat boni consulas, id est, bonum iudices. Quin & Liuius consulem olim esse dictum tradit. Sed ego cum Varrone, nomen ministerij puto esse consulem, vt admoneretur nihil eum habere in Republica virium, potestatisq;, sed admonitorem solum positū senatus & populi, vt eos quid fieri placeret consuleret. Porro Varronis verba si quis requirit, hæc sunt ex libro de Lingua Latina. iiij. Consul nominatus, quod consuleret populum & senatum, nisi illinc potius. Vnde Actius ait in Bruto, qui recte consulat, consul fiat. A quo consulatus, officium, dignitas. Consularis vir. Sed à consulto, as, verbo frequētatiuo, consultor, qui alium consulit, id est, ab alio requirit. Adagium. Consilium malum consultori pessimum. Item consultus participium significat eum qui consulitur. Consultus, consultus, & consultum, pro re quæ consulitur. Hinc Iurisconsultus. Consulto aduerbium. Consus consiliorum deus putabatur. Consultorius, a, um, vt epistola consultoria, & consultrix.

CAP. XI.

HEri.] aduerbium temporis, die proxime lapso, à quo hesternus, a, um, adiectiuum. Hesternum ius. Dicitur & here aduerbialiter.

Inire fœdus.] Quasi ire in fœdus & pacisci, dare dextras.

Arx.] Locus vrbis excelsior, munitus, ab arcendo, q̄d hostes arceat. Arcicula dimi.

Vicem.] In accusatiuo, & vice in ablatiuo tantum habet, vt: Ego gero vicem tuā, q̄d nostri vulgo dicūt: Volo te ꝓuidere, vel: Volo locū tuū subire. Hinc vicarius, a, um, q vicē alterius gerit: vt p̄stare vicariā operam dicimus. Vices etiam aliq̄n significāt incommodū, aut pœnā. Horati. Vicesq; superbæ te maneant. Aliq̄n piculum. Caueto diligenter, ne dicas barbare: hac vna tm̄ vice volo tibi morem gereret sed dicas, nunc tantum, nec vna vice tm̄, sed semel tantum, nec duabus &c. sed bis, ter, quater, vel secundo, tertio &c. Nec dicas, alia vice veniam, sed alias. Nec prima, secunda, tertia, vice, sed primo, secundo, tertio. At vice uersa legi apud Iurisconsultum ff. de libe. cau. leg. pri. Bene, inquit: Versa enim vice dicemus &c. iij. Regum. ix. ca. Offerebat Salomon tribus vicibus per singulos annos, legendum esset, ter Latine, non tamen carpo translatorem quisquis fuerit.

Patruus.] Frater patris mei est, quasi patris loco sit. Hinc dicimus: Sapere patruū, id est, seuerum, & austerum esse. Et prouerbia: Ne sis mihi patruus. Ne sis mihi tutor.

Ahoites.] Penultima producta, id est, filius Ahoi, fratris Isai, vel Iesse patris Dauid. Et interpretatur frater viuus, aut tribulus, vel spina mea. ij. Regum. xxv. Ahoe, tribulus, vel spina &c. Alij cum h scribunt Ahohites.

Præsidium.] ij, proprie præfectus est cum militibus ad arcis defensionem, aut oppidi, aut personæ. Sic hoc loco. Horatius: O & præsidium, & dulce decus meum. Alias dictum.

Cisterna.] æ, locus in quo colligitur aqua pluuialis per canales ex stillicidio.

Liciatorium.] ij, lignum, circa quod licia, hoc est, fila, quibus in telis textores implicant stamina & inuoluunt. A licium. Vnde trilicem dicimus.

CAP. XII.

FUnda.] æ, instrumentum de funibus, quo circumrotato lapides ad certum iaciunt. Hinc fundibularij, qui & funditores. Alias habitum.

Capræa.] penultima correpta, animal syluestre, nomen à videndo sortitur, alio nomine Dorcas dicitur. Caprearū plura sunt genera Plinio teste lib. octauo. Est Dama, Ibices, Pigardi, Oryges, Strepsicerotes, & Platicerotes, à cornibus latis, & contortis, nomen adepti. Est & vitis, quod pariat capreolum. Varro.

Turma.] æ, caterua equitum, dicta quasi terdena, quod terdeni eqtes ex tribus tribubus fiebant &c. Festus & M. Varro, autores. Hinc turmatim aduerbium, est cateruatim, sturnatim.

Indoles.] lis, est, in pueris signicatio futuræ virtutis & ꝓbitatis. In viris p̄sentis virtutis signū. Aliq̄n capitur in malā partē. Interdum ꝓ animi quadam generositate, & p̄stantia, vt adolescens bonæ indolis, hoc ē, bene ingeniatus. Puer bonæ indolis.

Egregius.] Glorioſus, & excellens, quod ex toto grege eligitur. Item eminens

& præstans significat, autor Acron. Horat.
Nunquàm alios canto egregius.
Nullus in egregrio corpore nævus erit.
Pacuuius autem egregñssima dixit. Mulier egregñssima forma, & Iuuenalis iiñ. Satyra cõparatiuũ format cõtra Grãmaticos regulas. Egregius cœnas meliusq; miserrimus. Egregie aduerbium pro excellenter.

Palata.] æ, ficus inter palas compressa, libro secundo Reg. expositum est, alias carica dicitur.

Vua passa.] Est vua expressa, & dulciatis quibusdam confecta. Græce Astaphis dicitur. Passum vero dicitur genus liquoris, quod ex vua passa cogitur, generosissimum illud vinum, quod vulgo, non Latine dicunt Maluaticum, vel Malmaticum. Vocabularius rerum indoctissime dicit Malfesia, vel Malfesetum. Audiui hoc vinum ab homine impense docto dici vinum Cretæum, quod ex Creta allatum esset. Vergi. iñ. Geor.
Nec passo Scythia vtilior. Nonius Marcellus autor.

CAP. XIII.

Cithara.] æ, instrumenrum musicum, alio nomine Lyra appellatur. Hinc cytharœdus, qui ea canit. Horatius: Et cytharœdus Ridetur chorda qui semper oberrat eadem. Et cytharistria, quæ ea canit. Citharizo, as, cytharœdicus, a, um.

Psalterium.] Græca dictio est, quod Hebraice Nablon, Latine organum laudatorium dicitur. Sæpe sæpius dictum.

Tympanum.] Instrumentum membrana clausum, & tectum, intus vacuum, quod baculo pulsatur. Græce Ceranion dicitur, alio nomine Latino grus, eyn hoertrumme, eyn baucketrumme. Hinc tympanistria, ait Diuus Augustinus, mulier quæ pulsat tympana vti Anna soror Aaron & Mosi. Virgo nostra Maria sanctissima theotocos. Tympanistes, vel a, qui percutit tympana, tympanizo, tympanizas.

Cymbalum.] Instrumẽtum musicum, quod in sacris matris deum cum tympanis habebatur, eyn Cymbell, oder schell. Hinc cymbalista.

Tuba.] æ, vulgo nota, à tubo canali sic dicta. Nam ex lignis tubæ fiunt, & ex cornibus. Sed quæ ex ære sunt, ductiles tubæ appellantur, trometen hoerhoerner. Hinc tubicen, qui tuba canit.

Lasciuio.] is, hoc est, petulans sum, & gestio natura præ nimia facietate. Hinc lasciuus, a, um, penultima producta, id est, petulcus, & lasciuia mollicies, petulantia, nequitia. Arbores lasciuire dicuntur.

Tunc.] Aduerbium temporis, significat eo tempore. Et de omnibus temporibus dicitur. Additur quandoq; temporis, vt hoc loco, & apud Iustinum. Tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro, &c.

Obed edom Gethæi.] Qui Gethæus ideo nominatur, quod in Geth pater eius habitauerit. Magister in historiis dicit: Obed edom duas esse dictiões. Obed. edom sic scribendum est rectius. Alii vnam, propter vnicam interpretationem, id est, seruus hominis, vel terreni, aut sanguinei, vel rufi.
Nomen viri. iñ. Regum. vi.

CAP. XIIII.

Raphaim.] Vallis allophylorum, id est, alienigenarum ad septẽtrionalem plagam Hierusalem. Et interpretatur gigantes, fortes, vel medici, aut relaxati. Populi sunt, qs Moabitæ Emim, Amonitæ Zomzommim vocant. Deuteron. iñ.

Baalpharasim.] Hæc dictio sortitur nomen ab euentu, qui ibi accidit, quoniam ibidem diuisi sunt viri Philisthiim. Vel quia fugientes diuisi sunt inibi ab idolis suis. Interpretatur enim virorum, vel Baalis diuisio. Baal. Pharasim hoc modo scribẽdum est, idolum diuisionum, aut subiiciens, siue possidens diuisiones sonat. Nomen loci. iñ. Regum. v.

Exuro.] is, compositum ab vro, is. Aduro, quod est circumuro. Vergil.
Rapidive potentia solis
Acrior aut Boreę penetrabile frigus adurat.
Deuro, exuro, vt hoc loco, cõburo, puro, id est, valde vro, à quo pruina. Inuro, quod est adhibito igni fingo, vt stigmata inurere. Etiam de frigore dicitur. Nam & frigus vrit. Hinc vredo penultima producta, herbarum morbus, & pruina. Vstrigo idem in frugibus rubigo, in vitibus carbunculus dicit.

Pyrus.] ri, arbor, pyrum fructus pyri, dictum quod ad similitudinem pyramidis, e lato in acutum, flammæ formam reddat.

CAP. XV.

Nablum.] li, vel Naulum, vtrunq; rectissime scribitur. Facere non possum, quin paulo latius hic expatier ob vocularæ raritatem. Nablium, seu Naulium, diminutiuum est ab hoc, quod Nablum, vel Naulum dicimus. Etenim b, & v, literas ferme p eisdem positas inuicem sæpe veteribus monumentis inuenimus. Suidas etiã Græcus: Nabla organi species, ait, & idẽ alio loco: Psalteriũ, inqt, organũ est musicũ, quod Naula

etiam

etiam vocatur. Quin & Sophoclis versum Plutarchus adducit, οὐ ναῦλα κωκυτοῖσιμ, οὐ λύρα φίλα. Sed & Theoderetus in Psalmos de eo meminit, & Plutarchus in libris Symposiacis. Sunt autem multa organorum barbara nomina, sicuti Strabo narrat libro decimo, inter quæ Nabla quoque enumerãtur, hoc est, Psalteria. Sed & illud obserua, apud Danielem prophetam, Græca, Latinaq; paulo corruptius, à Chaldæis quoque autoribus vsurpari, vt carna, pro cornu, cathros, p cithara, Sabecca pro Sambucca, Psalterin, p Psalterio, Samphonia pro Symphonia. Quin Gallus Salomon, ordinarius apud Hebræos enarrator sacrarum literarum, Neuel ait esse Hebraice, q̃d ibi Psanterin, id est, Psalterium legitur. Constat autem literis id nomen tribus Nebel, ex quo etiam Nauel in Esaia legitur, & Amos, & Græca dein figura Naulon, à quo diminutiuum fit Naulion, hoc Ouidianum. Disce etiam duplici genialia Naulia palma Vertere, conueniunt dulcibus illa modis. Vide Politianũ in Miscellaneis cap. xiiij.

Arcanus, a, arcanum.] ni, sine h dicitur secretum, & absconsum. Ab arca, in qua quæ tutissima sunt tuta manent, vel ab arce, quæ tutissima pars vrbis est, Græce mysterium dicitur, heymlich verborgen.

Επινίκιον, Epinicion.] Non Epinichnion, vt Gotthi scribunt, præmium est, & celebritas pro habita victoria, nam nice Græcis victoria est. Quasi dicas Victoriale, alias Niceterium.

Melodia.] æ, cum accentu in penultima est dulcis cantus, siue melleus. Melos enim cantus dicitur seu membrum, vel dulcis modulatio. Melodes accipitur pro melico dulcia carmina cantante. Sidonius: Proculus melodes insonare pulsibus. Augustinus orationem melodem dixit, pro harmoniacis concentibus. Sed Melon, μῆλον, Latine ouis. Hinc melota, vel te, penultima producta pellis ouilla.

Jubilus.] li, gaudium est, quod verbis satis exprimi non potest, sed sono quodam suaui indicatur. Dicitur & iubilum, & iubilatio, eyn frolockung, à ϒbo iubilo, iubilas, iochtzen.

Ephod.] Genus sacerdotalis vestis, quod superhumerale vocant, aut ornamentũ. Sic vocabatur puer Haniel. Nu. xxxiiij.

CAP. XVI.

Torta.] tæ, genus est panis retorti, & curuati, quem Collyridam vocant. Sæpissime explicatum.

Colonus.] Est habitator, à colendo sic dictus, proprie dicebantur, qui erant alicubi ad habitandum missi. Hinc colonia, æ, Colonia Agrippina, Koeln. Ciuitas Metropolis Vbiorum.

Decor.] Penultima producta, ris, est pulchritudo. Sed decor, oris, penultima correpta & adiectiuum à decus pro decorus. Indecor est turpis, idem dedecor, & dedecus. Explicata alibi exactius.

Tono.] As, aui, atum, & tono, is, iui, itũ, Varro: Sonitus matris deum tonimus tibi semiuiri. A tonatũ fit tonatio, à tonitum, tonitus. Est autem tonare, tonitum reddere, sonare, alta loqui. Composita sunt, attono, contono, circumtono, detono, intono, pertono, pe. cor. omnia, τονός, sonus, accentus.

Quatio.] is, significat moueo, cõcutio. Aliquando ponitur pro molestare. Interdũ pro reiicere. Hinc freq. quasso, as, & quassus, a, um, id est, quassatus, fractus. Composita, conquasso, as, quassatio.

CAP. XVII.

Sub pellibus.] Caue dictum putes de cute hominis, videlicet Bartholomæi, vt quidam torquent ea verba Abacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian. Sed pelles tentoria vocantur, qui olim e pellibus conficiebantur.

Attero.] is, à tero, is, quod est ad aliquid tero, frico. Plinius: Anguillæ atterunt se scopulis. Tibullus:

Aut operi insuetas atteruisse manus.

Aliquando significat vehementer tero, frango, ad terram traho, valde rodo. Hinc attritus, a, um, & attritio.

Spectabilis.] Spectatione dignus, & quasi admiratione dignus. Apuleius: Iubet construi pulchrum, & spectabilem currũ. Spectatus, a, um, id est, probus.

Aeternus.] Dicitur quasi æuiternus, perpetuus, à quo sempiternus, quasi semper æternus. Aeternitas, perpetuitas. In æternitate aut nulla mutatio est, inquit Augustinus multis locis, præsertim libro vndecimo, de Ciuitate dei capite sexto. Sic etiam Boetius, sic Gregorius Nazianzenus, sic alij permulti, & quoniã hij omnes ex Platone hoc sumpserunt, afferam Platonis verba ex Timeo. Vbi vero mobile viuensq; æternum hoc deorum simulachrum is parens qui fabricatus est, considerauit, lętitia perfusus similius adhuc exemplari facere constituit. Ita quemadmodum hoc animal est sempiternum, sic & mundum ille quantum eius natura capere ac sustinere posset, sempiternum est aggressus

greſſus efficere: at illius natura æterna eſt, idcirco facto id operi congruere non poterat. Imaginem vero commentus eſt mobilem æternitatis, & ſimul cæli ſtructuram adornans, in vno eodemq; manentis æui progrediẽtem ſuis numeris imaginem gignit, ſed æternam. Hanc nominauit tempus, partesq; huius dies, noctes, menſes, & annos, cum ante cælum nullæ fuiſſent, vna cum cælo prodire iubet. Sic Plato: niſi quis eandẽ ſententiam mauult Apuleij verbis audire. Is enim ſic inquit in dogmate Platonis. Tẽpus vero æui eſſe imaginem, ſiquidem tempus mouetur, & perennitas fixa & immota eſt natura, & ire in eam tempus & in eius magnitudinem finiri, ac diſſolui poſſe, ſi quando hoc decreuit fabricator mundi deus. Hactenus Lodouicus Viues. Differunt tñ æternũ, & ſempiternũ, q̃d ſempiternũ dicũt deũ eſſe qui ſemper fuit, eritq; æternos homines, qui principium quidẽ habuerint, & tñ animo ſunt immortales, atq; perpetui.

CAP. XVIII.

Quadriga.] ę, quaſi quadriaga, à q̃tuor equis, quibus iungebatur appellata eſt. Hinc: Citis quadrigis dicimus, id eſt, velociter. Aliquando quadrigarum nomine intelligũtur equi, qui quadrigas, hoc eſt, currus agunt. Columella libro quarto. Hinc quadrigarius, qui agit quadrigam, & nomen eſt etiam autoris. Item quadrijugi, & quadrijuges, id eſt, quaterni, ad vnum iugum alligati.

Damaſcus.] ci, vrbs nobiliſſima, & caput Syriæ. Hinc Damaſcenus, a, um, vt hoc loco, vt Damaſcena pruna, autore Plinio libro decimo quinto, dicta creduntur. Interpretatur ſimilitudo incendij, aut oſculi, vel poculi, ſiue ſacci, aut ſimilis fœmori, vel tacitum oſculum aut poculum. Hebraice Dumeſech pronunciant vel Dumeſec. A q̃ & vrbs Syrie inſignis, vt Hieronymus tradit.

Mare æneum.] Subinde in Bibliis, vt hic loci, pro lauacro, & vaſe capitur.

Pharetra.] Vbi ſagittæ reponuntur, theca eſt catapultarum, & telorum. Et qui eam ferunt, pharetrati dicuntur. Horatius:

Non eget Mauri iaculis nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Aeris plurimum.] Hic genitiuus regitur, & ſimiles ab illo nomine, & aliis ſimilibus, ex vi, vt Grãmatici tradunt, partitiõis. Horatius belle vſus eſt.

Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæq;.

A commentariis.] Qui præeſt commentarijs, hunc Aſconius commentarienſem vocat.

Cerethi, & Phelethi.] Interpretatur occidentes, & viuificantes, in lib. Reg. dictum. Verius Cerethi ſunt ſagittarij, dicti ſecundũ Targum Phelethi, fundibularij, & præfecti fundarę. Cerethi. iij. Re. xi. Milites, ſiue curſores, aut arietes, Hebraice Cari dicuntur. Pheleth ruina, ſiue iudicatio, Phelethi idẽ, nomen populi ſiue legionum quarundam. ij. Regum. viij. &c.

CAP. XIX.

Super morte.] Præpoſitio, ſeparata & ablatiuo iũcta, ſignificat de. Verg. i. Ae. Multa ſup Priamo rogitans ſuper Hectore multa. & Lucæ xv. Super vno peccatore. i. de. Modo ſignificat in. Vergilius:

Fronde ſup viridi, ſunt nobis mitia poma.

Mõ pro vt. Iũcta accuſatiuo ſignificat vltra. Aliquando deſuper. Quandoq; valde. Interdum abſolute ponitur. Nonnunquàm p ſupereſt. Interim pro inſuper, & amplius.

Animaduerto.] is, eſt animũ illuc vertо, hoc ẽ, ſenſus in id q̃d fit intendo, cogito, intueor, cõſidero, vt hoc loco. Interdum punio. Hinc animaduerſio, punitio, mulcta.

Inueſtigo.] gis, penultima producta, ſignificat quærendo inuenio, à venatoribus feras indagantibus. Terentius: Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari poſſit. Hinc inueſtigatio.

Caluo.] as, eſt caluum facio, à quo decaluo, as, vt hoc loco, & recaluo, as. Hinc caluitium, & recaluatio, caluaſter & recaluaſter.

Meſopotamia.] ę, regio inter Euphraten, & Tygrim in maiori Aſia. Nam meſos, medius, & Potamos flauius, quaſi in medio flumine ſita. Græce ſic μεσοποτάμια.

Eregione.] Hoc eſt, ex aduerſo, ex oppoſito.

CAP. XX.

Rabba.] Verius Rabath ciuitas regni Ammõ, nũc Philadelphia, cuius memi nit Hierem. xlix. Multa, ſiue grandis, aut iurgiũ, ſiue impugnatio interp̃tat. Deut. 3. &c.

Pondo.] Ponũt quidem in omni genere, & ſignificat libram, & pondus duodecim librarum.

Manubiæ, arum.] Spolia dicũtur, quod manu capiantur ab hoſtibus. Eſt & præda ab hoſtibus capta. Aſconius ſcribit prædas eſſe imperatorum.

Tribula.] æ, vel tribulum, li, genus vehiculi q̃ frumẽta in aera terunt, à tribus lateribus ſic appellat, eyn flegel. Hinc tribularij ũ à tribula

tribula fieri videtur, locus vbi tribulæ recõduntur, vt est apud Columellã. Porro tribulum ponit Vergilius inter instrumenta rustica, primo Georgicorum. Plinius libro decimo octauo, messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum greffibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Est ergo instrumentum, quo fruges maturæ in area teruntur. Id quomodo fiat docet Varro libro de rusticis rebus primo.

Traha.] hæ, genus vehiculi sine rotis, quo coloni vtuntur à trahendo dictum, vt hic loci. Vergilius primo Georgi. per Epenthesim traheæ dixit, sicut nauita, pro nauta. Tribulaq́, traheæq́ & iniquo pondere rastri, eyn slydden.

Carpentum.] ti, vehiculi genus dictũ, quasi carmentum, à carmenta Euandri matre. Ouidius libro primo Fasto.

Nã prius Ausonias matres carpẽta vehebãt.
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Hinc carpentarius.

A deo datus.] Ipse est Dauid. Idcirco picitur à deo datus, quia à deo est electus in regnum. Latinum est, & in Hebræo dicitur Elhanan, & interpretatur à deo datus, seu gratia dei, aut misericordia vel donum dei. Filius saltus. ij. Regum. xxi. Filius saltus, qa de saltu vbi oues pascebat, est eductus. Polymitarius, quia de genere Beseleel mater eius fuit. Bethlehemites, quia Noemi, & Ruth tẽpore vbertatis reuersæ sunt in Bethlehem. Et quia panis causa Ruth à Booz nota est, propterea idem locus domus panis vocatus est.

CAP. XXI.

Satan, vel satanas.] Lingua Hebræa dicitur aduersarius, seu contrarius, Græce diabolus, Latine criminator, calumniator, & delator. Zachariæ. iij.

Centuplum, & centuplex.] Aduerbium numeri. A centum nomine numerali, & indeclinabili, fit centuplus, ducẽ tuplus, trecentuplus, &c.

Inuitus.] Quod non libenter fit. Cicero libro secundo ad Herennium comparatiuum posuit, inuitius. Hinc aduerbium q̃litatis inuitus, vel inuite. Adagium Plautinum: Stultia ẽ ducere venatũ inuitos canes. Item Inuita Minerua, id est, repugnante natura. Horatius:

Tu nihil inuita, dices, faciesve Minerua.

Optio.] nis, ab opto, as, est optatio, seu electio. Item adoptio, tatio, adoptiuus, & adoptatiuus, a, um.

Angelus.] li, Græcum est, Latine nuncius dicitur. Nam officij nomen est, non naturæ. Semper enim spiritus sunt, sed cum mittuntur, vocantur angeli. Est & bonus, & malus angelus. Hinc archangelus angelorum princeps & angelicus, a, um, vt vita angelica. Angelice aduerbium.

Commereo.] es, est committo. Terentius: Si senserit te timidum pater, arbitrabitur commeruisse culpam. Est etiam meritare, sed in malum. Idem Terentius: Erga me cõmerita est, quod nollem. Donatus: Mereri bona, cõmereri dicuntur mala.

Area Ornan.] In Regum lib. ij. ca. xxiij. Areuna Iebusæi, & interpretatur arca, vel cãticum, siue exultatio aut lux nostra, siue maledictio, nũc viri nomẽ. Et Ornan, vt hoc loco, dicitur arca eorum, siue exultãs, aut lux filij, vel lux, siue maledictio permanens vel æterna. Nomẽ viri, vt hic, qui ij. Reg. xxiiij. dicitur Areuna, & e diuerso Areuna Ornan ibidem. Et Ornan Latine sonat lumen nobis. Hęc est mõs Moria, vt dicũt Hebręi, vbi Abrahã voluit filiũ ĩmolare, Ge. xxiij.

Siclus.] li, apud Hebræos vncia est, apud Græcos Latinosq́ quarta pars vnciæ, & stateris medietas, drachmas duas appendens.

Iustissimi ponderis.] Iustum à iure dicitur quod iura seruat. Interdum ponitur p mediocri. Vnde iustam magnitudinem alicuius rei dicimus, cũ nec debito minor est, nec modum excedit. Aliquando pro magno, vt cum dicimus iustam rem, id est, magnam, sicuti bonam partem, & iustam, id est, magnam. Item iustum opus, iustum põdus, iustum volumen.

Gratuitus.] a, um, quod datur gratis, id est, sine præmio, absq; merito, quod non est mercenarium. Hinc gratuito aduerbium, & gratuite, grates poeticum, gratiæ, arum, gratiosus, a, um, gratanter aduerb.

CAP XXII.

Proselytus.] ti, Græcum est in penultima cum y Græco, & postea t exili, valet Latine aduena, vel peregrinus, à προσελύθω, id est, aduenio, & corripit penultimam.

Latomus.] Penultima correpta Græcum est lapidicida, qui lapides cædit, & quasi fundamenta ædificiorum præparat. Hinc latomia lapidicina, locus vbi cæduntur lapides, penulitimã corripiunt vtrunque vocalum.

Commissure.] Iuncturæ, quales sunt tabularum, & aliarum rerum, à committo, is, coaptatiões sunt, vulgo zusammẽ fuegen.

Pau-

Paupertatula.] Diminutiuum est, à paupertate, differt ab egestate. Pauper omnis generis: Licet in fœminino reperiatur. Plautus: Paupera hęc res est. Hinc pauperies, ipsa paupertas. Horati. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiē fugiens, per saxa, per ignem. Paupertinus, a um, penult. prod. idem quod pauper. Varronem, & Sidoniū autores probatos transeo. Pauperculus, la. Paupero, as. &c. Depaupero. as. Pauperiem facere apud Iure consultos lego, dicitur proprie damnum inferre, sed de brutis.

Ocium.] ij. Proprie vacatio à labore. Ouidius: Ocia si tollas, periere Cupidinis arcus. Contrarium est negotium. Nam ocio qui nescit vti, plus negotij, quā ocij habet, dixit ille. Hinc ocium literarium dicimus. Cicero: Quid dulcius ocio literario? hoc est studio. Ocior, & ocioſus a, um. & ocioſe, ociolum diminut.

Impensa.] Pluratiuo numero dicuntur beneficia. Martialis:
Impensis vitam principis annumeres.
Impensa, æ, vt hoc loco, est expēsa, quod & impendium vocatur, ab impendendo ære. Et impēdium, vt ait Varro, est pecunia, quæ in fœnore sorti accedit, id est, vsura. Cicero ad Atticum: Fœnus, inquit, & impendium, hoc est, vsura. Hinc impendio, & impense aduerbia, i. valde, vel nimis, vt homo impense doctus. Plautus: Est impense improbus in Epidico Comædia.

CAPVT XXIII.

Quattuor.] Vsq; ad centum indeclinabilia sunt. Scribitur autem quattuor per duplex t, & trium syllabarum est. Virgilius decimo Aenæid.
Quattuor hic iuuenes totidem quos educat Vpheus. Nostri autem male proferunt quatuor duabus syllabis. Autor est Henricus Bebelius, vir suo æuo Latinę linguę vindex acerrimus.

Psalta, vel psaltes.] In nominat. singulari, cantor est Latinis. Hinc Psalteriū &c.

Adolere.] Est crescere. Hinc adultus. a. um. adulta ætas. & adolescens, adolescentulus, & adolescentula, adolescentia. Aliquando est propitiari, sacrificare, & quasi odorē diis præbere, hoc modo hic capitur. Scribit cum. u. recte. Aduleſcenturio, is.

Caput.] is. Teste Raphaele Regio, super Quintilianum, caput dicitur in ea significatione, qua nōnulli capitulo vtunt, nomine in vsum, non sane à doctis, recepto in ea significatione. Idem dicit Omnibonus Leonicenus, & Philippus Beroaldus. Sed capitulū est diminutiuum est paruum caput. Terent. O lepidum capitulum. At cū venia alioqui dico, etiā posse capitulum accipi in ea significantia, modo exemplar Ciceronis li. i. de legibus nō sit mendosum. & Vlpia. ff. de mi li. testa. l. i. & Modestinus. ff. de excu. & tē po. l. si duas, parag. est autē & diu. Hieronym. in Esaiæ explanatione. Aemilius quoq; Probus capitulatim protulit. Plinius etiānum, lib. xxxvi. capitula addita dixit.

Laganum.] pe. cor. genus panis, q ex cādida farina fit, & tenuissima, ad patinarū vsum. Græci scribunt λάγανα, τὰ. i. lagana, placentæ. Hinc Tyrolaganū eyn keefs fladē. Nō ego hinc sortior cognomentū Placus, vt impingit Ciconia, q rem non acu tetigit.

CAPVT XXIIII.

Partitio.] onis. à partior ris, seu partio is, deriuatur, hoc est diuisio, sectio in partes, Græci tomos appellitāt particulas.

Sanctuarium.] ij. est locus sacer, templum, sacrarium, deoq; dicatus. Sanctuaria quoque arcana, quæ Plutarchus ἀπορρήτα vocat.

Manus.] us. multa significat: instrumentum est nauale, quo naues harpagonibus raptæ tenentur. Item manus est multitudo. Item potestas, vt hic loci, vt cum dicimus: Res in manu est. Inde Vlpia. teste. manumissio dicta est, hoc est, libertatis datio. Aliquando capitur pro elephanti proboscide. Q. Curtius li. iij. est autor. Non nunquàm pro scriptura manuum. Quintilia. li. i. Causas Cassius, Cicero, & Vergilius scripserunt, sic manus eorum docent. & alia innumera.

Fungor.] ris. significat vti, seu officiū aliquod, aut dignitatem habere, agereq;. Hinc dicimus fungor officio, puincia, munere delegato, &c. Item vita functus, id est, obijt. Hinc functio. Compositum defungor. Defunctus periculis.

CAPVT XXV.

Magistratus.] us. significat eos, qui in potestate sunt constituti, vt sunt cōsules, prætores, & alij q ciuitates, & prouincias regunt. Interdum ipsam potestatem, & officium significat. Hinc prouerbiū Magistratus virū arguit, Pytaci Mytelenæi sententia, vnius e septē sapientibus. Vis nosse cuiusmodi sit homo? comitte imperium, officium, functionemq;

Idythum.] Hebræis sonat transiliens eos. Dictum alias.

Videntes.] A video,es,quod ad oculos pertinet. Vergilius: Quæq; ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui. Quandoq; adijcit: Vidi oculis meis, hisce luminibus. Transfertur q̃q; ad animũ. Vnde prophetæ appellabantur videntes, vt hic loci, quia videbant eum, quem cæteri non videbant. Hinc visio Esaiæ prophetæ, &c. Vide quid agas prouerbiale, q̃d solet dici de ijs q magna aggrediuntur.

CAP. XXVI.

Core.] Penultima product. absq; h, à Core, quẽ terra cum suis assectis absorbuit, venit, & calui interpretantur. Nam cora caluum sonat, vel caluitium, siue glacies, vel gelu.

Præfectus.]ti, à præficio, is, omnis is est, qui alicui officio, munerive præficitur. Sic præfectus prætorij dicebatur talis apud Cęsares, qualis olim apud reges Tribunus scelerum, aut apud Dictatores magister equitum. Gerebat enim secundas partes post Cæsarem, præeratq; disciplinæ publicæ emendandæ.

Custodia.]ę, est obseruatio. Quandoq; ponitur pro eo qui custodit. Tibullus: Sed precium si grande feras, custodia victa est. Interdum pro eo qui custoditur. Nonnunquàm pro grege, manu ac turba custodum ponitur, & Græce scribitur κουστώδια, apud Matthæum vltimo capite. A custos, custodias audire. Et in custodiam dare.

Sortito.] penultima producta aduerbium qualit. significat ex sorte, durchs loss. Horatius:

Lupis, & agnis quanta sortitio obtigit, à sorte & sortior, iris. Sortilegus, ga, sortilegiũ.

Basilica.]cæ, locus in quo negotiationes, consilia, & iudicia exercentur, quasi regia, Græci enim Basilicen regiam vocant. Nos interdum p sacris templis accipimus. Hinc Basilicanus, Basilicus, a, um. Est etiam nux Basilica, quam iuglandem nominant, eyn vvaelschnuss. Et Basilicus victus. Item basilice agere, valere. i. regaliter, vt ita dicã.

Thesaurus, & thesaurum.]ri, dicitur. Et est, vt Paulus Iurisconsultus inqt, vetus q̃dam dispositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum nõ habeat, &c. Aliquando, cuius extat memoria, & dominum habet, vt in Euangelio: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Hesiodus: Optimus est homini linguæ thesaurus & ingens Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis. Hinc thesaurizo, as, thesaurarius & thesauraria.

Obtingo.]is, à tango, is, significat obuenio. Et Terentius:

Nescio quid mihi obtigerit, id est, obuenerit. Reliqua composita, cõtingo, pertingo.

Recensiti.] A recenseo, es, dicuntur qui per recẽsum, vel recensionẽ numerati sunt, si syllaba indifferẽte, vt quidam adserunt. Ego nihil adfirmo.

CAP. XXVII.

Præsum.]Ante alios sum. Vt homo cęteris animantibus præest, id est, ea superat & antecedit. Et præesse significat præfectum esse. Salustium id probantem taceo.

Nephthalites.] Et similia nomina producunt penultimã, hoc est, de Nephthalim, & comparatio, vel æquiparatio, aut retrorsio interpretatur, vel tortuositas, sicut & Nephthali.

Fasti, orum.] Annales vocantur, libri in quibus totius anni res populi Romani scriptæ continebantur, & causæ festiuitatum explicantur, vt in Fastis Ouidij de q̃bus idem ait elegantissime: Sacra recognosces annalibus eruta priscis. Et quo sit merito quæq; notata dies. Inuenies illic & festa domestica nobis. Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus. Hinc fasti dies erant, quibus prætoribus licebat loqui tria verba, scilicet do, dico, addico. Nefasti contrarium. Sed fastus, us, superbia nuncupatur. Sapphicon:

Flosculus cana tener vt pruina
Tactus emarcet, iuuenile robur
Sic perit, fastu quid homo tumescis
Stulte superbe?

Autor est magister Iacobus Horlinus.

Ficetum.]ti, penultima producta, locus vbi ficus consitæ sunt, crescunt q̃.

Apotheca.] Penultima producta. Cũ th, aspirato scribendum, significat proprie repositorium vini oleiq;, sicut horreum frumenti, vulgo eyn vveynkeller. Plinius, Cicero, Vlpianus ff. de fundo instructo legato, autores sunt. Vandali, sine omni autoritate errantes, pharmacothecam aut myropolium, putant eyn aptheck.

Sarona.] Media producta, nomen loci, q & Saron, regio inter montem Thabor & stagnum Tyberiadis, hodie Saronas vocatur. A quo Saronites penultima produ. & planities, seu canticum eius interpretat. Item planus, cantans.

CAP XXVIII.

Tribunus.] Tribunos appellamus ab eo, quod præsint tribui, Græci chiliarchos vocãt, quod mille præsint: Decanos, qui decem: centuriones, qui cẽtum, quos &

hecatontarchos etiam dicimus. Tribunus celerum secundum locum à regibus tenebat, teste Pomponio Iurisconsulto. Dicti sunt celeres à celeritate, quod celeriter occurrerent. Tribuni dicuntur, secundum Pomponium, in tres partes diuisi, scilicet tribuni militum, tribuni ærarij, & tribuni plebis. Vide Marcellum de re militari, & Vegetium. Hinc tribunitius, a, um, vt potestas tribunitia.

Fundo.] is, est liquefacio. Hinc metalla fusa dicimus. Et fusor, fusile, fusorius, a, um. Hic loci pro spargere, & effundere sanguinem ponitur. Fusor tormentarius, fusor pocularius, ars fusoria, & vas fusorium, fusim aduerbium.

Adytum.] ti, cum y Græco, locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus & ingressus nisi sacerdoti, ab ἀ & δύω, ingredior, siue subeo, quasi non subeundum, quasique inaccessibile. Sic templorum penetralia dicuntur adyta: diminutiuum est adyticulum.

Fuscinula.] æ, est parua fuscina, alias crepagra, Græce κρεάγρα, ἄγρα, coquinarium instrumentum, quod alio nomine ἅρπαγη, & λύκος dicitur teste Polluce.

CAP. XXIX.

Ecclesia.] æ, quæ Latine concio dicitur, est cœtus vel multitudo populi assistens ad audiendum oratorem concionantem. Hinc Ecclesiastes est concionator, quē nos subinde prædicatorem appellamus. A quo Ecclesiasticus, a, um.

Onychinus.] a, um, penultima correpta, adiectiuum ab onyx, quæ gemma est candorem vnguis humani habens, præferens, ab ὄνυξ, χος, quod est vnguis, lapidis genus (alabastritem vulgo vocant) eo quod humano vngui fit similis. Interdum est testa conchylij in paludibus Indiæ, à leuore vnguis, quem imitatur, nominatus, &c. Vide Lexicon Petri Gillij.

Stibinus.] a, um, penultima producta quod stibij colorem habet, vt hic loci Onychinos, stibinos.

Parius.] ij, lapis est candidus, ex quo multa signa fiunt. Et est in Paro insula, vna ex Cycladibus. Vergilius: Niueamq; Paron. Non dicitur Varius in hoc significatu. Sed Pharius per ph. bene legi. Et Parium ciuitas est Asiæ in regione Mysiæ.

Peculium.] A pecore, quod alicuius est. Vnde apud maiores, omne patrimonium vocitabatur peculium, quod pecoribus vniuersa eorum substantia constabat. Hinc peculium castrense, & peculiolum diminutiuum, peculiaris, & peculiosus. Porro oia quæ possidentur, nomine pecuniæ sunt cōprehensa, vnde peculium dicitur à pecude deducta appellatione, vt aiunt, Columella, Festus, & Seruius, quod hæc veterum essent vnicæ diuitiæ, sicut adhuc sunt multarum gentium. Erant enim vere pastores, à quibus manasse vocabulum hoc etiam Varro confirmat de Latina lingua libro quarto, postea ad opes vrbanas se extendit.

Ophir.] Insula vnde aurum afferebatur Salomoni, vt in Regum libro legimus. Fuit autem vnus de posteris Heber nomine Ophir. Cinis, vel incineratio, aut fructificatio interpretatur, filius Iectan. Genesis. x. Inde Ophira regio. iij. Regum. ix. quæ (vt refert Iosephus libro octauo Antiquit.) etiam aurea terra nuncupatur. Vnde aurum Ophirizum, quod obrizum vocant.

Proceres.] Duabus prioribus syllabis correptis, proprie capita trabium sunt, hoc est, mutili quidam extantes. Hinc principes ciuitatis proceres appellati sunt, quod ij ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificijs. Huius singulare Iuuenalis expressit: Agnosco procerem, qui est à procer, proceris.

Solidum.] Solidus, da, modo iuge, ac continuum, modo integrum significat, vt solidum corpus. Et decem annos solidos. Hinc soliditas, solide aduerbium, solido, as, & solidesto, is. Hinc insolidum aduerbium, id est, integrum. Est & solidus substantiuū nummi genus, quo in præsentia vtimur, cū dicimus viginti solidos libram constituere, eyn schillinck.

Aduena.] æ. penultima correpta, qui nō est ciuis aut inquilinus, sed externus & ex longinquo aduentans: Græci proselytum nominant.

Libamen.] Libamentum, & libatio, p eodem sumuntur, quicquid in sacris libatur. Oui. lib. iij. Fastorū: Nomine ab autoris ducunt libamina nomen, hoc est, à Libero patre, qui primus Ioui libauit, & de liquidis intelligitur. A libo, as. Hinc libum, bi. Composita delibo, as, prælibo penultima producta, illibatus, a, um.

¶ Primi Paralipomenon libri
FINIS.

VOCVLARVM QVARVNDAM SECUNDI Paralipomenon libri explicatio.

CAP.

CAP. I.

Confortatus.]a, um,à cõforto, as,&confortor,aris,passiuo,vt in Regum legimus: Conforta bellatores tuos,&c.Et illud: Confortare,& esto robustus.

Ingens.] tis,dicitur ab augendi consuetudine, vt Festus Pom. libro nono in calce ait, vt inclamare, inuocare: quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnũ: quadrat ad amussim Perottus, vtpote qui ab hac scaturigine hauserit.

Sycomorus.]Penultima producta,qacum ω mega scribitur moros, licet Græci, quod miror, o micron ponant, est ficus fatua,id est,caprificus.

Coo.]Sine h aspirato scribitur, est insula Icarij maris iuxta Aegyptum, quæ & Co dicitur,in qua regnat Euryphilus, vrbemq; habet eiusdem nominis. Homerus: Euryphiliq; vrbẽ Co, æqreasq; Calydnas. Ex hac fuit Hippocrates medicus,à qua Cous est dictus,Græce κῶος.Cous,a,um.Item Coo interpretatur vertex vel summitas. 1. Machabæo.xv. Eam puto Hebraice dici Cuah.Dicitur & Græce κῶρ,& κέως quondam. Vnde & Plinius admonet dictã fuisse Ceam & κοῦμ.

Celebrare.] Est frequentare,per translationem tamen pro colere, & venerari ponitur, vt hoc loco. Hinc compositum concelebro,as,concelebratus,a,um, concelebratio. Item celebris,e, & celebriter aduerbium,celebritas.Item celeber,celebresco.

CAP. II.

Holocaustoma.] tis, Græci fines scribunt sic,holocautoma, & holocaustum,sacrificium est totum exustum.

Νεομηνία,Neomenia.]æ,est prima dies lunæ,hoc est, nouilunium, vel mensis, quam & Latini vsurpata dictione Græca neomeniam vocant.

Coccus.] ci,vulgo granum vocatur,& est Græcis granum, hoc addit ardorem colori. Hinc coccinum penultima correpta color est purpureus, quo panni inficiebantur, à quo coccina, æ, substantiuum, vestis coccinea.Coccineus &cocceus,a,um,idem, & coccinati,id est,cocceis vestibus induti.

Hyacinthus.] Est flos huius nominis niger & mollis,& gemma ob coloris similitudinem.Hinc hyacinthinus,a,um, penultima correpta contra vulgi consuetudinem, color aerius.Oui.lib.ix.Metamor.

Annua p̃clara redeunt hyacinthina pompa.

Sculpo.] is,significat cædendo imaginem aliquam efficio.Et proprie in marmore, alijsq; lapidibus sculptura fit.Conflatura in metallis.Verum scalpo non sculpo dici debere, autor est Diomedes doctus Grãmaticus.Hinc sculptilis,le, & sculptura.

Tina ligna.]Sunt imputribilia, instar albæ spinæ dumosa, & spinosa, de ijs alias dictum fusius.

Pineus.] a,um, quod est natum ex pinu arbore, quæ & pinea dr, q̃ apud Isthmũ victores coronabantur. Pinetum locus est pinis consitus. Pinaster est syluestris pinus.

Sata.] Non est hic participium à sero, ris,sed Hebræa,aut certe Syra vox est,significans mensuræ genus,quæ capit sesquimodium,iuxta morem prouinciæ Palæstinę, autore Hieronymo.Cuiusmodi sunt &illa,cadus,& batus.

CAP. III.

Cubitus.]Et cubitũ,vtroq; mõ,dicitur curuatura brachij,vbi lacerto iungitur. Capitur etiam pro mensura quæ constat ex sex palmis,digitisq; viginti quatuor. Autor Victru.lib.iij.Hinc cubitalis,le, cubitale substantiuum ornamentum cubitorũ.

Abiegnus.] a,um,quod ex abiete factũ est,vt trabes abiegnæ.

Ebryzum.] Dicitur aurum,quod sæpenumero igne candefactum, & exustum est, ideoq; purissimum, quodq; in coctione non minuitur.

Trabs,& trabes.] Vtroq; modo dicitur generis fœminini proprie sunt duo tigna, ædificij gratia simul cõpacta, autor Festus. Hinc trabilis,le,trabica,cæ, nauis est, trabea genus vestis,quo vocabulo D.Augustus vtit.

Cherubin.] Generis neutri,& pluralis numeri,p illo angelorũ choro. Cherub seu Cherubim per m, tam masculq; neut. gñis est,suntq; imagines hominis,alatę th̃.Ge.iij. Sonat cognitionis,vel scientię multitudinẽ.

Statuarius.] a,um,quod ad statuam pertinet,vt opus statuarium.Etiam statuarius,substãt.qui statuas fingit. Ars statuaria. Diminutiuum statuncula.

Intexo.] is,est intus texo, innecto,inuoluo.Vergilius lib.iij.Georg. Vtq; Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Alia cõposita:attexo, contexo,detexo,retexo,hinc retexio,prætexo.Vnde prętextus,us,vel p̃textum,vt prætextũ pietatis suis rebus consulit.Et prætexta vestis Romana,prætextatus, vt pueri p̃textati.Nam post decimum fere sextum annum sumebant virilem togam.

CAPVT IIII.

Fusilis.]Et hoc le, quod fundi potest, seu quod fusum est, vel quod pronum est ad fundendum. Gellius: Qui sunt leues & forte futiles, legendum, fusiles & importuni locutores.

Ambio.] is, significat proprie circumeo, concludo. Vergilius:

Quę rapidus flāmis ambit torrētibus amnis

Per translationem pro blandiri, interpellare, circumuenire ponitur. Interdum simpliciter desiderare. Hinc ambitus, a, um, ambitio, ambitiosus, ambitiose, ambitiosulus.

Versus.]us, carmen à verto, tis, Græce stichos. Interdum significat ordinem & tractum, vt hoc loco. Aliquando cantum. Versus participium est. Item versus præpositio. Hinc dicimus: In versum, id est, in ordinem, in numerum, versiculus diminutiuū.

Vastitas.] Vastitudo, & vastities, est idem quod ferocitas. Aliquando etiam dicitur vastatio, & magnitudo, à vasto, as, deuasto, peruasto, vastus, a, um, deuastatio.

Repandus.] a, um, est recuruus, & simus à repando, is.

Metreta.]æ, penultima producta, quæ & cadus, mensura est decem congiorum. Amphora cum vrna. Latini vt genus mutauerint mirum videri potest. Nam apud Grę cos est masculinum.

Basilica.] cæ, regia est, & pro templo interdum sumitur. Nam à βασιλεύς, hoc est, à rege dicta est. Festus Pompeius autor.

Creagra.] ræ, hoc est, fuscinula. Nam κρέας, caro est Græcis. Hinc creophagi, carnium comestores dicuntur. Creagra hic accipitur pro fuscina, qua carnes e lebete extrahuntur.

Epistylium.] ij, capitellum est, & columnella, diminutiuum à stylus, quæ supra stylum. Tortellius autor.

Malogranatum.] ti, est malum punicum.

Argillosus.] a, um, ab argilla, quæ est creta, qua figuli vtuntur.

Thymiamaterium.] In Græco sic scribitur, θυμιατήριον, & est arcula thuraria, in q̄ thus reponi solet, Latine acerra, thuribulum. Vergilius:

Et plena suplex veneratur acerra.

Mortariolum.] li, vasculū, in quo res, quæ terendæ, resoluendæq; sunt, pistillo terūtur: diminutiuum est à mortarium.

CAP. V.

Paratura.] æ, à paro, as, Latinius forte paratum, vel parationem, aut apparatū rerum, & pompam diceretur. Saluo meliori iudicio. Sic habetur in Hebræo. Atq; cuncta vasa sancta.

Subter.] Præpositio, cuius relatiuum est super, & tam ablatiuo quàm accusatiuo iungitur. Vergilius:

Ferre iuuat densa subter testudine casus.

Germana lingua vnder.

Vectis.] masculini generis instrumentum, quo clauditur ostium, quod & repagulum. Et lignum quo aliqd, aut vehitur, aut portatur. Sic hoc loco capitur. Hinc dicimus ornatissime. Vecticulariam vitam viuere, est furto vitam transigere.

Byssinus.] Penultima correpta à byssо, quæ candissimi lini genus est, & tenuissimi, vt vestis byssina.

CAP. VI.

Aerugo.]ginis, penultima producta, idem quod rubigo, tamen in ære vel argento, & virideſcit. Rubigo vero in ferro, & segetibus. Hinc eruginosus, a, um.

Deprecor.]aris, quandoq; ponitur pro simplici, vt hoc loco. Aliquando est impetrare. Interdum significat recusare. Ouidius:

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem. Ne mea Sarmaticum conteגat ossa solum. Nonnunquàm est depellere, abigere, propulsare vt culpam, inuidiam pœnam deprecari.

Aurugo.]ginis, si probum est vocabulum, hic pro aeris inclementia & corruptione videtur accipi, quasi pro vredine & peste. Ab aura videtur componi quemadmodum ærugo ab ære. Ego nō improbo vocem. Verum aurigo lego apud Classicos Grammaticos, pro morbo regio, et auruginosum, qui illo morbo correptus est.

Bruchus.] Genus vermis volucris, diuersum à locustis, sed nō dissimile, herbas erodens, sine alis tamen.

CAPVT VII.

Maiestas.]tis, à magnitudine est decus, amplitudo, & dignitas vel populi, vel nati, aut principis, imperatoris ve, aut etiam priuati magni viri. Hinc maiestatis crimen, & maiestatis rei, qui sint, vide Iurisconsultos. Etiam est Maiestas dea, Honoris filia, de qua Ouidius:

Donec honor, placidoq; decēs reuerētia vul' (tu.
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc sacra maiestas q̄ mundū tēperat omnē.
Quaq; die partu est ædita, magna fuit, &c.

Deuoro.] as, penultima correpta, est vorando deiecio. Refertur & ad alios sensus, vt deuorare tædium, & molestiam metapho-

taphorice dicimus.

Euellere.]A vello,is, est extirpare,eradicare,eruncare. Hinc euulsio,& euulsus,a,um.

Hymnus.] Laus, deorum canticum. Hymnetes est cantor, & laudator. A Græco verbo ὑμνέω, quod est laudo,cano,vel dico laudes,proprie de dijs. Vide Lexicon Petri Gillij.

Pestilentia.] æ,idem,pestis,pestilens, pestilitas. Lucretius libro sexto.
Hæc igitur subito cladesnoua pestilitasq;.
Hinc pestilentiosus,a,um, quod pestem infert.

Parabola.]æ, significat iuxta sententiam,quasi dissimilium comparatio, similitudo.Cicero collationem vocat. Hinc Parabolicus,a,um,collatiuus, comparatiuus.Et παραβολικῶς,parabolice aduerbium.

CAP. VIII.

Palmira.]Nomen ciuitatis, quam ædificauit Salomon quæ Hebræo sermone Thamor dicitur, in lingua nostra sonat palmam,vel dactylus,aut commutatio,siue amaritudo. Vrbs Syriæ nobilis.iij. Regum. ix.Hæc ab Hadriano principe Hadrianopolis dicta fuit,quæ vrbs in solitudine est vsq; ad aquas contradictionis.

Posterus.] a,um,quod aliquid sequitur, vt posterus dies. Aliquando, qui post nos futurus est.Hinc præposterus,a,um,peruersus,&posteritas,& innumera alia.Posthumus,a, um, & posthabeo,posthac, postmodum, postquàm, posterior, ius, postremus,a,um.Posterius aduerbium & postremum.In posterum prouidere.

Ora.]ę,sine h,extremitas cuiusq; rei,vt ora vestis eyn saum. Secũdo regio literalis, soluere oram,vom landt schiffen. Vergil.
Et mecum ingenteis oras euoluere belli.
Quintilianus: Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur.

Ruber.]Idem quod rubeus,a,um.Horatius libro primo Sermo.
Obscœnoq; ruber porrectus ab inguine palus. Hinc rubrum mare,rubellæ,rubeæ vitis palmites,rubellum vinum.Rubeo,es,rubesco,is,erubesco,cis, erubescentia, rubefacio,rubicundus,a,um.Rubor,oris, rubedo, rubidus, a,um, rubigo, rubiginosus, a, um, rubrica penultima ꝑducta,vt: Præsertim si quid Masuri rubrica notauit.Rubricatus,a, um.

Nauta, nauita,æ,.] Idem,qui se in naui agenda exercet, & quicunq; in naui est nauis ducendæ gratia.Hinc nauticus,a,um,vt nauticus clamor, Græce celeusma. Nautea aqua putida nauis.Naulum,vt:Stultum est post omnia perdere naulum. Naumachia nauale bellum.Nauicula,nauigabilis,le,naufragiũ,naufragus,penultima correpta, Nauarcha,Naustibulum,&c.innumera.

Gnarus.]ri, & narus dicitur scius, peritus.Hinc gnaritas, scientia, & gnare antiquitus gnariter,id est,perite.Ignarus,a,um.

CAP. IX.

Regina Saba.] Dicta Alyrisia.Et duplex Saba est.Vna Regina Aethiopiæ ciuitas teste Iosephot quam postea Cambyses à sororis suæ nomine Meroen denominauit.Hanc Nilus circundans inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba à σαβάζω, quod est sacrificare,quia thus mittit,quo in sacrificiis vtuntur. Sunt qui dicunt Saba Arabum lingua mysterium significari. Hieronymus sonare conuersionẽ autumat.Hinc Sabæus.
Vergilius:
Solis est thurea virga Sabæis. Et alibi:
Centumq; Sabæo Thure calent aræ. Et sic est nomen regionis Arabiæ.

Fama.]æ,vel phama, per ph,vtroq; modo recte,mesum est vocabulum,id est,medium.Et quicquid de aliquo vulgatur,seu bonum fit,seu malum. Vergilius:
Fama malum, quo non aliud velocius vllũ
Mobilitate viget.
Interdum opinio est.Nonnunq; laus, accelebritas.Hinc famella diminutiuum, & famosus,a,um,& famigeratus,a,um.

Aenigma.]Obscura allegoria, vel quæstio obscura,quæ difficile intelligitur, nisi enodetur .Hinc ænigmatistes, qui proponit ænigma, vt Sphyngos ænigma, quod Oedipus soluit.Aenigmaticus,a,um.

Perspicuus, perspicua,perspicuum.] Dicitur,per cuius medium videmus,sed magis ad incorporalia pertinet:pellucidum ad corporalia.
Plinius: Tam claras perspicuasq; sententias.
Hinc perspicuitas, splendor est, & facilitas atq; claritas, & perspicue aduerbium. Perspicax,scharpffhafftig.

Pincerna.]ę, pocillator verius dr & Latinius.Alias explicatũ elegãtius, & fusius.

Nemus.]Voluptatis causa est,&plenũ amœnitatis, quod in eo greges depasci solent. Hinc nemoralis,e,& nemorensis idem & nemorosus, a,um, vvaldtechtig.

Brachiolũ.]Dim.à brachio notę significatię est,&ꝑ lacerto,potẽtia,ac fortitudine vsurpat. Brachiale ỽo ornamẽtũ ê brachij.

Pauus & pauo.] Auis multiplicis co-

loris notissima, sed e Samo præstantior est Plinio autore.

CAP. X.

Impero.]as, significat iubeo. Vnde imperatum, id est, iussum. Quintilianus: Væ mihi quod semel imperata non feci. Hinc imperito, tas, frequentatiuum, imperitabundus, a, um, imperator, imperium, imperiosus, a, um, imperiose. Dicitur & induperator poetice.

Subleuo.] as, penultima correpta, id est, auxilium presto, defendo. Hinc subleuatus, a, um, & subeuamen.

Lenio.]is, est, mulceo, placo, imminuo, poliove. Interdum est consolari. Facit & lenibo in futuro. Propertius:

Lenibunt tacito vulnera nostra sono.

Compositum est delinio, is, id ē, demulceo. Hinc lenimentum idem quod lenimen. Item lenire dolorem, lenitas, lenitudo.

Clemens.]tis, à claritate mentis deductum existimant quidam. Est enim proprie clemens, benignus, pius, & non iratam, aut perturbatione aliqua affectam, sed claram, & serenam mentem habens, à quo clementia, clementior, clementissimus, clementer, clementissime. E contrario inclementer. Est & proprium nomen. Item inclementia, vt aeris inclementia.

Comitatus.]Et actiue, vt dicunt, & passiue capitur. Primo Plinius: Quicunq; eum comitati fuerāt. Deinde Cice. libro. ij. in Catilinam: Illud etiam molestę, quod ex vrbe parum comitatus exierit. Comitatus, us, vero pro comite, à comitor, ris. Horatius: Septē comitatus vmbris. A comes, tis, manat. Alias habitum.

CAPVT XI.

Cœtus.]us, cū œ diphthōgo, conuentum seu congregationem significat à coeundo, id est, conueniendo in vnum. Seneca eleganter ait libro tertio declama. cœtum nomen esse magnæ multitudinis, coeuntis ex consensu quodam.

Semeias.] Nomen prophetæ cognomento Neelamites penultima producta, qui pollicetur præsentem prosperitatem, quæ post septuaginta annos sequeretur: verum ipse vtroq; priuatus est, & interpretatur auditio dei, sicut Semæi, audi me. ij. Regū. xvi. Filius Gera. Nehelamites interpretatur somniator, vel somnus siue torrens aut vallis aquarum, &c. Hierem. xxix.

Armamentarium.]ij, armorum repositorium est, & fere naualium, q̄le fuit illud q̄d Athęnis Philō fabricauit mille capax nauiū.

Demonium.]ij, & dæmon, Græcum ē, id est, numen, deus, deitas. Hinc Adagium. Homo homini dæmonium, vel deus, hoc est, homo debet homini prodesse, & bene de alio mereri. Vergilius:

Deus nobis hæc ocia fecit.

Hinc eudæmon, & cacodæmon, id est, bonus, & malus dæmon. Item dæmoniosus, & dæmoniacus, siue dæmonicus, a, um, vt Lodouicus Viues scribit.

CAP. XII.

Vulgus.]gi masculini generis, & vulgus neutri & indeclinabile, significat multitudinem ignobiliorem. Hinc vulgo significat passim, per omnes, cateruatim & vbiq;. Non ergo dicendum vulgo, cum vernaculam linguam introducimus, vel Germanicam, sed vernacula lingua vel vulgari nostro, vel theutonica lingua, dicendum est.

Libyes.] Sic scribendum, cum primo i exili, & secundo y Græco, à Libya deducitur. Hinc libycus, a, um, vt libycum mare, & libyes & libs, ventus & libanotus, & libissa, libyca. Item quando est substantiuum, est oppidum Bithiniæ, in quo Hannibalis tumultus fuit, & libyssis, libyca. Verg.

Et pelle libyssidis vrsæ, & libyssinus, a, um. Martianus: Graui ac libyssino calore exustus, à quo libyssinus dictus est Apollo.

Troglodyte.]arum, penultima producta populi Aethiopiæ, cauernas incolentes, de qbus Plinius libro quarto, dicit esse degeneres Scytharum gētes à seruis ortas. At vero Solinus & Pomponius dixerūt, populos esse Apbricanos in finibus Aethiopiæ. Troglodyte, Hebraice dicitur, Suchim, & interpretatur vncti, vel vnguentes, aut cooperti, vel obumbrati, id ē, in tabernaculis, vel tugurijs habitantes.

Scutarius.]ij, qui scutorum curam habet. Sed scutarius, a, um, quod ad scuta pertinet. A scuto. Hinc scutulum diminutiū, scutatus, a, um, scutosus, a, um, scutifer. Et vestis scutulata.

CAPVT XIII.

Initio.]initias, vel initior, initiaris, deponens, est sacris imbuo, consecro. Et initiari dicuntur pueri, cum à lacte, & à cunis trā seunt, vt cibo solidiori alantur. Hinc dicimus ornate: Hic sacris initiatus est, quod male, ordinatus est, dicitur.

Beel-

Beelphegor.]Beel=phegor sic debet scribi. Nomẽ idoli, qui & Chamos, & Priapus, simulacrũ ignominiæ, idolum Moab, interpretatur apertura siue hiatus. Nomen idoli. Iosue. xxiĳ. Hebraice Phegor.

Thymiana.] Odor suauissimus, thymi referens naturam, subinde expositum.

Resono.]as. pe. cor. proprie contra sonantem sono. Vergil. Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Item sonando repræsentare, explicare.

Vociféro, & or.]as, aris. est cum dolore, siue indignatione maiorem vocem emittere. Interdum sine affectu vehementer exclamare, vt hic. Hinc vociferatio, & vociferatus, a, um.

Bethel.]Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, sic primum cognominatæ à Iacob. Genes. xiĳ. & xxviĳ. Est & nomen montis. iĳ. Reg. xiĳ. Alias Luza, & Amygdalon dicta, & domus dei interpretatur.

CAP. XIIII.

VAllo, as.] est munio, firmo, & quasi vallum facio. Hinc circũuallo, est circundo, obsideo.

Adiuuo, as, pe. cor.]est iuxta, vel valde iuuo. Hinc aliud cõpositum coadiuuo, as, frequentat. est adiuto, as. Hinc adiutor, & adiutorium.

Internecio, onis.] ab interneco, as. est vitæ priuatio, mors, Græce panolethria dicitur. Hinc internectiuus, a, um, quod ad internecionem pertinet.

Caula.]æ. stabulum est, in quo oues reconduntur. Festus à cauo caulam deriuat. Nunc ex viminibus fiunt, eyn peerch.

CAP. XV.

MAnubiæ.] arum, spolia sunt, & prædę ab hostibus interceptæ manibus.

Clangor.]oris. vox, & sonus tubarum est. Dicitur sonus & anserum, aliarumq; rerum, à clango, is.

Execratio.]Ab execror, ris, est idem qd abominatio, maledictio, imprecatio. Hinc execratus, a um. Execrabilis, e. Dicitur & execro, a s

Augustus.]Dicitur quasi sacer, ab auium gustu, quæ in auspicijs adhiberi solebãt. Ouid. Sancta patres augusta vocãt, Augusta vocantur Templa sacerdotum rite sacrata manu. Augusti nũc appellatiuo noĩe dicuntur reges Roma. Sic apud Albanos omnes Siluij, apud Persas Arsacidæ. Aegyptij Ptolomæi, Latini Morani. Vide diuũ Hieronymũ li. ix. sup Ezechielem, si fusius quæris. Hinc augustissimum Eucharistiæ sacramentũ dicimus, diuinissimũ, & sacratissimũ.

Priapus.]pi, pe. prod. Horatius: Cum faber incertus, scammum faceretne Priapus. Est deus hortorũ portentosus, ob turpitudinem non nominandus. Hunc Seruius scribit pulsum e Lampsaco, vbi erat natus. Lactantius scribit inter Priapum & asinum Sileni, qui omnes erant in comitatu Bacchi, ortum certamen &c. quæ pudoris causa taceo. Ouidius multa in Priapeia de eo. Columella Priapum vocat deum terribilis penis, honor sit honestis auribus. Vide Lodouicum Viuem in commentarijs diui Augustini de Ciuitate Dei. cap. ix.

Attamen.]Et veruntamen eiusdem significationis sunt. i. sed. CAP. XVI.

CIrcumdo.]as. est compositum à circum & do. i. circumuallare, circumcingere & obsidere, ambire. &c.

Tute.]Vel tuto aduerbium. i. secure. Sed tute pronomen compositum, est idẽ quod tuipse, vt: Tute lepus es, & pulpamentum quæris, hoc est, ab alio quæris, q̃ ipse abundas. Prouerbium est Plautinum.

Compertus.]a, um. à comperio, is, vel comperior, quamquam differant. i. cognitus. Hinc dicimus: Compertum est mihi. i. exploratum est mihi, hoc est, per inuestigationem scio. Siquidem comperiri, est ex opinione colligere & pro explorato, compertũ habere. Cõperire vero ab alio cognoscere.

Intermitto.] is, significat ad tempus omitto, cesso, desino. Cicero: Et si ego id tẽpus intermiseram potius quã omiseram, iterũ resumpturus. Liuius: Cũ iter non intermitteret. Hic intermissio et intermissus, a, ũ.

Iccirco, vel idcirco.]Cõiunctio est rationalis, & significat ꝓpter hoc, vel propterea.

Neruus.]ui, multa significat. Hoc loco tamen vinculi genus est, q̃ pedes aut cer uices impediuntur. Cato: Fures priuatorũ furtorum in neruo, atq; compedibus ætatem agũt. Alij cippum nominãt, ein stuck, veſſer. Adagium: Fortitudo in neruum erũpit. Itẽ, In neruum ire, pro eo quod est deficere. Metaphorice neruus ꝓ robore. Hinc dicimus, Sine neruis. Neruus belli pecunia est. Neruosus, a, um. Neruia, fidicula, siue chorda cytharæ. Neruicus, a, um. Neruiceus, a, um. Eneruus, a, ũm, & eneruis, enerue. Eneruo, as. Eneruatio. Subneruo, as.

Pigmenta.] Sunt vnguenta, & fuci ad venustandum faciem. Hinc pigmentarius, a, um, quod ad pigmenta pertinet. Et pigmẽtarius, pigmentarij substantiuum, qui facit pigmẽta, aut vẽdit. Hinc pigmentatus, a, ũ, quod est pigmentis ornatum. D. Hieron.

ad Paulinum: Totũ flaccidum, molle, atq; formoſum, quæſitis hinc inde odoribus pigmentatum.

Ambitio.] Eſt circuitio. Sumit & pro honore, & laudis immoderata cupiditate, eſt em̃ in aĩo, quãuis etiã ipſa ambiẽtis actio dici poſſit. Hinc ambitioſus, a, ũ, appetens honoris: & ambitioſulus, diminut. & ambitioſe aduerb.

CAP. XVII.

Lucus.]ti, per antiphraſim, nemus eſt, & ſylua denſa: dicta quod non luceat, hoc eſt, opaca, & ſine luce ſit, ein luſtvvaldt. Inuenit etiã lucus, us, quartæ inflectionis. Hinc verbum colluco, as. Et interluco, as. Subluco, as.

Uectigal.]Eſt quod ex vectura penditur tributum, Græci τέλος nominant. Proprie furlon, Item zoll, oder vngelt. Hinc vectigalis, e.

Arabs.]Eſt aliquis, vel aliqua de Arabia, quæ eſt regio inter Iudæã & Aegyptũ. Solinus interpretatur ſacram. Et eſt triplex vt ſcribit Plin. ĩj. Vna fœlix. Altera petrea. Alia deſerta. Hinc arabarches, eſt Arabum princeps. Et Arabicus, a, um.

CAP. XVIII.

Affinitas.]tis, cognatio eſt, q̃ inter ſe diuerſa eſt, p nuptias tamẽ copulata.

In præſentia ꝛc.]Aduerbiũ tẽporis ẽ, melius in p̃ſentia, tã p̃teriti, q̃ futuri tẽporis, vt inqt Marti. Phileticus haud malus autor.

Eunuchus.] Cubilis cuſtos interpretatur, Græcum eſt, nos pro caſtrato capimus. Eunucho, as. & Eunuchizo, as.

En.] Aduerbium eſt demonſtrandi ſignificãs ecce, & nominatiuo pariter, & accuſatiuo iungitur, vel indicando, vt: En Priamus, vel exprobrando, vt: En agros & quã bello Troiane petiſti Heſperiam metire iacens. Oratores p nominatiuũ frequentius. Cicero: En crimen. Eſt etiã ἐν p̃poſitio Græca & ſignificat in, atq; datiuo iungit. Ecce aliqd repentinũ, inſperatumq; ſignificat.

Auerto.]tis. eſt alio verto, & amoueo. Verg. Nec poſſe Italia Teucroꝛ auertere regẽ. Auerto oculos. i. aliq̃ cõuerto. Cõtraria ſunt auerto & aduerto. Inde auerſus, & aduerſus differũt. Hinc auerſio, & auerſus, a, ũ.

Jacio.]is. ſignificat emitto. Apulei. Multis in eũ iactis lapidibus. Hinc iacere ad certum, eſt dirigere in id, in q̃d intẽdit. Et iacere eſt ponere, vt iacere fundamenta, & iacta eſt alea. Adagium, ich habs gevvagt.

Auriga.]æ, pe. prod. cõmunis gñis ſecũ dũ Priſcia. qui vel quæ currum regit, agit, ducitq;. Hinc aurigor, aris. vel, go, gas.

CAP. XIX.

Videns.]tis. à video. i. propheta, q̃niam ipſi dictabantur videntes, quia videbãt eũ, quẽ cæteri nõ videbãt. Hinc viſio. i. pphetia. Itẽ video ſæpe p intelligo capit, vt Ieſus vidit cogitationes eoꝛ. i. intellexit.

Impius.] ĩj. contrarium à pius, quod quandoq; religioſum, quandoq; miſericordem, benignum, nonnunquàm caſtum ſignificat. Sed impius Græcis atheus dicit, crudelis. Hinc impietas & impie aduerb.

Cupido.]nis. maſ. ge. pe. prod. capit pro Deo, q̃ filius Veneris fingit à Poetis. Ouid. Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus. Hinc cupidineus, a, um. Cupido vero fœ. ge. pro cupiditate, quãuis leuior ſit quã cupido. Lucil. li. xix. Cupiditas ex hoſe, cupido ex ſtulto nõnunquàm tollitur.

CAP. XX.

Cliuus.]ui. eſt aſcenſus, & iugum mõtis. Hinc accliuis, e, & decliuis, e. Accliuus, a, um. Reperit & in neut. gen. apud Catonem de tribunis militum. Loca ardua & cliua, depreſſa. Itẽ ꝑcliuis, e. Et metaphoricõs ꝑ facile, vt iſtud mihi facere in ꝑcliui ẽ.

Tantummodo.]Significat vſqueadeo, modo, ſolum, vel tantum, vt ſuum ſimplex.

Conſono.]as, eſt concordo, à quo conſonus, a, um, eſt cõcors, & conſonantia, cõcordia, Græce ſymphonia. i. concentus. Cõſonans eyn mit ſtimbuchſtab.

Etenim.]Coniunctio rationalis, ſignificat quia, & modo primũ, modo ſecundũ in oratiõe locũ habere poteſt. dan furvvar.

Digero.]is, eſt ordino, diſpono, vt hoc loco. Verg. Digerit omnia Calchas. i. diſponit, ordinat. Significat etiam concoquere interdum, à quo digeſtio, concoctio.

Claſſis.]is, æquocum eſt, modo nauium multitudinẽ ſignificans, modo hominum collegia, alia ſignificata omitto. Homo primæ claſſis &c.

CAP. XXI.

Penſationes.] Puto legendum, ſaluo ſaniori iudicio, penſiones: niſi penſationem à penſo velis deduci. i. æſtimationem, aut redditus. Nã penſio à pendẽdo dicitur, quæ pro vſu alicuius rei, vt agri, aut domus, theutonice, zins. Hinc pẽdo, is, zins geben. Barbare igitur loqmur, dediſti cenſum domus, penſionem dicendũ eſt. Vlpia. ff. de mi grando. leg. prima. Hoc interdum &c.

Ditio.]nis, dominium, imperium eſt: à Dite, qui Græcis Pluto dicitur, Latinis diuitiæ, & opes. Item, dis, ditior, ditiſſimus. Vnde diteſco, & dito, as.

Uterus.]ri. differt ab aluo. Aluus namq; eſt per quã diffluunt ſordes, vt cita aluus.

Vte-

Vterus autem in quo mulieres concipiunt, qui & loci à doctoribus disertis appellãtur. Cato de re.rus. Si mulier locos fouebit. Var.ait sic. Loci muliebres, in quib. nascendi initia consistunt. Ab imperito autem vulgo matrix vocatur. Raphael Regius: Cũ matrix fit fœmina fœtus gratia cõparata. Embria etiam imperiti medici embriones vocant. Hæc Raphael. Vterus igitur vernacula lingua bermutter significat, embria vngeborn kind. Matrix eyn zucht mutter. In arboribus etiam dicitur matrix medulla. Hactenus Bebelius.

Tabes.] bis. corruptio, pro morbo, à quo tabidus,a,um.i.corruptus,languidus, fragilis,& tabidum corpus. Huius tres sunt species. Vna q̃ à Græcis atrophia,quasi dicas impastura,nã ἄτροφος impastus dicit. Altera cacesia,id ẽ,malus habitus corporis. Tertia phthisis, q̃ à capite in pulmonem destillat. Hinc exulceratio accedit à capite pituita,& frequẽ stussis. Inde phthifici. Tabificus,a,ũ.

Egero.] is .i. extra porto. Vnde quandoq; pro euomo,vel ventrem exonero ponitur. Hinc egesta,& egestio.

Exequie,arum.] funebre est officium,& pompa funeralis,alio nomine inferiæ, parẽtalia,iustaq; dicuntur. Item threnodia.

CAP. XXII.

Consiliarius.]ij.dicitur is,qui consilium præbet,hic & à consilijs appellatur. Consilior,aris.i.consilium capio.

Impello.] is. est adigo & cogo, vt hic impuli.i.coegi. Hinc impulsus,a um,& impulsio,impulsor.

Inuiso.]is. compositũ à viso, quod est ad videndum eo,idem fere cum simplici,vt Hic inuisit me literis,id est,compellauit.

CAP XXIII.

Pelta.]tæ,Græcum est,scutum breuissimum significans,in modum lunæ iam mediæ factum. Verg. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Hinc peltastæ pedites appellantur,qui vtuntur peltis.

Pugio.] onis. teli genus, à pugno dictus, quod facile apprehendatur, vel quod eo præsentius pugnetur, Festo autore. Hoc Iudith illa virago caput Holofernis amputauit. Hinc pugiunculus diminuti.

Diadema.]Gestamen est regis,hoc est, corona regia: vel potius amiculum,quo caput regis obuinciebat. Hic diadematus,a,ũ.

Septa.] Generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam sepimento vallata. Hinc omnia stabula,septa vocãtur. Verg. Quamuis multa meis exiret victima septis. Varro de re rustica appellat septa oîa, quæ habẽt inclusa animalia, quæ pascũtur.

Offero.]offers,obtuli,proprie exhibeo, siue præsento. Interdũ est sponte dare. Hinc oblationes & oblata. Aliquando inferre. Nonnunquàm immittere. Interim obijcere. Postremo polliceri. Iustin. Cum ei auxilium obtulisset.

CAP. XXIIII.

Sartatecta.] Sunt opera publica, quæ locantur, vt integra præstentur.

Industrie.]Aduerbium ab industrius, id est,ingeniose. Columel. Hyginius veterũ autorum placita secretis dispersa monumẽtis industrie collegit.

Obduco.]is. est superduco,tego. Verg. Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ. Aliquando est detegere, aperire. Interdum circumducere seu contraducere. Nonnunq̃ pro facio,contraho. Pli. Iã callum obduxerat. Hinc obductio,a,um.

Delinio.]is,est valde linio,vngo,seu frico. Aliquando demulceo,vt illecebris delinitus. Et delinitus dicitur mente alienatus. Delinimentum est oblectamẽtum. Sed delino pe.cor.delini,vel de liui,& deleui delitũ pe.cor.est fœdo,cõmaculo. Hinc delitus pe nul.cor.est fœdatus, vt literæ delitæ. Delinio,as,are.vero,q̃d à linea fit,est designo,vt fit cũ articulatim hoies,aut res à pictoribus initiantur. Delinio, is,pe. pro.est pmulceo, & valde placo. Hinc delinitio.

Contestans.]A cõtestor,q̃d est testẽ facio,testẽ inuoco,vel testificãdo certifico. Cice. Appio Pul: De me tibi sic cõtestans. oẽs deos pmitto ac cõfirmo. Aliqñ est cõtra testari. Hinc contestari litem & contestatio. Contestatus,a,um.

Exerceo.]es,ab ex,& arceo,q̃si extra arceo,pmo,fatigo. Quãdoq; est in operam ponere. Verg. Exercete viri tauros. Interdum tractare. Nonnunq̃ habere,lucrari, pbe terram colere. Interim psequi, à q̃ frequentati. exercito,as,exercitium,& exercitatio,& exercitamentum.

CAP. XXV.

Clypeus.] ei. & clypeũ, siue clupeus i in v conuersa, clypei proprie scuta maiora sunt, & tantum peditum, vti docet Seruius: Scuta equitum.

Robur, siue robor.] per o. species est quercus durissimę. Per metaphorã p animi fortitudine capit, q̃ qs durat aduersus pericula. Seruius q̃d forte est, robur vocamus. Verg. Aeternaq; ferri robora.

Preruptus.]a,um.à prumpo,is.i.disiectus,auulsus. Vergilius lib.iij.Georg. Adde tot egregias vrbes, operumque laborem.

Tot

Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Hinc præruptio.

Præceps.itis.] Locus altus vnde quis potest præceps dari. Hinc præceps homo, nimis festinus, qui sine cõsideratione, aut modo agit, à quo præcipitium, & præcipito, as, & præcipitanter aduerb. vt sexagenarios de ponte præcipitare, est natu maiores, perinde ijs deliros, & ad omne vitæ munus inutiles, in otium reijcere, atq; ab omni functiõe negotiorũ relegare. Ouidius in Fastis: Pars putat, vt iuuenes ferrent suffragia soli. Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Cardvus.] Herba vulgo nota, à q̃ Carduelis auis appellata est, Græcis Acanthis, seu Acanthylis dicitur, eyn distelvinck.

Necnon.] Id est etiam, similiter.

Obses.] dis. qui traditur imperio alicuius, ea conditione, vt si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus, & vitam eius, qui datus est obses. Hinc obsidio, onis, & obsidionalis, vt obsidionalis corona. ab obsideo, es. Obsessio, idem cum obsidione.

CAP. XXVI.

Arabas.] Accusatiuus est Græcus pluratiuus, ab Arabs Arabis. i. populos ex Arabia. Arabicus, a, um. Et Arabice aduerbium.

Gvrbaal.] Ipsa est Getata, in qua peregrinatus est Abraham. Gene. xx. Gurbahal interpretatur catulus idoli, vel dominãtis, aut subijciẽtis, vel possidentis. nomen loci, in quo Arabes habitauerunt. Gur, catulus, siue habitatio est. Nomen vrbis iuxta Iebla an. iiij. Reg. ix.

Azotus.] Pen. prod. vrbs Syriæ. Hinc Azotius, a, um. vt viri Azotij, qui eam inhabitant & incolunt. Hebraice dicitur Asod, id est, depredatio, siue ignis dilecti &c.

Cisterna.] næ. locus in quo colligitur aqua pluuialis, per euripos & canaliculos, sub stillicidio positos. Vlpi. inquit: Cisterna aquam viuam nõ habet, eyn ort da man regen vvasser vffahet, oder samlet.

Effodio,] is. est extra fodio, eruo, vt oculos effodere, & terrã dicimus. Hinc effossus, a, um, & effossio. Plautus in Curgulione: Esterquilinio effosa tua illic præda est.

Eremus.] Sine h. & me. pro. Dionysio Nestore teste. fœ. gen. desertum significat. Hinc Eremita, Eremitanus, Eremiticus, a, ũ.

Festinato.] Aduerbium à festinatus, significat statim, cito, actutum, festinanter, ilico.

CAP. XXVII.

Ophel.] In muro Ophel, hoc ẽ, in muro nebulæ, q̃d intelligitur sancta sanctorum. Nam Ophel turris erat, nõ longe à templo, altæ altitudinis. Et interpretatur aut obscuritas, vel nebula. Nomen muri vt hic, aut potius turris Hierosolymæ non procul à templo. ij. Esd. iij.

Vrbs.] Est oppidum muro cinctum. Est autẽ vrbs mœnia ipsa. Verg. Vrbs antiqua fuit Tyrij, tenuere coloni, Carthago. Ciuitas, coloni qui ciues dicuntur. Sed confunditur hæc differẽtia. Hinc vrbicula diminuti. & vrbicus, & vrbanus, a, um, vrbanatim. i. vrbane, modeste, elegãter. Vrbanitas, vrbaniter. Inurbanus, a, um. Suburbanus, a, um. Suburbium. Pomponius. Ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.

Castellum.] Paruus vicus muris circũdatus, diminut. à castro. Et est etiã receptaculum illud quod aquã publicam suscipit, ex quo fluit aqua fistulis. Vide Frontinum de aquæ ductu.

Corus.] ri. sine h. est ventus occidentalis, Græce agrestis dicitur, & produ. primã. Quandoq; mutamus o. in au, & caurus nominatur. Est corus ijsdem literis, mensuræ genus. xlv. modios continentis: verius. xl. medimnos. Sed chorus per h, cœtũ, & multitudinem significat.

CAP. XXVIII.

Insuper.] Significat præter ea, ad hæc, à quo fit deinsuper, modo latine dicatur.

Hennom valle.] Hæc est vallis filiorum Ennom, quæ Siloe fontibus irrigat. Et est amœnus, atq; nemorosus, hodieq; hortorũ præbet delitias. Hic autem gentilitatis error omnes prouincias occupauit, vt ad capita fontium, lucosq; amœnissimos, victimas immolarent, & omnis prauæ superstitionis religio seruaretur. Tradũtq; Hebræi ex hoc loco appellatam gehennam, quod scilicet omnis populus Iudæorum ibi perierit, offendens Deum. iiij. Regũ. xvij. In quo loco etiam filios suos in igne Idolis cõsecrarint, siue holocaustum obtulerint, quæ nõ præceperit eis, nec vlla legis iusserit sanctione. Hactenus Hieron. super Hieremiã. vij. cap. Idem super Matthæum x. iiij. Re. xxv. ij. Paralipome. xxviij. Hieremi. vij. & xix. & xxxij. Nomen gehennæ in veteribus lib. non inuenitur, sed primum à saluatore ponitur &c. Ne igitur molestus sim, & auditori & lectori, tu videto Hieron. eo loco. Tophet tamen lingua Hebræa interpretatur latitudo. Geenna, sic eñ scribitur apud Græcos, γεέννα, sine aspiratione, & capitur pro

loco

loco damnatoꝝ, hoc eſt, inferno, orco &c.

Luſtro.] as. plura ſignificat, modo circundare, modo expiare, vt hic loci. Aliquãdo aſpicere, agnoſcere, quandoq; ſequi. Interdũ patefacere, clarificare. Nonnunquàm inumbrare. Hinc luſtra, ferarum cubilia. Poſtremo, circumſpicere. Hinc luſtratio, & aqua luſtralis. luſtratus, a, um.

Tempeſtas.] Modo ſignificat ipſum tempus, modo tranquillum, & ſerenum tẽpus. Modo procellam. Hinc tẽpeſtuoſum, ſus, ſa. & tempeſtiue, tempeſtuoſe aduerbia.

Atrociter.] Aduerbium ab atrox, quod eſt, aſper, & crudelis. Hinc atrocia, & atrocitas, & atrociter, p aſperiter, & aſpere.

Immineo.] es, ſignificat inſto. Ouid. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti, vt periculum imminet. i. inſtat.

Imbecillis, & hoc. le.] Imbecillus, ex in, & bacillum, quaſi baculo indigens, ponitur pro debili, & infirmo: vnde imbecillitas .i. infirmitas.

CAP XXIX.

VAlue.] &c. oſtia ſunt, quæ in ſe replicantur, geteilt thuer.

Cum vaſis, non vaſibus.] Nam vas vaſis eſt ge. maſ. pro vadimonio. vas vadis neu. In plurali ſecundæ declina. vaſorum in genitiuo, vaſis in dati. & ablat. pro inſtrumento ad aliquid capiendum idoneo: dimi. ſunt vaſculum, & vaſillum .i. paruum vas. Hinc vaſare, & conuaſare.

Piaculum.] li. & per apocopen piaclũ, ſacrificium, cultus. Aliquando dicitur crimen, flagitium, peccatum, vt hoc loco, à pio, as.

Antiſtes.] tis, tam fœm. quàm maſ. ge. qui in aliqua re excellit, & anteſtat. Sic antiſtites eccleſiæ dici poſſunt Latine, qui vulgo præpoſiti, vel prælati vocitãtur, nos modo Epiſcopos, antiſtites appellamus. Cice. fuit eloquentiæ antiſtes. In fœmi. Valerius Ma. lib. i. poſuit. Poticij ab Euandro edocti antiſtites ſacri, iſta verba Liuius libro .i. Hæc Valerius. Ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes.

Derepente.] Aduerbium temporis. Turpilius in Betontibus. Eũ derepẽte vxorem audio ducere. Ennius in Phœnice. Ibi tum derepente ex alto in altum deſpexit mare. Affranius in incendio. Non vſquequaq; idoneum inuenias locum, vbi derepẽte cum velis facias lutũ. Varro in ſeſqVlyſſe. In teſpiadum oro derepente. Terentius in Hecyra. Ita corripuit derepẽte tacitus ſeſe ad filiam. Nonius Marcellus autor.

CAP. XXX.

PAſe.] Hebraice, Latine tranſitus dicitur, quia tunc ex Aegypto in patriam remigrauere Iudæi. Paſcha Græce dicitur.

Pius.] Quãdoq; religioſum ſignificat. Verg. Dñs meliora pĩs. Interdũ miſericordem, benignũ, vt hic, & Cicero. Nõ ſecus in me pius q̃ pater in filios. Nonnunq̃ caſtum. Quintilianus. Et pios amores & pudicos. Pius dicitur in deos, pius in patrem, pius in filium. Contrarium eſt impius. Sed piens facit pientior & pientiſſimus. Pĩſſimus vero verbũ (Cicerone teſte) Latinis auribus inauditum eſt.

Occurro.] ris, id eſt, obuius fio. Hinc occurſus, eſt obuiatio. Quandoq; eſt in mẽtem venire. Aliquando offerri. Interdũ obſtare. Venienti occurrite morbo. Hinc occurſare.

Tandem.] Significat demum, ad poſtremum. Aliquando coniunctio eſt expletiua. Interdum ponitur pro aliquando. Nõnunquã pro vix. Item pro ſaltem. Poſtremo pro tamen. In interrogatione habet quiddam vrgens.

Perfuſus.] a, um. id eſt, repletus, à perfundo, quod eſt ſpargo, fundo per omnes partes. Hierony. Spiritus ſancti imbre perfuſa eſt omnis creatura. Hinc perfuſio.

Proſelytus.] Dicimus in penult. cum y Græco & t. exili. valet aduena, & peregrinus, ſubinde explicatum.

Celebritas.] Solennitas, & frequentia eſt. Quintilia. Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Repub. viuendum eſt, aſſueſcat à puero nõ reformidare homines.

CAP. XXXI.

RIte.] Aduerbium à rito ſecundũ Priſcian. & ſignificat recte. Vel, vt Varro ait, quia quod fit rite, id ratum, & rectũ eſt.

Mane.] Diei principium, cum dies clarus eſt, ab obtentu boni ominis. Manum enim veteres bonum dicebant. Hinc qdam bonum mane dicunt, quod tolerabilius eſt quàm bonum ſero. Nam mane nomẽ inuenitur. Neutra tamen polita oratio eſt. Perſius dixit: Claꝝ mane. Bene mane, vaſt fru.

Vaco.] as, eſt operam dare. Interdum, vacuum eſſe. Aliquando ad nihil vtile eſſe, ſuperfluum eſſe, ſuperabundare. Imperſonaliter nonnunquàm ponitur vacat, id eſt ocium, vel vacuum tempus eſt. Iuuenalis: Si vacat & placidi rationem admittitis, ædam, id eſt, ſi ocium eſt. Vacuna pe. prod.

dea

dea est, quæ vacantibus, & ociosis præest. Ouidius lib. vi. Fasto. Nam quoq; cum fiũt antiquæ sacra Vacunæ, Ante vacunales stantq;, sedentq; focos.

Percrebreo.]es. vel percrebresco, à crebresco, quod est celebris fio, & diuulgor, vt fama percrebuit, id est, vulgata est.

Humus.] Terra est madefacta, à quo humeus, a, um. humor, humidus, a, um. humeo, humesco, humiditas. humi aduerbiũ. Humo, as. Humatus, a, um. Exhumare. Exhumatus, a, um.

CAP. XXXII.

Obturo.]as, pe. prod. significat occludo. Horatius: Obturem patulas impune legentibus aures. Hinc obturatio, obturator, & obturatrix: à Græco enim θύρα quas ostia vocãt, deriuatur. Me fugit an recte cum aspiratione scribatur, vt quidam cum aspiratione scribendum putant. Hoc verbo omnibus os obturabis.

Deludo.] is. idem est, quod derideo, decipio. Plautus in Asi. Furcifer etiam me delusisti? Idem: Quid me deluditis, & nocte excluditis foras? Hinc delusor, & delusio. Delusus, a, um. Lupum delusit hiantem.

Apotheca.]æ. cella est vinaria, nõ vnguentaria, & pharmacopolium, vt imperitum vulgus opinatur, eyn vvein keller.

Praesepe.] pe. prod. & præsepium, & præsepes fœ. gene. à præsepio deducitur. Plaut. Præsepes mea est: vulgari lingua, eyn krippen. Præsepe autem stabulum dicitur, in quo equi, muli, & cætera animalia continentur. Vergilium citarem, sed nolo. Præsepe etiam quandoq; lupanar dicitur. Vide Ciceronem in Piso: & Horatium. Præsepium vero locus in quo pabulũ animalibus datur. In stabulo sunt ampla præsepia. Columella autor.

Legatio.] A lego, as, quod est in legati onem mitto: est illa missio, & functio muneris delegati. Hinc legati, qui legatione funguntur, quos Gotthici ambasiatores vocant barbarissime. Item legatus est, qui imperatoris vicem tenet, eyn stathalter, vt Legatus principis. Item Legaticus, a, um. Legare, est bona testamento relinquere, vt hãc vineam mihi patruus legauit moriẽs. Hinc Legatum, legator, legatarius &c.

Vniuersus.]a, um. quasi omnis ad vnũ versus, id est, sine aliqua exceptione, & in singulari numero est idem, quod totus, vt vniuersus ager, vniuersus exercitus. In pluratiuo significat omnes coniunctim. Hinc fit in vniuersum, quod dicunt vniuersaliter. Vniuersalis, le. Græce Oecumenicus, a, um.

CAP. XXXIII.

Abominatio.] Ab abominor, quod est, execror, fastidio, & quasi pro malo omine habeo: idem est, quod execratio, fastiditio. Sed hoc loco, & Matthæi. xxiiij. & Danielis. ix. Abominatio secundum veterẽ scripturam, idolum nuncupatur, vel antichristus, vel imago Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo, aut Hadriani equestris statua.

Militiam cœli.]Hic vocat planetas, stellasq;, videlicet Iouem, Martem, Saturnum, Venerem, & cætera id genus portenta.

Colo.]is, hoc est, adoro, veneror. Vergil. lib. ix. Aeneidos. Summe deum sancti custos Soractis Apollo. Quem colimus. Plautus: Ego te semper vt parentem colui. Est & exercere. Item habitare. Aliquando diligere. Interdum ducere. Nonnunq; arare. Hinc agricola. Interim ornare. Hinc cultus. corporis, est ornatus. Cultura. Agricultura.

Irrito.]as, penul. prod. significat prouoco, iramq; incendo. Sed irrito pe. cor. est casso, improbo, non ratum volo, ostendo, facio. Hinc irritatio & irritamentum. Hinc Irritabilis, le, qui facile irritatur.

Coangustatus.] a, um. à coangustor. Lego angustus, id est, strictus, à quo angusto, as, quod est stringo, arcto. Vnde & coangusto, vt in Euangelio: Et coangustabunt te vndiq;. Hinc angustia. Angustus, a, um.

Conuallis.] Planicies, ex omni parte cõprehẽsa montibus, collibusq;, dicta (vt inquit Varro) quasi cauata vallis. Hinc Lilium conuallium.

Reuereor.]ris. compositum à vereor, significat idem, quod venerationi habeo, & veneror, suspicioq;. Hinc reuerentia. Iuuenalis: His nullus verbis pudor, aut reuerentia mensæ. Distichon elegãs Hartmanni Ibachij: Attica Germanum Pallas reueretur Erasmum, Et colit Hollandum Musa latina virum.

CAP. XXXIIII.

Simulacrum.]cri, scribitur Latino i. & in fine c. non aspirato, pe. longa semper, quia à simulatum venit, ait Henricus Bebelius. Et proprie est ficta alicuius imago, Græce idolum. Quidam cum aspiratione scribunt.

Tumulus.] Terra tumens est, id est, collis. Aliquãdo dicitur sepulchrum. Hinc Tumulus honorarius, Græce Cænotaphium dicitur. Tumulo, as.

Delubrum

Delubrum. Locus in quo dei simulacrũ est. Alij pro loco ante aras vbi aqua curit accipiunt. Seruius ait esse quod vno tecto plurima complectitur numina, eyn tempel, oder eyn byldnis, eyn Goets.

A commentarijs. Qui præest cõmentarijs. Asconius commentariensem vocitat.

Sarcio. is, significat integrum facio. Hinc sartores, & sarta tecta. Item sarcire cõponere est, per translationem damnum soluere significat. Ab eo resarcio, is, compositum est instaurare.

Lapidicina. Locus vbi lapides cædun tur. Latomia Græcis dicitur.

Commissure. Iuncturæ quales sunt tabularum, & aliarum rerum ferruminationes, & coassationes: dictum Exodi in dictione incastratura & scholab.

Contignatio. Est textura ipsa & coassatio trabium, tignorumque à contigno, quod est tignis tectum iungo. Est & solarium domus: siue stratum sit cæmento, lateribusve, siue non stratum. Est enim superior & inferior contignatio.

Vrgeo. es, significat cogo, premo, impello. Item est insistere. Item tegere. Vergil. Qui saxo super atque ingentis pondere testæ Vrgerẽt. Item accelerare. Idem: Veste tegens tibi quam noctes festina diesque. Vrgebam & tela curas solabar aniles. Vrgere institutum vel propositum, vrgere opus, necessitas vrget, calceus vrget. Prouerbium: Sopor me vrget.

Effero. Est extra fero. Vergili. Men' efferre pedem genitor? Hinc efferri cadauer, dicitur cum celebratur funus, vel dum sepelitur, quasi extra domum ferre. Alia significata transeo silenter. Sed effero, as, significat efferum, i. crudelem facio. Hinc efferus, a, um.

Conflare. Est simul flare. Interdum est sufflare. Aliquando signare. Nonnunq̃ cõcitare, contrahere, & de malo dicitur, vt cõflare inuidiã, inimicitias, odia. Dicimus quoq; conflare æs alienum, quod est facere se debitorem alienæ pecuniæ, vt hoc loco. Interim significat congregare, conficere, creare.

Emollio. Est valde mollio, i. molle reddo. Plinius: Quæcunq; emoliri opus sit, anserino adipe curãtur. Hinc emollitus, a, um.

Una. Aduerbium acuitur in fine ad differentiam ablatiui noīs vnus, & simul significat. Aliqñ in oratione ponitur geminata, & habet quasi eandẽ vim, quã habet tum & cum. Cicero: Vna & id quod facio probabit, vna & in hac caussa profecto neminem præponendum mihi esse existimabit.

CAPVT XXXV.

Lebes. Vas æneum in quo res bulliunt, vt docet Porphyrion, & est gen. masculi. & fœmi. Ouidius: Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. Inuenitur & lebeta, æ.

Lacabus. Penult. corre. à multis dicitur olla in qua pulmentarium coquimus. Nomen à sono tractum, quem supra ignem posita facit. Paulus Iurecõsultus: Inter ahænum quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest. Nam hoc puls coquimur, in illo aqua ad potandum calefit. Apitius: Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo, vt aqua ad tertiam deferueat. Græce κάκκαβος, ου, scribitur. Vide Petri Gillij Lexicon.

Euphrates. tis, vnus est ex fluminibus, qui de paradiso exundant. Et interpretatur frugifer, siue fructificans, aut crescens, Gene. ij. Deute. I. Hebraice pherath dicit.

Verum. Coniunctio est copulatiua, & ponitur pro sed, & sæpe iungitur cum tamen, vt veruntamen, & cum enimuero, & cum enim.

Oppido. Penultima correpta, contra vulgi morem, aduerbiũ est, & significat valde, multum, vt dicit Nonius. Quãdoque accipitur pro statim, cito, vero. Plautus: Reddidi omne aurum oppido. Interdum iungitur cum quàm, vt oppido q̃ libens feci.

Mausoleum. ei, tetrasyllabum, pen. producta, est sepulchrum, quod Arthemisia Mausoli vxor ædificauit ita egregijs operibus, vt inter septem mundi miracula computaretur. Propertius: Nec Mausolei diues fortuna sepulchri. Ab hoc sepulchro omnia preciosa sepulchra Mausolea dicuntur.

Replico. as, à plico, as, compositum, proprie significat dissoluo. Plautus: Replica tricam atq; extende. Et replicare est etiam num rursus explicare, dicere. Plinius: Quũ sæpius ille replicasset, tandem persuasit. Hinc replicatio, & replicas conticeo.

CAPVT XXXVI.

A Moueo. es, id est, de alio moueo, siue remoueo. Plautus in Amphytriõe: Amoui à foribus maximam molestiam, id est, abegi, expuli. Sic Terentius: Ego hunc amouebo. Hinc amotio, & amotus, a, um.

Abduco. is significat inde, seu extra duco. Interdum est alienare, à persona abstrahere. Aliquando pro simplici pronitur. Hinc abductio, & abductus, a, um.

Commoueo. es, significat perturbo. Terentius: Commoueo hominem. Interdũ

à propoſito deflecto, & quod volo perſuadeo. Nonnunquàm ſignificat lædere. Aliquando recedere. Hinc commotio, & commotus, a, um.

Subſanno.] as, & ſubſannor, aris, paſſiuum, à ſanna fit, quæ ſolutus riſus dicitur, eſt idem quod irrideo. Hinc ſubſannator, & trix, & ſubſannatio.

Paruipendo.] dis, idem quod nihili, flocci, nauci, vilipendo, contemno, eleuo, abominor, &c. Hinc paruipenſio, & paruipenſus, a, um.

Decrepiti.] Autore Donato, à crepitu, quorum plangore familiæ funera ita conclamata fuerant. Vel à crepero, quod in dubio vitæ ſint conſtituti. Hos Terentius filicernios: Plautus capulares ſenes vocat. Hinc ætas decrepita.

Sabbatum.] Lactantio teſte libro ſeptimo, cap. xiiij. lingua Hebræorum à numero nomen accepit, & eſt ſeptimus dies. Subſcribit Iuſtinus Hiſtoricus. Nam ſabe eorum lingua ſeptem ſonat. Alij requiem interpretantur. Hinc ſabbatiſmus.

Cyrus.] ri, rex Perſarum, vt hoc locot & venter dicitur, Hebræi choreſch dicunt. Porro Cyri duo fuerunt, maior de quo Auguſtinus loquitur tertio libro de Ciuit. dei cap. xiiij. qui Aſiam, Scythiam, totumq; orientem domuit, eo tempore quo Tarquinius Superbus regnabat Romæ: Cræſum Lydorum opulentiſſ. regem cepit, à Thomiri Scytharum regina captus & interfectus eſt, capite in cacabum humani ſanguinis plenũ coniecto, vt ſanguine ſe humano ſaturaret, quem tantopore ſitierat. Plutarchus, Strabo, Trogus, Herodotus, & alij quàm plurimi Græci autores. Herodotus μεγάλον βασιλῆα, id eſt, magnum regem vocat. Vnde & cæteri Perſarum reges ſic vocari voluerunt. Alter fuit Cyrus minor, Darij filius Artaxerxis frater, cuius ἀνάβασιν, id eſt, aſcenſum in Perſiam ſcripſit Xenophon. Si plura de Cyro ſcire deſideras, lege Lodouicum Viuem ſuper Auguſtinũ de Ciuitate dei, libro decimo octauo, capite xxvi. Longum foret omnia recenſere & forte faſtidioſum, licet doctis iucundum, & delectabile ſit. Cyrus vero nomen duorum fluuiorum, quorum vnus eſt in Albania, alter in Media.

QVARVNDAM DICTIONVM ſcholium in Orationem Regis Manaſſe.

Byſſus.] ſi, eſt immenſa aquarum profunditas & gurges, vorago que, & barathrum.

Inſuſtentabilis.] Num Germanum ſit vocabulum, doctioribus iudicandum relinquo. Ego tamen translatorem non ſuggillo. Capitur tamen hoc loco pro intolerabili & importabili.

Longanimis, vel longanimus.] Vtrumque bene, Græcis macrothymus dicitur, qui eſt perſeuerantis animi, æquanimiter tolerans & patiens. Contrarium puſillanimus, vel mis. Hinc longanimitas, eſt tolerantia, Græce macrothymia, longanimiter aduerbium.

Incuruatus.] a, um, ab incuruo, as, quod eſt incuruum facio, hoc eſt, preſſus, grauatus, deiectus. Hinc incuruus eſt valde curuus.

Flecto.] Significat inclino, voluo, duco. Hinc dicimus: flectere genua. Seruius: Cum quadam moderatione ducere, ait, ne tenera adhuc virgulta concutiantur. Cõpoſita nota ſunt, circumflecto, reflecto, oſflecto, deflecto. Vnde flexilis, e, flexibilis, e, idem. Flexanimus, a, um. Oratio flexanima, dea Flexanima, Pitho, Suadela. Flexura, flexuoſus, a, um, flexipes. Efflexumines, ſiue flexamines Romani milites, alias celeres, & troſſuli dicti.

Imprecans.] Ab imprecor, & in bonum, vt hic, & in malum accipi ſolet. Hinc imprecatio.

¶ Secundi Libri Paralipomen. FINIS.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI in Eſdram & Nehemiam, ad Domnionem & Rogatianum, expoſitio.

Verum difficilius ſit facere, &c.] Duos Eſdræ, & Nehemiæ libros, probat diuus Hieronymus in hac præfatione, qui apud Hebræos vnico volumine continentur. Tertium & quartum improbat.

Statuo.] Eſt idem quod deliberare, vt hic, necdum ſtatui, id eſt, deliberaui. Item ordinare, dedicare, firmiter ponere. Hinc ſtatutum

ſtatutum, eſt decretum, placitum, ſcitum, ordinatum, dogma.

Ceruices premit.] Hoc eſt, collum.

Faſcis.] Hic pro onere, pondere, ponitur. Vergilius: Ego hoc te faſce leuabo. Item faſces pluraliter, pro poteſtate. Hinc dicimꝰ: Illius nunc faſces ſunt. Submittere faſces. Aliquando honores ſignificat. Hinc faſciculus, diminutiuum.

Conſpuendum ſit.] Id eſt, ſputis, ſcreatibuſque conſpurcandum, exibilandum, fœdandumque: à conſpuo, is. Hinc conſputus, a, um.

Altetisq; eorum ſupercilium.] Supercilium, faſtuoſam arrogantiam, ſuperbiamque dixit. Mire vero taxauit quorundã mores, qui veluti e ſublimi pronunciant de ſcripturis aliorum, tanquàm Areopagitæ, & Ariſtarchi, neq; quicquàm illis ſatisfacit, cũ ipſi neq; poſſint quicquàm ædere, ſi velint, neque velint, ſi poſſint.

Exemplar.] Et exemplum differunt, exemplar eſt, ex quo ſimile faciamus, quod Græci antitypum & prototypum vocant. Exemplum vero quod ſequamur, aut vitemus, autor Feſtus Pompeius.

Librarii.] Qui libros tranſcribunt, hic dicuntur, quos nos Notarios & Copiſtas, barbare opinor, appellamus. Librarius etiã qui libros, aut concinnat, aut venum exponit. Hic etiam bibliopola Græcis dicitur. Itẽ librarius à libra, is eſt, qui partiendis penſis præficitur.

Nec apocryphorũ tertij, & quarti, &c.] Apocrypha dicuntur recondita, ſiue occulta, quod ea non legerentur publicitus, ſed priuatim ac domi, pro ſuo cuiuſque animo. Mirum cum Hieron. tertium & quartum Eſdræ librum inter apocrypha numeret, & quod in eis ſcriptum eſt ſomnia vocet, qui factum ſit, vt ijdem nunc citra diſcrimen vllum legantur à nobis. Puto eccleſiæ conſenſum id facere, cui neutiquàm obſtrependum eſt.

Que Latiori opere.] Hoc eſt, fuſiori libro & lucubratione. Nimirum libro de optimo genere interpretandi.

Ad compendium veniam.] Compendium eſt id proprie, quod parſimonia quadam ſeruamꝰ. Dicitur & vtilitas, & lucrum. Et compendium breuitas eſt, in qua tamen vtilitas ſit, quales ſunt libri in quibus breuiter materia colligitur. Hoc modo hic loci capitur. Dicitur & methodus, & ratio, & epitome, hoc eſt, breuiarium.

Clauſis (quod dicitur) oculis.] Quod eſt Andabatarum, hoc eſt, cæcorum oculis depugnare. Nam Andabatæ populi clauſis oculis pugnabant. Ideo Andabatarum more pugnare dicimus, quum aliquis parum diligenter, & quaſi clauſis oculis quippiam agit, autor Polydorus Vrbinas.

Et Hebionitas.] Hebionitæ hęretici fuere ſemiIudæi, & ſemiChriſtiani, quorum hodie, vereor, maxima turba eſt.

Et per Origenis laborem in hexaplois eccleſiæ dedicarunt.] In quibuſdam vetuſtis exemplaribus non eſt hexaplis, ſed hexaplois, quod tamen idem eſt. Nam Græci ſic ſcribunt ἑξαπλοῖς, id eſt, ſexcuplicibus, quod ignorãtes putabant eſſe duas ſyllabas, cum ſit vna apud Græcos, videlicet οι. diphthonpus propria. Dedicarunt eccleſijs dixit, quod Origenes ea admiſcuerit æditioni, quę legebatur in eccleſijs.

Itaque licet hydra ſibilet.] In vetuſtis legimus, licet excetra ſibilet. Hydra, ſerpens eſt ſepticeps, olim in Lerna, & Argiui, & Mycenæi lacu, paludeq; victitans, multorum capitum, vt poetæ fingunt, quoꝝ aliquot exciſis, totidem continuo renaſcebantur, quam beſtiam Hercules tandem poſt clauę ictum, ſagittarumq; impetum, igne demum exuſſit, vicit, & docuit mori. Strabo libro Geographiæ viij. Hinc adagium: Lerna malorum, hoc eſt, ſentina & mare. Hæc & excetra dicta eſt, Græco vocabulo echidna nuncupata. Ouidium ſuperſedeo.

Victorque Sinon incendia iactet.] Libro ſecundo Aeneidos. Ruffinum, opinor, notat hoc hemiſtichio, id eſt, dimidio verſu Vergiliano. Hic Sinon ſub æquo Duræo, hoc eſt, ligneo, incluſis militibus noctu apertо, prodidit Troiam. Auctolycus quidem fur fuit, qui ſe varias formabat in ſpecies. Habuit autem filios Siſyphum, vnde natus eſt Sinon, & Auctoliam, inde Vlyſſes: conſobrini ergo ſunt, nec immerito illi dat & fallaciam: & proditionis officium, ne multum diſcedat à fabula. Nam ſecundum Euphormionem Vlyſſes hoc fecit. Hactenus Donatus ſuper ij. Aeneidos. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, &c.

DICTIONVM QVARVNDAM IN primum Eſdræ librũ explicatio.

CAPVT I.

Esdras.] Scriba legis, interpretatur adiutor, Hebræis Esra dicitur. Hic fuisse dicit Scriba legis peritissimus, quẽ Hieronymꝰ tradit fuisse Iosedech, cuius filius fuit Iesus sacerdos magnus, quẽ ferunt incensos à Chaldæ legis libros memoriter restituisse non sine numine, cõmutasseq; literas Hebraicas, ne cũ Samaritanis, qui ex gentibus in Iudæam venerant, Iudæi miscerentur. Autor Eusebius. Eis postea literis vsi sunt Iudæi figura tantum & apicibus à Samaritanicis, quæ fuerunt priscæ illę à Mose datæ, discrepantes. Hactenus Viues.

Traduco.] Ex trans & duco significat de loco ad locum duco. Ambrosi. Transduco vsus est. Aliquando est ad vlteriora ducere. Interdum transferre. i. interpretari, ex vna lingua in aliam. Hinc translatio. Nõnunquàm agere siue præterire. Interim infamare. Martialis: Multoq; traduceris Apher. Postremo significat nutrire, fouere, sustinere. Ab hoc tradux in nominatiuo singulari. Sunt autem traduces in vitibus, qui aliunde tracti ac propagati sunt. Hinc traductio. Matthæi secundo acuratius explicatum offendes.

Substantia.] æ, est quæ per se subsistat, Græci hypostasin vocant. Interdum pro materia, & quasi essentia, & soliditate, ac neruis cuiusque rei ponitur. Nonnunquàm, imo sæpe pro facultatibus, vt hic loci.

Supeller.] Et hæc supellectilis, & hoc le, dicitur domesticum patrisfamilias instrumentum, sicut docent Iurisconsulti, apud quos titulus est de supellectili legata, cuius nomine (vt inquit Pomponius) continentur omnia domus vtensilia, mensæ, lecti, scamna. Persius: Tecum habita vt noris quàm sit tibi curta supellex.

Sponte.] Aduerbium, significat naturaliter, vt arbores multæ nascuntur sponte. Aliqñ significat sine requisitione, vt sponte ad te venio. Capitur interdum nominaliter, & in ablatiuo tantũ vt sponte mea. Hinc spontaneus, a, um, quod est voluntarium, ac naturale. Quãquàm spontaneus, vltroneus, erroneus apud veteres poetas non legerim, non tamen omnino damnanda existimo, quibus diuus Hieron. & Ambrosius & alij ecclesiastici doctores crebro vtuntur.

Mithridates.] Pen. cor. ait Calepinus, filius fuit Gazabar, Hebræi habent Thesaurarius regis, testatur Iosephus, & iij. Esdrę ij. idem. Item fuit rex Ponti, qui xlvi. annos cũ Romanis bellum habuit, ter victus fuit, & tandem veneno proprio vix mori potuit. De hoc plura Plin. lib. xxv. & Lucanus eum secutus lib. I. Hinc Mithridaticum vnguentum, antidotum, quod ex rebus. liiij. conficitur, & nunc vulgo autoris nomine vocant Mithridatem. Porro hic fuit fortissimus rex Ponti, cui bellum est à populo Romano indictum, quod Nicomedem e Bithynia expulisset, ac bellum exarsit supra modum, postea quàm rex quicquid ciuium Romanorum in suo regno negociabatur, vno die iussit occidi. Huius opes luxauit Sylla: fregit L. Lucullus: extinxit Gneus Pompeius, qui totum eius regnum in potestatem Romi. redegit, ipso occiso. Plutarchus in vitis, & Appianus Alexandrinus in Mithridatico, Florus, & alij autores.

Scyphus.] Græcum est, vasi potorij genus, quo vsus fuit Hercules, sicut Cantharus, quo vsus est Liber pater vini, sic scribitur cum s. in principio, & differt à cypho, sine s. Nam cyphi, sine s. genus suauissimi odoris est Hieronymo teste.

CAPVT II.

Prouincia.] Proprie enim prouinciæ dictæ sunt regiones longe ab Italia, bello acquisitæ, quod eas Romanus populus peruicerit. Prima omnium Sicilia, prouincia est appellata, vt docet Cicero in quar. in Verr. Hinc factum vt ipse magistratus, & omne onus prouincia vocetur, vt tradita est mihi hæc prouincia, hoc est, id onus, is labor impositus. Græcis Eparchia dicitur, & Eparchiotes prouincialis.

Genealogia.] æ, Græce sic γενεαλογία, est sermo de generatione & origine.

Vnus.] Vnum est principium numeri. Ouidius primo Metamorphoseos: Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos. Ponitur & pro solus, in quo significato recipit aliquando genitiuum, vt vna ouium. Accipitur & pro primus, exempla in confesso sunt.

Impensa.] æ, ponitur pro expensa, idem impendium.

Solidus.] di, hoc loco capitur pro nũmi genere, pro in præsentia vtimur, cum dicimus viginti solidos libram cõstituere. Reliqua significata dicta sunt alibi.

Mina.] æ, Græce Mna, libra, genus ponderis, siclos sexaginta habens qui faciunt obolos mille ducentos.

CAPVT III.

Holocaustoma.] Et Holocaustum sacrificium dicitur totum exustum.

Græci

Græci ſcribunt holocautωma.

Baſis.] Græcum eſt, à noſtris poteſt ſuſtentamentum, gradus, greſſio, firmamentum, depoſitio, ſuſtentaculum dici.

Jugis, & hoc ge.] Dicitur aſſiduus, cõtinuus, quaſi ſemper iugo adfixus. A quo iugiter aduerbium. i. aſſidue, continue.

Ultro.] Ab vltra fit, & ſignificat vltra, ſiue inſuper. Interdum ſponte. Hinc vltroneus. Aliquando praue & peruerſe, ſeu verſa vice, ac prior. Vltro citroq; ſignificat id q̃d vulgo dicitur, huc & illuc: & tam in factis, quàm dictis.

Latomus.] mi, ſine h. med. cor. lapidicida dicitur qui lapides cædit.

Joppe.] Oppidum Paleſtinæ maritimum in tribu Dan, vbi hodie ſaxa monſtrãtur in littore, in quibus Andromeda relegata, Perſei quondam viri ſui fertur liberata fuiſſe præſidio. Et pulchritudo, ſiue decor interpretatur. Ioſue xix. Actor. ix. A barbaris nunc Sappho appellatur.

Commixtum.] Aduerbium qualitatis apparet, aut congregandi, ſignificat mixtim ſeu confuſim, à commiſceo, es.

CAPVT IIII.

Aſſuerus.] ri, ſicut teſtatur Ioſephus, fuit Cyrus, Xerxis filius, qui poſt Darium patruũ Perſidæ rexit imperium. Hinc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos vocari, qui longimanus cognominatus, regnauit xl. annis, interpretatur princeps, & caput, pater Darij regis Medorum. Hebraice Ahaſſuerus. Hic à Metaſthene Perſa, Artaxerxes Aſſuerus vocatur.

Syriace.] Aduerbium, eſt more Syrorum, aut Syra lingua loqui.

Rheum, Beel, Theem.] Expoſitores noſtri Latini fere omnes dicunt, tria eſſe nomina propria hominum ſcripturientiũ hãc epiſtolam. Sed forte errore labuntur ob linguarum Syriacæ, & Chaldaicæ ignorantiã, quæ duæ, Hieronymo teſte in prologo galeato, eædem fere ſunt. Idcirco iuxta dialectum, id eſt, linguæ proprietatem, prima dictio Rheum, proprium eſt hominis, & interpretatur pius, & miſericors, aut Syriace amicus, nomen viri, ſequentes duæ, ſcilicet Beel, Theem, ſunt appellatiua nomina, officium & munus ſuum exprimentia. Beel ſiquidem dominum ſonat, vel magiſtrum, vel idωlum potius. Theem vero ratiocinationem, nos Latini à rationibus nominamus, qui ſupputatione & calculis rem peragunt.

Vectigal.] Seu vectigale, precium quod pro vectura penditur: Græci τέλη nominant.

Redditus.] us, à reddo, verbo deriuatur. Dicuntur autem redditus, proprie prouentus agrorum: quàmuis per translationem pro omni prouentu ponantur. Hinc annui redditus dicuntur, qui potiſſimum Minoritis, iuxta vitæ profeſſionem, interdicuntur.

Mora.] æ, pœna dicitur. Vnde noxæ dedere aliquem, dicimus pœnæ tradere, ob noxam quæ ſignificat culpam. Item: Extra noxam ſum, hoc eſt, extra culpam. Noxia tamen culpa eſt. Plautus in Mer. Nihil magis manifeſte teneo, innoxia es, quàm noxia. Hinc noxius, a, um, quod nocet. Innoxius, qui non nocet.

Nephas.] Alij per f. ſcribunt, ſic nefas, hoc eſt, impium & execrabile, à quo fit nefandum, & nefarium, hoc eſt, ſceleſtũ, & q̃d ne fari quidem liceat. A quibus nefantia & nefaſti dies, quibus fari non licebat.

CAPVT V.

Aggeus.] æi, nomen prophetæ de xij. minoribus, & ſecundum Hieronymum ſuper eundem primo capi. interpretatur feſtiuus, ſiue ſolennis, aut gyrans. Alij cum aſpiratione ſcribunt Haggæus.

Inhibeo.] es, ſignificat retineo, comprimo. Hoc differt à prohibeo, quod prohibere generale ſit, etiam ante rem incœptam: inhibere, re iam incœpta. Illud vetat ne quid facere incipias, hoc ne pergas, ſed potius deſiſtas. Hinc inhibitio. Et nautæ inhibere remis dicuntur, cum nauem retro vertunt.

Impolitus.] a, um, eſt incultus, inelegans, inuenuſtus: ab impolio, is, vt impolitus ſermo, & impolite loquitur.

Bibliotheca.] æ, tam librorum per ſe magnus numerus, quàm ipſe locus vbi libri ſunt, appellatur, vt Vlpianus libro xxxij. Digeſtorum ſcribit. Auſonius: Emptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt: à biblos liber, & theca repoſitorium: à Latinis libraria dicitur, penult. prod.

Utroque.] Aduerbium loci, hoc eſt, ad vnum aliquem locum, & ad alterum. Liuius: Vtroq; loco. Sed vtrum aduerbium, modo interrogantis eſt. Plautus: Vtrum id verum putas an non? Modo dubitantis. Seneca: Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. Componitur quandoq; cum nam, vt hoc loco, & ſignificat an.

CAPVT VI.

Ecbatana.] Numero pluratiuo penultima cor. Metropolis eſt Mediæ, vel vt

quidam existimant, regionis magnæ nomen est. Est & Ecbatana vrbs in Syria, quæ Epiphania quandoq; vocata fuit: ac per g etiam scribi posse quidam testantur sic, Egbatana, siue Ecbatanis. Porro certiora hic & compertiora addam de Ecbatanis, quod interpretatur frater mortis. Nomen regionis ij. Machabæorum ix. Ecbatanis idem. Hebraice Echmatha. Metropolis maioris Mediæ à Seleuco, vt inquit Volaterranus libro xij. seu vt autori historiæ Iudith primo placet, ab Arphaxato Medo condita, vbi reges (eo quod frigida sit) æstiuare solent. Hæc Ptolomæo libro vi. ἀχβάτανα, Stephano vero de vrbibus interdum ἀγβάτανα, interdum ἐχβάτανα dicitur.

Medena.] Penultima produ. quidam pro loco in regione Mediæ accipiunt: ego saluo saniori iudicio, à Media deriuari Medenus, a, um, puto. Medena, mensura, vel abundans, siue indumenta interpretatur. Hebraice Madai.

Commentarius.] ij, & commentarij pluratiuo numero, libri sunt, in quibus late, fuseq; res, sed breuius quàm poterant explicantur, cum in his simpliciter & quasi per capita describuntur. Sic Cæsaris commentarij dicuntur. Seuerus Cassius nunquàm sine commentario (Seneca teste) locutus est. Etiam ꝑ autoꝝ expositione capitur, Græci dilωsin vocant: à quo diminuti. commentariolum, vel lus.

Sumptus.] Impensa, quod pecunia impendatur vel exponatur. Plinius: Qui eã domum magno sumptu ædificarat. Hinc sumptuosus, a, um, sumptuarius, & sumptifacio, sicut sonat Plautus: Si nunc me suspendam, meam operam luserim: vt præter operam restim sumptifecerim.

Presbyter.] ri, Græcum est, Latine dicitur senior. Hinc presbyterium.

Prospero.] as, & prosperor, aris, significat prosper fio, vt hoc loco. Hinc prosper, & prosperus, a, um, & prospere, prosperiter, & improspere aduerbia.

Adar.] Mensis est Hebræis, apud nos Februarius duodecimus. Alibi fusius dictũ.

CAPVT VII.

Ezra, vel Esdras.] Idem Amram, pater Mosi & Aaron, sacerdos & scriba legis, imo reparator doctissimus. Ipse Hebraicas literas repperit, quibus nũc vtimur. Quidam eum Malachiam putant. Hic & Iosedech dicitur, eius filius Iesus sacerdos magnus. Esdram quidam putant Pentateuchi scriptorem, interpretatur adiutor.

Artaxerxes.] Persarum rex, à Septuaginta dictus Darius, rex septimus cognomẽto Longimanus, quoniam manuum alterã habuit longiorem. Fuit & alter Cyri iunioris frater, cognomento memor. Hic pauperi semitogato offerenti poculum aquæ frigidæ, reddere magna præmia iussit. Hinc Artaxerxæus, a, um. Tetrastichon elegans M. Iacobi Horlini, olim præceptoris mei in Marpurg. Munus Erichtæos nequeat quũ mittere nummos. Cogitur heu vilis vilia dona dare. Sint licet exigui precij, tamen accipe nostras Artaxerxæa mente precamur opes.

Edictum.] ti, ab edico, is, penult. producta, proprie decretum, mandatum, præceptum, consulum, prætorum, ædilium, magistratuumq; est. Sæpe explicatum.

Fiscus.] ci, dicitur pecunia publica, ꝓprie tñ apud classicos autores fiscus principis dicitur, vt hoc loco. Aerarium vero publicum. Hinc fiscalis, & hoc fiscale, vt res fiscales. Et confiscari, vide Iureconsultos.

Corus.] ri, sine h. mensuræ genus xli. medimnos continentis.

Batus.] ti, Hierony. autore, mensuræ genus est, quæ apud Hebræos dicitur Bath, decima pars Cori est, & de liquidis dicitur.

Annona.] æ, prouentus annuus est, & alimonia vnius anni, nõ solum frugum, sed etiam aliarum rerum. Dictum subinde.

Preses.] dis, est qui maius imperium habet omnibus post principem. Aliquando auxiliator, & defensor dicitur. Hinc præsidium.

CAPVT VIII.

Genealogia.] æ, est sermo de generatione & origine. A γενέα, quod est genus, generatio, progenies, nobilitas, natura, vniuersum tempus humanæ naturæ, familia, &c. γενεαλογεῖν est genus recensere, quærere de genere.

Euenit.] Med. producta in præterito, ab euenio, quod est obtingo. Euenit impersonale datiuo iungitur, id est, vsu venit, vt euenit mihi quod Polluci, vice prouerbij vsurpatur, quum duo commune munus obeunt, alter vero mercedem muneris assequitur. Polydorus autor.

Caspie, arum.] Variæ portæ dicuntur montis Tauri in Media, vt autores Plinius, Ptole. & Strabo tradunt. Hinc montes Caspij dicuntur. Et mare Caspium, inter hos montes.

Crater, eris.] Vel cratera, ræ, penulti. prod. generis masculini, genus poculi, seu vasis

vasis grandis & patentis, cupã vocant. Quidam tres vrnas aiunt cõtinere. Statius, Verg. & Ouid. producunt pri. & secundã cratera.

Promoueo.] es, est vehementer, & vltra moueo, prolongo, vltra eo. Teren. in Andria: Eho tu impudens non sat habes, quod tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias. i. prolongo, prorogo. Hinc promotio & promotus, a, um. Eo vsq; promouit iam in literis, vt alios docere possit.

Satrapa.] pæ, dictio Persica, apud nos præfectus est. Hinc satrapia, est præfectura.

CAPVT IX.

Magistratus.] us, significat eos qui in potestate sunt cõstituti, vt sunt cõsules, prætores, & alij qui ciuitates & prouincias regunt. Interdum ipsa potestas & dignitas, officiumq; est. Hinc adagium. Magistratus virũ arguit, siue indicat. Aliud: Magistratum gerens audi & iuste, & iniuste. Vide Chiliades quid significent.

Merens.] tis, cum diphthongo, à mœreo, es, quod est tristari, dolore affici. i. dolẽs & tristans. Hinc mœror, mœstitudo. Mœstitia, & mœsto, as, & mœstifico, as, & mœro, as, id est, mœrentem facio. Aliqñ significat deploro, vt grauiter filij mortem mœret Cicero. Vnde mœstus, a, um. In mœrore iacere.

Heres.] dis, apud antiquos pro domino ponebatur. Inde hæredium, prædiũ paruulum. Festus autor libro viij. Nunc is est, qui in bonis paternis succedit. A quo hæredipetæ vultures sunt, & hæreditatis captores. Hinc hæreditas, hæreditarius, a, um. Hærediolum diminutiuum.

CAPVT X.

Cetus.] us, cum diphthongo, conuẽtum, seu congregationẽ significat: à coeundo. i. conueniẽdo in vnum. Sed cetus, ti, sine diphthongo, piscis maximus in mari Athlantico. Dicitur & cete neutri generis, & numero plurali, vt cete grandia.

Discerno.] is, significat separo. Quãdoque significat certo. Interdũ distincte cognosco. Hinc discretus, a, um. i. separatus. Valla exponit actiue, sic: Discretus, qui qualitates personarum, ac rerum momenta discernit. Indiscretus, discretio, discerniculum.

Platea.] Græce sic πλατεια, penultima producta, via latior est, fereque militaris, prætoria, consularisq; dicitur. Quandoque pro area capitur, in qua conueniunt populi. Cuius penultima corripitur apud Catul. poetã. Græcis tñ πλατεια, pen. longa dicitur, vt prædixi. Bebelius indifferenter scribit.

Alienigena.] æ, communis generis, vel secundum Probum omnis: sumitur in ea dẽ significantia cum alienigenus: Græce allophylum vocant.

Libri primi Esdræ FINIS.

ESDRAE SECVNDVS, ALIAS Nehemias.

CAPVT I.

Nehemias.] Filius Helchiæ, & sonat Hebræis consolator dominus, vel cõsolator missus à domino: verius cõsolatio dei, vel requies domini, aut pœnitens dominus, siue directio dñi. I. Esdræ ij.

Susæ, arum.] Metropolis Elamitarum: alij volunt Persarum, in qua Dauid miram turrim extruxit. Hierony. in Danielem viij. ait: Cum essem in Susis castro. Non quo castrum ipsa sit vrbs (vt diximus) Metropolis & potentissima, sed quo tanta firmitate ædificata sit, vt castrum esse videatur. Et interpretatur equitatio, vel reuertentes.

Casleu.] Iste est December, decimus mẽsis apud Hebræos, apud nos vltimus. Eucherius Nouembrem dicit, vide. I. Machab. iiij. & interpretatur spes, aut temeritas eius, siue thronus vel calix illius, aut ilia eius. Zac. ix.

Supersum.] Significat affluo, abũdo, vt hoc loco: Supererant. Interdum supereſſe significat reliquum esse. Aliquando superstitem esse. Nonnunquàm vincere, superiorem esse. Interim superfluum esse. Item durare. Postremo, defendere & aduocatum esse.

Pincerna.] æ, à poculis, vel à caliculis dicitur, vel pocillator Latinius.

CAPVT II.

Nisan.] Primus mensis est anni secũdum Hebræos, vbi semper Pascha celebrabant, nos Aprilem vocamus. Eucherius Lugdunẽsis Episcopus doctissimus Martium appellat. Et interpretatur vexillum, siue probatio, aut tentatio, vel fuga, aut Syrace miraculum.

Frustra.] Aduerbium, significat incassum. A frusto, as, acti. & frustror, aris, cõmunis gen. Spe sua frustratus est. Frustratio, frustra habere, idem quod frustrari.

Tego.] is, est operio. Lactant. li. ij. Nõ texit patris nuditatem. Per translationem significat cælare. Item defendere, conseruare. Hinc tectum, tegumentum, & tegmẽ. Et innumera alia deductitia.

Fons draconis.] Nonnulli Siloah, vel Siloe, aut Siloam putant, & sonat missum.

Optimates.] Primates sunt oppidani, & qui primum locum tenent, opulentioresque. Ab optimas.

Aio.] Is, it, aiebam, bas, bat. Ai, aisti, ait, aimus, aistis, aiunt. Plautus in Asina. Me vnice vnum ex omnibus, atque illam amare aiebas, id est, dicebas. Næuius: Vel ai, vel nega. Cicero: Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget.

Arabs.] bis, Arabius, Arabus, Arabicus, a, um, adiectiua sunt, pro eo quod est ex Arabia, exempla in confesso sunt, vt aurum Arabicum.

CAPVT III.

Sanctifico.] as, à quo sanctificator, trix, sanctificatio, sanctitas, sanctitudo, sanctimonia, eiusdem significantię, & sancte aduerbium. A quo persancte. Plaut: Idque persancte iurauit se facturum, & sanctuarium, sacer locus, templum, sacrarium. Diminutiuum sanctulus per ironiam.

Texo.] is, proprie telam struo. Per Metaphoram ponitur pro componere, facere, fabricare, vt hoc loco, scribere, colligare, vt historiam, tabellas & huiusmodi. Aliquando ornare, proferre, & cætera. Hinc textus, textura, textrina. Textricus, a, um, vt textricum opus. Penelopes telam retexere, est inanem operam sumere. Adagium.

Ualue.] arũ, ostia q̃ in se replicantur.

Sterquilinium.] ij, locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculũ. Columella li. I. A stercore. Hinc stercorarius, a, um. Stercoro, as. Ager stercoratus.

Furnus.] ni, teste Porphyrione, locus in quo panis coquitur, à nigro colore. i. fuligine. Differt tamen à clibano. Hinc præfurnium, est os furni, das offen loch. Furnaceus, a, um. Furnaria, mulier, itẽ ipsa ars. Furnariam exercere. Infurnibulũ, ein brotschiessel.

Pagus.] gi, simul positæ villæ, hoc est, rusticanæ domus, in vnum coagmentatæ. Hinc paganus, semipaganus, pagatim aduerbium, paganalia, rusticorum festa, & paganismus, ipsa paganitas.

Piscina.] æ, locus in quo pisces viui coercentur, alio nomine viuaria dicuntur, à Græcis ichthyotrophia.

Siloah.] Vel Siloe, vel Siloa, fons ad radices mõtis Siõ fita, & interpretatur missus. In Silo tabernaculum primum, cui successit templum, quod & ipsum vastãdum erat. Et interpretatur dissoluens, vel discalcias, &c.

Ceila.] Nomen ciuitatis in tribu Iuda, vbi quondã sedit Dauid, & nunc villula est ad Orientalem plagam, in qua sepulchrum monstrat prophetæ Habacuk, & sonat dissoluens eam, siue diuidẽs, aut scindens eam.

Gazophylacium.] Dictio composita ex Persica & Græca, est locus vbi opes, & diuitiæ reponuntur, reconduntur q̃. Aerariũ, Hebraice Corbã, siue Corbona, donum, vel oblatio.

CAPVT IIII.

Frequentia.] æ, multitudo est, & turba, celebritas, copia, à frequens, q̃d de loco pariter & rebus animatis dicit. Frequens miles, vel turba, ludus, frequens locus. Sic frequens templum. Frequens adest, infrequẽs. Frequento, as, frequenter.

Imbecillis.] le, vel, lus, a, um, est debilis, & infirmus quasi baculo indigens.

Acervus.] ui, cumulus est & mollis congregatio, pprie minutarũ rerũ cõgeries tumulusq̃, vt frumenti & leguminis, aceruatim.

Obductus.] a, um, ab obduco, is, quod est superduco, tego hic pro facto, tectoque capi videtur.

Cicatrix.] pe, pro, proprie est signum et vestigium vulneris obducti, quasi circa cutẽ. Hinc cicatrico, as, & cicatricosus, a, um.

Interruptus.] a, um, ab interrũpor, eris, q̃d est per mediũ, seu in medio rũpor, vt hic loci interruptus, est scissus: & interruptio.

Arcus.] us, fornix est ædificij & testudo. Itẽ iris cœlestis. Item machinamentum, quo sagittę iaciuntur, quod baliſtam vocãt.

Accinctus.] a, um, ab accingo, is, q̃d est iuxta cingo. Interdũ paro, expeditum, prõptumq̃ reddo, vt hic: Accinctus renes. Synecdoche est. i. paratus, expeditus & promptus. Hinc accinctus, a, ũ. Accinctus itineri.

Buccina.] æ, proprie pastoralis est, & cornu recuruo efficitur, teste Hieronymo in Oseæ commentarijs.

Uices.] In plurali, quoniam per vicissitudinem pugnari solet, factum est, vt vices pro alternatione, & vicissitudine capiamus, vt hoc loco. Hinc vicissim aduerbium. Vicarius, a, um, vicissitudo.

CAPVT V.

Mutuo.] Aduerbium, modo significat inuicem. Cicero: Mutuo, id est, mutuiter, se amabant, id est, alter alterum amabat. Modo, ediuerso, vicissim, vt amant se mutuo. Do mutuo & do mutuum.

Concio.] nis, locũ, turbã, suggestumque tria hęc significat. Hoc loco p multitudine.

Quin potius.] Est idem quod quinimo. Videtur tamen mihi hoc loco, pro q̃etiam, hoc est, insuper, præter id, siue atq̃ etiam sumi. Tunc enim per hanc particulam magis

magis affirmãmus.

Ducatus.] Est ipsa ducandi actio. Et ducatus est regio, cui dux dominat, vti hoc loco, eyn furstentumb. Ducatus etiam numisma, eyn ducaten.

CAPVT VI.

Quinta vice.] Prima, secunda, tertia, quarta, quinta, vice, non est dicendum Latine, significat primo, secundo, tertio, quarto, quinto, vt dixi alibi fusius.

Compono.] is, plura significat, hoc loco pro fingere capitur. Hinc cõpositio. Cõpositus, a, um.

Secreto.] Ac secrete aduerbia, quæ significant tacite, clanculum, silenter, à secerno, nis. Secretus, a, um.

Vaticinans.] .i. prophetans, diuinans, augurans, à vaticinor, aris. Vates, vaticiniũ.

Exprobro.] as, pe. corr. à probo, as, q̃ aliis præstiti cõmemorans impropero. Hinc exprobatio. Opprobro, as, opprobriũ, probrum. Probrosus, a, um.

Concido.] is, pen. cor. significat in totũ cado. Est & in totum mori.

Elul.] Secundum Hebræos, sextus est mensis, apud Latinos septimus, hoc est, September, partim Augusto, partim Septembri rñdens, sonat vlulatũ siue pnoctationẽ.

Gener.] Est filiæ meæ vir, quod sit generis propagator. A quo progener. Huncappellat auus neptis suæ virum, eyns kinds doter man.

CAPVT VII.

Recenseo.] es, est recognosco, & summã totius populi p numeros colligo. Hinc recensus, & recensio, pro recognitione dicitur. Et recensiti, qui per recẽsum numerati sunt. Sæpenumero explicatum verbum.

Oppilo.] as, pe. pro. significat occludo, fit autem à pila, quod columnam significat. Lucil. lib. vi. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Hinc oppilatio, eyn verstoppũg, zuschleissung.

Census.] us, est annuus reditus, & quicquid fortunarũ quis habet. Ars illi sua cẽsus erat. Census equestris constabat ex sestertiis cccc. Vnde censum agere, est recensere hominum facultates. Et cẽsus dicebatur, quod principi aut ærario soluebatur viritim. A cẽseo, es. Hinc censor. Erant aũt duo censores, & quinto quoq; anno noui creabantur. Cẽsorius, à, um. Vir censorius, virga seu nota cẽsoria. Censura: Dat veniam coruis vexat cẽsura columbas. Census senatorius fuit aliq̃ mille ac ducenta sestertia, dreissig tausent kronen. Censum habere idem quod cẽsum agere. Capite census.

Drachma.] atis, & drachma, æ, per ch, pro pondere ponitur, & est genus nomismatis, & constat ex decẽ & octo siliquis, vel tribus scrupulis. Idem sentit Prisc. & dicit viij. drachmis vnciam confici, à quo didrachma, id est, stater, & tetradrachma, quæ continet quatuor drachmata. Sed dragma per g, apud Græcos dicitur, quod nos rapinam, siue manipulum dicimus. Drama vero sine c, & sine g dicitur, vt in scæna agi fabula solet, vbi diuersæ personæ introducuntur, & aliis accedentibus, & discedentibus, à diuersis, & ad diuersos textus narrationis expletur, sicut in Comœdiis. Vnde & canit ecclesia: Ante thronum huius virginis, frequentate nobis dulcia cantica dramatis, non dragmatis legendum est. Hinc dramaticus stylus dicitur qui mixtus non est, vbi Poeta nusquã loquitur, vt sunt Comœdiæ, Tragœdiæ. Exegematicus, id est, narratorius, in quo solus Poeta narrat: mixtus, vbi promiscue Poeta, & persona fatur.

Mna.] Græca dictio sic μνᾶ, Latine mina, libra, est genus ponderis siclos lx. habẽs, qui faciunt obolos mille cc. & pondo idẽ, si semiunciã detraxeris. Est enim Græcorũ põdus, & drachmas centum continet, cum libra sit Romanorum & tantũ nonaginta sex drachmas habeat. Ergo mina valet vnciis duodecim, & semiuncia, &c. Vide Budæum & Petrum Dasypodium.

CAPVT VIII.

Scenopegia.] orum, Σκηνοπηγία sic debet scribi, celebritas est Hebræorum, quam sub tẽtoriis in solitudine celebrabãt. Et est neutri generis. Dicitur itaque à σκηνὴ, quod est habitatio, & tabernaculum, & πήγνυμι Græco verbo quod est figo, vel cõglutino, quasi celebritas illa qua figebant sua tentoria.

Lugeo.] es, est valde flere. Hinc luctus nõ solum ploratus, sed etiam insigne, indicium q̃ mœrentis à quo luctuosus, luctificus, a, um, & lugubris, re, vt lugubris vestis, lugubre carmen. Item luctus, us. Luctifer, a, um. In luctu esse, idem quod lugere.

Mulsum.] si, à mulceo, es, quasi melle delinitum. Est potio ex vino melleq̃ confecta. Hinc adagium: Mulsum quod probe temperes, miscendum esse nouo hymetio, falerno & vetulo. Claret, oder Hypocras. Aqua mulsa, meeth. Hydromeli idem.

Myrtus.] ti, arbor baccas saporis præcipui producens, ex quibus vinum fit, quod Myrtidanum vocant. Hinc prouerbiũ: Ad myrtum canere, vide parœmiographum in

Chilias

Chiliadibus. Prouerbio iubebatur imperitus literarum,& infacundus,quicq; nõ posset apud eruditos loqui. Aliud: Myrteam coronã ambis,in ambitiosos iactabat. A myrto, myrteus,a,um. Myrtetũ locus vbi myrti crescũt. Myrtinus,a,um. Myrtoum mare.

Doma.] tis,tectum est,hoc est,planũ solariũ,quod transuerfis trabibus sustentatur. Synecdochicῶς domus dicitur. Hinc δομέω, ædifico actiuum accusatiuo iungitur, δόμησις,structura, δόμος, id est,domus.

CAPVT IX.

HUmus.] Terra est humefacta. Hinc humidus, a, um, humiditas, humide aduerbium. Item humor,oris.

Portentum.] Signum quod portendit aliquid futurum,à portendo. Dictum alias.

Cerui.] cis,est posterior pars colli. Hinc ceruicosus,a,um,& homo duræ ceruicis,indomabilis,cõtumax. Etemñ duræ ceruici parãda est securis. Incuruiceruicũ pecus noue ab Angelo Politiano vsurpatum vocabulũ.

Manna.] atis,& manna, næ, & manna indeclinabile, ros melleus matutinus, filijs Israel in deserto e cœlo datus. Hebraice mãhu. i. quid est hoc? Man interpretatur donũ, aut munus,aut qd. Manna idẽ lohã. vi. cap.

Attritus.] a,um,ab attero. i. comminutus. consumptus, attenuatus. Hinc attritio.

Partitus.] a,um,à partior,est in ptes diuisus,sectus,distributus. Hinc partio. i. sectio.

Protrabo.] is,significat differo,prolõgo. Hinc protractio. Protractus,a,um.

Fruges.] Vel hæc frux, gis, secundum Prisc. vt notat Varro de Analogia. Frux legumen triticũ, à q̃ frugi indeclinabile deriuatur,vt frugi homines: contrarium est, noquã. Fruges consumere nati in fucos & inertes dicitur. Hinc dicimus, recipere se ad bonã frugẽ. Reddere bonã frugem,idem. Et euadere ad bonã frugem. Item: Corrigere aliquẽ ad frugem apud Plaut. Frugifer,a, um: Homo frugi,seruus frugi. Frugalis,e, frugalitas. Fruiscor & fruniscor,idẽ quod fruor.

CAPVT X.

SIgnatores.] Dicebantur qui aut testamentis,aut caussis se subsignabant. Salust. Multis modis mala facinora docebat ex illis, testes signatoresq; falsos cõmodare fidẽ,fortunas,pericula vilia habere, à signo, as,deriuatur,dye sich dẽ testament,oder hãdell vnderzeichnet. Hinc signum,sigillũ dimin. Sed annulus signatorius, eyn sigell. Signifer,antesignan⁹,et alia id gñis innumera

Pollicendum.] Vt hoc loco, à pollicetor verbo communi secundũ Prisci, hoc est, promittendum. Ouidius tamen de Arte in passiua significantia vsus est,cum ait: Promittas facito,quid enim promittere lædit? Pollicitis diues quilibet esse potest.

Exactio.] nis,est vehemẽs atq; instãs debiti repetitio,postulatio. Hinc exactores vocantur,qui pecunias exigũt, imo extorquẽt.

Libamen.] Mentum & batio, pro eodẽ sumuntur, significantq; quicquid in sacris libatur. Et est oblatio liquidorum.

CAPVT XI.

SOrtem mittere.] Est idem quod sortiri. Vnde sortes miserunt apostoli,et sors cecidit super Matthiam. Acto. I. Hinc sortilegus,ga,pen.cor,sortilegium à sorte. Consors,consortium,exors. Sortior,iris. Sortito aduerbium,durchs loss.

Præpositus.] ti, à præpono,is, is est q̃ aliquibus rebus præfectus est. Hinc præpositura,est illa dignitas, modo probum sit vocabulum. Præpositio, præpositiuus,a,um.

Forinsecus.] Significat quod foris est, sicut intrinsecus, quod est intus. Nã vt sint noïa intrinsecus & extrinsecus apud idoneos vix credo reperiri. Sed externus et internus magis dicunt. Valla tamẽ, Cice. Quint. Curt. & omnes alij inter aduerbia vsurpant.

Idythum.] Cantoris nomen, apud Hebræos sonat,transiliens eos. Dictum alias.

Episcopus Leuitarum.] Est ἐπίσκοπος, speculator & obseruator, & custos & præfectus. Cicero ad Atticum lib. vij. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat ἐπισκόπον, ad quẽ delectus,& negotij summa referat. Andromache apud Home. Iliad ω. Hectorẽ appellat Troiæ ἐπισκόπον. Atheniẽses quos ad stipendiarias subditasq; ciuitates mitterẽt, vt qd in quaq; ageretur diligẽter inspicerẽt, obseruarentq;, Episcopos dixerunt,& φύλακας, i. custodes, quos Lacedæmonij ἁρμοστάς. Præfectos annonæ Iureconsultus Archadius Episcopos nominauit. Sũt q̃ ἐπὶ in eo nomine redũdare arbitrent, de quorũ numero est Eusthatius Homeri interpres & σκοπὸν & ἐπισκόπον idẽ esse. Hactenus Lodo. Viues.

CAPVT XII.

AEque.] Cum diphthõgo, æ, aduerb. significat iuste. Interdum tam, vel tantum, vel similiter. Aliquando iuxta, vt vir pius æque ac doctus, id est, iuxta doctus.

Vestibulum.] li, est locus ante ianuam domus vacuus, per quem à via ad ædes itur, & pro principio & frontispitio capitur.

Expiatio.] is, ab expio, as, q̃d est purgo, lustro, est lustratio, purgatio. Expiabilis, le, expia-

expiatorius,a,um.

Hymnus.] Græca vox, Latine laus,& maxime diuina,canticum dicitur. Hymnetes,cantor. Ab ὑμνέω,laudo proprie deum.

Dedicatio.] A dedico,as,quod est consecro,seu honoris gratia deputo, aut dicendo defero. Dedicationes dicuntur apud Iohannem x.cap.encenia.i.initialia, vt verbū verbo reddam: à verbo ἐγκαινέω .i. innouo, initio,dedico. Sacer enim erat apud Iudæos ille dies ob memoriam instaurati tẽpli,post diutinam in Perside captiuitatem. Hinc dedicatorius,a,um,vt epistola dedicatoria.

Chorus.] ri,cum h conuentum,multitudinem,& cœtum significat. Hinc chorales vel choraula.

CAPVT XIII.

Azotidas.] Accusatiuus pluratiuus, pe.cor.& similes voculæ. Hinc Azotice aduerb. id est, Azotico more,vel lingua Azotica loqui,ab Azoto Syriæ vrbe.

Decaluo.] as,hoc est,valde caluo,& caluũ facio. Hinc decaluatio,et decaluatus,a,ũ.

Preuarico.] as, & præuaricor, ris, est à recto discedere. Hinc præuaricator,trãsgressor,& præuaricatio, & præuaricatrix. A varicibus deducitur.

Polluo.] is,quasi porro lauo,sed per cõtrarium ponitur pro inquino. Hinc pollutio,& pollubrum vas,quo manus lauamus, eyn handt vas. Pollutus,a,um.

Licet.] Impersonale,hoc est, fas est. Ouidius: Dum licet in loris passim potes ire solutis,id est,dum cõceditur,& possibile est. Et elegãter dicimus: Licet mihi hinc per te abire,hoc est,tu vis,seu pateris me abire. Pro licẽtia est mihi,copia est mihi,facultas est mihi. Et dicimus: Licet mihi esse bonum virũ: & bono viro. Posterius tamen magis Oratorium est.

Profanatum.] Templum dicitur, cũ in eo vel dimicatum est, vel aliquid turpe actum,aut cõmissum,à profano,as. Prophanatio. Scribitur etiamnum cum aspiratu.

Obiurgare.] Est valde arguere,reprehendere,vel aliquẽ clamare. Hinc obiurgatio,& obiurgatrix epistola,obiurgatiũcula.

Libri Nehemiæ, hoc est, Esdræ secundi FINIS.

ESDRAE TERTIVS INCIPIT.

CAPVT I.

Phase.] Hebraice, Latine transitus dicitur. Item Paschа,æ, vel Paschatis. Phasea idem,nomen viri I.Esd.ij. Phaselida,transitus vel claudicatio natiuitatis. Nomen loci I.Machabæorum decimo quinto.

Assare.] Proprie tabulare est. Est et igni torrere,vt hic loci. Hinc assus,a,um & assatura. Itẽ assa vox, eyn stym̃ allein,sine alijs fidib.

Emola.] æ,puto legẽdum ahenula, hic pro coculo & olla ænea accipitur. Nam coculum vas est æneum, coctionibus aptum. Plautus: Aeneis coculis excocta est mihi omnis materia. Alias non memini me legisse, nisi hoc loco. Si quis certius quid repererit, communicet candide rogo.

Abiicio.] is,significat à se lõge iacere,reijcere,vilipendere. Vnde abiecti,viles ac contempti dicuntur,abiectio. Abijcere spẽ,abijcere animum. Abiectus,a,um

Euphrates.] Penul.lõga,fluuius e paradiso exonerans. Item fluuius Mesopotamiæ per Babylonẽ fluitans in Tigrim. Ambo in Armenia maiore oriuntur.

Vita fungi.] Est mori,e viuis excedere, mortem obire,&c. Naulum Stygio Charonti soluere,fato concedere, &c.innumera.

Lamento.] as,& lamentor,aris, est voce querula, tristique oratione damnum, ac dolorem testari. Hinc lamentatio,& lamentabile. Vergilius: Troianas vt opes,& lamẽtabile regnum.

Mulctare.] Est punire,condemnare,dicitur & mulctari deponentaliter. Hinc mulcta,solutionis pœna est. Varro autor lib.nono hoc vocabuli non esse Latinum, sed Sabinum. Scribitur & absq; c,multa,tæ, vt multam dicere,multã irrogare. Remittere multam. Multo, as, vel mulcto, as, vt mulctare capite,pecunia. Terentius: Ipsum dominum atq; omnem familiã multauit vsq; ad mortem. Patria mulctabor,id est,priuor. Vergl. Multatius,a,um,multatia pecunia.

Alligo.] is,pe.cor.est ad aliquid,vel iuxta ligo,colligo,circumligo. Hinc adligatio. Adligatus,a,um.

Areola.] Diminutiuum ab area.

Trãsmigro.] as,est vltra ad habitãdũ eo, hoc est,in lõgioris loci habitationẽ muto,et cor.pe. Hinc transmigratio,transmigratus.

Periuro.] as,est idẽ q̃d peiero, pe.cor. quod est falso,& animo fallendi iuro,seu iuramentum infringo. Hinc periurus,a,um,q violat,& periurium est iusiurandum violatum. eyn meyneidt,eydbruch,falscher eyd.

Sabbatizare.] Est Sabbatum obserua-

re,et

re, & ferias agere. A ſabbatum, & ſabbatiſmus. Sabbati dicuntur duo milia paſſuum.

CAPVT II.

Quotquot.] Omnis generis, indeclinabile, id eſt, omnes qui, plural. tãtum. M. Iacobus Horlinus: Nõ tot Rhenus aquas, non tot habet Hiſter arenas, Quotquot fallaces ſunt modo in orbe doli. Quid dici poteſt verius hac tẽpeſtate Climaterica?

Mithidatus.] Pe. pro. puto legendũ Mithridates, vt ſuperius dictum eſt, q̃d duo fuere hoc nomine. Alter rex Ponti. Alter q regi Mithridati Brutię epiſtolas collegit. Et interpretatur explorans, vel contemplans legem, aut ſoluens legem ſiue mortis dominium, filius Gazabar I. Eſdr. I. forte hoc loci Latino more inflectitur Mithridatus, ti.

Libatorium.] ij, vas quo libatur, hoc eſt, libamentum offertur, à libo, as, are.

Athiſce.] Vaſa ſunt potatoria: vnde deriuetur id vocabuli mihi nondum exploratum eſt: tametſi multos conſulerim Dictionarios. In Græco Lexico legi ἀσκός, p vtre, an ab eo aſciſca, vt quidam ſcribunt, plane ſum neſcius. Item lego & ἀθύσω, id eſt, miſceo, num hinc maneat, ambigo. Tu lector ſagacius augurare expiſcareq;. Si inueneris aliquid certius, candide communicato.

Hydria.] æ, vrna ad capiendum aquã. Plautus aqualem vocat. Hinc aqualiculus, eyn ſeuutrog. Metaphorice venter pinguiculus.

Rathimus, & Balthemus.] Propria nomina ſcribarum, mediam corripiunt. Item Balſamus, Mithridatus, Sabellius.

Ab accidentibus.] Qui vel quæ accidentia ſcribit, hoc eſt, cui datum eſt, vt occurrentia literis mandet, vt hoc loco. Hic loquendi modus in ſacra ſcriptura frequentiſſimus eſt. Sunt qui adſerant huiuſmodi dictiones indeclinabiles et communis generis eſſe, vt à batis, ab extis, à commentarijs, à caliculis, à poculis, à pedibus, à reſponſis, à ſecretis, &c. Ego autem duas eſſe dictiones cõtenderim Neſtore teſte, p̃poſitionem ſcilicet & nomen: quod hac etiam autoritate comprobamus. Cice. ad Attic. Nec vllam aliam ob cauſſam ſeruum à pedibus meis Romam miſi. Nam ſi vnica dictio (vt iſti volunt) à pedibus accuſatiui hic caſus eſſet: dixiſſe debuerat Cicero meum: non meis, vt adiectiuum cum ſubſtantiuo concordaret, cum vtiq; cõgrue ſic loqui potuiſſet: ſeruum meum à pedibus Romam miſi. Placet ergo vt duæ dictiones ſint, & ſub duplici accentu pronũcientur, & vbi ſubſtant. non ponitur, ſubaudiatur ſeruus. ſ. vel miniſter, ſerui vel miniſtri, ſeruo vel miniſtro, prout expoſtularit ipſum verbũ, à quo regitur. Hactenus ille.

Refuga.] æ, penultima correpta, qui aliorum dominium fugit. Eſt & refugus, a, um, quod eſt recliue, ac reiectum. Sidonius: Capitis apex rotundus, in patulum à planicie frontis verticem cæſareis refuga criſpatur, id eſt, in frontem reiecta.

Pendo.] is, ſignificat hoc loci, ſoluo. Hinc dicimus, pendere pœnam, qui ob delictum pecuniam ſoluit. Et penſum abſoluere, eſt negotium conſummare, & finire. Nam penſa ſunt manipuli lanæ, vel lini, quę ex colo pendent, atque fuſo trahuntur.

Admonitio.] Vſu genere dicitur fœminino, eſt & venuſtius, vti omnes Neoterici hoc æuo vtuntur. Maſculino vſus eſt Cicero de Fin. bonorum, & malorum lib. v. Vt acrius aliquanto, & attentius de claris viris locorum admonitu cogitẽ, id eſt, admonitiõe: hic pro literis admonitorijs ponitur. Ab admoneo, es, admonitus, a, um.

Aeuum.] Græce ἀιών. i. ſęculum proprie tempus, & ætas longa ſiue perpetua. Inde æuitas, & æuiternus ſecundum Priſcianum, quod per ſyncopã ætas, & æternus dicitur. Hinc longæuus, coæuus, æquęuus, grandæuus, & primæuus.

CAPVT III.

Vernaculus.] la, lum, dicitur omne quod domi noſtræ naſcitur, vel quod in patria noſtra eſt. Hinc lingua vernacula, à verna, næ, quod eſt gene. communis. Vernula dimin. vernilis, le, kenthtiſch, lotteriſch.

Purpurati.] Vt hic, ſunt hi q apud principes dignitate anteeunt. Cicero lib. I. Tuſ. Aulici purpurati.

Prætor.] oris, pen. pro. in obliquis. Iuuenalis Satyra I. Nobiſcum da prætori, da deinde tribuno. Et prætores dicti ſunt omnes qui præſunt exercitui, vt dicit Aſconius Pædianus: & ſic dicti, quod præirent, & anteirent iure in exercitu, vt ait Varro. Nam prætoris proprium fuit ius dicere. Hinc prætura, prætorium, alias Auguſtale. Prætorius, a, um, vt prætorius vir, prætoria porta. Prætorianus, prætoriani milites, & prætoria cohors. Præfectus prætorio, der hoffmeiſter.

Cidaris.] Inſigne pontificis eſt, corona & ligamentum capitis, hoc eſt, diadema, regis indicium, Græce κίδαρις, ſiue κιταρίς, regium pileum eſt, & amiculum.

Torques.] Et torquis generis dubij, circulus aureus eſt, flexilis & obtortus, & eſt colli ornamentum, generis maſc. & fœmini.

Hinc

Hinc torquatus,a, um. Torquatus Romanus quidam, Titus Manlius.

Ceruicale.]Per Apocopē ceruical,significat ceruicis sustentamentum,& munimentum.Martialis:Tinge caput nardi folio, ceruical olebit,eyn haupt kussen.

CAPVT IIII.

PRecello.] is, est excedo & antecedo, à cello, quod olim pro cædo sumebatur. Hinc præcelsus,a,um,præcellens & præcellentia.Sed percellere aliud significat.

Jugulo.] as, significat iugulum cædo, seu soluo.Et non solum de gladio,sed & de morbo dicitur. Transfertur ad inanimata. Martialis: Scelus est iugulare falernum, id est,vinum abligurire,ingurgitare,profunde se Iurconum more.Hinc iugulatus,a,um.

Prædor.] ris,à præda fieri Varro docet, & habet vtramque significationem. Legitur & prædo,as.Hinc prædo,onis,& prædator idem. Prædaceus & prædaticius,a,um. Deprædor,aris,compositum.

Extermino.] as,est extra terminos mitto,aliquando est demoliri,vt habetur Matthęi sexto.Exterminant facies suas.Hinc exterminium.

Plebs.]Vel plebes idem quod vulgus, hoc est,vilior pars populi.Hinc dimin. plebecula,& plebiscita.Plebeius,a,um.

Obaudio.] is, est auditum postergo. Etiam de re turpicula dici inuenitur. Ponitur interdum pro audire, seu obedire, vt hoc loco.

Diffamo.] Pen.pro. est per diuisas partes famam diuulgo, hic in bonam partem, alibi in malam sumitur. Hinc diffamatus,a, um, & diffamatio. Diffamare est fama extendere.In hoc sensu D.Augusti. & Apuleius vtūtur iiij. Asini aurei. Et salutis communis admonens diffamat incendio repentino domum suam possidere.Cęterum quod Lucæ xvi.legitur,villicus diffamatus est, Græcis est διεβλήθη, hoc est,delatus est,à διαβάλλομαι.Item I.Thessal.primo, legitur sermo domini diffamatus est, Græce habetur ἐξήχηται, id est,exsonuit,pertonuit,siue ebuccinatus est,vt admonet Laurentius Valla.

Allicio.] is,significat attraho. Etiam in secunda cōiugatione offenditur alliceo, es, in eadem significatione.Hinc allecto,as,frequent.& allicefacio idem.Allectus.a,um.

Remitto.] is, proprie est retro mitto. Aliqñ rursus mitto. Interdum pro simplici mitto.Nonnunq̄ relaxo. Hinc animum remittere dicimus,à quo remissio. Interim cō cedo,condono,dimitto.Item demitto, relinquo.Item interimo.Postremo significat cessio.Hinc remissus,a,um,& remissio.

Alteruter.] utrius, est quis e duobus, siue alter ex duobus. Cicero in Verr. Video necesse esse alterutrum, vvederer duvvilt von zvveyen.

Benignus lego.] Non benignor verbum,vt hic. Item benignitas, benigniter & benigne aduerbia.

Immunis.] nis,q liber est ab onere dicitur publico, hoc est, quì nullo officio fungitur, qui vel ætate, vel alio priuilegio præstare munia non tenetur. Hinc immunitas, exemptio & vacatio muneris & officiī est.

Expers.] Id est, extra partem, vel sine parte,& ponitur pro ignaro rudiq̄.Interdū pro stupido,qui non sentit,vt expers doloris,mortis,lucis dicimus.

Sacrarium.] ij, locus in templo facer, & quo sacra reponuntur, aliī sacristiam barbare appellant.

Vstulare.] Non hostilare legendum cē seo, ab vro, is, à quo aliud frequentati. vsto,as.Pacuui.Candenti ferro crines vstulare.Liuius: Pauci semiustulati venere in potestatem.Vstulare capillos.Hinc vstrina,eyn schmeltz offen, non tñ carpo translatorem.

CAPVT V.

NIsan.] Primus mensis est anni apud Hebræos,apud nos Aprilis, vel Martius. Vide Eucherium Lugdunensem Episcopum.Explicaui alias.

Edico.] is,significat iubeo, pronuncio, decerno.Hinc edictum.

Subiugale.] Est animal sub iugo positum,eo quod onera ferat.

Mna.] Græca dictio, Latine mina, libra,& genus ponderis siclos habens lx.Alibi expositum est.

Scenopegia.] orum,sine h scribitur,festum est tabernaculorum.

Neomenie.] arum,Latine nouilunium dicitur,cuius prima dies erat festiuus, & sacer. Hinc ad Neomenias Latinas fieri dicimus,quod nunquàm fitificut ad Græcas Calendas,adagiones sunt.

Carrus.] ri,vel carrum, vehiculum est, & currus quatuor rotarum,quod currendo sonitet atque crepitet. Hinc carruca & carrucarius,ducens carrum,auriga.

Rates.] Proprie connexio ttabiū est, quæ per aquā ducitur: & pro naui sæpenumero capitur apud Poetas,eyn floisz.

CAPVT VI.

SVbregulus.] Qui sub rege est, & vicem regis gerit. Satrapam rectius nun-

cupandum æstimo.

Sodales.] Eiusdem collegij sunt. Hinc sodalitas & sodalitium, est collegium solum sodalium: socij eiusdem sortis, comites itineris, conuiuatores mensæ. Hinc distichon elegans, cuius autor me clam est. Quicquid apud cyathos lepidi effudere sodales. Mensa digressos non meminisse decet.

Structor.] Qui aliquid ordinat, ponitur & pro cellario, qui instruendæ mensæ, & cibi curam habet, à struendo, i. ordinando, & componendo, qui cultello scindit in frustula. Martialis: Et quæ nõ egeant ferro structoris ofellæ, eyn vorschneyder speyss zerteyler. Vñ structura, structilis, le. Struo, vt aciem struere, insidias, dolos, focum struere. Composita transeo.

Materia.] Et materies, est qua aliquid fit, vt materia libri, membrana & atramentum. Materies domus sunt, lapides, ligna, calx. Hinc materiarius, & materialis, le.

Suffrago.] as, pe. pro. & suffragor, aris, significat adiuuo, fauorem fero, adstipulor, subscribo. Verg. Copia me perdit, tu suffragare rogatus. A fragor, aris, quod non est in vsu. Hinc suffragium.

Quam.] Cõiunctio electiua, sic debet scribi, cum accentu graui, super à: non sic q̃, vt malo esse bonus, quàm videri, malo esse doctus, quàm pecuniosus.

Exacerbare.] Valde acerbare, vel aspere turbare. Hinc exacerbatio. Exacerbatus, a, um, exacerbesco, ab acerbus, a, um, omnia.

Exinde.] Id est, propter hoc, quaproter. Dicitur & exin, deinde, pinde, proinde, subinde composita ab inde.

Bibliotheca.] æ, repositoriũ est librorũ.

Menianum.] Hinc mœnia, orum, ædificium est porrectum exterius, sic dictum, à Mœnio, de quo speculatur. Porphyriõ scribit, Mœnium scurrilitate notissimum. Hinc summœniana meretrix dicitur, quæ sub fornicibus, & mœnijs moratur: hæc & nonaria, argentaria, & diobolaris dicitur, & multa alia sortitur nomina.

Impendiũ.] Dicitur impensa, ab impẽdendo ære. Etiam expensa.

Veratio.] A vexo, as, quod est, agito, rapto, molesto, & huc atq; illuc distraho. Hinc vexator, & vexatrix, vexatus, a, um.

CAPVT VII.

Sacrosanctum.] Dicebatur quod iure iurando interposito erat institutum: vt q violasset, morte pœnas penderet. Dicitur & sacrosanctus, vt sacrosancta ecclesia.

Adar.] Hebraice Februarius, apud nos mensis duodecimus est. Vide Eucherium.

Obsequor.] eris, est alterius voluntati morem gerere, inseruire, obsecundare. Hinc obsequutus, vt hic. Obsequela, & obsequiũ. Terentius: Veritas odium parit, obsequium amicos.

Epulans.] Est conuiuans, ab epulor, aris, quod conuiuari est. Hinc epulum, & læarum, & epulones, epulare sacrificium: & epulatorius, a, um. Epularis, e.

CAPVT VIII.

Obuenio.] nis, est obuiam, vel cõtra, vel corã venio. Est etiã cõtingo. Hinc obuenit impersonale, significat fere quod euenit. Hinc obuentio.

Gazophylatium.] Repositorium, opum, & thesaurorum est, quod Persæ gazas diuitias appellent. Hebraice Corbã, vel Corbona, Latine ærarium.

Taxatio.] Precij æstimatio est, à taxo, as, frequentatiuo à tango, gis, quod est precio æstimare. Hinc taxatores, à scenicis dicũtur Festo teste, qui alterutrum maledictis tãgunt. Taxa, æ, puto esse barbarum vocabulum. Sed tax Plautina vox, significat percussionem, factitium nomen à sonitu.

Indictio.] Proprie spaciũ xv. annorũ, quod indicebatur, vt tribus lustris, tributa toto orbe Romanæ rei soluta essent. Hic pro mãdato indicto, & præcepto videtur sumi. Hinc indictiuus, a, um, vt indictiuę feriæ, gebotne feirtag. Indicta caussa condemnare, vnverhorter sach verdammen.

Irrogare.] Est inferre, infligere, vt: Hic irrogauit mihi iniuriam, damnum, ignominiã. Hinc dicimus irrogare vectigal, irrogare mulctam, irrogatio, irrogatus, a, um.

Obicio.] is, est ante ponere, ante iacere, porrigere, offerre. Hinc obiectio, & obiectus, a, um. Item obiectum Philosophi vsurpant pro omni eo quod cerni potest, & oculis obijcitur. Vt obiecta mouẽt potentiam. Hinc verbum obiecto, as, frequentatiuum.

Arbiter.] Iudex non à lege, sed ab ijs, q litigant, electus: q totius rei habet potestatem. Aliqñ speculator dicitur. Inuenitur & arbitra. Ambrosi. lib. I. Offici. Conscientiam arbitram dixit. Hinc arbitrium, vt liberum arbitriũ, seruum arbitriũ. Arbitrarius, a, um.

Plecto.] is, significat punio, ferio, vt: Inconsideratos plectit deus, hoc est, improuisos. Xenophon autor.

Multatio.] Et mulcta solutionis pœna est pecuniaria. i. dãnatio & punitio: à mulcto, as, vel ctor, aris. Dictum alias.

Abductio.] Est alienatio, vel abstractio,

ctio,vel à persona,vel à loco,ab abduco, ducis. Hinc abductus,a,um.

Opitulatio.] Ab opitulor,ris,q̃d est adiuuo,auxilior,opem fero,hoc est,auxilium. Hinc opitulus & opitulator Iupiter dictus, quasi opis lator. Et proprie in rebus dubijs, & malis dicitur, ab ops, quanq̃ in nominatiuo non vsurpatur,in obliquis tamen, et cõpositis,vt inops consilij. Inops animi.

Portio.] Quasi pertio, significat partem. Hinc dimin. portiuncula, & proportio est duarum rerum inuicem facta comparatio. Portiales sunt eiusdem portionis,qui vnam partem populi sequuntur,quasi partiales. A quo proportio,Græce analogia.

Tutela.] Est ipsa potestas à iure ciuili data,ac pmissa, ex qua ipsi tutores nomẽ acceperũt. Hinc tutelaris diuus, quẽ aduocatũ dicimus. Item tutelare numẽ. Tutor, vt nefis mihi tutor. Tutorius,a,um. Tutanus pe. pro, deus q hoies tueri putabatur. Var. Tutanũ oẽsqui Romæ laborant inuocant deũ. Tutelina dea. Idem: Tuã fidem Tutelina inuoco,quæ adesse mortalibus soles. Hanc D. Augustl.iij.de Ci.dei cap.viij. præesse frumentis collectis atque reconditis scribit, vt tuto seruarentur. Idem Nonius Marcellus.

Compos.] Dicitur qui habet, vel assecutus est aliquid,vt: Sum voti compos,& animi. Impos vero qui non potest aliquid, vt impos mentis, insanus est. Compos victoriæ,animi,rationis,voti.

Aeramentum.] ti, æs est, seu ex ære factum vt pecunia. Item vas æneũ,vt hic. Vnde multa ab ære,vt æs alienũ contrahere,cõflare. Aes alienum dissoluere,vel exonerare. Cõtra æs nostrum. Sum in ære tuo, æreus,a,um. Ahæneus,a,um. Aerariũ sanctius. Aerarij milites. Aere diruti. Aero,as,verbum primæ coniugat. Obæro & subęro. Subæratũ aurę,& obęratus,æruscare. M. Iacobus Hor. Aere licet tenui constet iam musa Maronis, Sic Cicero digitis notior ipse licet. Nõ tñ id curans sectatur stulta iuuentus,Otia dormitans tempus inane terit.

Pastophorium.] Domicilium pastophororum est, hoc est, sacerdotum. At alij pro thalamo nuptiali accipiunt. Pastophorus,eyn zunam Veneris. Latine Thalamifera. Item sacerdos qui pallium Veneris portabat. Pastophorium cubiculum sponsæ.

At.] Cõiunctio causatiua varie vsurpatur. Hoc loco vt.i. postq̃. Dicimus quoq; vt vales,hoc est,quõ vales. Est & aduerb. similitudinis, nonnunq̃ tẽporis, vt vidi, vt redires aliqñ,vt desint vires,tñ est laudãda volũtas. Aliqñ ne non. Dies mihi vt hic satis sit, vereor. Vt vt,vtcunq;. Vti: Vtiq; certe. Vtputa,als namlich,vtpote,als oder dan.

Ingeniculans.] Hic pro genua curuãs aut flectẽs videtur capi. Nunq̃ legi apud probos autores. Sed ingeniculatũ,pro cœlesti signo apud Victruuium lib.ix. bene legi. Pes ingeniculati,& genu nixum,eiusdem significationis apud Ouidium. Qui medius nixique genu,anguemq; tenentis. A genu,geniculũ dimi. Itẽ geniculũ nodulus stipulæ,calami. Vñ geniculatus,a,um, & geniculatim aduerb. Ingeniculor, ris, ich biege dye knie.

CAPVT XI.

Hybernus.]a,um,q̃d est hyemis,vt glacies hyberna. Hinc hyberna, & hybernacula, dicũtur loca ad hybernandũ parata, alij stuffas barbare vocant. Item vbi milites hyeme stationem faciunt. A quo hyberno, as,& hyemo,as,hoc est, hyeme stationem facio. Hybernia insula,vulgo Irlant.

Lito.] as,est sacrifico, facto deos placo, votũq; impetro. Plini. in pfatione naturalis histo. Qui thura non habent, saltem mola salsa litent. Nec eos dij aspernãtur. Etenim: Munera non flectunt, sed pia corda deum, autor mihi ignotus est monostichi huius.

Una.] Aduerbium acuitur in fine ad differentiam ablatiui nominis vnus, significat simul. Explicatum alibi fusius.

Cõmoratio.] Est habitatio,à cõmoror, ris,pe.cor.q̃d est maneo, & firmã habitationẽ habeo. Alia cõposita,demoror,immoror fere idẽ pollẽt. Hinc immoratio. Remoror actiuę significati. Vt remorari lotiũ. Vñ remora pe.cor. piscis est,Grę̃ echeneis dicit.

Tribunal.] Locus est excelsus iudicis, qui ius ferebat,& sedes iudiciaria, Græce lithos stṙtos,Hebraice Gabbatha dicitur, in Euangelistis,vita comite,explicabo.

Prefero.] fers,est ante fero. ppono. Itẽ pnũcio,siue ostẽdo, p me fero,platus,a,um.

Sabaoth.] Nume. plural. & ge. fœm. interpretat militiarũ, vel exercituũ,siue virtutum. Vnde dominus Sabaoth dicitur.

Absoluo.] is, significat perficio, finio. Itẽ est parcere,& precio dato dimittere,liberare. Item euadere, expedire. Plau. Te absoluã breui. Hinc absolutio. Et absoluere pensum dicimus, vt horarum pensum absolui. Absolutus,a,um. Absolute aduerbium.

Tertij Esdræ libri FINIS.

ESDRAE
LIBER QVARTVS.

Caminus.] Pen. prod. fornax dicitur. Vergilius: Ruptis flammam expiare caminis. Sumitur & pro structura quæ fumũ excipit: Græci tamen primam acuunt, sic κάμινος, nos fœminini generis pro fornace, & parte quadam nauis.

Abalieno.] as, significat remoueo, abstraho. Hinc abalienatus, a, um, dicitur, quẽ quis à se remouerit & amandarit. Alienatus vero, qui alienus factus est omnino.

Calcaneus, vel um.] Vtroq; modo dicitur, pro parte posteriori pedis imi, Teutonice, die vers. Vergilius: Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Corruptela.] æ, à corrũpo deducitur, quod est contamino. Hinc cõtaminatio est corruptela & corruptio.

Paulatim.] Aduerbium intendendi, significat sensim, quasi cũ meditatione, & sensu. A paulus idem quod paucus. Hinc paulisper, paulum, paululum, pauxillum, pauxillulum. Diminutiua sunt à parum.

Leuiathan.] Vt inquit D. Hieronymus, Iudæi dicunt draconem magnum fecit deus, qui dicitur Leuiathan, & est in mari. De hoc apud Esaiam latius reperies.

CAPVT VII.

Altus.] a, um, participium potest esse, ab alo, is, & nomen quo significabatur superior pars & inferior. Hinc altitudo, nomẽ est mensuræ. Vnde dicimus, altum cœlũ, & mare altum. Et altum vocamus profundiorem maris partem, & à terris remotiorem, vt in Euãgelio: Duc in altũ. Per Metaphorã pro excelso, & glorioso, & pro veteri & magno. Hinc cõposita altitonans, altisonus, a, um, altiuolans, omnia corripiũt penultimã.

Solummodo.] Aduerbi. remittendi, idem significans, quod tm̃ & tantummodo.

Magnopere.] Aduerbium. i. valde, vehementer, item maximopere, et maiorem in modum.

Cogitamen.] Et cogitamẽtum, vel cogitatio, idem sunt, à cogito, as, quãdo mens plura in vnum cogit, vnde eligere possit. Hinc cogitatiuncula, cogitabundus, a, um, et cogitatim aduerbium pro cogitare.

Circumuentio.] A circũuenio, is, quod in vna significationũ, decipere, seu tehnis inuoluere est, hoc est, deceptio, & impostura, insidiæq;. Hinc circumuenior passiuũ, q̃ vtitur Orig. super Matth. Vt non fallamini, vt non decipiamini, vt non circumueniamini.

Sponsio.] Non solũ promissio est, sed etiã actionis genus. Caper: Religione sancitur fœdus, at sponsio pœna. Paulus iurisconsultus sponsionem uocat oẽm stipulationẽ, promissionemque. Hinc dicimus: Sponsioni non deesse iacturam. Nam sponsionis comites sunt, lites, et æs alienum. Plin. teste. Vide Paræmiographum in Chiliadibus.

Appareſco.] is, ab appareo, es, videtur deduci, idemq; significat, hoc est, videri, & de improuiso se ostendere, liquere. Hinc apparentia, & apparenter aduerbium.

Spiramentum.] Est per q̃d exit spũs. Spiraculũ idem. Verg. in Georg. lib. iiij. Nec quicq̃ in tectis certatim tenuia cæra spiramẽta linunt. Idẽ: Sæui spiracula ditis. A spiro, as. Hinc spiritus, us, spirabilis, le. Composita: Adspiro, à quo aspiratio. Conspiro, cõspiratio in bonam & in malã partẽ sumit. Expiro, respiro, suspiro, suspirium, ij̃, osus, a, um.

Munificus.] a, um, olim cõsentiens ad ea, q̃ amicus voluit, appellabat, nũc pro liberali ponitur. A quo munificentior & munificentissimus, & munificẽtia, liberalitas, munifice.

CAPVT VIII.

Coram.] Aduerb. figni. gegẽvvertig, & tm̃ ad psonas refertur. Barbari autẽ dicũt p̃sentialiter, et ore tenus. Ore tenus eñ valet vsq; ad os, &c. Est & p̃positio differens, à palã, q̃d hoc ad psonas, illud ad oẽs refert.

Plasmatio.] Melius plasma, hoc est, figmentum. Nam plastes, fictor est, siue figulus. Dictum quinto capite huius libri.

Lapsus.] us, est ruina, hic pro erratu capitur. Dicitur & lapsio idem, à labor, eris. Hinc ironici versus: Est aliquid magni barbam tractare prophetæ. Dicere sed volui (lapsa est mihi lingua) poetæ. Helius Eobanus Hessus autor in Aeglogis.

Precatio.] Est Latine & eleganter, q̃d nos orationem dicimus. Orationẽ pro precatione Christianorum vsus recepit. Oratorem pro deprecatore nemo veterum, quod sciam, ausus est dicere. Hinc preculæ & precatiunculæ deriuantur & precamina. Precatorius, a, um, & precarie aduerbium.

Figmentum.] Quod factũ est, à fingo, is. Aliq̃n dicitur mendacium, & simulatio.

Restat.] Impersonale, significat superest. Ouid. x. Metamorph. Vtq; securi. Saucia trabs ingens, vbi plaga nouissima restat. Aliquando significat in loco stare. Terentius: Hic me nunc credit aliquam sibi fallaciã portare, & ea me hic restitisse gratia.

CAPVT IX.

Cruciamentũ.] Est idẽ q̃d cruciamẽ, cruciatus, & cruciatio, à crucior, aris.

Curiosus.] a, um, à multa cura dicitur, siue in bonũ, siue in malũ. Est igitur curiosus, qui

qui multum, siue diligenter aliquid curat. Contrarium: incuriosus, a, um, curiose aduerbium, & incuriose.

Acini.] Penult. cor. inter fructus minutiores, arborum, fruticumve densius nascuntur, vt vuæ, grana hederæ, sambuci, tribuli, mali punici grana, &c.

Botrys.] Dicitur racemus integer vuæ, qui & botryon, & botrus. Hinc botryllus diminuti. id est, paruus botrus.

CAPVT. X.

Thalamus.] mi, coniugis est vtriusq; cubiculum, hinc Epithalamium, est carmen nuptiale. Thalamegos eyn besunder gattung eyns schiffs à Ptolemæo Philopatre ædificata.

Profanatum.] Templum dicitur cum in eo vel dimicatum est, vel aliquid turpe commissum à profanor, aris, seu prophano, prophanas.

Psalterium.] Græca vox, Latine organum laudatoriũ dr. Hebraice Nablon.

Hymnus.] Græcum, Latine laus, siue canticum, maxime deorum.

Coruscus.] a, um, est fulgidus, & splendidus, à coruscо, as, quod est non solũ splendere, sed & vibrare. Vergilius: Tum syluis scena coruscis. Hinc coruscatio. Aliqui cum aspiratu scribunt.

CAPVT XI.

Pinnaculum.] Fastigium est, & summitas ædificij in acumen tendentis, siue quod veteres pinnam acutum dicebãt, hoc genus nunc penniculum vocant, der gipffel vff dem gebeu.

Singillatim.] A singulo, idem quod sigillatim, & singulatim, id est, multi separatim, & vnumquodque per se. Horatius per Syncopẽ dixit: Vt veni coram sigilatim pauca locutus.

Subalaris.] Et hoc re, quod sub alis est. Vnde scribit Lampridius Heliogabalũ solitũ fuisse in acubitis habere plumas subalares. Dicuntur etiam equites quidam alares, ab ala.

Læua.] æ, manus est siniſtra, quàm Græci σκέαν vocant. Hinc læuus, a, um, vt Læua auspicia. Vergilius: Si mens nõ læua fuisset. Hinc læuorsum. Nam cum de cœlestibus rebus loquimur, significat prosperum. Sed cũ de humanis, contrarium.

CAPVT XII.

Aquila.] æ, aquis ab aquæ colore, siue ab acute videndo dicta, à Chaldæis, vt refert Albertꝰ Mag. atuorax, à Græcis ἀετός. Hinc aglinus, a, ũ, pe. prod. vt oculi aquilini.

Supersum.] Significat affluo, abundo. Interdum præesse, & reliquũ esse. Aliqñ superstitem esse. Nonnunq̃ vincere, superiorẽ esse. Interim est superfluũ esse. Item durare. Demum defendere & aduocatum esse.

Citatus.] a, um, vocatus, celer. Apuleius: Citato, non testudineo gressu. Item citus etiam celer dicitur, vt citis quadrigis. Adagium quo velocitas significatur. Cito aduerbium. Citius, vt dicto citius.

CAPVT XIII.

Framea.] æ, pen. corre. ab aliquibus exponitur pro lancea, siue hasta. Iuuenalis: Et Martis frameam, & Tyrrhæi spicula vatis. Germanorum telum.

Subito.] Aduerbium temporis, significat repente, statim, cito. Martialis: Nam subito collapsa ruit. Adagium: Subito alius. Item subitum remedium. Vide prouerbia Erasmi.

Excessum mentis.] Græci ἔκστασιν, id est, stuporem vocant, qui (Augustino teste) fit, vel pauore, vel aliqua reuelatione. Hinc Ecstaticus, a, um, pen. cor.

Alterutrum.] Alteruter, quiuis e duobus, siue alter ex duobus, vt: Diuisi sunt alterutrum à fratre suo. Explicatum alias etiam Germanice.

CAPVT XIIII.

Quercus.] us, dicitur id genus arboris, quod graue fit, ac durum, & etiam in ingentem euadit amplitudinem: tam masc. quàm fœmi. gene. Cicero: Ibi quercorum rami ad terram iacent. Hinc quernus, & querneus, & quercicus, a, um, omnia possessiua à quercu. Item querquetum, seu quercetum, locus vbi consitæ sunt quercus. Adagium: Sub alia quercu quære. Et aliam quercum excute. In eos conuenit qui sine fine petunt aliquid. Aut qui continenter ab eodem mutuum postulant. Item satis quercus. Vide Adagia Erasmica.

Rubus.] bi, sentis genus, mora agrestis. Horat. lib. I. ca. Seu virides rubi. Hinc rubetum locus ruborꝫ in quo rubi sunt. Serenus corripuit. Manditur apta rubus, gingiuis & bona labris, eyn bromer busch. Hinc rubus caninus, eyn hagendorn.

Palam.] Aduerbium, ad omnia refertur, & significat manifeste, & coram pluribus. Hinc propalam eiusdem significatiõis. Hinc palam quæstum facere, dicuntur non tantum prostibula, sed & caupones, & hospites meritorij. Aliquando casum habet. A propalam verbum propalo, as, pen. correpta, id est, manifesto, publico.

Buxus.] xi, arbor exigua, semper virens & tonsilis. Semen seu viscum eius, cartegon nominant. Hinc buxeus, a, um, quod ex buxo est. Et buxeta, loca buxis consita, & buxolus, Græcis πύξος dicitur, qui π plerũq; in b. conuertunt, vt buxeum cochleare, & buxea pyxidicula.

CAPVT XV.

Charta.] æ, cum ch. aspirato, est eñ dictio Græca, & proprie fit ex papyro, apud Græcos vero pro eo poni consueuit, q̃d nos librum dicimus. Ouid. iñ. lib. Trifti. Nullus in hac charta versus amare docet. Hinc chartula, & chartaceus, a, um, & chartophylacium, id est, scrinium chartarum. Dicitur & chartarius, a, um, vt munus chartarium. Charta virgo quæ nondũ peperit prolem. Item chartæ lusoriæ, kartenspiel. Chartularius, eyn papyrer. Chartophylax custos chartarum.

Vredo.] Pe. prod. morbus herbarũ, fruticum, arboꝝq;, qui in vitibus carbunculus dicitur & in frumentis rubigo. Aliqñ significat incendium, ac pruritum. Vstrigo idem.

Grando.] Gutta aquæ in aere congelata. Hinc grandinosus, a, um, & grandinatus, a, um, vt: Grandinata est vinea, fruges grandinatæ.

Ρόμφαια, Romphæa.] Scribendum est in penul. cum æ diphthõgo, & in principio cum rh. ideo non corripit mediam, quanq̃ Valerius Flaccus lib. vi. contra diphthongi naturam corripuerit, dicens: Aequaq; nec ferro breuior, nec rhomphea ligno, genus est gladij, forte licentia poetica vsus.

Eurus.] ri, ventus est ab oriente flans, & calidus. Græci appellãt Apelioten, quod à sole spiret, Latini Subsolanum. Versus vulgaris, quatuor ventos principes describens, & cœli plagas. Sud Notus, ost Eurus, Zephyrus vvest, flat Boreas nort. Si de ventis plura desideras, legito Christophorum Landinum super Odas Horatianas.

Draco.] Animalis genus venenosissimi, atq; notissimi, dictus à δέρκω, q̃d est aspicio, video. De hoc Plin. plura lib. viij. Hinc draculus diminu. Et dracæna, quæ & draca draconis fœmina, & dracontium herba sic dicta, eyn drach, vergifftiger schlang.

Carmonij.] Nunquàm legi nisi à Carmone, luco in Messenia, & templo Apollinis in Laconia, & Archadia flumine, deduci velis, & monte in Peloponeso'. Sed Carmanij bene legi populi ex Carmania regione maioris Asiæ, qui Pomponio teste, sine veste, ac fruge sine pecore, ac sedibus, corꝝs piscium vestiuntur. Itẽ legi Carmon in interpretationibus noĩm Hebraicoꝝ, Chal. Græc. Lati. quod interpretatur quasi malũ granatũ, vel vinea doloris, siue fortitudinis.

Nimbus.] Repentina, & præceps pluuia est, teuto. eyn plotzregen. Ponitur pro vento. Facile probarem, sed multa ob breuitatem prudens transeo, ne lectori sim molestus. Aliquando pro nube accipitur. Hinc nimbosus, a, um, nimbifer, a, um, & nimbatus, a, um, omnia probæ voces.

CAPVT XVI.

Vęh.] Coniunctio disiunctiua, vt dies est, væ nox. Interdũ habet vim augendi, vt vetus, vehemens. Aliquãdo vim diminuendi, vt vegrandis, veiouis, i. paruus, minutusq;, & paruus Iupiter. Habet & vim priuatiuã, vt vecors quasi sine corde, absq; prudentia. Sed væh cum h vt hoc loco interiectio est in ꝝs rebus quas execramur, vt væh misero mihi, & scribitur cum diphthongo ob differentiam ve, quæ coniunctio est.

Saccus.] Culeus est. Hinc sacculus, & saccellus diminutiua, quibus significantur marsupia, crumenæ, loculi, testiculi arietini, ascoperæ, vt Politianicis politissimis vtar verbis. Porro saccus cum gemino cc. inquit Nestor, (nam Græcis σάκκος est, scribitur & σάκκιον, σάκος vero scutum significat) Asconius Pædianus, sacci, sacculi, & saccelli. Hinc saccus frumentarius, ordearius, niuarius, vinarius, quo vini feces colãtur. Saccaria, æ, saccoꝝ mercatura. Apuleius lib. I. Asini aurei. Saccariam faciens merebam. Saccellare, ait Ambrosius Calepinus, est vinũ saccis perfusum corrigere. Adagium est: Saccus pertusus, hoc est, dolium pertusum, & inexplebile, quia largitio, vt infit Cicero, non habet fundum.

Cilicium.] A Cilicibus populis dictũ est, apud quos (vt inquit Varro) cilicia primum confecta sunt. Fiunt aũt ex pilis hircoꝝ, atq; caprarum. Hinc cilicinus, a, um, pen. corr. vt vestis cilicina. Ciliciolum diminut.

Funditus.] Aduerbium intendendi, significat omnino, penitus à fundamento. Itẽ radicitus, stirpitus, pen. corripiunt.

Annona.] æ, dicitur quicqd vno anno colligitur ex prædijs, seu filigo sit, seu auena, seu fœnum, aut cordũ, vel aliud simile. Imo omnium obsoniorum est, vt authentici autores prodiderunt, quos facile citarem, ni Laconismo studerem & breuitati.

¶ Libri Esdræ quarti
FINIS.

PRAE-

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI ad Chromatium, & Heliodorum, in Tobiam explicatio.

CVm hic liber nec sit apud Hebræos, nec inter Hagiographa cẽseatur, autore Hieronymo, tamẽ à nobis inter p̃cipua receptus est.

Mirari nõ desino exactionis.] Hoc est, petitionis, efflagitationis, & quasi improbæ extorsionis, ab exigo, is, exactor, oris.

Chaldeo sermone.] Chaldæa lingua fuit vicina, & confinis sermoni Hebraico: ideo vtriusq; peritissimum & loquacem consuluit doctorem D. Hieronymus.

Stylus, siue stylum.] Græce sic συλὸς. cum y Græco dicitur columna, hic pro modo loquendi & dicendi, hoc est, phrasi, & orationis filo capitur, alij sine y psilo scribunt, & mea sententia optime. Dicitur & pertica penulti. correpta. Ouidius libro Fastorum: Pertica suspensos portabat lõga maniplos.

Catalogus.] gi, sermo est, vel scriptura numerum, vel ordinem designans. Hinc pro diuorum albo capitur, quem nos Kalendarium vocitamus. κατάλογος, delectus militum, denumeratio, descriptio, enumeratio, recensio. Græci etiam τὰ τάγματα καταλόγους vocabant, id est, cohortes, legionesq;. Latini etiam numeros vocãt. Vide posteriores Budæi annotationes in Pandectas. A καταλογέομαι, delectum habeo, numero: καταλογεὺς, est historicus, qui describit & recenset nominatim, καταλογάδην, prosaice.

Secantes.] Hoc est, partiẽtes & in partes diuidentes, à seco, as.

Hagiographa ἁγιόγραφα.] Id est, sancta scripta, siue sanctorum scripta, quæ proximæ sint autoritatis. Cum illa tribuantur deo, hæc sanctis.

Memoro.] as, est ad memoriam reduco. Dicitur & memoror, aris, deponen. Interdum significat dicere, narrare, exponere, recitare, vt hoc loco. Hinc memoratus est, memoratio, memoria, memoriale, memoriter, & cætera.

Canon.] Græcum est, & significat regulam, à quo canonicus quod est regulare. Et canon interior scuti locus, quo brachia immittunt, lorum scuti in quod brachium cõmittitur, corrector.

Episcopus.] pi, Græca est dictio, ad verbum interpretatur superintendens, ab epi, super, & scopus, intentio, consideratio. Hinc episcopatus, episcopi functio, & dignitas, & episcopæum habitatio episcopi est, statio episcopi, & tabernaculum vt prętorium, & quæstorium. ἐπισκοπή, visitatio, episcopatus. Episcopus, obseruator, speculator, explorator, custos, cuius est inspectio in præsidijs Christi, &c. Vide Lexicon Petri Gillij.

Accito notario.] Id est, vocato, & accersito à libellis. Siquidem notarius à notis dicitur, hoc est, literis, qui per notas quasdam multarum literarum vim habentes, dicta colligit.

¶Præfationis FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM in Tobiam explicatio incipit.

CAPVT I.

THobias.] De tribu & ciuitate Nephtalim, &c. interpretatur bonus dominus, vel bonitas dei verius. Nam Thob bonum, seu bonitas dicitur. Et sine aspiratione scribitur apud Hebræos.

Sephaeth.] Sephath sonat speculam, siue cooperimentum, Chananæorum locus est.

Naason.] Nomen est hic loci, alibi personæ, vtpote filij Aminadab, & patris Salmon. Naasson æneus, Salmon perfectus interpretatur.

Concaptiuus.] Is dicitur qui simul captus est, vide captiuus.

Impertio.] is, vt hoc loco, actiuum: & impertior, ris, tam passiuum, quàm deponens, a in e mutata, sicuti fit in expers: & significat impendere, vel partem dare, & participem facere.

Proselytus.] Græcum, Latine valet aduena, vel peregrinus: quanquàm Apodemius magis peregrinum apud Græcos sonat, de quo Hieronymus, à πρὸς, & ἐλεύθω, Hebræis Gerim dicebantur. Et proprie qui ex Ethnicis legibus Mosi, & cæremonijs initiati Iudaismum profitebantur.

Monitum.] Et monitus, us, & monitio, idem significant à moneo, es. Hinc monitorius, a, um.

Ninive.] Vrbs Assyriorum, quam ædificauit

ficauit Assur, egredieris de terra Sennaar Genesis x. Est & alia vsq; hodie ciuitas Iudæorum nomine Niniue, in angulo Arabiæ, quã nunc corrupte Neneuen vocant. Et pulchra siue speciosa, aut habitaculum interpretatur. Hæc & Ninus dicitur. Nisibis autem ab Eusebio.

Rages.] Alias Hara, quo transtulit Teglatphalassar tribum Ruben, & Gad, & dimidiam Manasse, sonatq; nostratibus pabulum, vel ægrotatio, verius tempestas vel cõmotio, ciuitas apud Medos.

Gabelus.] Penult. prod. propriũ contribulis Tobiæ, qui ad extremam redactus erat pauperiem, cui Tobias affinis suppetias tulit. Hic interpretatur deo festinans, vel collis diuini consiliũ. Rectius, limes, & terminus, aut confinium.

Chirographus, & phum.] Manus inscriptio est, eyn handtschrifft, vel est schæda propria manu scripta. Chirographa sunt quæ nos perscripsimus in fidem alicuius. Asconius Pædianus scribit chirographa dici, in quibus tantum quæ gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Iuuenalis: Vana superuacui dicunt chirographa ligni. Hinc chirographarius à Iurisconsultis ponitur pro eo, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice.

Exemplar.] Est ex quo simile facimus, Græci antigraphum vocant. Nestor exemplare, vel exemplarium nominat. Barbari copiam, teutonice eyn copy, oder transsumpt, eyn vorbyld dar von mã eyn anders nympt. Exemplum, eyn that. Hinc exemplum in aliquem fieri. Ad exemplum pertinet, es ist eyn leer stuck. Item exemplum, species argumentationis est.

Vbi.] Aduerbium loci, significat in q̃ loco: & modo interrogatiuum est, modo relatiuum, modo infinitum. Ponitur interdũ pro aduerbio temporis, id est, postquàm, vt hic. Hinc vbi vbi, id est, vbicũq;, vt vt, id est, vtcunq;, &c. infinita.

CAPVT II.

Festus.] Et festiuus, a, um, differunt, quam differentiam pauci obseruant. Festus enim potius de die dicitur, significatq; apud nos teutonice, feyertag. Vergili. Festusq; dies de nomine Phœbi. Sed festiuus, id est, lepidus & iucundus, vt festiua oratio, festiuum dictum. Non igitur dicendum, festiuitas deiparæ Mariæ, sed festum. Hinc profestum, & profesti dies, vernacula lingua vvercktag. Non vigilia dicendum est, sed pridie, vel præcedanio die. Dicimus elegantèr Festæ frondes, laubfest, oder meyen. Festiuus lustich, froelich.

Exilio.] is, ab ex, & salio, significat exeo, & quasi saltando prorumpo. Mihi crede (ait Tullius) tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Hinc exiliens, hoc est, gaudens & exultans. Exulto, as, exilium, exul, exultatio.

Accubitus.] us, est ipse accubandi actus, vt in Canticis. Hic pro esu videtur accipi. Sed accubitum, lectus in quo cubatur interdiu, Græci anaclinterium vocant, eyn sitzbeth.

Hirundo.] Auis notissima, Græce chelidon dicitur. Hirundo nuncupata quod vere ad nos transeat, auis tẽporaria. Hinc Chelidonia herba, goltvvortz. Hinc adagia triat Hirundinum Musæa. Hirundines sub eodẽ tecto ne habeas. Item hirundo totus schœnos anteibit. Vbi quis immenso vincit interuallo. Vide Chiliades Erasmi.

Insideo.] es, sedeo, seu supermaneo, sto. Aliquando intus sedeo, seu sto. Interdum dolose quempiam expecto. Hinc insidiæ, & insidior, aris. Nonnunquàm significat obsidere. Dicimus insidere equo. Item insidet animo, tendo insidias. Insidiosus, a, um, insidiose aduerbium.

Textrina.] Contra vulgi morem, secũdum A. Calepinum locus in quo texitur, qui & textrinum dicitur. Interdum dicitur ars, seu scientia texendi, à texo, is. Hinc textor, textrix, textricula diminutiuum. Textura, eyn gevvuppe. Textilis, e. Vide Dasypodium.

Ελεημοσύνη.] Eleemosyna, munus est quod pauperi datur, hoc est, misericordia. Apud gentiles raro legitur hoc nomen, th Spartianus de Caracalla ait: Non tenax in largitionem, non lentus in eleemosynam. Sic legendum est vere cum duplici e e. Græcum etymologicon vide, si mihi non fidis, neque credis.

CAPVT III.

Fabula.] æ, diminutiuum à faba. Sed hic est res passim diuulgata, etiam si vera sit, à fando. Et est mesum, id est, medium vocabulum, in bonam & in malam partem, hic in bonam. Hinc fabulari, venuste vtimur verbo familiari. Fabulantur enim inter se familiares, cum liberius colloquuntur. Hinc fabella, & fabulo-

fabulosus. Græce mythos, & mythologicus, a, um, mythologia. Poscit hic locus nonnihil de fabularum Theatialium origine obiter scribere. Et primum de earum origine apud Græcos, postmodum apud Romanos. Nam imitatio ex Græcia manauit in Italiã. Veteres igitur in Græcia agricolæ, cũ sacrũ Libero pro anni prouentu facerent, incensis altaribus primum aliquid vice precum cantillabant, &c. Cœpit præmium industriæ proponi caper, vel capri sacrificati corium vini plenum. Hinc Tragœdia est nuncupata, ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc est, hirco. Sunt qui Comœdiam eisdem cœptam sacris velint, aliῆ sacris Apollinis Nomiῆ, hoc est, pastorũ, vicorumq; præsidis. Iam est Comœdia vetus, media, & noua. Vetus, vt Eupolidis Baptæ. Successit media, qua obliquis dictis perstringebantur multi tacitis nominibus, &c. Reperta est post noua, quæ de mediocribus personis lusit confectis nominibus. Huius princeps fuit Menander: Mediæ Antiphanes Lariſſæus facile primus. Fescennini à rusticis in Italia vetusto Græciæ more, peractis sacris post messem, ad mouendum risum inuicem iactabant, dicti Fescennini à Fescennina ciuitate Hetruriæ. Satyras scripsere Horatius, Persius, Iuuenalis. Nam huic initiũ dedit Lucilius. De scenarum ornatu Vitruuius lib. v. scribit. Fabulam primam Liuius Andronicus Romæ Latinis versibus fecit. Ex fabulis sunt nonnullæ Palliatæ, Togatæ, Prætextatę, Trabeatæ, aliæ Tabernariæ. Sunt etiam Mimi, qui dicũtur Planipedes, quod nec socco vtuntur, nec cothurno, sed planis pedibus exeunt in pscenium. Hactenus Viues.

Synceriter.] Aduerbium à syncerus, quod ỳ. Pythagorico scribitur, significat integre, puriter, & syncere.

Asmodeus.] Apparet hic dæmon, qui à Cabalistis dicitur Samael, id est, cæcitatis deus, & translator noster, altera parte immutata, alteram transtulit. Marcus Marrulus Spalatensis. Interpretatur autem facturæ iudicium, vel plasmatio iudicantis. Quia factus est ad malorum vindictam, probationem vero bonorum. Destructor, peccatum abundans, ignem mensurans.

Mox.] Aduerbium significat statim. Item paulo post, vel postea, vox est connectẽdi. Vide verborum Copiam Erasmi.

Cubiculum.] li, locus est, in quo cubile, id est, lectus sternitur. Seneca ad Lucilium: Quid prosunt multa cubicula? in vno iacetis. Hinc cubicularius: & cubiculare, & cubicularis.

Desuper, insuper.] Composita sunt à super, notæ significationis. Supra fere idem, vt super lapidem sedet, & supra lapidem. Super aliquando pro inter, vel de, accipitur. Itẽ pro præter, vt super cœnã audiui, super hac re, id est, de hac re. Super hæc, on dysse ding, vber dyse.

Correptio.] A corripio, is, manat, est idem quod reprehensio, increpatio, arguitio.

CAPVT IIII.

Construere.] Est simul struere, ordinare, fabricare. Hinc constructio, & costructus, a, um.

Quomodo.] Tota vna dictio, significat quemadmodum. Cicero: Quomodo potuissem, te conuenissem.

Thesaurizo.] Idem est quod congrego. Nam thesaurus congregatio est tam bonarum rerum quàm malarum. Hinc apud Græcos θησαυρὸς κακῶν, id est, thesaurus malorum. Idem pollent: Ilias malorum. Lerna malorum. Sentina, mare, pelagus malorum. Et apud Plautum thesaurus stupri. Ediuerso: Bonorum mare. Bonorum aceruus. Bonorum myrmecia. Dathus bonorũ. Thassus bonorum dicitur.

Indico.] is, penulti. produ. multa significat. Nam indicere est denunciare, præcipere, imponere, significare. Hinc indictio, indictum. Indictiuus, a, um, vt indictiuũ funus. Sed indico, as, pen. cor. est manifesto, palamque facio. Hinc indicium, indicatura, & indicatiuus, a, um, vt modus.

Chirographus, vel um.] Est manus scriptura in alicuius fidem data.

CAPVT V.

Ignoro.] as, nescio, ab ignarus fit. Ab eo ignoratio, & ignorantia, ignoranter.

Aliquando.] Tradit Priscianus, & Sulpitius Verulanus, Pompilius, & aliῆ quidam acui debere in antepenul. syllabam: quod Laurentius Valla linquit in dubio. Aliῆ autem dicunt penultimã debere acui, nõ antepenulti Auli Gelliῆ libro viῆ. Nocti. Attica. & Quintiliani lib. I. Institutio. autoritatibus, quas compendiῆ gratia supersedeo. Habet tamen tria tempora, præsens, prẽteritũ, & futurum, & significat aliquo tempore, sicut & quandoque. Ponitur & pro tandem, vt aliquando nos reuisas. Vide Bebelium.

Præcinctus.] a, um, à præcingo, is, significat præparatum. Hinc præcinctos, strenuos, & experditos dicimus. Hinc præcinctio, & præcincte.

Rapha-

Raphael.] Nomen archangeli,& interpretatur secundum Hieronymum curatio, siue medicina dei. I. Paralipomenon xxvi.

Azarias.] Sonat auxilium dei,vel adiutor est dominus,vel atrium domini.Ananias vero donum gratiæ domini, vel donata gratificatio domino, verius nubes domini, aut diuinatio domini.

Comitor.] aris, deponens,à comes fit. Et est proprie minorum erga maiores. Horatius:Septem comitatus vmbris.Dicitur & comito,as.Hinc comes,& comitatus,comitissa non est Latina vox.Item comes generis communis,est nomen dignitatis. Apud Romanos comites erant legati, vel prefecti,aut scribæ. Vno comitatus Achate. Quousque illum comitatus es?

CAPVT VI.

Tigris.] Animal velocissimum & truculentum. Medi tigrim sagittam nominant.Item flumen magnum e paradiso exundans,ob velocitatem,pernicitatemq; cursus.Hinc Tigranes rex Armeniæ.Et Tigranicerta,ciuitas prope Tigrim fluuium.

Immanis, & hoc immane.] Significat crudele,ac minime bonum.Immania saxa,aspera dicuntur.Hinc immanitas, est sæuitia. Interdum pro ingenti ponitur. Immaniter aduerbium.

Branchiæ.] arum, Græci sic scribunt βραγχία, τὰ, quibus pisces natant, quæ folliũ more hiantes partes sunt, qbus anhelitũ reddere, ac per vices recipere existimantur. Plini.lib.ix. Branchiæ non sunt balenis,nec delphinis,visch oren.

Palpito.] as, frequentati. à palpo, as, est leuiter, ac frequenter moueri. Plinius: Palpitat certe cor, & quasi alternatim mouet.Alia alias dicta sunt.

Exentero.] as,significat perforo.Plautus in Epidico: Acutum cultrum habeo,qui exenterem marsupium senis.Hoc loco tamẽ pro euiscerare ponitur. Enteron Latine intestinum,vnde exenterare,vt exenteratus lepus.Item exentero,as,ich durchstich,vt hic.

Extrico.] as, ab ex,& trico, as, quod à tricis fit. Tricæ autem sunt impedimenta, & implicationes.Et est extricare, explicare. Sũt apicę tricæq;,et si qd vilius istis.Martia.

Albugo.] Est macula in oculis. Plin.li. xxi. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur.Idẽ albuginem vocat albũ in ouo.

Raguel.] Socer Mosi, sacerdos in vrbe Madian. Exodi ij. alias Iethro dicitur, D. Hieronymo teste aduersus Heluidium, de perpetua virgi. Mariæ: & interpretatur pastor dei, amicus dei, vel confractio dei, siue pascens deum, aut pabulum eius. Idem Rahuel.

Δαιμόνιον, Dæmonium.] Dicitur Latine numen,deitas.Hic pro Satana capitur,& est medium vocabulum.Nam est bonus & malus dæmon.Hinc prouerbium: Homo homini dæmonium est, hoc est, deus. Porro dæmon est fortuna,genius,indigens,sapiẽs, deus,Græcis. Vide Viuem in Commẽtarijs diui Augustini de Ciuitate dei.

Jecur.] oris, & iocinoris, secundum Priscia. à iocinus,quod non est in vsu.Et significat epar. Hinc iecusculum diminut.vt iecusculum anserinum.

Incolumus.] mi, & incolumis,e,vtrũque pro sano sumitur. Hinc incolumitas, q̃ est,vt Tullius inqt,salutis tuta,atq; integra conseruatio, gesundtheyt,vnuersecrung.

CAPVT VII.

Quam similis.] Hoc est valde similis, hic quàm positiuo iuncta significat valde: similiter & superlatiuo, vt quàm simillimus.Item cum oppido, vt oppido q̃.

Consobrini.] Qui ex duabus sororibus sunt prognati, quasi consororini,q, quæve, ex sorore & fratre orti sunt. Verum etiam consobrini, filij duorum virorum fratrum patrueles sunt: filij duorum fratrum viri & fœminæ amitini, duarum sororum consobrini.Nonius Marcellus libro de proprietate sermonis,de propinquitate sic ait ad verbum,ne fallam lectorem. Amitini fratrum maris,& fœminæ filij.Patrueles marium fratrum filij. Consobrini ex duabus æditi sororibus,quasi consororini,de quibus exẽpla multa sunt in antiquis autoribus,& maxime in Afranio, & Iuris vetustissimis scriptoribus. Hactenus ille.

Nuto.] as,à nuo, is,quod veteres pro velle posuere. Hinc nutus,& numen, quod est dei nutus,hoc est,imperium & potestas. Nutus, us, vero significat, quod fit oculis, vel capite,vel manibus:quandoque pro voluntate ponitur. Nonius Marcellus, inter nutare, nuere, & nictare, hoc interesse scribit, quod nutare capitis fit. Nuere narium,vel labiorum.Nictare oculorum, vvincken.Volunt tamen à nuo potius esse deductum.Hinc nictus,us,& nictatio idem.

Coniunx.] Secundum Priscian. & coniux sine n.secundum Phocam, à cõiugo,as, abiecta go. syllaba, & addita x. pro vxore matrimonio iuncta sumitur. Hinc coniugium

um, id est, matrimonium & coniugalis, le. coniugatio. Coniugata plurale apud Rhetores dicuntur de vno iugo tracta, vt volo, voluntas.

Mi.] Quandoq; vocatiuus est casus à meus. Interdum interiectio blandientis, vt hoc loci, vt, mi frater. Et est datiuus ab ego, pro mihi.

Charta.] æ, dictio Græca, sic χαρτης, vel χαρτον, scribitur cum aspiratione in frontispitio, non in vltima: & proprie fit ex papyro: Græcis pro libro ponitur. Ouidius libro tertio de Tristibus.

Nullus in hac charta versus amare docet.

Hinc chartaceus, a, um, vt chartacea suppellex, chartaceum munus. Et chartophylatiū, chartarum repositorium est. Chartophylax, custos harum.

CAP. VIII.

Cassidile.] Penultima producta vt habet vsus, modo Latinum sit vocabulum, pera est, qua necessaria reponimus, quidam aucupis esse autumant. Alij cassilis, cassilidis penultima correpta scribunt, pro rete venatorio, num recte ambigo. Ego cassidem vel cassem aut saltem cassiculum dicerem. Nam cassis huius cassis masculini generis, eyn Iaeger garn. Vel cassis, dis, fœminini generis, eyn helm. Cassida idem. Cassita penultima producta, eyn leerch, alauda, galerita.

Consenescere.] Compositum à seneo, id est, senex fio. Varro tamen consenesco p putrifio posuit, cum ait: Aut inęqualiter maturescunt, aut consenescunt. Hinc ad scopulos Syrenæos consenescere dicimus eos, q in aliqua re diu nimis morantur absque commodo. Item senesco semper multa addiscens. Vide Adagia Erasmica.

Fossa.] æ, vnde terra effossa est, hoc est, scrobs. Vlpianus scribit esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra, vrbes, &c. munienda, eyn grabe, vvasser grabe, stat grabe. Hinc fossor, qui fodit, & fossio, fossura idē, & fossula diminutiuum.

Itē fossarius clericus mortuos sepeliēs, & fossitius, a, um, & fossilis, le, vt fossilis gleba, idē. Item fouea eym grub. Omnia à fodio, dis. Composita, Con, Circū, De, Eff, Per, Ref, Inf, Suffo, Transfodio.

Illucesco.] is, & illuceo, es, à luceo, id ē. lucidus sum, & ad diem pertinet. Interdum illucescere est, & illuminare, & splendentem facere. Simul ac illuxerit cras, iter corripiā.

Instruo.] uis. significat ordino, tam de bonis, quàm malis intelligitur. Vergilius:

Dolis instructus, & arte Pelasga.

Hic pro parare ponitur. Hinc instructor, instructio, & instrumētum. Instructus, a, um, & instructorius, a, um.

Hebdomadas.] is, & heddomada. Latine septimana, spacium septem dierum, & numerus septenarius. Et non solum de diebus dicitur, sed etiam de annis, & quibuscūque rebus quæ septenario comprehenduntur numero.

Epule, arum.] Cibi dicuntur, ministerio hominum in nostrum vsum comparati. Sed epulum, significat solennius, & publicū cōuiuium. Hinc epularis, re, epulor, ris, epulones & coepulones.

CAP. IX.

Ausculto.] as, cum accusatiuo significat audio. Plautus: Tum illum summisse loquētem auscultabam. Cum datiuo obedio. Itē aspicio, cerno. Afranius: Ludos hic auscultat pcul. Veteres auscultare p osculari dictitabant. Plaut. Inter se auscultāt, & columbatim os ore conserunt. Hinc auscultatores Græci otacustas vocant, puerbialiter & Coryceі auscultantes nominant. Vide Adagium. Corycæus hunc auscultauit.

Assumo.] is, modo significat accipio. Cicero: Neq; id onus inuitus assumpsit. Modo nimium tribuo. Idem: Si id mihi assumo, videor id mihi meo iure q̄dam vendicare. Hinc assumptio, assumptus, a, um.

Camelus.] Animal notū est, pascitur inter armenta, in oriēte duo sunt gña, Bactrię, & Arabiæ. Dromedarij duo habent tubera in dorso. Hinc camelopardalis. Camelelasia, productio camelorum. Camelelates ductor est camelorum. Camelaucium galerus est. Camelitæ, Camelarij. Vide Herodianū in iiij. lib. Camelote pellis cameli.

Amen.] Dictio Hebræa, quam nos fideliter secundū Aqlam interpretamur, asij fiat, sic hoc loco forte capitur: vel sit firmum, efficiatur.

CAP. X.

Remeo.] as, à meo est reuerti, redire & repedare. Vergilius: Si patrios vnquàm remeassem victor ad agros.

Gener.] Est filiolæ meæ vir, & maritus. Ego illi sum socer. Hinc progener.

Pecus.] Tā mascu. & neut. g̃ fœ. gene. est. Ennius: Pecudi dare viuā marito. Cicero pecuda dicit lib. iiij. de Repub. Declinat etiā hoc pecu. Solinus de situ Britāniæ. i. Anglię pabulosa pecu dicit. Similiter pecus, oris, eius dē significati, est oñe animal, q̄d sub hominis impio e pabulo terræ pascitur. Inuenit

pecus,oris,pro turba & multitudine pecoꝝ, seu pecudum. Hinc pecualis, & le. Pecuarius,a,um,vt pecuaria facere. Item pecuaria ꝑ armẽtis pluraliter. Pecuinus, pecorinus,pecorarius idem,peculium,peculiolum,peculiosus,a,um, peculiarius,a, um,peculiaris,e, peculiariter,pecunia,ola, pecuniosus,a,um, pecuniarius,a, um,peculor, aris,depeculor, peculator, peculatus,us.

CAP. XI.

CHarram.] Ciuitas Mesopotamiæ, trans Edessam. Item ciuitas Assyrioꝝ in regione Theman, iuxta Esaiam. Alias Aram. Gene. xi. & Actorum. vij. & sonat fodiens eum, vel effossio eorum.

Supercilium.] ij, vltima frontis pars, pilis & cilijs vestita. Quandoq; pro fastu capitur. Vt supercilium salit, id est, fastuosus est. Interdum pro montis fastigio ponitur, vt hic. Hinc supercilios us, a, um, supercilioſe aduerbium est arroganter.

Speculor.] Est e specula prospectare. Hinc speculatores, vvechter. Per translationem pro scrutari, & exacte considerare vsurpatur, expiscari, indagare.

Illico.] Aduerbium est, & proprie significat in eo loco. Donatus. Illico modo locũ, modo tempus significat. Plerunq; ponitur pro statim. Plautus

Illico hic ante ostium eramus.

Albugo.] morbus est oculorum, cum vlcus circulum oculi infestat, quem Græci irim dicunt.

Membrana.] Pellis superior, quæ & ꝑgamena charta dicta, quod de animalium membris tracta sit.

Gratulari.] Cum datiuo, proprie est dijs siue hominibus, qui nobis benefici fuere in successu, aut nostro, aut aliorum, cum laude festiuitatem ostendere. Est etiam gratias agere, seu supplicare. Cum accusatiuo, est gratum haberet Hinc congratulor, & congratulatio.

CAP. XII.

COmpesco.] is, à pasco compositum significat coerceo, cohibeo, & quasi eodem pascuo contineo, nec vagari permitto. Vt digito compesce labellum. Contrarium est dispesco. Composita reticeo.

Digno.] as, est dignum puto. Pacuius: Quis deos infernos, qbus cœlestes dignet honoribus? Huius passi. est dignor, quod est dignus habeor. Et in frequentiori vsu est deponen. ꝑ dignum iudico seu habeo. Contrarium est dedignor, aris. Non dignor me hoc honore. Indignor, indignatio. A dignor, dignatio, dignitas, indignitas.

Scilicet.] Coniunctio expositiua, hoc est, videlicet, id est, vt quatuor sunt virtutes, scilicet, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Et semper dictio exponens, & exposita, debent esse in eodem casu. Sed videlicet, id est, verbi gratia. Est & aduerbium confirmandi, quasi videre licet. Terentius in Adelphis: Videlicet hoc audijt, id est, certe audiuit hoc, gevvislich. Et per Ironiam ponitur, Ia freilich.

CAP. XIII.

IN omnia.] Hoc est, per omnia. In hic loci pro per capitur, & erga: & est præpositio seperatiua, tam ablatiuo quàm accusatiuo deseruiens, vt bene sentio in Rempub. Reliqua vide in Lexico Dasypodij significata.

Inferus.] ri, ab infra dictum. Vnde inferi, quibus inferius nihil. Legendum est, in Symbolo nostro Christiano atq; præcandum: Descendit ad inferos. Quanquàm infernus pro infernorum loco, in singulari, generis masculini, in plurali neutro. Est & infernus, a, um, quod est infra, sicut supernus, a, um, supra. A quibus inferne, & supne aduerb. & infernitas, & supernitas. Item infernalis, le.

Confiteor.] Verbum commune, est simul, aut totum fateor, seu affirmo. Iuxta sermonis Hebrei tamen proprietatem pro laudo, seu gratias ago. Vnde cõfitetur, & agnoscit beneficium, qui gratias agit, vt hoc loco. Hinc confessio, & confessor, is proprie dicitur, qui confitetur rogatus, non qui alteri us peccata audit, quem à confessionibus, & oricularium vocant.

Sapphirus.] ri, penultima producta gemma est, cœli colorem habẽs. Græci σάπφειρον vocant. Hinc Sapphirinus, a, um. Et Sapphireus, a, um.

Smaragdus.] di, & hæc gemma viret, etiamsi varia sint genera. Hinc smaragdinus, a, um, penultima correpta.

Hallelu-ia.] Duæ dictiones sunt apud Hebræos. Diuus Hieronymus Marcellę ait: Igitur hallelu-ia exprimit, laudate dominũ la. quipqe apud Hebræos vnum de decẽ dei nominibus est. Et in illo Psalmo, vbi legimus: Laudate dominum, quoniam bonus est Psalmus, apud Hebræos legitur, hallelu-ia chitob sauara.

CAP. XIIII.

RElíquus.] a, um, penultima corrept. significat id quod superest. Cicero: Reliquum est, vt certemus officijs inter nos. Reliquum fœci, eleganter dicitur, pro reliqui, ficut

ficut missum feci, pro dimisi. Dicimus &, nihil reliqui, politissime. Hinc reliquiæ, arũ, pluraliter tantum.

Memor.]Secundum Priscianũ ẽ omnis generis & à memini fit. Contrarium est, im memor. Vergilius:

Sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Horatius libro primo carm. Siue puer fruẽs impressit memorem dente labris notã, hoc est, tam vehementem, vt non facile excidat memoria. Hinc memoria teneo. E memoria excidit. Proditum est memoriæ. Patrum nostrorum memoria. Item post hominum memoriã. Memoriale. Memoriter, vt: Memoriter narrare potest quod semel legit, & cætera.

¶ Libri Thobiæ Finis.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYmi in Iudith explicatio.

DIVus Hieronymus.] Hac in præfatione non affirmat approbatum hunc in synodo Nicena, sed ait, legitur computasse.

Hagiographa.]Hoc est, sancta scripta, seu sanctorum scripta. Hinc Hagiologium.

Autoritas.] Vis est, & potestas, & dignitas, quæ ab autore pendet, volachtung, herrlichkeyt. Et autoritas senatus. Autorare, exautorare, autorati milites. Autoramentum.

Historia.]æ, Latine narratio est. Hinc historicus, & historiographus: & historice.

Synodus.]di, ex syn. & odos via, quasi conuentus sit, vel cœtus, generis fœminini est. At synodus, synoduntis, piscis genus putatur. Synodicus, a, um, quod ad synodum pertinet.

Nicia & Nicea.]Vtroq; mõ dr secũdum Priscianum vrbs illa, in qua Constantino iubente, famosa illa synodus, trecentorum & octodecim episcoporum celebrata est, atq; perfidum Arrij dogma rescisum. Hinc Nicenus, a, um, penultima producta.

Lucubratiuncula.]Diminutiuum à lucubratione, dicitur Latine, quod alij barbare tractatulum appellant, à lucubro, as, q̃d est vigilo seu ad lucernam aliquid compono, hoc est, vigilia & opus, quod lucubrando fit. Hinc elucubro penultima correpta. Et scriptores libros suos lucubrationes vocant. Rusticanæ lucubrationes. Item vespertina & antelucana lucubratio.

¶ Præfationis Finis.

VOCVLARVM QVARVNDAM IN Iudith explicatio.

CAP. I.

IUdith.]Viduam fuisse, & pulcherrimam fœminam, & castissimam, ex Hieronymi verbis in hac præfatione intelligo, cum inquit ad Paulam & Eustochium: Accipite viduam Iudith, castitatis exemplum, &c. & interpretatur confidens vel glorificans. Porro Iudith vidua Bethuliam ciuitatem suam obsidione Holophernis ducis Nabuchodonosoris liberauit, vt in eius libro fuse narratur, qui liber Chaldæo scriptus sermone, sicut Hieronymus inquit, minus autoritatis habet ad ea roboranda, quæ in contentionem veniunt. Sed sanctus Nicenus conuentus, inter sacrarum scripturarum volumina, & hunc librum computauit. Beda in tẽporibus ait: Cambysen Cyri maioris filium ab Hebræis secundum Nabuchodonosorem vocari, & sub eo contigisse, quæ de Iudith narrantur. Alij sub Dario Histaspe anno secundo facta putant.

Arphaxat.] Rex Medorum sonat saluans, vel sanans, siue sanitas vel saluatio.

Ecbatana.]Numero plurali penultima correpta, Metropolis Mediæ. Est & altera eo nomine in Syria. Scribitur etiam per g. Egbatanis, & sonat solenne mandatum humilis viri, vel læta domus responsiõis assumpt̃, modo Hebraicis nominibus credamus. Alibi verius & fusius explicaui.

Quadrus.]a, um, quod est quadratũ. Quadratum vero figura est, rectas atque æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habens. Hinc quadratura est ipsa quadratio. Vnde Archimedes scripsit de quadratura circuli: à quo quadro, quadras, in quadrum redigo, per metaphoram est consentire, & conuenire. Iuuenalis: Aliena viue re quadra, id est, orbe, disco. Hic substantiuum est. Multa hinc deriuantur, quæ transeo. Vide Petri Dasypodij Lexicon.

Vicenus.]a, um, à viginti fit. Hinc dicimus vicenum, binum, singulum, ternum, vi

cenarius,& vicies. Vigenus,a,um,idem q̃d viginti. Sed vſitatius in plurali, cum eſt diſtributiuum, viceni,æ,a.

Ragau.] Campi nomen,& interpretatur ſocius aut paſtor eius,ſiue malum,vel cõfractio eius.

Jadaſon.] Sonat ſciens egreſſum, vel cognoſcens abundantiam. Verius interpretatur cognitio,onis, vel mutatio,onis.

Cilicia.]æ,regio eſt,vt Plinius libro quinto teſtatur,in minori Aſia, Syriæ proxima, & interpretatur voluens, vel reuoluta, hic & Acto.vi,xxiĩ.xxvĩ.

Damaſcus.] ci, vrbs nobiliſſima,& caput Syriæ. Apparet deduci à Meſek,id eſt, diſpenſatore, procuratore. Nam Hebræi Dumeſek ſcribunt.Et interpretatur iiĩ.Regum.xvi. ſimilitudo incendĩ, aut oſculi, vel populi,ſiue ſacci,aut ſimilis fœmori, vel tacitum oſculum, aut poculum. Damaſceni,& Damaſcenus idem ſonat. Hinc pruna Damaſcena.

Libanus.] ni, mons inter Arabes & Phœnices,excelſas habẽs arbores, & interpretatur candidatio.Item nomen eſt arboris,thus producẽs,Græcis Libanotos.Libanotis,id eſt,thurea, libanotophorus,thurifer.Et interpretatur inſuper,albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio. Mons altiſſimus,teſte C. Ptolemæo libro quinto de Syria,à thure quod ibi colligitur dictus. Deuteronomĩ primo.Iudicum.iiĩ.Nomen loci.Eſaiæ ĩ.

Carmelus,carmeli.] Latine,& Græce dicitur,Hebraice vero Chermel, nomen eſt duorum montium, & interpretatur cognitio circunciſionis,vel agnus circunciſus,aut teneritudo, ſcilicet illa quæ eſt ſegetum vel coccinus. Carmelites, carmelitis, & carmelus idem interpretatur.Nomen montis,Ioſue decimo nono, primo Regum decimo quinto.Eſaiæ x.

Cedar.] Regio Saracẽnorum, & nigredo, aut triſtitia dicitur, & accipitur pro Iſmaelitis ac Saracẽnis. Canti.i. Eſt & vrbis nomen. Inde Cedareni,quos Sarracẽnos dicimus.Eſaię viceſimo primo.Filius Iſmaelis.Geneſis viceſimo quinto.

Quouſque.] Quamdiu, vel vſque ad quod tempus. Et ponitur interogatiue, quandoque relatiue, nonnunquàm infinitẽ. Aliquando ſignificat vſque ad quem locum.

CAP. II.

Myſterium.] Cum y Græco ſcribendum, Latinis dicitur ſacrum arcanum, ſecluſumque, quod niſi ſacerdotiſcire nefas eſt. Hinc myſta,vel myſtes,id eſt, ſacerdos, & ſymmyſtes, id eſt, conſacerdos & myſticus,a, um. Vergilius:

Myſtica vannus Iacchi. Et myſtice aduerbium.

Holofernes.] Princeps, & dux militiæ Nabuchodonoſor regis, & interpretatur fortis dux,ex Hebræo, & Syro ſermone.

Expeditio.]onis,vocitatur,cum milites exeunt ad bellum. Quintus Curtius: Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit,ab expedio, expedis. Hinc expeditus,a,um, penultima producta.

Effringo, effringis.] Significat valde frango.Terentius: Fores effregit. Plautus fame effractum dicit. Effractus, a, um.

Martialis:

Callidus effracta nummos fur auferet arca.
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor vſuram pariter ſortemq; negabit.
Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.
Extra fortunã eſt quicquid donatur amicis.
Quas dederis ſolus ſemper habebis opes.

Opimatiſſima.] Vel opinatiſſima,vtrunque recte dixeris. Alterum ab opimo, quod diuitem, pinguem, amplum, & magnificum ſignificat,deriuatur. Alterum ab opinari.

Melothi.]Ciuitatis nomen,interpretatur adimpletiones meæ. Verius plenitudo, vel circunciſio.Nomen viri.i.Paralip. xxv. b.Aliĩ Mellothi ſcribunt,& rectius.

Tharſus.]ſi,cũ t exili ſcribendũ adfirmat Valla,vrbs clariſſima, Ciliciæ metropolis,quã Perſeus Iouis filius cõdidit. Vel,vt Ioſephus ait lib.i. à Tharſo nepote Iaphet dicta,& à ſiccitate,val à parte pedis,q̃ Tharſos dr̃. Tharſis ỹo lapidis genus eſt, q̃d Aqla Chryſolitũ, Symmachus Hyacinthum interpretant.Eſt & Tharſis regio Iudææ,ad quam Ionas ſe velle ire dixit.Porro Hebræi Tharſis mare dici gñaliter autumant. Hinc Tharſẽſis,vt:Paulus Apo. fuit Tharſenſis.

Celeon.]Vel,vt aliĩ putant,Deleon,interpretatur vindicans dolorem.Legendũ erit hoc loci certo certius,Chellon, quod eſt nomen terræ.Et interpretatur conſummatio, perfectio, aut alleuians dolorem. Chelion per ch,conſummatus dicitur aut totus columbinus.Delean pauper, afflictus &c̃.

Locupletatio.]A locupleto,as,q̃d eſt, locis & poſſeſſiõibus diuitẽ facio.Locuples idẽ fere,gñis oĩs ſecundũ Priſci. Diſtichon Magiſtri Iacobi Horlinit:Non opus eſt vernas

nas foribus præfigere frondes: Qui locuplete penu vina Phalerna tenet.

Satum.]Ager in quo semen est, vt hoc loci. Item genus mensuræ vnum & dimidium modium capiens, id est, sesquimodium. In Matthæo vita comite explicabitur latius.

CAPVT III.

Legatus.]ti, qui legatione fungitur. Vergilius: Legati reſpõſa ferunt. Idem qui Imperatoris vicem tenet. Distichon: Dæmon quo poterat nulla ratione venire, Illuc legatos iussit adesse suos. Autor mihi ignotus est.

Syria.] æ, regionis nomen, & dicitur sublimis. Sobal, vana: Libya, veniens, vel intrans, modo fidendum sit Hebraicis nominibus.

Utor.] eris, id est, vsum habeo, & semper de rebus bonis, ac necessarijs, necnon & diuinis, inanimatisq; dicitur, vt vtor domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Sed cum de personis loquimur, accipitur pro conuersari. Cicero Lentulo: Trebonio multos annos vtor valde familiariter. Inde vsus pro conuersatione. Vsus etiam pro vtilitate ponitur.
Quo mihi diuitiæ si non conceditur vsus?

Lampas.]dis, Græca dictio est, & Latine valet fax, Plinio teste. Raphael autem Regius generale esse vocabulum omnium eorum, quæ accensa lucent, contendit. Hinc Persius: Qui prior es, cur me in decursu lãpada poscis?

Excido.] is, est extra, vel de aliquo cædo, & penitus destruo. Hinc excidium, & excidio & excisus, a, um.

Apamia.] Cum i vrbs minoris Asiæ est, & vna Phrygiarum vrbium maxima fuit, nomen sortita à nomine matris Apamiæ Atabazi filiæ, Seleuco Nicanori nuptę. Sed Apamea per e, insulæ nomen & vrbis Bithyniæ. Apamia, siue Apamea expellens, vel abigens interpretatur.

Septopolis.] Num recte legatur, dubito: ęstimo legendum Heptapolis, hoc est, regiuncula septem oppidorum. Sicut heptapylos penultima correpta septem portas habens, & heptapachys, mensura septem cubitorum. Item decapolis, decem ciuitatum, pentapolis quinq;, &c. In correctis Bibliis Septopolis & Gabaa non reperio.

CAP. IIII.

Horror.]ris, ab horreo, horres, significat interdum tremorem. Plautus: Quis hic horror est? quid pauitas? Interdum toruitatem aspectus. Aliquando abominationem. Varro: Ira, odium, horror eos ab incepto retrahit. Nonnunquàm ad venerationem pertinet. Horresco, & horridus, a, um.

Eliachim.]Summus sacerdos, idem qui & Ioachim, filius Iesu, binominis est. Hebręi scribunt Eliacim, & sonat dei resurrectionem.

Angustum.] Est strictum, & arctum, ab angusto, as. Hinc angustia. Auguste aduerbium.

Pollutio.] onis, à polluo, is, significat immunditiam.

Alloquor.]eris, ad aliquem loquor. Cicero: Cum pridie eius diei eum adlocutus fuissem. Alloquimur etiam ea, quæ aut summo affectu, aut extremo piculo narramus. Vergilius: Extremum quod te alloquor. Hinc alloquium, & allocutio. Adlocutus, a, um.

CAP. V.

Concludo.]is, simul claudo, à quo cõclusus annulus dicitur. Per translationem est perorare, id est, orationem finire. Vnde conclusio dicitur, quam Græci epilogum, nostri modo perorationem, modo cumulum vocant.

Obsido.]is, & obsideo, es, actiua sunt, quibus adduntur circumsido & circumsedeo. Obsido, motus quidam est, vt sit quasi obsisto: obsideo vero ęs, quasi obsto. Hinc obsidior, obsessi, obsidium, obsidio & obsessio idem significãt. Si componitur à sido, is, pe, producit. Sin à sedeo, corripit eandem.

Ceremonie.]arum, ritus sunt & mores colendi idola, à Cerete oppido sic dictæ. Hinc cæremoniæ, Kirchen gebreuch, oder sonst herlich geprenge so man etwas thut.

Insulto.]as, frequentatiuum ab insilio, is, aliquando pro insilio capitur. Verg. Insultare solo & gressus glomerare supbos. Interdum pro irrideo, & contumeliosius in aliquẽ aliquid dico facioq;. Hinc insultus, & tatio.

Prosterno.] is, est ante sterno, vinco, profligo, quod fit, cum hostes in acie sternuntur. Aliquando in terram deiicio. Hinc prostratus, a, um, & prostratio. Consterno, externo, supersterno, substerno.

Magnas.] magnatis, & magnatus, ti, qui in populo magnus habetur, æstimabiturq;.

CAP. VI.

Interео.]is, in totum morior, destruor, id est, anima & corpore. Terentius:

Perñ, interñ. Hinc interitus pro morte, hoc est, separatione quadam animæ ac corporis ponitur.

Confossus.] a, um, à confodior, ris, est confixus. Hinc confossio.

Porro.] Aduerbium, significat certe. Aliquando significat longe ante, quandoque à longe. Interdum postea, deinde, in futurum, interim coniunctio est pro autem. πόῤῥω tamen Græcum est, id est, longe, porro.

Fundibularii.] Qui & funditores, hoc est, funda pugnantes. Salustius pulchre vtitur ea vocula. Ipse, ait, cum expeditis cohortibus dehinc funditorum, & sagittariorum delecta manu.

Restis.] Funis est. Hinc resticula diminutiuum est parua restis. Hinc prouerbium Terentianum: Ad restim res redñt, id est, in summa rerum desperatione est. Hinc resticulus, & restio, restionis, Græce Schœnoplocos eyn seyler.

Vicissitudo.] Alternatio est. Cicero: Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporũ varietas, fortunæ vicissitudi nes: Significat etiam responsionem: vulgo contra cambium vocatur. Dicitur & vicissitas. Terentius:

Omnium rerum vicissitudo.

Presbyter.] Græcum, seniorem significat.

CAP. VII.

Crepido.] dinis, penultima producta ora terræ, seu margo, & extremitas, quam aqua alluit, proprie est. Item & putei, & æditioris cuiusuis loci extremitatem significat. Vnde etiam pro abrupti saxi altitudine, vt hoc loco, ponitur.

Aper.] cis, proprie virga in summo flaminis pileo est. Plerunq; tamen sumitur p summa verticis parte, vt hoc loco. Alia supersedeo significata. Hinc apiculus, diminutiuum.

Trames.] Masculini generis, semita transuersa. Liuius libro quinto. Obliquis tramitibus dixit. Boetius eleganter scripsit in Carmine Adonico.

Tu quoq; si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem,
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato,
Nec dolor adsit,
Nubila mens est,
Victaq; frẽnis,
Hæc vbi regnant.

Satelles.] satellitis, miles est mercede conductus. Hinc satellitium ipsa satellitum actio.

Ecclesia.] ecclesiæ, Latine concio, cœtus dicitur.

CAP. VIII.

Merari.] Amaritudo interpretatur, & fel. Hinc dicti meraritæ. Item amarus siue irritatus, aut prouocatus: filius Leui filñ Iacob. Genesis quadragesimo sexto. 1. Paralipom. vi.

Neomenia.] Neomeniæ Græce, prima dies lunæ, vel mensis est, id est, nouiluniũm, quam & Latini Neomeniam dicunt. Hinc, ad Latinas Neomenias fieri dicimus, quod nunquàm fit, quod ñs careant Latini: sicut quia Græci Calendis carent, ad Græcas Calendas dicimus.

Chabri & Charmi.] Duo presbyteri magnæ autoritatis in ciuitate Bethulia. Chabri interpretatur socius aut particeps, siue incantator, vel liuor. Nomen ciuitatis. Charmi vinea, siue cognitio aquarum. Nomen vrbis in tribu Iuda.

Abra.] Famula fuit & ancilla Iudith, & Græca vox est, & appellatiua & ancilla, adolescentior, mollis, delitiosa dicitur. ἁβρα, sic scribitur Græcis.

CAP. IX.

Violator.] violatoris, qui violat, hoc est, polluit, deuirginat, stratpratur virginem, à violo, violas. Hinc violatio, violentus, a, um, violenter aduerbium. Violabilis, violabile, inuiolabilis, inuiolabile, inuiolabiliter. Violare virginem per vim. Quisquis iusiurandum violat, fidem violat, Cicero.

Coinquinatio.] Est contaminatio, pollutio, constupratio, & violatio, à coinquino, as, penultima cor. Hinc coinqnatus, a, um.

Femur.] oris, quod & fœmor dicitur secundum Phocam à ferẽdo, qd ñs præcipue partibus sustineatur animal atq; feratur. Item fœmen idem. Proprie tamen fœmina sunt, interiores partes, fœmora exteriores: fœmina posteriores, fœmora anteriores. Hinc Apuleianum verbum, interfœmineũ, quod honestatis gratia non exponam, ne mihi incontinentiæ vitium à maleuolis impingatur.

Quadriga.] æ, pe. p. currus, à q̃tuor eqs actus. Hinc q̃drigarius, eyn vvagen man, q & auriga. Quadriiugi equi, & quadriiuges.

Equitatus.] Modo equitum turmã significat,

gnificat, ſicut peditatus peditum: modo actum equitãdi, vt hoc loco. Ab eques multa manant. Equitabilis, e. vt locus equitabilis, eyn ort da gut reitten iſt. Equitatus, eyn reyſerzeug oder reitung. Equiferus pe. cor. eyn vvildpferdt.

Contus.]ti. ſudes, ſiue haſta lõgior, duriorq; ad percutiendum apta. Vnde contatos milites Vegetius appellat. Accipit pro pertica & fuſte. Iuuenal. Paucula ſi portes argẽti vaſcula puti. i. puri. Nocte iter ingreſſus, gladium cõtumq; timebis. Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbrã. Cantabit vacuus coram latrone viator. Hinc contor, aris. ſignificat morari. Percontor, contatio, mora.

Memoriale.]Quod in memoria habeti debet: Græci mnemoſynon vocant, hoc eſt, pignus amoris & memoriale, à memoria. Alias dictum.

CAP. X.

Myrtus.]ti. arbor baccas ſaporis pcipui ꝓducens, ex qbus vinum fit, q̃d myrtidanũ vocant. Itẽ generoſum obſoniũ, q̃d dicunt mxrtatũ. Hinc adagium: Ad myrtum canere, vide Chiliades adagiorum.

Diſcriminare.]Diuidere eſt. Cicero in Philip. Hetturiam diſcriminat Caſius. Hic pro pectinare capitur. Hinc diſcriminatim, id eſt, differenter. Et diſcriminale, acus eſt, quæ crines diuidit ad concinnandum caput, vt apud Eſaiam legis.

Mitra.]æ. dictio barbara, qua ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus, alij pileum, alij tiarã, alij galeꝛ noiant, à qua mitella diminu. Ver. Copa Syriſca caput, Graia redimita mitella. Hinc mitratus, a, um.

Sandalium.] Græcum eſt, calceorum genus muliebre ſiue caligaꝛ. Græci σανδάλιον, ſoleam aut crepidã vocant. Hinc ſandalarius Apollo dictus eſt. Legimus Momũ reprehendiſſe Veneris ſandalia, poſtquã in ipſa Venere nihil inueniret, quod reprehenderet: Sic mea haud dubie Momi quidã lancinabunt. Sed ſuſq; deq; fero Zoilos, lucernarioſque canes.

Dextrariolum.]Diminu. à dextrale, q̃d eſt ornamentum dextræ, viris & mulierculis cõmune. D. Ambroſi. ea vtitur dictione.

Inauris.] Ornamentum eſt aurium, Græce amphotis dicitur.

Aſcopera.]æ. pe. pro. legendum eſt, nõ Aſcopa, vt textus male habet: ſacculus pelliceus eſt, cõpoſitumq; nomen eſt Politiano teſte politiſſimo Angelo in Miſcellaneis, capit. xx. Græce ex vtre & ſacco, de quo ita ſcribit Suidas, ἀσκοπήρα τὸ μαρσύπιον ἤτοι σακκοπάθιον. Marſupium ſignificare Suidas aſcoperam docet. Videto Politianũ eo loci.

Lapathes.] Pe. cor. genus oleris à lapathio dictum, ſorte idem quod lapathos, quæ eſt herba quædam. Serenus. Sæpe chelidoniã cum ſucco lapathis addes. Hæc & lappa dicitur, cuius tria ſunt genera. Alias kumex, ſcharff kletten.

Polenta.]æ. neut. vel fœ. g. teſte Plinio lib. xviij. cap. xij. eſt hordeum aqua perfuſum, vna nocte ſiccatũ, ac poſtero die fractũ, deinde mola fractũ, maltz. Sæpe explicatũ.

Exploratores.] Ab exploro, as, quod eſt intentius, ac etiam cum voce inquirere, obſeruatores ſunt. Græci προσαγωγίδας vocant. Hinc exploratio.

Fiat, fiat.]Græci dicunt γένοιτο γένοιτο. Hebræi Amen, amen. Pſalterium apud Hebræos diuiſum ẽ, in. v. volumina, in fine trãſtulerunt: fiat, fiat. Hierony. ad Marcellam.

κωνώψ, Conops.]Conopes, pe. pro. Græce culices dicuntur, & quia in Aegypto multi ſunt, & habitacula quæ ſibi Aegyptij faciunt ad arcendam culicum moleſtiã, conopæa appellant. Hæc Acron ſup Epodos Horatij. Porphyrion retis genus eſſe ad culices ꝓhibendos, quo maxime Alexãdrini vtuntur, quia ibi ex Niſo culices abundant, dicit ſuper eundem locum. Chriſtophorus Landinus ait ibidem: Conopæũ tentorij ſpecies eſt, vt ſit tutamẽ aduerſus culices &c. eyn vmbhang vmb ein betth fur die mucken.

CAP. XI.

Obtemperare.]Eſt obedire, parere, obſecundare & morẽ gerere. Hinc obtemperantia, & obtemperanter.

Induſtria.]æ. ingenium & ars qua aliquid ſtruere molimur, hoc eſt, ſolertia, & diligentia. Hinc induſtrius, a, um. & de induſtria dicimus. i. data opera. Induſtrie aduer.

Ariditas.]Quæ & aritudo dicit, ꝓ ſiccitate. Varro: Frigus calore, atq; humore aritudinem miſcet, ab areo, es. Aridus, a, um. Areſco, arefacio. exareo, exareſco.

Impendo.]is, acti. ſignificat in rem aliquam expendo. Vnde impenſa, & impendium. Per tranſlationem impendere operam, laborem dicimus. Eſt etiam committere, imponere, ad aliquid factitandum.

CAP. XII.

Cubicularius.]ij. qui in cubiculo miniſtrat. Cic. Hunc veſtri ianitores, hũc cubicularij diligunt, à cubile vel cubiculo.

βαπτίζω.]Baptizo, as. Græce ſignifi. mer-

go,tingo,actiuum, & accusatiuo iungitur. Hinc Baptista,vel tes,baptisma, vel mus& baptismum,& baptisterium.

Eunuchus.]Eunuchus Holofernis, & sonat interiorem vel intimum,aut elatum vel eleuatum, estq; nomen viri.

Suadeo.es.si.sum.] Est hortari, inducere: sic hoc loci. Hinc Suadela,q̃ & Pitho & Suada,quã Cicero vocat leporem. Græcis ψυχαγωγός. Latinis Flexanima dicitur. Suasorius,a,um.& suasum, color fumosus. Suasio & persuasio &c.

Immunis.]Pe.pro.liber,exemptus,vacans à munere officioq; & expers.Sæpe dictum.Hinc immunitas.

CAP. XIII.

Pugio. onis.] teli genus, à pugno dictus,quod facile apprehẽditur,ait Festus.Hinc pugiunculus,est paruus pugio.

Coma.æ.] Breuis capillorum ornatus. Hinc comare,& comatus,& diminu.comatulus,etiam de arboribus dicit. Hinc adagium:Nullus comatus, qui non cinædus, insubidum est,ideoq; nefandum. Si tamẽ scire cupis,vide Chiliades.

Truncus.ci.] Pars arboris est, quæ ramis truncatis superstat.Sed truncus, a, um. q̃d est truncatum.Ouidi.dicit: Trunca manu.Hinc trunco,as.est amputo. Veteres plerumq; pro vnoquoq; genere interemptum dixerunt, vt inqt Seruius. Composita sunt detrunco, distrunco,obtrunco,pertrunco.

Pera.æ.] Pellis à collo ad lumbos pendens,à quo pera sacculi genus. Hinc peram viatoriã dicimus, vt hoc loco. Eius dimin. est perula, eyn kleins deschlin.

CAP. XIIII.

Volutatus, a, um.] à voluto, as. frequentatiuo, est frequenter volutum, notæ significationis.Hinc volutabrum, pe. produ. Volutatim aduerbium, vveltzlich. Volubilis,e &c.

Decido.is.]pe.cor.à cado,significat ruo, cado deorsum,à quo deciduus,a,um.vt folia decidua.Monostichon:Decidit in cineres spes mea stulta leues. Autor mihi ignotus est.

Circuncido.]is.est circunseco. Colu.li. iij.Eiusdem spatij corticẽ circuncidito. Hic p circunc̃idere p̃putium Iudæorũ more capitur.Hinc circuncisio. Et circũcisus,a,um.

Ritus.]us.id est,mos,à q̃ rite aduerb.

Strepitus.]us.à strepo,is,proprie pedũ ambulãtium,manuumq; aliqd ptractãtium sonus est.Appellat & fastus, põpaq; diuitiarũ,à strepito,as,frequent.

Vlulatus.]Ab hululo,as.q̃d propriũ est vocis,tum luporũ,tum canum,& est ploratus magnus,seu eiulatus.Quidã sine aspiratu scribunt.Lessus idem fere.

Cortina.]Pe.prod.multa significat,hic paulæo,& velo, aut canopæo capit. Verg. Magni cortina theatri. Hinc cortinale.

Plausus.]us.est congratulatio & lætitia de re bene gesta, à plaudo,is, ere. Hinc plausibilis,e.biliter aduerb.

CAP. XV.

Agitatus.]a,um.dicitur commotus, ab agitor,aris.venusto verbo.Lactantius: Nisi virtus agitetur, proficimus parũ. Salust.Iam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate.Hinc agitatio,& agitare.agitatiuncula.

Agmen.]Est multitudo,vt hoc loci. Vergil.Vocat agmina sæua sororũ. Aliquando ordinatam multitudinem, vt est exercitus incedentis.Interdum impetum. Verg.Et leni fluit agmine Tybris.Hinc agminatim aduerbium.i.turmatim,cateruatim, graculatim,sturnatim &c.

Onustatus.]a,um.pro onusto & onerato hoc loci ponitur, ab onusto,as,q̃d est onus impono.Hinc oneratus & onustatus, a,um,pro pleno subinde capiuntur. Onustus dicitur, cui onus ipsum oneri est, vt si quis spolia de hostibus ferat.Omnia ab onere. Hinc onerosus, a, um. onerarius,a,um. oneraria nauis. onero, as. onerare stomachum. onerare iniurijs, inuidia, præceptis. Exonerare.Flumina se in mare exonerant. Exonerare vesicam.

Supellex.] Et hæc supellectilis,& hoc le. dicitur omne domesticum patrisfamilias instrumentum,& domus vtensilia.Persius: Tecum habita,vt noris quàm tibi curta supellex.

CAP. XVI.

Tympanum.] Instrumentum musicũ, ex vna parte planum, membrana obductum &clausum,intus vacuum,quod baculo pulsatur.Hinc tympanistria, & tympanistes, vel tympanista, qui pulsat tympanum.τυμπανίζω Græce,id est,tympanum extendo,verbero τύμπανον.

Cymbalum.]Instrumẽtum etiam musicum,quod in sacris olim matris deum cum tympanis habebat. Hinc cymbalistes,a.

Modulor.]is.est mensuro,seu cum mẽsura,& numerorum ratione cõpono. Vergil.Carmina descripsi,& modulans alterna notaui. Hinc modulatio. Vergil.i.Aeglogæ: Syluestrem tenui Musam meditaris auena.

Obthu-

Obthuro.]as.pe.prod.cum th. aspirato, significat occludo. Horatius: Obthurem patulas impune legentibus aures. Hic tamen pro replere ponitur sine h. Hinc obturatio. Quidam sine aspiratione scribunt, vt hic: Hoc verbo omnibus os obturabis.

Titan, & Titanus.] Pe.pro. Saturni frater, Cœli & Vestę filius, q etiam ꝑ sole ponitur: fabulam transeo, vide Diodoꝝ autorẽ, & Seruium. Ad rem. Ferunt fabulæ Titanas ab irata (contra deos) Terra, in eius vltionẽ creatos. Vnde Titanes dicti sunt ab vltione. Hoc loci alias legimus Tyranni.

Gigas.]gigantis, vir altissimæ staturæ, & Terrę filius, hoc est, ignotæ originis, à poetis fingitur. Hinc gigantæus, a, um. Gigantomachia, der rheesen krieg.

Cincinni.]Per duplex nn. capilli dicuntur, qui intorti sunt, vt oleo perfusi madescant. Hinc cincinnati, q ita cincinnos habent, gekrumpt, oder kraushare. Dicuntur etiam Cirri.

Adonai.] Nomen dei apud Hebræos, quod generaliter interpretat dñs, ꝙd dominetur cũctæ creaturæ, vnũ ex x. nominibus dei. Ponitur nõ nunq̃ ꝑ alio noie dei, quãdoq; cõmune nomen, quandoq; ꝓprie dei.

Anathema.]pe.prod. seiunctio quædã est & alienatio. Rursum est oblatio & sacrificium: hic tamẽ aliter ꝑ repositа quapiam re ab vsu hominum communi, quasi obliuio. Et erat duplex, vt anathema Hiericho, quod demoliebatur totum, & gladius Goliad, qui in memoriam seruabatur. Vnde ἀnathematizo, ich verfluche.

Iudith FINIS.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYmi ad Paulam & Eustochium in librum Hester explicatio.

HEster.] Hester historiam Iosephus refert in tempora Artaxerxis, quẽ Cyꝛ dicit vocatum esse. Darij em̃ Histaspe geniti filius fuit Xerxes, huius Artaxerxes cognominatus μακρόχειρ, hoc est, longimanus: ꝙ regnante periculũ tm̃ fuit Iudæo nomini ab Aman, ꝓpter Mardochæũ patruũ Hester, vt in libro Hester narrat. Eiusdẽ est sentẽtiæ Nicephorus Græcus scriptor. At Eusebius non possep hæc tẽpora Hester, & discrimẽ Iudæorũ cõtigisse, videlicet Esdra, q sub hoc Artaxerxe rege suæ gentis acta pſecutus est, de tãtis rebus nõ tacituro. Itaq; illa oĩa posteriora facit, statuitq; in regno Artaxerxis μνήμονος, hoc est, memoris Darij nothi filij, quẽ ab Hebræis Assuerꝛ vocari solitũ perhibet: astipulatorẽ sibi habet Bedã in temporibus. Cæterꝛ vereor, ne nõ tã Eusebio constet sua ratio, quàm Iosepho. Nos hic inplerisq; alienas potius sententias referimus, quàm aperimus nostram.

Librum Hester varijs translatoribus.] Transfero rem, cũ non remanet apud eos, à qbus trãsfertur. Cicero li. i. officio. Quod ab Ennio positũ in vna re, transferri in multas potest. Hinc translator, & translatio, vel vt alij scribunt, tralatio, de vna lingua ad aliam traductio, quemadmodum translatores e Græco in Latinum traducunt: & econtrario. Hinc translatitius, a, um. & translatiue.

Vitiatum.] A vitio, as. vel vitior, ris. Lactan. lib. vij. Aer vitiabitur, ac corruptus & pestilens fiet. Ista decens facies longis viciabitur annis. Ouidi. Pautus in prologo: Eius filiam Lyconides vitiarat. Nam vitiatam virginem dicimus, cum pudicitiam amisit, & vitiare est fœdare. Hinc corpore vitiatos dicimus, qui cæci, vel manci, vel nati claudi, factive sunt. Vitiosus, a, um. Vitio, as. vt vitiare virginem. Vitiatum corpus. Vitiose aduerb. Plautus: Vitam tuam vitiosa nuce non emam.

Archiuum.]penult. prod. Latine tabulariũ, ein schrein oder gemein ort, da brieff bucher, behaltem vverden.

Releuans.] Lege pro reuelans, vt quidam libri falso habent, ab releuo, as, penul. correpta.

Editio vulgata.]Hoc est, publicatio cõmunis, quam hodie habemus. Num diui Hieronymi fit, quidam addubitant. Ab ædo fit, quod emittere significat, promere, in lucem dare, manifestare, euulgare. Horat. Mecœnas atauis ædite regibus. Aedere est etiamnum exhibere spectacula. Hinc ęditores ludorum exhibitores dicti sunt.

Laciniosis hinc inde verboꝝ finibus.] Flexuosa laxitas vestis non astrictæ, sed fluentis, lacinia dicitur, quemadmodum hodie gerunt religiosi quidam. Sinus item flexus dicuntur. Rursum hic notas, quas ex minio notarat addiderátque Hieronymus, de syderamus.

Thema.]Latine positũ, seu positio dicitur. Quid sit apud Rhetores, viderit lynceꝰ, perspicatioresq;. Ego tantum hoc loci aliqd

de

de themate dicam, θέματος, τὸ, regio, religio &c. ἕξις. Quintilianus thema vocat ὑπόθεσιν, i. ſpeciem, caſum vulgo nunc vocant. Vocabulum eſt Iuriſcõſultorũ. Thema etiam eſt depoſitum apud menſam. Significat etiam gẽituram, ſydus natalitium, geneſim, horoſcopum. Vide annotationes in res fortuitas Budæi. τέματα, τὰ depoſita. θεματισμός, ſtatio. Vitruuius autor.

Bibliotheca.] Librorum & codicum repoſitorium, quam librariam vocant.

Alphabetum.]ti. nomen compoſitum ex alpha & beta, quæ ſunt primę literæ Grę cæ, barbari abcdarium nominant. Hinc analphabetus, hoc eſt, amuſus, indoctus, & ſine vllis literis.

Minium.]ĩ. dicitur id, quod à multis cinnabaris vocatur, cum proprie cinnabaris ſit ſanies draconis morientium Elephantorum pondere eliſi, vtriuſq; animalis ſanguine permiſto. Noſtri rubricam dicunt minium. Hinc Cicero ad Atticum. Cera, inquit, & minio, ſiue (quod idem eſt) cæra miniatula notare. Foditur minium ex gleba ſubruſo colore, & vitiatur admixta calce. Hinc miniariæ, penultima prod. loca e quibus foditur minium, ſicut auariæ & argentariæ. Miniacus, a, um. Et miniarius, a, ũ, quod ex minio eſt: & minio, as, id eſt, minio tingo, vnde miniati libri appellantur, cum literæ vnciales & digitales, hoc eſt, maiores verſicolo ribus fiunt. Minius eſt fluuius in Hiſpania.

Θῆτα, Theta.]Nomen eſt Græcæ literæ, huiuſcemodi figuræ. θ. quæ vim retinet. th. aſpirati. Hinc adagium: Theta θ. præfigere, eſt damnare. Perſius: Et potis es vitio nigrũ præfigere θ. Theta. Rationem vero ſimiliorem Aſconius Pædianus adſignat. Olim ait in iudicijs ſortes, quæ mittebantur in vrnã, triplicem notam habere ſolere. Ac θ. quidẽ damnationis fuiſſe ſymbolum. T. abſolutionis. λ ampliationis, id eſt, quoties ſignificabant ſibi par adhuc liquere, ac denuo cauſam agi. Vide Chiliades Eraſmicas.

QVARVNDAM DICTIONVM IN librum Eſter explicatio.

CAP. I.

Aſſuerus.]Sicut teſtatur Ioſephus fuit Cyrus, Xerxis Perſarũ regis filius, qui poſt Darium patruum Perſidæ rexit imperium: cuius metropolis Suſa eſt ciuitas Perſidis. Hunc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos vocari, qui longimanus cognominatus regnauit xl. annis. Euſebius in chronicis, & alij putant Artaxerxem cognomento Mnemon, hoc eſt, memor, Darij & Phariſtidis filium. Quiſquis fuerit, ſonat apud nos atrium vel oſtium meum.

India.] Ea eſt pars mundi, quæ ab oriente clauditur Oceano orientali, à meridie Indico Oceano & Praſoide mari, ab occidẽte Indo fluuio, vt ait Diodorus, omniũ poſt Nilum maximo, vnde & regio eſt cognominata: à Septentrione Emode monte, qui Scythiæ adiacet, & ſi nonnullos populos Indoſcythas nominant. Ptolomæus dupliciter Indiam intra & extra Gangem amnem. De India ſcripſere plurimi: Herodotus, Diodorus, Strabo, Mela, Stephanus, Plinius, Solinus & Ptolemæus, & qui res geſtas Alexandri memoriæ mandarunt Græci Latiniq;, cuius regis armis magis illuſtrata eſt ea orbis pars, q̃ vllis peregrinatiõibus. Noſtro æuo certiora ſunt facta omnia nauigationibus hominum noſtratium. De India, eiuſq; moribus & felicitate multa Diodorus, & Strabo, vterq; ex Eratoſthene & Megaſthene, qui apud Sadrocotum Indiæ regem commoratus res illas perſcripſit.

Heſter.] Regina pulchra nimis, & decora facie, Mardochæi fratris, Abiahel filia, qui Mardochæus eius nutricius erat, & patruus: alio nomine Ediſſa nuncupata, quod interpretatur miſericordia. Heſter vero abſconſa. vel rectius abſconſio.

Carbaſinus.]Vel carbaſeus, a, um, à carbaſo pe. cor. quod ſecundum Priſcianum fœmi. gener. eſt, ſecundum Phocam maſ. Probus vero & Caper dicunt eſſe maſcul. & fœminini generis in ſingula. In plurali neutrius generis, quod eſt genus lini candidiſſimi, miræq; tenuitatis, in Hiſpania primum repertum, ex qua fiebant vela nauiũ. Plin. teſte. Cicero. Taberna carbaſeis intenta velis. Carbaſinis veſtibus Indi & Arabes corpora velant, quæ ſunt auro purpuraq; diſtinctæ. Curtius docet eſſe pallium fœmineum. Vnde accipitur pro velo.

Hyacinthinus.]a, um. penultima correpta, contra vulgi morem, color eſt aerius. Ouidius libro x. Meta. Annua præclara redeunt hyacinthina pompa. Alias copioſe dictum.

Byſſinus.]a, um. pe. cor. à byſſo, quod eſt linum candidiſſi. Item lana conchæ adhærens colore luteo, ac pellucido. Hinc byſſinæ veſtes, cocco Tyrioq; tinctæ colore, vt: Non veſtis tyrio colore tincta, Nec ter-

ſo

so paries,vel ære cultus Veram dant homini beatitatem,Sed virtus bene litteris polita.M.Iacobus Horlinus est autor.

Smaragdinus.]a,um.penulti. cor. à Smaragdo gemma,quæ est viridis coloris. Sic cryſtallinus, amygdalinus, myrrhinus, &c.omnia fere pen. habent breuem, cõtra vulgi opinionem,quanq̃ Prudentius Smaragdinus longa protulerit,poetarum autoritatibus facile probarem, ni breuitati ſtuderem.

Parius.] a,um.vt parius lapis,à Paros insula à Delo xxxv. milibus distans, candidus est, e quo multa signa fiunt. Vt parius lapis,eyn marmelsteyn.

Vasthi.] Reginæ & vxoris nomen pulcherrimæ,quã Ahasuerus deperierat misere,& dicit bibens,vel potans, aut duplicãs, vel ponens,aut stamen.

Merum.] Substanti. ponitur pro vino solo sine aqua. Tetrastichon elegans,M.Iacobi Horlini pessimum Germanorũ abusum largioris potus describens graphice: Plena hodie laus est euertere pocula Bacchi,Posse vel immodicum fauce vorare merum.Bacchus sceptra tenet dominans,proscriptus Apollo Exulat,& nullum possidet orbe locum.

Διάδημα Diadema.]Est amiculum, quo caput regis obligabatur, à Διαδέω, quod est obuincio. Hinc diadematus,a, um.

Eunuchus.]Cubilis custos, nos pro castrato sumimus,sed is spado vocatur,vi exectus.

Diuulgare.]Et euulgare idem,hoc est, in vulgus & in lucẽ exire,publicare,manifestare.Hinc diuulgatio,& diuulgatus,a,um.

CAP. II.

Deferuео.] es. hoc est, ab ira,& indignatione desino,cesso. Compositum à ferueo,es.

Mundus.] di.substan.dicitur ornatus, cultus,apparatus,pompaq̃ muliebris.Dicitur & mundum,neut. gene.Sed mundus,a, um,id est,purus,tersus,politus.Item substãtiue,diq̃ vult.Hinc mundanus,a,ũ. A mundo,i.puro.Mundicies,& dicia. Immundus, a,um.Immundicies,cia.Mũdo,as. & emundo,as.Mundifico,as,idem.

Suggero.]is.significat subministro,incor pono, seu subporrigo, à quo suggestio, & suggestus.

Adopto.]as.est valde desydero.Est etiã filiũ adoptiuũ facere. Hinc adoptio, & adoptiuus,a, ũ. q̃ ex adoptato natus est. Item adoptatio, adoptatiuus,a,um,der kinds genossig ist.

Pedissequa.] Ancilla, vel famula sequens pedes dominæ,& heræ suæ.Item:Pedissequus,insequens pedes dñi,vel dñæ.

Myrtinus.]a,um.pe. pro.q̃d ex myrto est,vt oleũ myrtinũ dicit Plin. Dicit & myrteus,a,um.Hinc myrtoum mare.

Pigmentum.]ti. vnguentum est,qbus vtuntur puellæ ad venustandã faciẽ, quod & cerussa,& stybium,Græcis pssimmythion dicitur,vt:Nulla cerussatis incedat fœmina buccis,ait Beroaldus Philippus. Hinc pigmentatus, a, um. pigmentarius, a,um. & substantiue auripigmentum, arsenick.

Triclinium.]ñ. locus vbi tres lecti ponuntur,cœnaculũ est, & palatium. Sic monocliniũ, dycliniũ &c. Hinc architriclinus.

Thebeth.]Mensis apud Hebræos, quẽ nos Ianuarium, Græci munychion vocant. Sine h Tebeth scribitur à fronte apud Hebræos,& sonat bonitatem. Vide Eucherium Lugdunensem episcopum.

Permagnificus.]a,ũ. hoc est, valde magnificum,per hoc loci auget,vt pdoctus,id est, valde doctus &c.infinita.

Limen.] is. inferior pars domus est, & pro ostio hic capitur,pars pro toto. Hinc à limine salutare prouerbialiter dicimus, vix attingere quippiam. Limen superum,& superliminare. In limine deficere prouerbiũ. In limine offendere. A limine seruus,alias Atriensis.Liminaris.e.postliminiũ,vt postliminio recipere. Limenarcha Græca vox est.Latine portuum prefectus appellatur.

Patibulum.]li. modo seram ligneam, qua ostia clauduntur,modo furcam,seu crucem,qua fures,maleficiq̃ plectuntur,significat hoc loco à patior eris.

Annales.] Sunt res gestæ, quæ de anno in annum in historias rediguntur. Vergilius: Et vacet annales nostrorum audire laborum.Pluralis numeri tantum, eyn iar buch. Historia, Diarium, & Ephemeris, Chronicon.

CAP. III.

Aman.]Filius Amadathi, qui erat de stirpe Agag regis pinguissimi, quem trucidauit Samuel.i.Reg.xv. Haman interpretatur tumultus,vel tumultuans, conturbans,siue præparans.Nomen principis.

Palatium.]ñ.varie accipitur,hic p domo regia,& imperatoria,supba,amplaq̃ sumitur. Item pro monte in Roma sic dicto.

Vnde Palatinus,a,um. Et mons Palatinus. Palatini dicuntur etiam aulici. Martialis. Ad Palatinas acipenſera mittite mẽſas. Ambroſias ornant munera rara dapes.

Experimentum.]ti,eſt idem cum experientia,quæ eſt vſus,& doctrina rei,ab experior. Vulgo dicitur experientia eſt rerum magiſtra.

Niſan.] Apud Hebræos mẽſis nomen, nos Aprilẽ appellamus,ſiue Martiũ potius. Vide Eucheriũ epiſcopum Lugdunenſem.

Urna.]æ,proprie vas aquarium, alij fiſtulam vocãt.Eius diminut. eſt vrnula. Eſt & genus menſuræ. iij. congios continens, dimidium amphoræ. Vrnarium eyn vvaſſer ſtein.

Phur.] Hebraice dicitur, quod ſors in eam mittebatur.Hinc feſtum poſtea inſtitutum eſt pro liberatione Iudæorũ,quod Phurim dictitabatur,hoc eſt,ſortium.

Adar.]Apud Hebræos mẽſis,noſtrates Martium vocitant. Vide Eucher. epiſcopũ Lugdunenſem doctiſſimum Epiſcopum.

Scita.]Dicuntur placita, decreta,ſtatuta,edicta.Liuius libro primo.Cętera quoq; omnia publica,priuataq; ſacra põtificijs ſcitis ſubiecit,à ſcio is.Hinc ſcitus,a, um.Scite aduerb. Plebiſcitum,ein ſatzug des gemeynes volcks.Sciamentum,vvole bereite ſpeis. Metaphorice exornatio ſermonis &c.

Licentia.]æ,plerumq;,& fere ſemper in malam partem capitur. Vt licentia ſumus deteriores:deducit à licet,& ſignificat id,qđ nobis non licitum arrogamus. Hinc licentior epiſtola,in qua nimis libere ſcribimus. Et licentiora mancipia, dicuntur liberiora, & nequiora.Barbare igitur dicitur: Peto licentiam,ſed dicendum eſt,facultatẽ, copiã. Licentiam dare,verhengen, mutvvillig geſtatten.Licenter aduerbium.

Inſolens.]Ex in & ſolens, ſiue ab inſoleo,es,licet nuſquã legatur: & ſignificat inſuetum,& inſolitum.Vnde inſolentia.Gellius li.i.inſolens verbum dixit, pro inſueto, & obſoleto.Per traſlationẽ,pro ſupbo,& arrogante vſurpatur. Inſolentia arrogantia, inſolenter,eſt arroganter.Vide Gellium.

Arcarius.]ij, ſine aſpiratione ſcribendũ, præfectus, & moderator dicitur: ab arca, hoc eſt,cuſtos arcę,& ærarij.Paulus ad Ro. Salutat vos Eraſtus, arcarius ciuitatis. Sed arcularius eyn thiſchmacher,eyn ſchreiner.

Gaza.]æ,dictio Perſica, & numero ſingulari ſignificat omne quod poſſidemus. Perſæ diuitias vocant, & opes. Gazophylatium.

Satrapa.] æ, idem quod præfectus Hinc ſatrapia, eſt præfectura.

CAP. IIII.

Eiulatus.] us.eſt ploratus rationis expers,eſtq; verbum factitium,dicitur & eiulatio, ab eiulo,as, quod eſt voce in altũ ſublata plorare.Alij cum aſpiratu ſcribunt. Vide Cornucopiæ.Leſſus,us.idem,ein klaglich geſchrey.

Dogma.]is,& dogmatum,ti,Græcum eſt, noſtri decretum, modo ſcitum, modo placitum appellant.Hinc dogmatiſtes, qui dogma ſequitur alicuius.

Accitus.]a,um. penultima prod.ab accio,is,id eſt,aduocatus,accerſitus.Hinc accitus,us, eſt vocatio.

Exemplar].Eſt,ex quo ſimile facimus.

Ditio.]ditionis,à Dite,hoc eſt Pluto,id eſt,imperium,dominium.

Cunctatio.] is, à cunctor, aris, eſt mora, ſeu dubitatio,dicitur etiã cuncta, æ. Alij contatio ſcribunt.

CAP. V.

Basilica.]æ, domus regia eſt, & palatium regium,dicitur & regia,æ. ſubſtantiuum.

Conſiſtorium.]ij.locus in quo cõſultandi gratia homines conſiſtunt.Quid de illo loco dicam,non audeo,qui velint legant Budæum in Pandectas. Ponitur etiam pro conſiſtentium multitudine,à verbo cõſiſto.

Alacer,& cris,re.]is eſt, qui ingẽtis eſt ſenſus,hoc eſt,qui viget ſenſibus vniuerſis, Aſconio teſte:quod eſt indicium ſagacis,& erecti animi, ſublimisq;. Hinc alacritas, eſt promptitudo animi.

Trabs,& Trabes.]proprie, Feſto autore,ſunt duo tigna ædificij gratia ſimul compacta,& in tranſuerſum poſita.Hinc pro furca,cruce,& patibulo, vt hoc loci ponit,qua homo longa litera fiebat, vt eſt in adagio Plautino,hoc eſt,furca ſuſpenſus.Nam longa litera.i.L.fur erat.

CAP. VI.

Insomnis.]A ſomno fit,hoc eſt, peruigil,qui noctem inſomnem ducit.

Insomnium.]ij.quod in ſomnis videmus.Claudianus: Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies.

Affigor.]eris,ab affigo actiuo,vt Aman affixus eſt furcæ.Hinc affixio, affixus,a,um.

Reputo.]as,eſt rurſus, ſeu ſæpe puto, animoq; voluo, retracto, cogito, conſydero.Hinc reputatio. Hinc dicimus reputaui mecum animo.

Tyrannus.]ni. veteres nominabant id vocabuli in bonã partem, pro domino, qui plenam habebat in subices, id est, subditos, potestatem. Sicut domini sunt tyranni, & qui non legibus, sed libidine dominantur. Nunc in malam partem capitur frequẽter. Hinc tyrannis sæuum imperium, & tyranni cus, a, um. & tyrannoctonus. i. tyrannicida.

Stola.]æ. apud veteres, quicquid tegebat, dicebatur: & apud Græcos στολή, indumentum significat. Tibullus: Impediat crines nec stola longa pedes. Hinc stolatus, a, um. Apud Priscos omnis vestis dicebatur, postea stola dicta, eyn vveibs vnder kleidt.

CAP. VII.

Ilico.]Aduerbium est, & proprie significat in eo loco. Ponitur plerumq; pro statim, vt hoc loci.

Obstupeo.]es. est præ stupore admirari, quasi quodammodo sensum rei non habere. Hinc obstupesco, is. Obstupefacio, obstupefactus, a, um.

Harbona.]Vnus ex Eunuchis Hassueri, & interpretatur destructio siue gladius eius nunc, aut siccitas eius nunc, siue ira ędificantis vel intelligentis. Nomẽ Eunuchi.

En.]Significat ecce, & nominatiuo pariter, & accusatiuo iungitur, vel indicãdo, vt: En Priamus, vel exprobando, vt: En agros, & quam bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Cicero: En crimen. Est etiam præpositio Græca ἐν, quæ significat in, & datiuo iungitur.

CAP. VIII.

Agagita.]vel tes. penul. prod. nomen gentilitium Haman, seu cognomentum: & sonat domata, vel tecta. Nã Agag, tectum dicitur. i. Reg. xv. vel solariũ, quod scilicet est in superiori parte domus. Nomẽ regis Amales. Hinc Agagites idem, de stirpe Agag.

Machinatio.]nis. & machina, à machinor, aris, est molitio, inuentio, techna, & ipsum consilium, quo hostem decipere conamur. Hinc machinamentum idem.

Epistola.]læ, dicitur litera, seu literæ quę absentibus mittitur, ab epistellin, id est mittere. Hinc epistolare, & ris. vt epistolaris angustia. Epistolium diminutiuum.

Librarius.]ij. scriba, qui libros trãscribit. Item qui concinnat, & venum exponit. Item qui pensis perficiendis præficitur. Græce βιβλιογράφος dicitur.

Siban.]Apud nos mensis Iunius est, apud Hebræos tertius mensis, Siuan. Hinc corrupte legitur Sibau.

Veredarius.]ij. nuncius, cursor, siue tabellarius equestris, celeri celeritate literas perferens, eyn postbode. à veredo. Martialis: Stragula succincti venator sume veredi. Nam solet e nudo surgere ficus equo.

Rheda.]dæ. vocula Gallica, vt inquit Quintilianus, & carrucam significat. Hinc rhedarius, & epirhedium. Hæc & vehia dicitur.

Conuenire.] Multa significat, congregari, coire, concordare, interpellare, statuere, alloqui, vt hoc loci. Hinc conuentio, & conuentus, a, um. & conuenticulum.

Adar.] Mensis, apud nos Martius.

Amictus.] a, um. participium, idem q̃d vestitus. Et amictus, us. vestis quæ aliis superponitur, quasi pallium, ab amicio, is, q̃d est vestio. Hinc amiculum, eyn koller.

Sericus.]a, um. quod est confectum ex lana serica. Hinc vestem sericam dicimus, & holosericam, quod sit tota serica, & subsericus, a, um, quod non est plene ex serico: à Seribus populis Scythicis Asiaticis. Seruius. Sericum, seiden. Holosericus, a, um. Sericarius. ij. eyn seiden vveber. Sericatus, a, ũ.

Tripudium.]ij. dicitur quasi saltationis gaudium, à pauienda terra, quæ saltando pauitur, & teritur. Liuius: Ferre, ac pervrbem ire cum tripudijs, solemniq; saltatu iussit. Item garritus auium quod tripudiũ, solistimum dicitur.

CAP. IX.

Penetro.]as. quasi penitus intro. Hinc penetrabilis, penetrabile, quod facile penetrat. Vergilius: Penetrabile telum. Martialis: Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Sed penetrale substantiue. Aliquando adiectiuum est. Impenetrabilis, e. interior pars domus vel templi.

Volito.]as. significat frequenter volo. Plinius: Super aquas assidue volitans. Ponitur & pro discurro. Cicero: Qui per forum volitãt. Hinc volatus, us. ipsa volatio & volãdi actus. volatile, volaticus idem, volatura, volucer, volucris & volucre, genus animalis perrodens teneros pampinos, nominaturq; volucra. Columel. li. iij.

Cedes.] Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo, qui ferire volebat. Hinc aliquem commisisse cædem dicimus. Diminutiuum cædicula. Hinc Homicida, Parricida, Matricida, Homicidium, Parricidium.

Transigo.]is. significat transeo, seu vl-

tra traduco. Aliquando significat tracto. Interdum, conuenio, paciscor, concordo, vt: tempus meum inutiliter transegi, hoc est, bonas horas male collocaui. Hinc transactio, & transigere vitam. Item: Intus transigetur quod restat.

Expeto.]is. modo requirere siue desyderare significat, & solo accusatiuo contentatur. Modo etiã ad voluptates, & quandoq; ad maximum malum pertinet. Et sic est maioris vis, cum in malam partem sumitur, Ich beger vast, ich erfordere.

CAP. X.

In posterum.] Ordinis aduerbium, significat in futurum tempus, vt in posterũ prouidere, vff das nochfolgig fursehen.

Interim.]Aduerbium temporis significat intra hoc tempus, ponitur & pro aliquando: sic ego frequenter hoc in libro accipio, cum significata discrimino. Interdum ꝓ repente. Dicit & interatim, sed antiqtus. Interea idem, vt interea loci.

Obelus.]li. Latine dicitur veru, à cuius similitudine virgula quædam inter puncta, etiam veru dicitur iacens, sic ——. Hac vsi sunt d. Hieronymus, & Origenes Ecclesiastici. Hinc obeliscus diminut. id est, veruculũ.

Deinceps.]Aduerbium ordinis, significat gradatim per ordinem, siue per vices, siue (vt solemus nos loqui) vnum post aliũ. Interdum, pro deinde, postea, & de cætero, vt hic. Interim. i. aliquando pro propterea. Deinceps, darnach, nacheinander, vt tres fratres deinceps regnauerunt.

CAP. XI.

Cleopatra.] Aegypti regina victa. Aegyptus facta est prouincia: fuit autem Antiochi filia, desponsata Ptolomæo Epiphani, hoc est, illustri, quæ cepit Samũ, & Rhodum. Illa se adfirmabat consumpturam vna cœna Antonio centies sestertium. Vide Budęum de Asse, & partibus eius, quis sit iste numerus. Interpretatur gloria patris vel patriæ. Vxor Alexandri. i. Machabæ. x.

Dositheus.]ei. Samaritanæ hæreseos autor, prophetas repudians, diuo Hieronymo teste. Hic se sacerdotem & Leuitici generis ferebat: Græca est dictio composita à dosis, id est, datio, & theos deus, quasi à deo datus sit. Idẽ Deodatus, nomẽ ducis. ij. Mach. xij.

Phurim.]Genitiuus pluralis Hebraicus, id est, sortium vel sortes. Nam phur sors dicitur.

Lysimachus.]Ptolomæi filius, vnus ex Alexandri principibus. Alter Macedo clarus Callisthenis discipulus: & interpretatur pugnam soluens. Nam lysis solutio est, & mache pugna, frater Menelai. ij. Machabæorum quarto.

Tumultus.]us. autore Hierony. vox plurimorum est, & frequentis multitudinis clamor. Cicero: Quid aliud est tumultus, ni si perturbatio tanta, vt maior timor oriatur: Nunc Tragœdiã vocãt. Hinc tumultuosus, a, ũ. & tumultuarius, a, um, tumultuanter, à tumultuo, as. Item tumultuor, aris.

Discrimen.]Modo differentiam, delectum, separationem, modo certamen, hoc loco periculum significat. Vergilius: Per tot discrimina rerũ Tendimus in Latium. Hinc discriminare.

CAP. XII.

Commentarius.] Commentarium, & commentarij plurali numero, sumuntur pro libris, iu quibus late, diffuseq; res, sed breuius, q̃ poterant explicantur. Etiam pro autorum expositione capitur, à cõminiscor, & frequentat. commentor, aris. Inde commentatio. Donatus scripsit commentarios in Terentium. Diminut. commentariolus. Cõmentum. i. figmentum, vt Thracium commentum, id est, mera fictio. Commentitius, a, um.

Delatio.]A defero, rs, quod est interdũ denuncio, accuso: hic pro accusatione ponitur. Hinc delator, qui alium defert. Domitianus Imperator omnes delatores ex vrbe expulit, dictitans autore Tranquillo: nullam esse pestilentiorem pestem, nullam perniciem pernicioſiorem, delatorum veneno. Delatores qui nõ castigat, irritat, dicit prouerbiali schemate.

Bugeus.]Dictus est Haman, hoc est, iactator.

Proemium.] Significat Latine initiũ, vel exordium siue præfatio. Hinc proœmior, aris, est exordior. Dicitur etiam prologus, proloquium, proponit enim narrãda. προόιμιον, id est, præludiũ, à πρὸ, & ὄιμη dicitur autore Quintiliano. Sum nescius, an proœmiari sit probum verbum, q̃uis Perottus & Calepinus ponant, relinquo iudicium doctioribus.

CAP. XIII.

Abutor.]ris. in vsum consumo. Sæpius tamẽ in malã partẽ, vt hic: Abusus est mea lenitate & patiẽtia. Dicimus emi: Abutor hac re, & hanc rem. Inde abusio & abusus. & abusus, a, um. & abusiue aduerbium. Vetus est dictum, Abusus non tollit substãtiam, sed confirmat magis.

Lenitas.]lenimẽ, lenitudo, & lenimentum, quæ idem significant, scilicet mansuetudi

tudinẽ,ſuauitatem,placationemq́;,à lenis.i. mitis,modeſtus,& lenio,is.hoc ẽ, mulceo, placo &c.Leniter aduerbium.

Fruor.]ris.ſecundum Priſc.Fructũ in ſupino.Vlpia.tamẽ ad Sabinũ,frutum, & fruturus dixit,nõ fructurus.Hiero.ad Principiam fruitum dixit.Eſt autem frui, quaſi delectationem & fructũ capere.vt fruor otio, fruor alicuius ſermone,recordatione.Perfruor.Hinc fructuoſus,a,ũ. fructificus, fructuarius,a,ũ idem. fructifer,a,um. frux nõ vſurpat in noiat.ſed obliq,frugis,gem.&c.

Diſſenſio.] Eſt ſententiarũ diuerſitas, à diſſentio,is.Diſcordia vero aliquorũ,quos amoris vinculum colligauit.

Nefarii.] Sceleſti,ſacrilegi. Et inde qui indigni ſunt vt viuant,nefarij vocantur.

Ambitus.] Pe.cor.circuitus eſt, & gyrus.Lucanus lib.i.Lætaliſq́; ambitus vrbi. Dicitur & ambitus circũeundi locus,quem proceſtrium vocant, ex quo honoris ambitus,ſeu ambitio dici cœpta eſt,pe.prod. participium eſt.Hinc ambitioſus,a,um.Et ambitioſulus diminut.ambitioſe aduerbium.

Funiculus.]li.diminut.à fune.Ponitur tamen quandoq́; pro menſura, vt hoc loci. Hinc funale,cæreus.funalis,e.funambulus, Schœnobates Græce. CAP. XIIII.

Sceptrum.]ri.virga,qua reges vtebantur.Hinc ſceptriger caduceator.

Compoſitum.]A cõpono,is.q̃d multa ſignificat.Verg.Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.i.ornatis.Itẽ cõpoſitum dedit.i.collectionem.Item compoſito redimere,vt:Lenones,vinarij,& lanij precio compoſiti,hoc eſt,facta precij redempti compoſitione.Plini. Nihil non ex compoſito fecimus, pactum ſeruauimus. Saluſtius: Non ſunt compoſita.i. ornata mea verba, parui id facio,ipſa ſe virtus ſatis oſtendit.Hinc fit compoſitio,quæ modo ſtructuram, modo ornatum, modo pactum,ſignificat.

Deteſtor.]ris.hoc eſt, meo teſtimonio rem abominor,improbo,execror.Apud Iuriſconſultos ponitur pro abſenti denunciare.Inde deteſtatio.i.denũciatio facta cum teſtatione.Deteſtabilis,deteſtabile.i.abominabile.Alia compoſita ſunt:atteſtor,conteſtor,obteſtor,proteſtor, oĩa à teſtor,aris.

Cubile.]is. lectus, quod in eo cubetur. Et cubilia,in quibus feræ cubant. Sed cubiculum locus,in quo cubile ſternitur.

CAP. XV.

Haud.] Aduerb. eſt negandi.i.nõ,vt haudquaquã,à nulla parte,ſeu nullo modo.Gellius:Haudquaqàum mihi diſplicebat. M. Iacobus Horlinus. Haud poteſt vllis precibus, vel arte Qualibet flecti truculenta mors, quin Falce limata perimat quod amplo Viuit in orbe.

Humilis.] e. dicitur abiectus, & vilis. Hinc humilitas, breuitas, abiectio. Cicero libro primo Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obſcuritatẽ, in hominum ignoratione verſatur. Humilio,as, eſt humilem facio. Humiliter aduerbium. Dicimus:humiles arbores, humiles caſæ,humili loco natus.

Habitus.]us.qualitas & forma corporis,& cuiuſq́; rei eſt. Plautus: Qualis habitus oris.Accipitur etiàmnum pro cultu corporis & veſtimento,vt hoc loco. Hinc habitus ſcenicus, militaris, religioſus, dicitur. Plautus:Quis habitus iſte tam prolixus?Et habitus,à philoſophis,ex frequentatis actibus fit.Sed habitior comparatiuus pro pingui.Habitudo, habilitas, habilis, e.

Solium.]ij.armarium ex vno ligno factum, in quo reges ob corporis ſui tutelam ſeſſitabant. Abuſiue tamen quandoq́; ponitur pro regali ſella,vt hic. Interdum pro vaſe ſaligno, vel abiegno. Martialis: Nõ vis in ſolio prius lauari, eyn badzuber, badſtanden.

Exanimatus.]a, um. ab exanimo, as. hoc eſt,anima priuatus & necatus,quãdoq́; perterritus,perturbatus.Gellius anum exanimatam dixit. CAP. XVI.

Veſania.]æ.eſt vecordia,à veſano pro.qui dicitur vecors,crudelis, furioſus.Hinc veſane aduerbium.

Pietas.]Eſt enim pietas officioſus erga deos, patriam, parentes, ſanguine coniunctos,cultus:deniq́; gratitudo ĩs quibus debemus.Contrarium eius impietas eſt.Vide Ciceronem lib.artis veteris. Græci pietatem euſebian vocant.Eſt & pietas à Romanis dea putata Auguſtino teſte de Ci. dei. libro.i.cap.ij.Vide Lodouicum Viuem.

Macedo.] Qui Macedoniam habitat. Lucanus lib.vi. Cum tibi ſacrato Macedo ſeruetur in antro.Hinc Macedonicus,a, ũ. vt bellum Macedonicum.

Deſtinatus.]a,um.à deſtino,as,hoc eſt, deliberatus,aſſignatus,deputatus, paratus, electus,miſſus.Iuuenalis:Deſtinat hoc mõſtrum,cymbæ liniq́; magiſter Põtifici ſummo.i.mittit. Hinc dicimus: Morte deſtinatus. Deſtinata malitia iſtud fecit. Deſtinatio.prædeſtino,as.prædeſtinatio.

Adminiculum.] Auxilium, ſuſtentaculũ,vt vitis adminiculo religata. Hinc adminicu

niculor,ris,depon.auxilior,administro, sustento. Ich hilff,diene,steure,furdere.

Inuius.]a,um.quod est sine via,aut per quod iri non potest,vnvvegig. Item auius, a,um.peruius,a,um.obuius,a,um. obuiam aduerbi. Præuius, a, um. biuium, triuium, quadriuium.

Libri Estet
FINIS.

PRAEFATIONIS PRIMAE DIVI Hieronymi in Iob explanatio.

Ogor per singulos.] Ostēdit diuus Hiero.se bis vertisse Iob. Semel iuxta æditionem Septuaginta additis obelis, & asteriscis,ac rursum ex Hebræis voluminibus. Hæc vtra sit,incertum est.

Maledictum.]A maledico,cis,conuitium,& lædorium,quod in aliquem iacitur. Et incessere maledictis. Hinc Hieronymus super Matthæum dicit:Illud maledictū contemnendum est,quod beatitudinem creat, quod falso maledicētis ore profertur. Hinc maledictio,& maledictus,a,um. maledicentior,maledicentissimus,qui maledicit,quantum potest & scit.Maledicentia.maledicus a,um.maledice aduerbium.

Symmachus.]Vnus interpretū,compositum Græcū à syn,id est, con, vel simul, & macho,pugno,hoc est,simul pugnans,siue compugnator.

Obelus.]Penul.cor. id est, veru. Obeliscus,est veru- culumdiminut.

Asteriscus.]ci.non astericus,diminut. ab aster,hoc est,stellula.*.

Rado.]is.significat complano, incido, extirpo, mundo.Per metaphoram, pro lædo,laceroque,vt hoc loci,vt: Teneras aures mordaci radere vero.Hinc rasito frequentatiuum,rasura,rasor.rasorius, a, um. Culter rasorius,alias nouacula.Rasilis,e.pen.corr. Rallum, eyn pflug eisen. Rasamentum. Rastrum in singula.neutrum,in plural. masculinum, eyn rechen. Rastelli diminut. idem. Composita:abrado, circumrado, corrado, derado.erado,obrado, idem quod circūrado,omnia penult.corripiunt.

Schematismenos.] Scribendum est σχεματισμένος,eschematismenos,id est,figuratum,quod non sit simplex oratio,participium est Græcum.

Anguillam cauda tenes.] In eos apte dicetur, quibus res est cū hominibus lubrica fide, perfidisq;. Aut qui rem fugitiuam, atq; incertam aliquā habent, quā tueri diu nō possint.Simile: Delphinū cauda ligas.

Lyddeum præceptorem.] Hebræum putat quēdam doctorem,qui apud eos primi nominis erat,hunc redemit, & cōduxit magna impensa.

Prosa.]æ.est oratio soluta, sicut ligata, metrica.Hinc prosella,diminutiuum.Plin. li.xviij. Sed prosellis binis, ternisq; sic erāt. Hinc prosaicus,a,um.& prosaice aduerb.

Hexameter.] Versus sex pedibus, aut mensuris constans.

Dactylus.]li.à Latinis digitus. Ad cuius similitudinem metri pes vocatur, constans tribus syllabis,videlicet prima longa, & duabus breuibus.Item dactyli caricæ, id est,fructus palmæ.Est & vuæ genus longū, à Columella dicuntur dactylides. Item dactylios.i.annulus ein finger rinck.Vnde dactyliotheca,est cista.

Spondeus.]Pes duabus syllabis constans longis.

Idioma.]tis.pe,pro.proprietas sermonis atq; linguæ est, quam dialecton,id est, proprietatem vocant, vt sunt quinq; idiomata,id est,dialecti Græcorum,scilicet Atticum,Ionicum,Aeolicum, Doricum, & Cōmune.Hinc idiotismus ab idios deriuatur, Latine proprius dicitur.Hinc idiotes,a,pe. pro. et pro indocto accipitur. Idiographū, eygensch. ff der sprach.

Rhythmus.]Latine numerus dicitur. Hinc Arythmetica, est scientia numeralis. Quintilianus libro ix. de institu. Sunt numeri rhythmi,qui neq; finem habent certū, nec vllam in contextu varietatem, sed qua cœperunt sublatione ad positionem vsque decurrunt.Item ῥυθμός consonantia, vel μέλος,modulatio.

Tinnulus,a,um.]Quod est acutum,& dulce,sonorans,vt vox tinnula,& sonus tinnulus,qui redditur ex æramentis cum pulsantur.Ouidi. Tinnulaq; æra sonant & olēt myrrhæq; crociq;.Proprie metallorum.

Metricus.]a,ū,à metro, quod ad metrum ptinet,vt ars metrica.i. verificatoria, sticchologica,& mensuratiua.Nā μέτρον, idē q̄d mēsura.Hīc monometron,dimetrū &c.

Comma.]Est incisio,pars oratiōis.Colon autē.i.membrū. Periodus postremū, latine circuitus. Ergo comma, & colon sunt partes periodi.

Flaccus.]Hoc ē,Horatius Lyricus poeta.

Pyndarus

Pyndarus.]ri.penul.cor. Græcus poeta Thæbanus, Lyricorum princeps.

Alceus.]Et hic erat poeta Lyricus, patria Mytilenæus, de quo vide Horatium.

Sappho.]Sapphus legendum est, non Sappho, sicut à Dido, Didus genitiuus est Græcus: quēadmodum Apollo apud Paulum. Ego sum Apollo, id est, Apollinis.

Philo.]Hic non is est philosophus Academiæ princeps, cui se tradidit M. T. Cicero, vt ipse in Bruto testatur. Sed Iudæorum Historiographus disertissimus. Teste Hierony. Origene, & Iosepho.

Canes mei.]Vocat hic canes suos æmulos, aduersarios, obtrectatores: quemadmodum diuus Paulus. Videte canes meos, & cætera, qui omnibus ignotis adlatrant, baubantq;. Hinc canina facundia, dicitur oblocutio canum more.

Ab incunabulis.]Prouerbiū ē, & significat à teneris vnguiculis, à prima pueritia, ab ineunte ætate, à primę vitæ rudimentis, &c.

Ἑξαπλοῖς, Hexaplis.] Hoc est, sextuplicibus translationibus. Dictum alias.

Uncialibus.]Hoc est, maiusculis, & digitalibus literis. Nam vncia non solum ad pondus & numerum, verum & ad mensurā pertinet. Nonnulli codices habent initialibus, q̄d primores literæ soleant esse maiores, & inauratæ nonnunquàm, vt cernimus in vetustis codicibus. De hoc vide Budæū, si placet, in lib. elegantissimo de Asse & partibus eius.

Scheda.]Cum ch. tabella, siue pagella phillyracea, id est, foliacea, & papyracea, qua pro chartis vti solitos priscos Eustathius Homeri interpres, & Aelianus adserunt. Accipitur quandoq; pro folio chartæ. Hinc diminut. schædula, ponitur & pro libro. Sed schedia, Latine ratis. schedion idem, tumultuarius pons, & pugio, & telum quod fit ad manum. Schediasma, opus ex tēpore factū, Latine sylua carminum.

Præfationis FINIS.

INSEQVITVR ALTERIVS PROOEmij eiusdem enucleatio.

Si aut fiscellam iunco texerē.] Hęc est Præfatio in Iob e Septuaginta versa, sed additis notulis. Addit & tertia pfatio, cuius initiū: In terra qdam, q̄ non est Hieronymi. Iccirco non exponam.

Fiscella.]æ. vas vimineum, aut ex iuncis, quo lac colatur, dum caseus imprimit, vel in quo casei ferunt. Tibullus: Tunc fiscella leui detexta est vimine iūci. Raraq; p nexus est via facta sero, eyn keesz kare. Item fiscella capistrum ferreum eyn maulkorb, vt fiscellis capistrare. Fiscellus mons quidam Italiæ. Hinc fisci, fiscinę, & fiscellæ, groſz seckel. Vnde fiscus, ci. vulgo Domanium, nam ærarium est ciuitatis. Fiscalis, e. Cōfiscare, fiscina penul. correpta.

Juncus.]ci. à iungendo, quoniam vsus eius ad iūcturas vtilis est: cuius multæ sunt species. A quo iunceus, a, um. quod ex iunco est, bintzen.

Texere.]Proprie telam struere. Hic pro componere, facere, fabricare, aut colligare capitur, quemadmodum veteres factitare solebant eremitæ.

Sentis.]Spina, q̄ à tangētibus quāprimum sentiat. Hinc senticosus, a, um. est spinosus & asper. Lucilius: Quā senticosa vereba pertorquet. Hinc senticetū, sentus, a, ū.

Virgultum.] ti. multitudo virgarū, est pullulantium, vtpote salicum &c. à virga, virgula. virgeus, a, um. Virgindemia, virgarum collectio.

Falsarius dicor.] Qui decipiendi gratia scripta publica falsificem.

Flabellum.]li. diminut. à flabro, & capitur pro instrumento, quo fit ventilatio per æstatem ad refrigerandum corpus. Ouidi. de arte: Profuit & tenui ventos mouisse flabello, eyn vveddel.

Calathus.]Pe. cor. & aspirata, Græcū est κάλαθος, & ab aliquibus quallus & quasillus dicitur: ab aliquibus fiscella vas vimineum secundum Porphyrionē, in quo mulieres pēsa, vel ramā reuoluūt. Ouid. li. iiij. Fasto: Hęc implet calathos lento de vimine nexos. Hæc gremiū, laxos degrauat illa sinus.

Sportella.]Diminut. à sportula diminutiuo, quod à sporta diminuitur, vasis genus, quasi fiscella. Iuuenalis: Nonne vides quanto celebretur sportula fumo?

Virgula.] Diminut. à virga. Hinc alia duo virgella, & virguncula. Sed virgula etiam linea dicitur, & hic pro veru ponitur. Et virguncula puella, à virgine.

Stellę imago.]Astericos putat.*

Secundæ præfationis FINIS.

DICTIONVM QVARVNDAM in Iob explanatio.

CAP. I.

HVs.]Huz &Buz filij fuerũt Nachor fratris Abrahę,filij Melchę ſororis Saræ, de cuius ſtirpe Iob deſcendit. Non ſicut quidã falſo ſuſpicantur, de genere Eſau. Habitauit Iob vir magnus in terra Hus,quæ interpretatur conſolatrix.Hinc huſſitis.p.pro. huſſiditis, alias Auſſitis dicitur regio Damaſci. Item Hus etiam eſt Traconitidis,& Damaſci cõditor teſte Hieronymo.

Job.]Ex genere Hus,qui dolens,vel gemens ſeu vlulans aut magnus interpretatur.In Geneſi. xlvi.Iaſub vocatur, quidam putant eum Iobab.Hic incircunciſus, & ſacerdos fuit.Iob liber difficilis de reſurrectione teſtimonium habet manifeſtiſſimum, multam familiaritatem habet cum Arabico ſermone. Hic liber complectitur myſteria, leges dialecticas,verſu labitur,maxime Heroico,proſa incipit & finitur.Speculum patientiæ ac tribulationis.

Si bona ſuſcepimus.] Quæ quidem in homine dicuntur bona,parentes, patriã incolumẽ,amicos,genus,cognatos,diuitias. Atq; hæc perinde ſunt vt illius animus q ea poſſidet.Qui vtiſcit,ei bonatei q non vtitur recte,mala.Iam cum bonoꝝ tria ſint genera, ſcilicet externa, quæ ſunt minima, corporis quæ ſunt media, & animæ quæ ſunt maxima,vtpote quæ non ſunt vllis fortunę aduerſitatibus,nec iniurijs labefactãda.Hęc ſola perquirere(vti Iob)vt pulcherrima animi ornamenta,ſine quibus animus miſerẽ, & inops,q̃uis Attalicas &Crœſi diuitias habeat.Imo homo virtutis expers mõſtroſum quid eſt Baptiſta Mantuano belle exprimẽte.Mens virtutis inops,mare piſcibus, alite cœlum. Syderibus mundus: gramine terra carens.

In orbem.]Hoc eſt,per circuitum ſeptimanæ. Nã orbis,bis, circulus dicitur. Hinc orbiculus diminutiuum. Alias ponitur pro ſphæra,vt nouem orbes ſphærarum, autor Macrobius.Orbis menſarius,eyn teller. Itẽ orbs, mundus. Aliquando pro oculis.Orbiculatus,a,um.vt orbiculata poma. orbitæ.pe.cor.eyn vvagenleyſs. Aliquando pro rota.Hinc exorbitare.

Benedixerit.]A benedico,cis.κατὰ ἀντίφρασιν,id eſt, per contrarium, dictum putant,hoc eſt, maledixeris,in ſacra ſcriptura frequens vſus.

Vallo.]as.eſt circundo,munio,firmo & quaſi vallũ facio,à quo vallatus,a,ũ.Vallus, palus fortis.Vallum, eyn bolvverck. Vallaris,e. Circumuallo,as.Interuallum.

Satan.] Lingua Hebraica dicitur aduerſarius,ſeu cõtrarius,Græca diabolus,Latina criminator,calũniator,delator,Satanas

Sabei.] Populi fœlicis Arabiæ, ditiſſimi ſyluarum fertilitate odorifera. Hos Ioſephus li.i.à Saba Chuſi filio(qui à Cham ortus fuit)dictos affirmat. Porro Sabæi populi ſunt iuxta Syriam & Arabiã, apud quos naſcitur thus.Verg.India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.Seruius Sabæos noĩatos ait à σέβεσθαι,quod ẽ colere,qa thure quod apud eos naſcitur,deos placamus.

Effugio.]is.eſt extra fugio,diſcedo,deuito.Interdũ celeriter tranſeo,curro,vt hoc loco.Hinc effugiũ,& effugatus,a,um.

Necnon.]Etiam & ſimiliter

Repente.] Aduerbium ſignificat ſubito.Hinc repentinus,a,um .i. ſubitarius, vel ſubitaneus,vt bellum ſubitarium.Nemo repente fit ſummus.

Vehemens.]Dicitur graue, magnum, vrgens,acre,à quo vehemẽtia,grauitas:Græci vocant dinoſin:& vehementer.

Concutio.]is.à quatio, tis. eſt totũ cõmoueo.Lactantius lib.vij.Ac primum concutiet terram quàm validiſſime, & à motu eius ſcindentur montes Syriæ. Hinc cõcuſſio,concuſſus,a,um.

CAP. II.

ALioqui.]pe.pro.non alioquin ſcribẽdum ſicut & atqui,nõ atquin.De hoc ita loqtur Valla:Inueni alioqui ſcriptum dici.Poſt apud Caprum legi Grammaticum hoc præcipi,ſicut atq n caret,ſic & alioqui, Calepinus tamen vtrunq; dici affirmat,& quotidie apud neotericos vnde vnde doctiſſimos lego,ſignificatq; alio modo,vel quod ſi non,vel præter hoc,vel etiã. Plinius: Hos tibi dedicaui libellos.Nam nec ingenij ſunt capaces, q̃d alioquin nobis perquã medio cre erat:ſunſt,anderſt.

Vlcus.]eris.clauſa,&tecta ſanies,intraque cutem cõcreta latitans, quæ emplaſtris & malagmatis ſuperne alligatis cõfouetur, tandem abrupta & mollefacta cute erũpit. Hinc vlceroſus,a, um. & exulcerare. Hinc adagiũ:Tangere vlcus.i.mouere dolorem, eiuſq; rei facere mentionem quæ nos magnopere vrat. Nonnulli cum aſpiratione ſcribunt.

Sanies.] Sanguis corruptus, hoc eſt, tabes:tametſi quidam diſtinguant. Vergil. Et ſanie taboq; fluentis. Seruius dicit tabo nomen eſſe ſeptimi caſus tantum, vt ſpõte. Verg.Et terram tabo maculant.

Teſta

Testa.] æ, frustulum est vasis fictilis, & cuiusque lateris, vt hoc loci. Item vas figlinum in igne decoctum. Horatius:
Quo semel ē imbuta recēs seruabit odorē
Testa diu.
Hinc testula, & testaceus, a, um. Item testeus, a, um, vt vasa testea.

Sterquilinium.] ij. locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum. Græce κοπρία dicitur. Stercus κόπρος &c. Stercus canibus expositum, σκύβαλον. Stercus murum, μυσκέλεθρον. Stercus bubulū, βόλεθρον, βόλιτος. Stercoro, as, κοπρίζω. Stercoreus, a, um, κοπρικός.

Morere.] Media correpta. imperatiui modi à morior, ad differentiam morere, media producta à moror, aris.

Eliphaz Themanites.] Nā nascitur de Ada vxore Esau, & regnauit in Theman. Hinc dictus Themanites. Eliphaz enim in Latino Dei nisus, vel conatus, aut dei obryzum dicitur. Genesis xxxvi.

Baldad Suites.] Et interpretatur vetusta dilectio, vel mamilla, siue inueteratus motus, aut absque motu &c.

Sophar Naamathites.] Interpretatur matutinus aut corona seu circulus, vel passer, aut Syriace hœdus.

Condico.] is, simul dico, simul determino, statuo, ordino, vt hic condixerant, id est, determinarant, constituerant. Vnde condictus, a, um. id est, simul dictus & ꝓmissus. Et condictio, condictum fere idem, eyn zusag oder gevvys bestimmug. Ad condictū apparere.

CAP. III.

Illustro.] as, significat illumino, cognitum reddo, seu famatum. Cicero: Hoc mihi Latinis literis illustrandum putaui. Illustretur hoc loco passiue, id est, illuminetur, candidulnmq; reddatur. Hinc illustratio, & illustratus, a, um. Illustris, illustre, vt illustris vir, Græce Epiphanes.

Obscuro.] as, significat obtenebro. Hīc obscurus, a, um, id est, latens, absconditus, & sine lumine. Vnde obscura oratio est difficilis, & cuius sententia latet. Hinc obscuritas, obscuratio, & obscuratus, a, um. Obscure aduerbium.

Caligo.] penultima producta, caliginis, vmbra est de aeris spissitudine effecta, id ē, obscuritas, & tenebra. Hinc caliginosus, a, um. Caligo, as, cæcutio.

Turbo.] nis, ventus est vehemens, cū frigore maximo, obiecta quęq; deturbans, prosternensq;. Item turbo, trochus, pila. Vnde turbino, as, penultima correpta, vt turbinata pyra, lang spitzig byren.

Aurora.] æ, est ipse solis ascensus, id ē, pars prima diei. Alij auroram, splendorem solis putant. Etiam diluculum nūcupatur. Item est & nomen proprium aurora.

Leuiathan.] Hieronymo teste, Iudæi dicunt: Draconem magnum in mare fecit deus, & aiunt, quando recedit Oceanus, draco vertitur. Explicatum est alias copiose, & interpretatur copulatio, vel societas sua, aut sibimet traditus, nomen piscis.

Abortiuus.] a, um. quod abortum facere potest. Abortium idem quod abortus & abortio est imma turus fœtus, ab aborior vel abortio, tis, verb. quartæ coniugationis vel aborto, as, idem. Et abortum facio.

Exactor.] Ab exigo, is, est importunus petitor. Hinc exactio. Inde exactus, a, um, nomen, fleissig. Exacte aduerbium.

Rugitus.] penultima correpta, à rugio, is, proprie leonis est, cum vocem emittit. Hinc irrugio, is, componitur.

Vereor.] reris, significat timeo. Sed proprie vereri liberorum est, q honestatis gratia mouentur: timere seruorum, qui formidine pœnæ faciunt. Horatius:
Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Hinc verenda, orum. Reuereor compositum, id est, honoro. Hinc reuerentia, reuerenter aduerb. quidam faciunt.

CAP. IIII

Vacillare.] Est proprie inconstantem esse, & ceu alternatim moueri. Transfertur etiam ad animum, vt apud Iurisconsultos, de fide testis vacillante, qui inconstātia & diuersa testimonia dixerit. Vnde etiā naues vacuæ vacillare dicuntur. Item animus vacillat.

Plaga.] æ, prima producta pcussio, vulnus, verber est. Vergilius:
Plagisq; perempto.
Tonsa per integram soluūtur viscera pellē.
Item rete rarum. Item cœli, terræque spatium, &c.

Quinpotius.] Hoc est, quinimo, certe.

Leena.] æ, quæ & lea dicitur. Lucilius:
Irritata leæ iaciebant corpora saltu.
Vergilius:
Torua leęna lupū sęqtur, lupus ipe capellā.
Est fœmella leonis. Hinc leoninus, a, um. penultima producta. Leopardus, & leopardalis animal ex leone & pardo prognatum.

Tigris.] Animal pernicitate velociſſimum & truculentum. Item flumen magnũ ob curſus celeritudinem, e paradiſo exonerans.

Suſurrus,& ſuſurrium.] Paruum & ſummiſſum murmur. Horatius libro primo carmi. Leneſq; ſub noctem ſuſurri. Dicitur & ſuſurrum. Ouidius libro ſeptimo Metamorphoſ. Procrin adit: linguaq; refert audita ſuſurra. Hinc ſuſurrones. Paulus ad Romanos primo. Suſurro,as. Inſuſurro,as. Cõ ſuſurro,as, compoſita.

Aura.] æ, ventorum vis. Seneca tamen diſcriminat, quod aura ſit leuior, ventus vehementior. Hinc diminutiuum aurula. Hinc popularis aura dicitur fauor populi. Vt totam opinionem parua nonnunquàm commutat aura rumoris. Eraſmus de Copia verborum autor.

Reliquus.]a,um, ſignificat id quod ſupereſt. Cæſar lib.1. Commentariorum. Demonſtrãt ſibi præter agri ſolum, nihil eſſe reliqui. Cicero: Reliquum eſt, vt certemus officijs inter nos. Et Paulus primo Corinthi. vij. Reliquum eſt, vt qui habẽt vx. &c. Reliquum feci, eleganter pro reliqui dicitur. Alias explicatum eſt latius.

CAP. V.

Oſpitas.] Eſt ſalus, à ſoſpes, quod eſt generis communis, quanquàm ſoſpita fœmininum habeat. Et non ſolum qui ſeruatur, id eſt, ſaluus eſt, ſed etiam qui ſeruat. Hinc ſoſpitalis, ſoſpitale, qui dat ſoſpitatẽ, & ſoſpito,as, ſeruo incolumem.

Palpare.] Eſt leniter, blande, & quaſi tentando tangere. Item adulari, aſſentari, & ſupparaſitari. Hinc palpator & palpo, quẽ Græci colacem vocant. Et palpum obtrudere, eſt doloſis blandimentis decipere. Adagium eſt.

Egenus.]a,um, ab egeo, eges, qui aliqd habet, & aliq̃ indiget. Paup, q nihil habet. Inops, ſine ope. Inde egeſtas, & egeſtoſus, a, um. Item egens, indigẽs idem, indigeo, es, compoſitum. Indig.a, um & indigentia.

Calamitas.]Clades eſt, & miſeria. Ruſtici vocant grandinem quod comminuat calamos. Hinc calamitoſus, a, um. Elegantiſſimos treis libros ſcripſit Baptiſta Mantuanus de Calamitatibus.

Inueſtigo.] inueſtigas, penultima producta, ſignificat quærendo inuenio: à venatoribus tractum, hoc eſt, indago. Hinc inueſtigatio. Veſtigo,as, ſimplex à veſtigium, perueſtigo,as.

CAP. VI.

Statera.]æ, penultima producta à ſtando dicitur, quoniam ſtante libra penſatur aurum vel argentum. Hinc adagium: Stateram ne tranſilias, hoc eſt, ne quid abæquitate deflectas. Hinc ſtatim aduerbium, id eſt, cito.

Ebibo.]is, media correpta ſignificat extra bibo, exhaurio. Plautus: Factum eſt illuc, vt ego illic vini hyrneam ebiberim, id eſt, exiccauerim, & exhauſerim. Compoſitum à bibo. Hinc bibax, & biboſus, bibaculus diminutiuum, bibulus, a, um, vt bibula charta, arena bibula.

Onager.] Aſinus agreſtis ſeu ſylueſter, ab ὄνος aſinus, & ἄγριος ſylueſter.

Mugio.] is, fictitium verbum, à voce boum. Hinc mugitus, us, penultima producta ipſa vox, & clamor. Compoſita admugio, remugio, is.

Præſepe.] Et præſepium & præſepes, fœmini. generis. Plautus: Præſepes mea eſt. Eſt autem ſtabulum, in quo equi, muli, cæteraq; animalia continentur. Quandoq; pro lupanari capitur. Sed præſepium locus in q animalibus pabulum porrigitur.

Æneus, æreus.] Ab ære poſſeſſiuum, quod ex ære eſt. Et per diæreſim, & aſpirationem interpoſitam ahæneus, vt murus ahæneus eſto, hoc eſt, fortis.

Neceſſarij.] Appellantur cognati, vel affines, vel amici, & hij quibus familiariter vtimur, quod nulla inter eos ceſſatio ſit. Hinc neceſſarius, a, um, & neceſſitas, neceſſitudo, nota ſunt. Neceſſe, & neceſſum aduerbia.

Raptim.] Aduerbium ſignificat cum feſtinatione. A verbo rapio. Hinc raptor, raptio, rapina, raptus, us, &c.

Theman.]Regio eſt principum Edom, in terra Gebalitica, à Theman filio Eliphax, filij Eſau ſortita vocabulum. Hinc Themanites Eliphas dictus eſt. Et interpretat auſtralis, vel Aphricus, aut cõſummatus, Syriace, ibi.

Concinno, concinnnis.] Per duplex nn, eſt conſentio, apte compono, & quaſi conuenire facio, vt pellis concinnata eſt ad calceos. Lingua concinnat dolos, ait Pſaltes. Hinc concinnus, a, um, id eſt, compoſitus, ornatus: & concinne, id eſt, compoſite, conuenienter. Concinnitudo eſt conuenientia.

CAP. VII.

Militia.] æ, quandoq; bellum, quandoq; rem militarem ſignificat.

Præſto

Præstolor.] Media ancipite, Festus dicit: Præstolari is dicitur qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur, hoc est, morari, manere, expectare. Et producit o, contra vulgi morem, & contra Calepinum, Bebelio teste. Sed Iacobus Gaudensis in suo Aerario aureo Poetico corripit o. Certe Diuus Gregorius in hymno Iambico trimetro Dominicæ ad nocturnum, dicit: Vt præstolamur cernui, Melos canamus gloriæ. Alius quidam autor mihi certe ignotus, producit o, hoc eleganti hexametro. Candide Romanum tu præstolabere vatẽ. Hinc præstolans, & præstolatio. Porro Petrus Dasypodius itidem corripiendum, in suo Dictionario Latinogermanico, contendit.

Contractus.] a, um, à contraho, contrahis, hoc est, constrictus, vt caro contracta. Hinc contractio.

Cetus.] ti, sine diphthongo, piscis maximus in Athlantico mari. Dicitur & cete, neutri generis, & numero pluratiuo. Sed cœtus, us, cum diphthongo, conuentum significat, & concionem, congregationemq;. Sæpe dictum.

Suspendium.] ij, à suspendo, is, idem quod suspensio. Gellius: Suspendio vitam finiunt. Hinc adagium: Suspendio arbor eligenda, in desperatos & qui animum despondent. Suspendio perire, suspendio dignum, henckes vverdt.

CAP. VIII.

Supplanto.] as, significat pedem suppono, & sic à planto fit. Per translationem est decipere. Hinc supplantator, & supplantatio.

Diluculo.] A duerbium, significat summo mane. Diluculum aurora est.

Scirpus.] pi, iunci species est, leuis atq; enodis, Donato autore. Hinc prouerbium. Nodum in scirpo quæris. In anxium & nimis diligentem nimisq; meticulosum, qui illic scrupulum mouet, vbi nihil est addubitandum. Hinc scirpeus, a, um. Scirpea, scirpo, as, scirpus etiam est ænigma.

Carectum.] ti, locus caricibus plenus.

Vergilius

Tu post carecta latebas.

Hypocrita.] æ, Græca vox, est mimus, & simulatus, fictus, fucatusq;. Hinc hypocrisis, simulatio. Hypocriticus, a, um.

Araneus.] Masculini generis animalculum venenosum, diminutiuum eius araneolus. Aranea vero, retia, & telæ, cassesq; quę araneus facit. Offenditur & aranea pro animali vt hoc loco. Dixit Anacharsis philosophus, leges humanas araneorum telis esse simillimas, quas magnæ perrumpunt aues, muscæ atque id genus insectorum capiuntur. Hinc Hexastichon.

Octupes vt tignis connectit aranea casses,
Quis capiat muscas, arte, labore leues.
Pennigeræ vero prumpũt vngue volucres,
Et pedibus prehendant stamina laxa citis.
Humanæ legis censura ita plectit egentes,
Mittitur insignis liber abire nequam.
Autor anonymus est.

CAP. IX.

Compositus deo.] A compono, is, est comparatus, coæquatus, & adsimilatus.

Fluctus.] us, à fluo, is, est aqua mota in vnum collecta, quæ vnda dici solet, vernaculum verius exprimerem: dicim tamen, vvaellen, fluten, bulgen dess vvassers. Hinc fluctuosus, a, um, fluctiuagus, a, um, fluctuo, as.

Arcturus.] ri, penultima producta stella in signo Boote post Septentrionem, cuius ortus, & occasus tempestates facit: & dicitur vrsæ cauda. Oritur à canicula, hoc est, cynocaumatibus, id est, canicularibus, fere post diẽ quinquagesimum. Ab arctos, Latine vrsa. Vnde arctous, & arcticus, a, um, septẽtrionalis, das gegen mytnacht ist. Arctophylax, alias Bootes, der vvagẽ man.

Orion.] Quasi vrion, penultima producta, secundum Vergilium & Lucanum, tametsi Ouidius corripiat: dictus est filius Enopionis, putatus ex vrina trium deorum, Iouis, Neptuni, & Mercurij natus, trãslatus inter astra, ante Tauri vestigia receptus. Plautus Iugulam vocat, quod sit armatorum gladius, stellarum fulgore terribilis. Hic si emicat serenitatem, si obscurat, tempestatem denotat. Vergilius:

Fluctu nimbosus Orion. Vulgo, der Iacobs stab.

Hyades.] Stellæ septem, in cornibus, & ore tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluuias gignunt. Ouidius:

At simul inducẽt obscura crepuscula noctẽ,
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ore micant tauri, septem radiantia flãmis,
Nauita quas Hyades Graius ab vrbe vocat.

Latini alias nominãt Suculas, eyn gestirn im stierkopff.

Auster.] ri, ventus meridionalis est, nebulosus, & humectus: Græci notum vocãt.

Hinc

Hinc appellamus plagam auſtralem. Et Auſtrinum etiamnum dicimus, der mittag oder ſudvvindt. Hinc auſtro, as, id eſt, hume facio.

Tedet.] Impersonale, vt vocant, verbū, hoc eſt, faſtidium habet, & eſt proprie in ſe ipſo. Tædium enim, autore Seruio, eſt angor mentis & animi, non autem corporis valitudo. Vergilius:

Tædet pelagi perferre laborem.

CAP. X.

Mulgeo.] es, eſt lac e mammis exprimere. Hinc parœmia: Mulgere hircum, & iungere vulpes, idem pollent. De re palam abſurda. Vergilius:

Qui Bauiū nō odit, amet tua carmina Mœui,
Atq; idem iūgat vulpes, & mulgeat hircos.

Hinc mulctra, mulctrale, & mulctrum, eyn melckkubel. Compoſita emulgeo, es, immulgeo.

Coagulo.] as, eſt cogo, conſtringo, verbum actiuum. Gellius: Semen in vtero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatur, fitq; ad capiēdam figuram idoneum. Hinc coagulum ea pars viſcerū, qua vtimur ad cogendū lac. Item quicquid condenſat, & coniungit.

Compingo.] is, ſignificat contrudo. Interdum compono, coniungo, vt fiſtula ſeptem compacta cicutis diſparibus. Verg.

Ad horam.] Significat, ad tempus conſtitutum. Hora, eyn ſtundt. Hinc horula, horarium, horologium ſolare. Semihora, ſeſquihora. Sonat horam. Quotam horam ſonuit? Horoſcopus penultima correpta, id eſt, aſcendens Latine. Eſt etiam adiectiuū pro vaſe quo horæ ſignantur.

Memini.] Verbum defectiuum, vt vocant, eſt recordor & in mentem reuoco, ſic genitiuo, & accuſatiuo iungitur. Terentius in Eunucho: Faciam, vt meiq;, & huius diei, ac loci ſemper memineris. Sed & mentionem facio, tunc ablatiuo ſociatur cum præpoſitione de. Cicero: De ipſo meminiſſe nolo. Nemo quicquàm de hac re, vel huius rei meminit. Commemini idem ſignificat. A memini fit memor omnis generis. Immemor. Et memoria, vt in memoria habeo. Memoria teneo, idem. E memoria excidit. Proditum eſt memoriæ. Patrum noſtrorū memoria. Memoriale, memoriter. Memoro, memoras, penultima correpta. Commemoro, idem. Commemoratio. Rememoro. Memorabilis, memorabile. Memorandus, a, um, idem.

Inſtauro.] as, ē reſartio, & redintegro. Vergilius per tranſlationem dixit:

Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis,

Hoc eſt, recreati, ſeu validi facti. Hinc inſtauratio, & inſtauratus, a, um.

CAP. XI.

Irrideo.] es, idem quod derideo. Terentius: Ne eum circumuentum inique iniqui irrideant. Ouidius dicit: Naſo ſuſpendere, prouerbialiter. Naſo ſuſpendit adunco. Hinc irriſor & irriſio. Irriſibilis, e. Irriſorius, a, um.

Confuto.] as, & refuto media producta contra Calepinum, quia à con, & re, & fando componitur a in v mutando, vt dicit Feſtus. Vergilius in xij. Aeneidos:

Italia ad mortem ſi te fors dicta refutet.

Eſt redarguo.

Hinc confutatio, id eſt, confuſio. Interdum ſignificat opprimo, conuinco, conficio, commoueo. Confutatus, a, um. Confutatorius, a, um.

Arto.] as, ſæpe vrgeo. Hinc coarto as, hoc eſt, ſimul, continenter arto, ſtringo. Item percoarto, quod eſt maxime, vel perfecte conſtringo, opinor cum ct verius ſcribendum. Arctus, a, um, vt arcta via.

Meridianus.] a, um, à meridie, quod ad meridiem ſpectat. Hinc pomeridianus, a, um, quod poſt meridiem fit. Sic & antemeridianus, a, um.

Lucifer.] ri, ſtella Veneris, cum antegreditur ſolem: cum ſubſequitur, Heſperus dicitur. Vergilius:

Ite domū ſaturę, venit Heſperus, ite capellę.

Item heſperus, & veſperugo.

CAP. XII.

Lampas.] dis, Græca dictio eſt, & dicitur fax, vel ignis, aut ſolis ſplendor. Vergilius:

Princeps ardentē coniecit lāpada Turnus.

Λάμπω, ſplendeo. Capitur plerunq; pro inſtrumento, in quo ignis in oleo lucet. Perſius: Tibi curſu lampada trado. Hoc eſt, operam cōtinenter committo. Qui prior es cur me in decurſu lampada poſcis?

Inferior veſtri.] Dicēdum erat veſtro, ſed genitiuus ponit ablatiui loco more Græcanico, qui ablatiuo carent.

Nimirum.] Aduerbium confirmandi, hoc eſt, ſine dubio, certe. Poteſt etiam reſolui, vt dicatur: Nimirum, non eſt mirum, nāni ſignificat ne, etiam ni niſi ſignificat.

Faux.] faucis, ſuperior pars gulæ mento propinqua, ſed interior, vbi os anguſtatur. Vergilius:

Vox faucibus hæſit.

Balthe

Baltheus.] Vel baltheum, cingulum militare bullatum. Sæpe explicatum.

Inglorius.] a, um, qui nulla laude, aut gloria dignus est, & veluti ignobilis. Vergilius libro iiij. Georgicon:

Ille horridus alter
Desidiam, latamq; trahēs inglorius aluum.

Eleganter Diuus Hieronymus dixit Matthæi quinto in commentarijs: Ne quæras gloriam, & non dolebis, cum inglorius fueris.

CAPVT XIII.

Fabricatores mendacij.] Sunt machinatores, qui fabricant, & machinantur dolos, mendacia & technas ingenio, arte, astutia: à fabricor, aris. Hinc fabrica, fabrilis, e, fabre, & affabre aduerb.

Cultor.] is, à colo, is, qui colit & veneratur. Hinc cultus, & cultura: à quo agricultor, agricola, & agricultura, & agricolatio.

Dogma.] is, & dogmatum, nostri modo decretum, modo scitū, modo placitum appellant. Hinc dogmatistes, & dogmatista.

Aenigma.] is, obscura allegoria, vel q̄stio obscura, quæ difficile intelligitur, nisi aperiatur, vt Sphyngos ænigma Oedipo, ppositum. Hinc ænigmatistes, qui ea facit, seu, proponit soluitq;. Aenigmaticus, a, um.

Formido.] Pauor est à ferendo, vti quidam sentiunt. Cicero formidinem metum permanentem diffinit. Horatius:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni virtutis amore.

Hinc formidare, & formidolosus, a, um, & formidolose aduerbium.

Arbitror.] Est, autumare, æstimare, putare, & reri. Hinc arbiter, arbitrium, quod & arbitramentum dicitur, & arbitrarium. Græce διαγνώκω, vel διαιτητής vocatur.

In neruo.] Neruus hoc loci significat vinculi genus, quo pedes, aut ceruices impediuntur, eyn stock. Alij compedes vocant, & cippum. Hinc neruosus, a, um, neruiceus, neruiæ sunt fidiculæ ex neruis concinnatæ, & neruicus, a, um, penultima correpta, qui neruis laborat.

CAPVT XIIII.

Coma.] æ, breuis capillorum ornatus, hic pro congerie ramorum, ad modū comę capitur. Hinc comare & comatus, vt nullus comatus, qui non idem cinædus. Insubidum prouerbium.

Vacuefactus.] Vna dictio est, à vacuefacio, vacuefacis, quod idem est cum vacuo, vacuas, hoc est, euacuo, & euacuatus, a, um. Euacuatio.

Alluuio.] onis, allauies, & alluuium, pro immoderata aquarum violētia, aut fluuialium, aut pluuialium, similiumq;, quæ nō tantum agros confundit: sed quandoque eripit, & nonnunquàm funditus destruit: ab aluo. Occasione huius dictiōis corrigam obiter illud vocabuli liuione, in hymno diui Iohannis Baptistæ. Vt queant laxis, &c. Dico quod quamuis, nec liuio, nec luuio, vsitate dicantur: verius tamen luuione legendum esse, siue à lauo, siue à luo, quod probant alluuio iàm expositum, & eluuio vel eluuies, proluuio, vel proluuies, vt ponatur luuio pro sorde, & pro compositis alluuione & eluuione. Liuio enim si dicitur, venit à liueo, liues, quod minus congruit sensui, quia primam producit, quę deberet esse breuis ratione carminis Sapphici. Luuio autem primam corripit, & secundā. Sic igitur legendum, atque corrigendum. Mentibus pulsa luuione puris. Non hic liuione legendum est (inquit Iacobus Clichthophæus in suo Elucidario Ecclesiastico) per i in prima syllaba, sed luuione, per v, à nominatiuo luuio, luuionis, quod quidem nomen luem, sordemq; & vitiorum labem signat hic, siue illuuiem, & à luo, luis, luere proficiscitur, liuio, vero liuionis, ne Latinum quidem est, quantum norim, neque à liuor, aut liueo formatur, vt confingunt aliqui. Hactenus ille mecum faciens.

CAP. XV.

Expedit.] Penultima correpta impersonale, vti nominant, hoc est, vtile est. Cicero libro primo epistolarum ad Mariū: Mandasti potissimum, cui expediret: Conducit fere idem, vt mihi conducit hæc res, id est, vtilis est. Ab expedio, expedis, vt expedi paucis, quid sit. Hinc expedite aduerbium. Expeditio, expeditionis. Expeditus, a, um.

Imitor.] ris, est aliorum exempla sequor, sed ad mores tantum, dicta factaque pertinet. Sequor, & ad corpus, & ad mores. Hinc imitatio, id ē, seq̄la. Nō em̄ ad corpus refertur. Imitari Chirographum cuiusuis. Imitabilis, e. Imitabile exemplum. Inimitabilis, e.

Tyrānis.] dis, sæuum, ac violentum imperium est. Iuuenalis:

Quid Nero tā sæua crudaq; tyrannide fecit?

Olim idem quod rex, postea violenter, & per insolentiā imperans dicebatur Tyrannus. Tyranicus, a, um. Tyrannoctonus, Tyrannoctonice.

Lit-

Circumſpectãs.]Hoc ẽ, frequenter circumſpiciens, à circumſpecto. Hinc circumſpectus, qui in omnem partem circumſpectat, hoc eſt, prudens & ſagax. Hinc circumſpectio. Circumſpecte aduerbium.

Craſſitudo.] Idem quod craſſities, pro pinguedine. Hinc craſſo, as, id eſt, pinguem facio. Et craſſus, a, um, id eſt, pinguis. Adagium. Craſſa Minerua.

Aruina.] æ, penultima producta, durum pingue inter cutem, & carnem, vt autor eſt Seruius. Vergilius libro ſeptimo. Aruina pingui. ſchmaer.

CAP. XVI.

Conſolator oneroſus.] Nuncupatur is, qui plus grauat, oneratq; verbis q̃ exonerat, vel leuiat. Nam oneroſus plus eſt, quàm oneratus. Et conſolator, à conſolor penultima producta fit, qui verbis conſolatur, Græce paracletus. Hinc conſolatio, cõſolabilis, & conſolatorius, a, um, vt epiſtola conſolatoria, & conſolatrix.

Ventoſus.]a, um, quod vento diſtentum eſt, & plenum, vt regio ventoſa. Hinc verba ventoſa & turgida & ſufflata, dictitãtur ampulloſa, quæ ſeſquipedalia ab Horatio appellitantur, vt hoc loci.
Horatius in arte Poetica:
Proiicit ampullas, & ſeſquipedalia verba.
Dicuntur etiam bracteata verba.

Artus.]us, qui alligant membra membris, ab arctando. Sunt enim nodi, membra vero trunci. Vergilius libro quinto.
Et magni membrorum artus.
Hinc articulus, & pro digito, vt ſupputat articulis. Et pro momento. In ipſo temporis articulo. Articularis, e, vt morbus articularis.

Ruga.]æ, non ſolum in corporibus dici ſolet, quæ fit p̃ ſenecta, ſed etiam in veſtibus. Ouidius: Ruga ſenilis arat. Inde rugo, as, id eſt, rugas contraho. Plautus in Caſſi. Vide palliolum vt rugat. Erugo, & corrugo, vt corrugare frontem, penultima correpta, ruga veſtis, eyn falt. Rugoſus, a, um. Plinius libro xxxv. Præterq̃ in veſte rugas, & ſinus inuenit. Cicero in Cato. Non cani, nõ rugæ repente autoritatem arripere poſſunt. Item Plinius ait libro xxi. Furfures in facie emendant, & erugant corpora.

Falſiloquus.]a, um, eſt idem quod falſidicus, qui falſa loqui conſueuit, ſicut veridicus, a, um, contrarium.

Infremo.]is, penultima correpta compoſitum, quod eſt valde fremo. Lactantius libro ſecundo: Si belli terror infr emuit. Hinc fremitus, us, penultima correp. Verg. Fluctibus, & fremitu exurgens Benace marino. Feſtus vult fremitum dictum quaſi feſrimentum.

Conuulnero.]as, à vulnero fit: quod eſt ſaucio, vulnus infero. Transfertur quoque ad animum, & ſignificat ango. A vulnus, vt vulnus infligere, eſt vulnerare. Hinc vulnerarius, a, um, & ſubſtantiuum chirurgus Græce, eyn vvunden artz. Vulnificus, a, um, vt enſis vulnificus.

Conſcius.]Proprie qui rem ſcit. Nonius tamen de verborum differentijs ait. Scius ſecum, conſcius cum alio ſcius eſt. Saluſtius: Populares conſcios ſceleris ſui. Popularis eſt verſus:
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici.
Hinc conſcientia mille teſtes, Adagium. Inſcius, & Neſcius, Inſcitia, Præſcius, Præſcientia.

Collega.]æ, penultima producta collegæ dicuntur duo eiuſdem poteſtatis ſimul miſſi. Hinc collegium, collegarum ſocietas.

CAP. XVII.

Attenuo.] as, ſignificat ſubtilem facio, minuo. Hinc attenuatio dicitur. Item attenuor, attenuaris. Hieronymus libro ſecundo Regum: Quare ſic attenuaris macie? Et cum ad animum refertur, defectum ſignificat. Aliud compoſitum. Extenuo, as. Extenuatio figura eſt apud Rhetores, à tenuis, e. Tenuiculus, diminutiuum. Tenuitas, tenuiter, aduerbium.

Polliceor.]eris, ſignificat vltro, ſeu ex pactione aliquid promittere. Ouidius:
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.
Verſus prior eſt: Promittas facito, quid eñ promittere lędit? Pollicitis di. &c̃.

Prouerbium.]Eſt ſermo ad vitæ rationem conducibilis, moderata quadam obſcuritate, multam in ſeſe continens vtilitatem. Vel eſt ſermo rem manifeſtam obſcuritate tegens. Hinc prouerbialiter dicimus, quod vulgo teritur, vt parœmia, & adagium atque diuerbium, apophthegma, parabola.

Stupeo.] es, ſignificat quodammodo ſenſum rerum non habere. Hinc ſtupor & ſtupiditas, & ſtupidus, a, um, ſtupeſco & ſtupefacio. Stupefactus, a, um. Stupefio. Item obſtupeo.

CAP. XVIII.

Iactare.] Frequentatiuum à iacio. Aliquando eſt ſæpe voluere. Interdum fatigare,

gare, vexare, concutere. Nonnunquàm plagis sternere. Interim temere laudare, ambitiosius gloriari. Hinc iactantia, quæ & iactatio, iactator, iactus, us, iactanter, & iactuose, & iactito, as, frequentatiuum à frequentatiuo. Item iactabundus, a, um, & iactanticulus, iactanticula.

Sordeo.]es, sordidus sum. Et sordesco, cis, id est, sordidus fio, vt qui sordet sordescat adhuc. Hinc sordidus & sordidulus, a, um. Sordes plura. tantum. Sordido, as, are, ich besudle.

Pedica.] æ, penultima correpta significat laqueum, quo pedes illigantur.

Vergilius libro primo Georgico.

Tũ gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

Vnde pedio, is, veteres vsi sunt pro eo, quod est pede pulso, & quasi plausum reddo. A quo composita taceo.

Decipula.]Quoddam laquei genus, ad decipiendas, capiendasq; aues.

Inedia.]æ, differt à fame. Inedia sine appetitu, vt in ægrotis. Vñ melius inedia dicitur abstinentia, vel impotentia comedendi, non comestio. Fames vero edendi cupiditas est: à φάγω, quod est comedo.

Horror.] Tremor proprie cum totum corpus, vel frigore, vel pauore intremiscit.

Vergilius:

Mihi frigidus horror membra quatit.

Refertur quandoq; ad toruitatem aspectus, ad abominationem, ad veneratiõem. Hinc horridus, a, um, horridulus diminutiuum. Horriditas est horror, horribilis, e, horrificus, a, um. Horreo, es, horresco. Composit. abhorreo, non multum ab illo abhorret. Abhorresco, exhorreo, inhorreo, & inhoresco, perhorreo, esco, fere idem.

CAP. XIX.

Vsquequo.] Quasi ad vnũ aliquod tempus, vel locum, id est, quãdiu. Ab vsq; propositione, & aduerbio. Vsq; quequa que allenthalb, an allen orttẽ, oder allvvege.

Attero.]is, significat ad aliquid tero, frico. Plinius libro xix. Anguillæ se atterunt scopulis. Hoc loci pro frangere, opprimere capitur. Hinc attritio, attritus, a, um. Opes atterere. Alia composita. Contero. Sic detero, obtero, intero. Intertrigo morbus est, der vvolff. Extero, exterere aciem ferri cote. Protero, retero. Vnde retrimentum, detrimentum. Deter, deterior.

Callis.]is, via est, callo perdurata. Vergilius libro octauo Aeneidos:

Rara per occultos ducebat semita calles.
Est via trita bene.

Inquilinus.] Aduena est, & peregrinus, q alienas ædes, alienaq; põdia, ex conducto inhabitat, siue in vrbe, siue ruri. Hinc inqlino, as, id est, habito, à quo inquilinatus, us, pro incolatu.

Halitus.] Nomen participale ab halo, as, quod est spiritum emitto: sicut spiritus à spiro, as. Hinc halito, as, frequentatiuum. Compositum, adhalo, as, pe. producta. Exhalo, exhalatio, inhalo. Halo, der circel vmb den mon.

Os oris.]Concauum illud, intra quod sunt lingua, & dentes. Qñq; ponit p facie. Vergilius: Os humerosq; deo similis. Et de brutis etiam dr. Os durꝛ. Quo ore, p q̃ audacia. Terentius: Os sublinere est assentari. In ore est. Et in ore versatur oĩbus. Aliqñ p facie accipit. Osculũ diminu. &c. Oscillũ aliud. Item oscilla, oscedo, oscito, as, oscitatio, tantia, oscitãter. Oscinum, oscines, orificiũ. Sed os, ossis, quod & ossum dici potest. Pacuuius: Ossum inhumatũ solidamẽtũ corpis vocatur, quod nodatum & adiunctum inuicẽ neruis alligauit natura. Hinc cõponit exos, quod est sine osse. Inde exossare. Ossiculum dimi. Ossa piscium, ossiculatim, osseus, a, um, ossifraga, ossilegus. Exossare piscẽ.

Exarare.]Est perfecte arare, sed per trãslationem significat scribere, vt hoc loci. Cicero Cornificio: Hæc cum essem in senatu, exaraui. Dictum alias.

Celtes.]tis, est q̃tenus ex lectiõe textus cõiecturo, ferreus stylus vel chalybeus, aut instrumẽtũ, q̃ lr̃æ, imagines ve sculpunt in silice, eyn beyssel. Nõnulli libri hñt certe, pro celte, seu puto deprauate, alioꝛ esto iudiciũ.

Silex.]Masc. gen. Verg. tñ fœm. gen. vsus est. Stabat acuta silex prẽcisis vndiq; saxis. Ouid. masc. gen. Aut vbi terrena silices fornace soluti. Fit aũt lapis durus, ex q̃ ignis excuti solet, vt: Dura silex clausum crebris vomit ictibus ignem. Effundunt largum p̃la onerosa mex. M. Iacob. Horlinus autor.

CAP. XX.

Exquo.]Sumitur pro vbi, simulatq; & postquàm.

Instar.] Indeclinabile, licet Probus instaris gtũm formarit. Q; & sine p̃positione, & cũ p̃positiõe inueniit, vt hoc loco, & Solinus cũ ea vsus est. Ad instar amnis Aegyptij, &c. Et mõ significat ad æqparationẽ, mõ ad mẽsurã, mõ ad similitudinẽ. Instar aduer. nach der mass vergleichung. Instar montis.

Punctus.] ti, quod nisi deprauate, & barbare dicitur in neutro. Seneca: Punctum est, & adhuc puncto minus q̃d incolimus.

Plinius libro secundo. Non aliud est terra vniuersa, quàm mundi punctus. Quandoq; sumitur pro temporis, vel horæ momento, vti hoc loco. Interdum pro minima cuiusque rei particula. Nonnunquàm pro suffragio. Horatius:

Omne tulit punctum, q miscuit vtile dulci.

Hinc aduerbiũ: punctim. i. per punctiones.

Aspis.] dis, serpens paruus, qui veneno suo quæcq; viuentia concite occidit, oua gignit, ex quibus filij procreãtur. Sunt autem plures aspidum species Solino teste, & Erasmo in lingua.

Vipera.] æ, serpẽtis genus, quod vi pariat. Nicander Græcus autor eam Echidnam vocat, quæ & Echis, vulgo Marassum dicunt. Hinc vipereus, a, um, & viperinus.

Butyrum.] Penultima correpta, bouis caseus est, βοῦς enim bos, & τύρος tyrus caseus dicitur. Plinius libro vicesimo octauo.

Luo.] is, significat persoluo. Interdum est sustinere & pati, vt hoc loco, vt luere pœnam, luere scelus, supplicium &c.

Æstuo.] as, significat ferueo, flagro. Aliquando est, fluctuare, agitari, ab æstus. Cõpositum exæstuo, exæstuosus, a, um, exæstuaria pluralis numeri.

Fulguro.] as, fulgur emitto, seu fulgure afflor. Vnde fulguratum, fulgure tactum, & exustum. Fulgur ex vitro metuere, adagium.

CAP. XXI.

Disputatio.] A verbo disputo quod componitur ex præpositione dis, & à verbo puto, quod valet putum antiquo more, id est, purum facere. Cuius diminutiuum est disputatiuncula. Sit ergo nobis definita disputatio, argumentorum ad aliquid pbandum autem improbandum comparatio. Nam vbi pro alterutra parte nullum est argumentum, nec disputatio potest vlla existere. Nomen ipsum testatur dici disputationes, quod per eas veritas ceu putaretur ac purgaretur.

Placatus.] a, um, à placo, as, quod est mitigo, lenio, placo, concordo. Dicitur & placor, deponens, & placate aduerbium.

Abortior.] ris, deponens verbũ est, quin & abortio, is, vt hic reperitur, est abortum facere. Ponitur nonnunquàm (teste Marcello) aborior pro abortior. Vnde hic abortus huius abortus, & hoc arbortum in vno significato. Festus: Abortum mulieris dicitur, quod non sit tempestiue ortum. Abortus idem significat quod & aborsus: nisi q̃d (vt tradit Nonius) aborsus est in primis mensibus. Abortus autem prope tempus est pariendi.

Fetus.] us, est generale nomen ad omnia animalia, etiãsi sint oua. Etiam ad arbores, vt fructus, & poma. Sed fœtus, id est, plenus. Hinc defœtus, effœtus, fœtuosus, & fœtura.

Glarea.] æ, terra sabulosa, quæ in fluuiorum ripis, vel maris littoribus reperitur. Huius diminutiuum est glareola, cum accentu in antepe. Plautus: Glareolam manu effundens. Hinc glareosus, quod plenũ est glarea.

Locytus.] Latine dicitur luctus, & penultimam producit. Quo nomine dictus est inferorum fluuius à styge profluens. Hinc quoq; Pluto Cocytus dictus est. Vide Dionysium Nestorem.

CAP. XXII.

Lassus.] a, um, per duplex ss, dicitur tã animo, quàm corpore fatigatus, id est, labore affectus, nomen est. Hinc lassitudo pro molestia, quam ex labore suscipimus. A quo adagium Hieronymianum: Bos lassus fortius figit pedem. Vide Paræmiographum.

Lacertus.] Serpentis genus. Item genus piscis idoneum ad salsamẽta. De quo Mart.

Cum saxetani ponitur tibi cauda lacerti.

Et in homine brachium dicitur, à cubito ad manus vertebra, vt hoc loco. Ouidius:

Laudat digitosq;, manusq;.
Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos.

Hinc lacertosus, a, um, id est, torosus, robustus, ac validus, & fortis.

Oppressum iri.] Est idem quod oppressi, & similia verba eandem habent interpretationem.

Per caliginem.] Per nebulam, perque somnium, idem polent, adagia sunt. Quarum rerum ambiguam quandam, ac tenuem, peneque nullam & euanidam memoriam aut intelligentiam obtinemus, eas res per caliginem recordari, per somnium meminisse, perq; nebulam videre dicimur.

Cardo.] Dicitur quasi cor ianuæ, quo scilicet illa mouetur. Vergilius:

Foribus cardo stridebat ahænis.

Cardines Græci polos, Latini vertices dicunt. Ponitur pro opportunitate. Vergilius:

Haud tanto cessabit cardine rerum.

Hinc tractum prouerbium Seruius æstimat: Res est in cardine, hoc est, proxima, vt

vt efficiatur. A cardine, cardineus, & cardinalis, & cardinalitium, cardinalium dignitas. Cardines cœli perambulabam ait Iob. Cardines Astrologi ponunt in genituris principuos quatuor, Horoscopum, quod est oriens signum: aduersum huic occidens, quod ab horoscopo distat partibus seu gradibus CLXXX. per diametrum: Mesuranium, siue medium cœli inter horoscopum & occasum: Medium huic aduersum imum cœlum. Græce sic ἀνατολή, Δύσις, μεσουρανία, ὑπόγειον. Adduntur & quatuor alij cardines in secundo, sexto, octauo, duodecimo, ab horoscopo signis, qui cardines significant deum, deam bonam fortunam, & bonum dæmonem, Græce, θεὸν, θεὰν, ἀγαθὴν τύχην, ἀγαθὸν δαίμονα. Cardines nihil aliud sunt, quàm cœlestia signa, quæ ad iudicandum spectantur, quorum primus est horoscopus, ab illo cæteri numerantur. Cardo horoscopi est vitæ, secundus pecuniæ, tertius fratrum, quartus parentum, quintus filiorum, sextus valetudinis, septimus coniugis, octauus mortis. Hæc ex nugis Materni. Manilius libro secundo diuersa tradit. Sed quantum ad rem attinet, de cardinibus satis est dictum.

CAP. XXIII.

Amaritudo.] Et amaror, penultima producta, pro eodem accipiũtur. Et significant insuauitatem, & asperitatem. Et p̃ translationem animi solicitudinem.

Vergilius secundo Georgicorum:

Tristia tentantũ sensu torquebit amaror.

Amaresco, cis, amarus, a, um. Amarulentus, a, um. Amaraco, as, ich mach bitter.

Solium.] ij̃, abusiue pro sella regia ponitur. Vergilius:

Præfatos diuos solio rex infit ab alto.

Alias explicatum.

Presto.] Aduerbiũ, vt puto, loci, quod iungitur verbo sum, fui, & aliquando adsum significat, id est, præsens sum, præsidio sum, faueo, iuuo. Item præsto esse significat, aduenire, seu comparere. Tullius ad Herennium: Hirundines æstiuo tempore præsto sunt, hyeme pulsæ recedunt.

CAP. XXIIII.

Pasco, pascis.] Id est, comedo, & quandoque absolute ponitur.

Vergilius:

Pascentes seruabit Tityrus hœdos.

Quandoq; accusatiuo iungitur. Idem.

Florem depasta salicti.

In hac significatione etiam sumitur pascor, pasceris deponens. Interdum pascere est cibum alteri præbere, fouere, alere, saginare. Nonnunquàm augeri & crescere, vt: Et sacrum tibi pascere crinem, autor ignotus est. Hinc pascua, pascualis, le. Et pascuus, a, um.

Abigo, is], Significat rem odiosam, molestam, damnosamq; à loco fugo, depello. Interdum abducere est. Hinc abigæus, abactor, pecudum fur atq; latrunculus dicitur. Vide Vlpia. Subinde expositum.

Demeto.] demetis. penultima correpta, est deorsum meto. Catullus:

Sole sub ardenti flauentia demetit arua.

Meridio.] meridias, & meridior, meridiaris, vt hoc loco significat cibum meridianum capere. Plautus: lentando, meridiando, comessando, pergręcando vitam ducere. Aliquando somnum meridianum capere. Hinc meridiatio est quies meridiana, & meridies tempus illud.

CAP. XXV.

In sublimibus.] Id est, in altis & excelsis. Sublimis, sublime, est in altum eleuatus. Vergilius:

Ipsa Paphos sublimis abit.

Hinc sublimitas exaltatio.

Nunquid?] Interrogantis particula, qua non tam interrogamus, quàm arctius instamus plerumque. Componitur autem ex num & quid. Et modo aduerbium est, modo nomen, videlicet quando genitiuus sequitur, vt nunquid criminis habes?

Luna.] lunæ, à lucendo, quod noctu sola luceat. Hinc plenilunium, quod est cũ luna deci. quin. & rotunda est: à quo prouerbium. Quarta luna nati, dicuntur infortunati, & infelices. Et diminutiuum Lunula. Et illunis, e, media producta non splendens, cæca, vt nox illunis, Politianicum nomen in Miscellaneis.

Putredo.] A putris, quod est corruptio, resolutio. Et putridus, a, um. Hinc putreo, putres, & putresco, putrefacio. Hinc cancer putris dicitur, id est, morbus ille: Græce carcinoma, der Krebs. Hinc Tetrastichon elegans Euricij Cordi Sympsi huius.

Suadeo atrox compesce labrum, vel sæuus asylus.
Quem culicẽ reris, mox tibi vulnus agit.
Quod neq; Thessalicus Chiron, nec Apolline natus
Curabit, putris sed quasi cancer erit.

CAP. XXVI.

NIhili] Indeclinabile, omnis generis, quasi qui ne hili quidem est, hoc est, nullius precij, vtilitatis, aut momenti. Hinc nihilum ex non, & hilum componitur. Nihil aduerb. negandi. Et nihildum, hoc est, nondum.

Ad nutum.] Hoc est, ad imperium, potestatem, & voluntatem. Nutus enim quandoq; pro volũtate ponitur: quanquàm id fit quod aut oculis, aut capite, aut manibus fit signum.

Obstetrico.] cis, penultima producta ad pariendum diuino, siue obstetricis officium ago. Hinc obstetrix, eyn hebamme.

Coluber.] Serpens, qui nemorum vmbras incolit. Hinc colubrinus, a, um. Et colubrina, colubrinæ, herba quædam.

Tortuosus.] a, um, hoc est, flexuosus, sinuosus, & ad modum Meãdri obliquum.

Tonitrus.] tonitrus, & tonitru declinari potest. Ouidius libro secundo Metamor.

Vnde solet tonitrus, & flumina mittere terris. Iuuenalis:

Et facient optata tonitrua cœnas.

Est autem tonitrus (Seneca teste) nubis ictæ sonus, qui & tonus dicitur. Hinc tonitruo, tonitruas, est tonitrum facio. Tonescit, id est, tonus fit. Varro. Tonitribus templum tonescit.

CAP. XXVII.

ABsit.] Ab absum, quod est longe sum: frequenter obuium apud Paulũ. Græcis est μὴ γένοιτο, id est, ne fiat, aut ne cõtingat, siue deus auertat, aut prohibeat. Est autem abominantis sermo.

Violentus.] a, um, qui vim facit, dicitur à violo, violas. Hinc inuiolatus, id est, intemeratus. Violabilis, violabile. Inuiolabilis, inuiolabile. Violenter, violare virginem per vim, violare ius. Qui iusiurandum violat, fidem violat ait Cicero.

Reliqui.] Sunt residui, relicti, ab reliquus, a, um.

Tinea.] æ, vermiculus est, qui de carne editus, vestes aut libros adrodit. Horatius ad librum: Aut tineas pasces taciturnus inertes, Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam. Hinc tineosus, a, um, vt aluei tineosi, apud Columellam libro decimo.

Sibilo.] sibilas, sibilum facio. Hinc composita adsibilo, exibilo, exibilas, id est, explodo. A quo sibilus, quod in singulari masculinum in plurali neutrum est.

CAP. XXVIII.

COnflare.] Est simul flare, interdum sufflare, purgare, vt hoc loco, aurum conflare, & conflare æs alienum. Alias dictum.

Sapphirus.] Sapphiri, per p ante ph, penultima producta, lapis precios us, coloris aerei, imo cœli colorem habet. Græci σαπφείρου vocant. Hinc Sapphirinus, a, um, & Sapphireus, a, um.

Gleba.] glebæ, cespes terræ, dicta quod sit quasi globus. Diminutiuum glebula, eyn acker schoellin.

Institor.] Penultima correpta, negociator ex eo dictus est, vt inquit Vlpianus, quod negocio gerendo instet. Ouidius. Institor ad dñam veniet dissinctus emacé. Plautus institricem vocauit. Hinc institorius, a, um. Item institia, institiæ, generis fœmini. fimbriæ sunt & orę in vestibus mulierę.

Abyssus.] abyssi, est immensa aquarũ profunditas, barathrũ, & gurges, vorago.

Obrizum.] Alij cum y Græco, aurum dicitur, quasi syncerum, delicatumq;, quod sæpe igne cãdefactum, & exustum est, & in coctione non diminuitur.

India.] Indiæ, regio orientalis Asiæ terminus, quæ tam vasta perhibetur, vt eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum, probat quotidiana experientia. Hinc Indi populi Indiæ. Indicus, a, um,

Sardonyx.] Tam masculini quàm fœminini generis, lapis in Sardinia primum compertus, coloris rubei. Iuuenalis:

In manibus densi radiant testudine totam
Sardonyches. Persius fœmini. gener.
Et natalitia tandẽ cum Sardonyche albus.

Dicitur & sardonychus, & sarda. Iuuenal.

Arguit ipsorũ qs litera, linguaq; princeps
Sardonychus. Plinius libro tricesimo septimo cap. septimo, à σάρξ quod ẽ caro, & ὄνυξ, vnguis, autumat dictũ quasi Sarconychas. eyn edel gesteyn. Sardoa herba nobilis Sardiniæ. Vergilius:

Sardois amarior herbis.

Topazius.] Topazij, viridis est, teste Plinio: Quidam dictum putant à Topazio insula rubri maris, quæ quoniam est nebulosa, cum à nauigantibus sæpe quæsita esset, hinc nomen accepit. Nam τοπάζειν lingua Troglodytarum quærere significat. Dicitur & Topazion.

CAP. XXIX.

PRistinus.] a, um, quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria, æuoq; nostro fuit. In pristinum locum restituere dicimus non in priscum.

Cathedra.]Cum c exili,&th,aſpirato,dicitur ſubſellium,vel ſedile,ſedes,vel ſella,penultima indifferente. Iuuenalis:
Pœnituit multos vanæ,ſterilisq; cathedræ.

Cohibeo.] Cohibes,ſignificat conſtringo,contineo,freno. Plinius:Et impetum fluentis blanda oratione cohibuit. Hinc cohibitio,& cohibitus,a,um.

Diadema.] Geſtamen regis eſt,& amiculum,quo caput obligatur,habẽs duo appendicula.Hinc diadematus,a,um,id eſt,diademate ornatus.

Mola.]Molæ,præter aliam ſignificationem primariam ſignificat mandibulam' ſeu maxillam,vt hic,& alibi.Molas leonum confringet dominus. Hinc molaris, molare.Cætera alias explicaui.

Stillo.]Stillas,guttatim fluo,ſiue emitto.Hinc diſtillo,& diſtillatio fluxus capitis eſt. Item extillo,inſtillo.Stillicidium,ſtilla & ſtillula diminutiuum.

Imber.] Eſt agmen aquarum largis, & concretis effuſum nubibus. Apuleio teſte:Theocritus:Nũc pluit,& claro nunc Iuppiter æthere ſurgit. Sperandum eſt viuis nõ eſt ſpes vlla ſepultis. Hinc imbrifer,a,um.

CAP. XXX.

Squaleo.] Squales,à ſquamarũ crebritate,& aſperitate dictum. Vnde & ſqualens pro fulgenti, pleno,diuite, honorato, abundantiq; ponitur. Vergi.
Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum.Idem:Squalentem barbam & concretos ſanguine crines. Hinc ſqualor,ſqualidus,a,um.

Iuniperus.]Iuniperi,arbuſcula,quę in arenoſis frequens naſcitur, coma virens perpetua,vnde & topiario operi idonea, medici ſandaracam vocant, vvacholter.Hinc iuniperinus,a,um.

Sentis.] Spina, quod à tangentibus quàm primum ſentiatur.Hinc ſenticoſus,a,um,ſpinoſus,aſper, &ſenticetum,locus ſentibus conſitus.Sentus,a,um,idem quod ſenticoſus.Item ſentis canis, eyn bromernſtauden.Columella.

Pharetra.]Penultima indifferente repoſitorium,& theca ſagittarum eſt. Ex lacera pharetra terſa ſagipta venit. Hinc pharetratus adiectiuum, qui pharetram fert. Siponinus.

Marceſco.]Marceſcis,à marceo,marces, id eſt, putreſco à macie, quoniam quæ macie attenuata ſunt facile putreſcũt, vt: Inuidus alterius rebus marceſcit opimis, alij legunt macreſcit.A macreſco,emarceo,emarceſco, marcor eſt putredo. Hinc marcidus, a,um.

Capitium.] Non caputium.Marcus Varro libro primo de lingua Latina dicit venire ab eo quod capiat pectus,id eſt,veſtimentum pectoris. Nonius aliter ſentit.Et Vlpianus. ff. de auro, & argento, dicit eſſe tegumentum mulieris:attamen capitis,eyn Kap,oder hudt.Vide Bebelium.

Struthius.] Vel ſtruthio,auis eſt corpore grandis, grauisque, eyn ſtrauſs vogel. Hinc ſtruthiocamelus animal pennatum. Struthiamala, quæ & ſtruthiomela. Struthium,ſtruthij herba quæ & radicula dicit.

Cauma.] Græca vocula, ſignificat calorem. Cauſis combuſtio, & cauſon æſtus, ardor.Hinc cynocaumata, quæ nos dies caniculares vocamus,dye huntzdage.

CAP. XXXI.

PAngo.] Pangis, ſignificat figo,planto,ſiue iungo, vt pegigi fœdus, id eſt, inij,vadatus ſum. Hinc pactilis,& pactile, penultima correpta. Plinius libro duodecima.Summaq; autoritas pactili coronæ. Pangere clauum,pangere inducias,pacem,ſocietatem,terminos,&c.

Nefas.]Contrarium fas,ſignificat impium,ſceleſtum,execrabile. Hinc nefarius, a,um,& nefandus,a,um.Nefaſti dies

Genimen.] Parum Latinum eſt vocabulum.Nam haud arbitror vſquàm comperiri apud probatos autores. Sed germen bene, quod Græci γέννημα,hoc eſt, germen, fœtus dicunt, vti in Matthæo,deo auſpice, explicabimus. Vide annotationes Eraſmi.

Si.]Coniunctio quandoque adiunctiua,cauſalis,approbatiua,quandoque pro vtinam. Aliquando pro poſtquàm. Interdũ pro non vt hoc loco. Nonnunquàm pro ſeu,ſiquidem.Eſt enim confirmantis. Eius compoſita ſunt, ſin,ſiquid,ſiue, oſi, &ſi,ſilicet,ſiquis.

Diſcepto.] Diſceptas,diſputo, contendo,diſcordo. Aliquando etiam moderor, compono. Hinc diſceptator dicitur,& diſceptatio,vt libera diſceptatio.Diſceptare cõtrouerſias.Vide Daſypodium.

Vulua.]Seu volua,idem quod loci, vel vterus, id eſt, locus ventris, & receptaculũ in quo mulieres concipiunt: Hic tamen pro matrice ponitur, ſed neſcio, num bene

æstimo improprie. Nam differentia est inter vuluam, vterum, & aluum. Sed illa differentia non omnino obseruatur. Vulua igitur non significat membrum illud mulieris genitale, verecunde nominandum. Sed Dasypodius, & Petrus Cholinus in Dictionarijs nominant Germanice dye Baermuter, alias loci, & vterus dicitur.

Horatius:

Nil melius turdo, vulua nil dulcius ampla,
der euter in vaccis. CAP. XXXII.

HEliu.] Filius Barachiel Buzites, de cognatione Ram. De generatione & pgenie Huz & Buz filiorum Nachor & Melchæ, sororis Saræ vxoris Abraham, nascitur Iob, & Heliu. De Huz Iob nascitur, & de Buz hic Heliu, vnde & Buzites dicitur. Hunc igitur doctissimi scripturarum dicũt ipsum esse Balaam hariolum, quem in Numerorum libro. Numeri. vicesimo secundo: Balach rex Moabitarum ad Israelem maledicendum conduxerat. Ram hic Abraham intelligimus.

Tantummodo.] Id est, solum, & solummodo.

Spiraculum.] Idem, quod spiramentum. Vergilius:

Sæua spiracula Ditis.

eyn lufftloch, à spiro, as. Hinc spirabilis, le.

Lagunculą.] Diminutiuum parua lagæna, quæ est genus vasis testacei, tam ad aquam quàm ad vinum, & alios vsus accõmodatum. Subinde explicatum.

CAP. XXXIII.

FAux.] Superior pars gulæ mento propinqua, sed interior, vbi os angustatur. Ouidius libro sexto Metamorphoseos:

Caret os humore loquentis,
Et fauces arent, vix est via vocis in illis.

Faux non dicitur, sed fauces ait Cholinus, der schlundt. Item Metaphorice eyn klaus, vt Caudinæ fauces.

Querela.] Est idem, quod querimonia, & questio. Cicero: Sæpe interfui querelis meorum æqualium. Querelam pacis libellum elegantem scripsit Erasmus.

Per somnium.] Hoc est, per nebulam, atq; caliginem, hoc est, obscure.

Sopor.] Somnus profundus, à quo soporifer, a, um, vt papauer soporiferum: soporo, as, penultima producta, id est, soporem induco. Vnde soporatus, a, um, & sopio, is, significat soporo. Inde sopitum dicimus, qui iam cœpit dormire.

Delinquo.] is, id est, fallo, à bono deficio, prætermitto. Plautus: Ex me quæris qd deliqueris? Hinc delictum, id est, peccatum, & deliquium, defectus, vt solis deliquium & animi. CAP. XXXIIII.

SObsannatio.] Proprie rugata fronte, & cõtracto naso exprimitur: est irrisio, à subsanno, as. Sanna, æ, vt: Posticæ occurrite sannæ.

Lordatus homo.] Id est, insignis corde, & præstans memoria, qui solertia multa pollet & ingenio, prudentiaq;.

Fabrico.] as, & fabricor est compono. Ouidius libro decimo tertio Metamorph. Cratere Aeneæ, quẽ iã fabricauerat Alcon. Transfertur etiam ad animum.

Tyrannus.] Dixi alias de tyrãno. Olim nihil inter regem & tyrannum intererat, à τυραννέω dicitur, quod est impero. Vergilius quarto Aeneidos: Te propter Libycæ gentes, Numadumq; tyranni Odere infensi. Et Horatius libro tertio Carminum. Princeps & iuuantem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim, late tyrannus Acron: Tyrannus alibi pro domino, alibi pro crudeli, alibi pro potente. Ita Augustinus fortẽ posuit pro potente, de Ciuitate dei libro quinto, cap. xix. vt apud Græcos Δύναμις, & potẽtia est & fortitudo, quemadmodum apud Homerũ sæpe, & Pindarum: vt in Nemeis de Hercule: ἴσθι γὰρ ἐκνόμιον λῦμά τε καὶ δύναμιν ἥν.

Apostata.] Siue apostaticus, rebellis dr. Item alit. ἀποστάτης, defector, ab ἀφίσταμι, defitio, rebello, recedo. Dæmones tales sunt, q à deo defecerũt. Theoderitus de dijs & angelis, Satã Hebraice, ἀποστάτην Græce dici tradit. Hieronymus aduersariũ siue trangressorẽ vertit. Adhæc supest detestabile nomẽ apostatæ, q̃ vox Græce nescientibus atrocior est, q̃ Latina, desertor aut trãsfuga. Et apostasia peius sonat q̃ defectio. Græcis aũt & vxor, q̃ diuortiũ cũ marito fecit, ἀποστῆναι dr, ac repudij libellus ἀποστάσιον appellat. Itẽ quũ miles ab Impatore suo deficit ad hostẽ, ἀποστάτης dr: & populus q desciscit à principe, ἀποστῆναι dr. Deniq; discipulus q discedit à placitis sui doctoris, ἀποστάτης appellat. Velut si qs ab Stoicis desciscat ad Peripatheticos. Hinc veteres Chriani, q ab Euãgelica fide defecissẽt ad veterẽ Paganismũ aut Iudaismũ, eos infami vocabulo vocabãt apostatas, q̃d ab Impatore Chro, cui semel dederãt nomẽ, ad Satanã quẽ abiurarãt, desciuissent. Princeps aũt oĩm apostatarũ fuit Lucifer, qm primus defecit à deo conditore suo, qui primos humani generis parẽtes eo pellexit, vt & ipsi neglectis dei iussis serpẽti potius obtẽperarẽt.

rarẽt. Optimo igit iure Christianoꝝ aures exhorrent apostatę nomen. Nihil enim execrabilius q̃ si Christo semel initiatus deficiat ad Belial. Hinc apostatare est rebellare, discedere. Et apostasia cum accentu in penul. elongatio, defectio, rebellio & discessio.

De industria.] Vel ex industria, id est, data opera. Porro eleganter loquimur de industria fecit. Sciens fecit. Studiose. Dedita opera. Studio, consulto, consilio fecit. Contra. Imprudens. Nesciens fecit. Per errorem fecit. Errore factum est. Per imprudentiam. Peccaui inconsulte. Ex industria, pro de industria aliquoties dixit Quintilianus. Composito factum, ex composito, ex destinato, pro consulto apud Suetonium est in Caligula.

CAP. XXXV.

Aether.] Summus est, vbi stellæ sunt, Græcum est ἄιθηρ, ponitur ab aliquibus pro ignis elemento. Nam secundum Varronem cœlum diuiditur in æthera, & aera. Hinc æthereus, a, um. vt plaga æthera. Alĩ accipiunt æther pro aere.

Eiulo.] as. quidam cum h. aspirato scribunt, ab hei fit, & significat sublata voce fleo. Inuenitur & eiulor deponens. Hinc eiulatus, us, id est, ploratus. Alĩ cum aspiratu scribunt.

Erudio.] is. significat ex rudi doctum facio. Ouidi. Erudit & rarum pectine dẽsat opus. Hinc eruditio, eruditus & erudite aduerbium.

CAP. XXXVI.

Collocо.] Penultima correpta, est simul loco. Hinc dicimus: Bonas horas male, aut bene collocare, qui tempus inutiliter, aut vtiliter transigit. Hinc collocatus, a, um.

Cincio.] Cum. n. ante. c. significat ligo, quasi vim iniĩcio. Verg. Purpureusq; alte suras vincire cothurno. Vincor passiuũ vt hoc loco. Hinc vinctus. Et vinculum, id est, ligamen. per syncopen vinclum.

Effeminatus.] Est mollis, mulierosus, lasciuus, parumq; vir, ab effœmino, as.

Lator.] A fero, est portitor, baiulus, tabellio, grãmatophorus, tabellarius, nũcius.

Gurges.] Locus in flumine ꝓfundus, in quo aqua vertitur, eyn vvirbel. Et omnis aquaꝝ congeries dicitur gurges. licet quandoq; per Tapinosin figurã, id est, humiliationem, ponatur pro mari. Vergil. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Ouidius: Casus vbiq; valet, semper tibi pẽdeat hamus. Quo minime credis gurgite piscis erit. Metapho rice, eyn fras. helluo, lurco, vt Gurges & vorago patrimonĩj. Hinc gurgito, as. & ingurgito. Gurges imus.

Pretexo.] Prius texo, prius facio, priusq; ordino. Aliquando ponitur pro cõtego, abscondo, quasi aliud quàm sit ostẽdo. Hinc prætextus est velamentum fucusq;, & pallium.

CAP. XXXVII.

Atrum.] Significat specum, lustrũ ferarum, latibulumq;.

Arcturus.] Stella in signo Bootæ post Septentrionem, & dicitur vrsæ cauda. Nam omnium astrorum vocabula pene à gentilibus fabulis habent nomina, vt arcturus ab vrsa translata in celum. Orion, Iupiter, Mars &c. Superuacuum sit hic originem fabularum repetere. Atq; ijs nominibus aliquando singulas significant stellas, aliquando complures iunctas.

Gelu.] Proprie glacies dicitur. Aliquãdo ponitur pro frigore. Vnde gelidum, frigidum dicimus. Dicitur etiam hoc gelũ, & hic gelus. Lucretium libro quinto & sexto transeo id probãtem. Hinc gelicidiũ, ipsum gelu, gelo, as, gelascere, gelabile & gelidus, a, um.

CAP. XXXVIII.

Linea.] Regula est, & amussis atq; perpendiculum, ac filum illud quo fabri murariĩ vtuntur, ad æquandum & rectificandum opus. Horatius: Mors vltima linea rerum est. Et prouerbium Appellęum. Nulla dies sine linea. Nullam hodie artis lineam duxi, hoc est, otiatus sum, marcui otio. Spartum rosi, ad Eurotam sedi.

Obuoluo.] is. compositum à voluo, est idem quod implico. Hinc obuolutio. Et obuolutus, a, um.

Grando.] Gutta aquæ in aere congelata, quod solito grandior fit. Hinc grandino sus, a, um. Grandinat. Grandinatus, a, um.

Pleiades.] Stellæ, quæ taurum perficiunt præter caput, Latine Vergiliæ dicuntur à verni temporis significatione, quo oriuntur.

Vesperus.] Stella, quæ Venus dicitur. Hæc etiam vespera, & vesperugo à Latinis, seu Hesperus à Græcis, & sequitur solem: præcedens solem mane Lucifer appellatur. Capitur pro vltima diei parte. Vergilius: Ite domum saturæ, venit hesperus, ite capellæ. Hinc vesperi aduerbium. vespertinus, a, um. vesperascit. aduesperascit.

Concentus.] Est simul cantus, cantus

mistus,id est,symphonia,& diuersarum modulatio vocum. Verg. Hinc ille auium concentus in agris,à concino,quod est simul cano,& pro harmonia ponitur hoc loci. Hinc concentus parilis.

Vagio.] Infantum more vagientium plorare. Hinc vagitus penult. produ. & vagor,oris,pro eodem ploratu. Lucretius lib. secun. Et superantur item, miscetur funere vagor.

CAP. XXXIX.

IBex.] Vel Ibix sylueſtris capreæ genus perniciſſimum, vt Plinius libro octauo scribit. Sed ibis, auis Aegypti, quæ duplex est,altera nigra tota est,altera ciconiæ non absimilis,diuersa tamẽ à ciconia. Pelargus Ciconia dicitur Græce.

Rugitus.]Penultima prod.à rugio, is. proprie leonis est,cum vocem emittit.

Salsugo.]Appellatur in salinis tota liquida,marina aqua salsior. Salsugo etiã dicitur humor cum sapore salis, pickel. Salsilago idem,saltzvvasser,à sal deriuatur, à quo multa. Salinum. salillum diminut. salina. salsamentum. salsamentarius. salsedo. salum. salitura. Sal Ammoniacus.

Rhinoceron.]Ontis. & rhinoceros,otis animal quadrupes,habens in nare vnũ cornu,vt ait Plinius. Solinus dicit repandum esse,id est,recuruum eius cornu. Pausanias aliter sentit. Hinc sagacem & prudentẽ virũ nasum rhinocerontis habere dicimus. Martial. Iuuenesq; senesq;. Et pueri nasum rhinocerontis habent. A quo rhinocerontius, a,um. vt cornua rhinocerontia.

Unicornis.] Gener. masc. siue vnicornius & vnicorniũ declinari potest, pro animali, quod vnicum in fronte cornu longũ gerit,Græce monoceros dicitur.

Herodius, & herodion.] Auis falco vulgo dicta. Imo est ardea vel nisus.

Hinnitus.]Penult. prod. ab hinnio,is. equorum clamor est.

Vah.]Interiectio insultantis est. Plautus: Vah homo impudens. Et in Euangel. Vah qui destruis templum.

Odoro.] Et odoror,pe. prod. est olfacere. Columel. li. vij. Deinde nares perfricato, vt homines discãt odorari. Hinc odoratus, odoriferus,a,ũ. odorator canis,qui & odorinsequus,odoramentum,odorarius, Græce aromatopola. Odorus,a,um. Odorificus.

Plumesco.]A plumeo es,hoc est,pẽnatus fio. Hinc plumeus,a,um. Distichon M. Iacobi Horlini: Plumeus æquoreas anser q̃ transuolat vndas, Crede mihi rediẽs anser, vt ante manet. Nam cœlum non animum mutant qui trans mare currunt. Horatium puto autorem, ni me fallat memoria.

Lambo.]Secundum Priscianum est lingere,hoc est,lingua aliquid suauiter tangere,sicut canes bibentes. Lambunt mustæ,cibos lambere. Lambere dicitur ignis. Lambunt flumina. Lambere aliquem per translationem est obtrectari.

CAP. XL.

ARrogans.] Ab arrogo, as. qui sibi temere,atq; insolenter tribuit, quæ in eo non sunt. Hinc arrogantia,temeritas, impudentia. Item arroganter temere, & arrogantiusculus & arrogantiuscule.

Behemoth.] Ex Hebræa voce, Latine animal significat. Ideo autem diabolus Behemoth,id est,animal dicitur, quod de excelsis ad terrena decidit, & pro merito suo vt animal brutum effectus est. Ipse est & Leuiathan.

Perplexus.]a, um. à perplector, ꝗd est perfecte ligor. Hieronymus ad Paulinũ: Tenẽt se mutuo,sibiq; perplexi sunt. Hinc perplexe aduerbium. Terentius: Pergin' scelesta mecum perplexe loqui.

Fistula.] Canalicula est & tubulus, per quem aqua fusa educitur. Item instrumentum musicum. Item in homine, per quã spiratur,fistula est. Item arbor aromatica. Item morbus,die fistell. Hinc fistulator, fistulosus,a,um. vt fistulosa terra. fistulus cancer morbus. Fistulosæ densitatis spongia.

Cartilago.] Si Calepino credimus, concauitas illa,quæ est circa aures,pe. pro. kreſplẽ. Cartilaginẽ in moris dixit Plinius: Hinc cartilaginosus, a, um. vt cartilaginosum galbanum.

Lamina.]Crassior bractea est,ex qua aramentura fit. Hinc laminarius, ein kurſs schmidt. Bractea tenuior.

Sudes.]Pertica est,seu teli genus militaris. Seruius dicit vallum & sudem idem esse. Vergil. Stipitibus duris agitur,sudibusque præustis. Idem lib. i. Georgicon. Quadrifidaue sudes & acuto robore vallos. Seruius: Vallus & sudes idem.

Armilla.] Genus est ornamenti brachij. Hinc armillatus,a,um. armillatos cursores Budæus vocat, quos postas dicimus, quia id insigne gerunt,quod(vt ipse sentit) potest armilla aut spinter dici,eyn hutten.

Sagena

Sagena.]pe.prod.rhete eſt piſcatorij, Latini verriculum putant. Manilius li.v. Excipiunt vaſta circumuallata ſagena.

Burguſtium.] Genus eſt habitationis anguſtum,à gurgulione verme ſic dictum. Seruius docet eſſe obſcuram,& latentem tabernam:à quo gurguſtiolum diminutiuũ, eyn hutten.

Fruſtro.]Et fruſtror commune, ſecundum Priſcianum eſt decipio,vt hoc loco. Plautus:Neſcio quis præſtigiator hãc fruſtratur mulierem.Hinc fruſtratus,a,um. & fruſtra aduerb.

CAP. XLI.

Fũſile.] Quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt,vel quod pronum eſt ad fundendum.Subinde alibi expoſitum.

Squame.]arum,quibus corium piſcis, aut ſerpentis tegitur. Verg. Quem pellis ahænis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.Hinc deſquamo & exquamo. Ab harum ſimilitudine loricarum quoq; cathenulæ ſquamæ dicuntur,pfantzer:Hinc ſquamoſus,& ſquameus,a,ũ.ſquamificus.ſquamiger. ſquamatim aduerbi. Squama æris, quæ vi decutitur ab ære.

Sternutatio.]A ſternuo, vel ſternuto, inflatio eſt, à pectore exurgens, totum caput concutit.Propertius:Num tibi naſcenti primis mea vita diebus. Aridus argẽtum ſternuit omne timor?

Palpebræ.]arum. capilli, quos in genis homines vtrinq; habẽt,à palpitando, id eſt, tremendo.

Lampades.]Faculæ dicuntur.Centies repetitum vocabulũ. Quid opus Crambe repetita?Si mihi ſoli ſcriberem hoc Lexicõ, nullam dictionem,ſemel certe explicatam, iterarem.

Teda.]Arbor e laricum genere, quæ liquorem, ſeu picem ſtillat, abundans ſuccoliquidiore,& ob hoc flammis,ac lumini ſacrorum grata,vt infit Plinius.Inde tedas vocitamus faces.Et Cererem deam poetę nominant tediferam.Teda pinea.Item teda pronuptijs.

Pruna.]A carbone diſtinguitur, quod illa quàm diu ardet,pruna dicitur:carbo cũ extincta fuerit.Verg. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.Vulgaris verſus: Incidit in prunas cupiens vitare patellam. Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.

Incus.]incudis, penul. prod.gene. fœ. inſtrumẽtum in quo aliqd cudimus.Hora. Et male tornatos incudi reddere verſus.

Malleator.] A malleo, quod eſt malleo operor.Auguſ.li.xv.de Ciui.dei. Tubal Cam erat ærarius & malleator,æramenti & ferri.Hinc malleus,& malleolus, & malleatus,a,um. Item malleoli dicuntur propter ſimilitudinem quã habent cũ malleis. Malleolus in vite,ein nevv ſchoſſz.Malleolaris, re.vt virga malleolaris.

Thorax.]Latine pectus, vnde & munimentum,ſiue laneum,ſiue ferreum,quo pectus protegitur,thorax dicitur. Statius lib. Thebaid.Propugnat pectora thorax, eyn krebs vor der bruſt.

Vibro.]Moueo,& quaſi vi agito. Vergi.Sibila lãbebant linguis vibrantibus ora. Per translationem ſignificat vocem in cantando criſpare. Hinc dicimus. Sicas vibrare. Vibrare dicitur mare. vibrant flumina. Vibrans vibrãtis participium. Vibratus participi.præteritum vt haſta vibrata. Vibratũ krauſz,gekreuſzt.

Non eſt ſuper terram poteſtas &c.] Nõ eſt poteſtas quæ cõparetur diabolicæ ſuper terrã,teſtat hoc loci Iobus, quod ſi quãtum oderunt,quantumq; poſſunt nocere,ſinerẽtur,incenderent vrbes,vaſtarent agros, flumina & maria in regiones immitterent,venena cibis poculisq; diffunderent, hoĩes & beſtias torquerent, ac interimerent, & tametſi homini cognitu difficile eſt, quãtum poſſint natura ſua dæmones liberi ac ſoluti,quantum nõ poſſint: magnas tamen inferre humano generi clades poſſe irreparabilia noſtris viribus damna certum eſt. De potẽtia angelorum diſputat diuus Auguſtinus lib.de tri.iij.

CAP. XLII.

Latet.]Imperſonale,vt vocant, verbũ, à lateo,id eſt,in occulto ſum.Hinc dicimus me latet,id eſt, me clãm eſt, me fugit, præterit me. Item Vergilius:Latet anguis in herba,à lateo.

Excedo.]penult. prod. ſignificat diſcedo,egredior.Item vltra cedo, tranſeo. Item ſupero,vt Cicero excedit omnes eloquẽtia. Hinc exceſſus.

Caſia.]Per ſimplex ſ.frutex eſt aromaticus,amplitudine cubitorum trium,ſuauiſſimi odoris,& virtutis cinnamomi. Vergi. Tum caſia,atq; alijs intexens ſuauibus herbis.Hæc alio nomine fiſtula dicitur.

Stibium.]Dicitur,quo mulieres ad venuſtandos oculos peculiariter vtebantur, pigmentum.Hinc ſtibinus,a,um. pe. prod. quod ſtibij colorem habet. Vulgo antimonium dicitur teſte Cholino.

¶Libri Iob FINIS.

Præfatio

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI ad Paulam & Eustochium in Psalterium explicatio.

PSalterium Romę dudum positus emendaram.] Psalterium Græca dictio est, quod Hebraice nebel dicitur, vel nablō: Latine organum laudatoriū. Hinc psaltes cantor, psalmus canticum, psallo, cano. Itē psalma q̄d psallit. Diapsalma interpositū. Sympsalmavocū copulatio, cōcētus. Psalmodia cum accentu in pen. est cantus mixtus ad muficam canēs. Psalteria cātrix.

Emendaram.] Pro emendaueram, id est, correxeram, dispunxeramq;, ab emendo as, quod est corrigo.

Cursim.] Aduerbium significat currendo, & incursim, celeriter, & curriculo. Plautus: Curfim curram. i. currendo curram.

Noualis.] Masc. ge. & nouale, neu. ge. pe. pro. Paulus Iurisconsultus dicit esse terrā p-scissam, quæ anno cessat. Varro: Qui intermittit à nouando, noualis ager. Sic Pli. Nouale est, inquit, q̄d alternis annis seritur &c.

Aruum.] Ager aratus est, necdum satus, qui tñ sementi datur. Vel aruus ge. masc. vt frugifera & ferta arua Asia tenet. Hinc Aruales fratres.

Sulcus.] Proscissio terræ. Inde bisulcus, & trisulcus: vt trisulcum fulmen.

Eradico.] Pe. pro. ē vsq; ad radices euello, ab radico, & radifico, ago radices.

Radiantia signa.] Hoc est, fulgentia. Obelos putat, & asteriscos, hoc est, verua & stellulas, & puncta.

Aeditio.] Lucubratio est, quæ æditur & inuulgatur.

Turbulentus riuus.] Lacuna est immūda & turbida, ex q̄ quidā malūt bibere, quā ex vitreis fontibus, repurgatisq; absidibus.

ALTERIVS PROOEMII EIVSDEM IN idem Psalterium elucidatio: Proxime cum Origenis Psalterium.

Ἐγχειρίδιον, Enchiridion.] Gladiolus est, & libelli genus breuioris, quod & Latini enchiridion vsu vocant, & omne instrumentum, quod manu continetur. Alias πινακίδιον. i. pugillaris.

Leuiter.] Aduerbium à leue, quod est sine pondere. i. obiter, & quasi sensim.

Perstringo.] Est valde stringo, seu breuiter, aut summatim stringo, dico, vel scribo, vt hoc loci.

ὁμιλία, Homilia.] Licet Græci cum accētu acuto proferant, tamen Latinis antepenul. corripitur, sicut in similibus, philosophia, theologia &c. dicitur colloquium, cōuersatio, cōfabulatio, cœtus, comitatus. Gaza in Ciceronem. Sermo Latine, vel sermo ad populum. Hinc homileticus, a, um, non homeliaticus. i. conuersatiuus, affabilis.

Dissero.] Significat varie semino. Per translationem disserere significat disputare, enarrare, declarare. Hinc disserto frequenta ti. dissertio, & dissertitudo.

Commentariolum.] Diminutiuum à commētario manat, est paruum cōmentarium, Græci dilosin vocant, à commentor, aris. Hinc commentator, cōmentatio verbale, commentarius vel um.

Clauis.] Hoc loco, titulus est, vt ita dixerim. Nam sicut in domum non ingreditur, nisi per clauem, ita & vniuscuiusq; psalmi intellectus per clauem, hoc est, per titulū intelligitur, in cuius persona cantatur, an in persona Christi, aut in persona ecclesiæ, aut in persona prophetæ, vide D. Augustinum. Clauicula diminu. clauicularius, conclaue.

ALTERIVS PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI in Psalmos, iuxta Hebraicam veritatem, ad Sophronium enucleatio.

SIlio quosdam putare.] Diuus Hieronymus hac in præfatione omnino contendit, & adserit Psalterium nō esse diuisum in quinq; libros, ob hæc Græca nica verba γένοιτο, γένοιτο. i. fiat, fiat q̄d ideo finis librorū sit, pro quo Hebraice legitur. Amen, amen, pro quo Aquila transtulit πιστούμενος, id est, amē, & fideliter. Sed vnum affirmat volumen, testantur autores, qui in titulis ponuntur, videlicet Dauid, Asaph, & Idythum, filiorum Chore, Hemā Ezrahitæ, Moysi, & Solomonis, & reliquorū quos Esdras primo volumine recenset. Præterea Iacobus Peres Hispanus, qui postremus in Psalmos longa commentaria scripsit, non tam diserta, quàm erudita. Operis initio disputat de autoribus Psalmorū, dicitq; hanc quæstionem, Originem non fuisse inter Iu-

dæ-

dæos ambiguam. Omnes enim & crediderunt, & sic prodidere literis, omnes Psalmos Dauidis esse autoris. Postea vero q̃ Origenes ingenio illo exacto, & eruditione varia summaq; cœpit ostendere quæcunq; in prophetis continebantur ad Christum iam natum pertinere, multum irritauit Iudæos, etiam ad nouas opiniones veteribus suorum magistrorum contrarias, deprauandosq; quantum possent codices sacros. Itaq; post ea tempora fuisse ex Hebræis nonnullos, qui antiquis assensi vnicum Psalmorum omnium autorem dicerent Dauidem: alij nouem duntaxat eum fecisset alij omnes, qui ipsius nomine præscribuntur, cæteros à viris sanctis prophetico esse spiritu conscriptos, vt filijs Choræ, Asaph, Aethan, Idythum, q̃ sunt sine titulis, ignorari quorum sint, nisi quod à sanctis hominibus non dubitentur cõscripti. Istis opinatiõibus addidisse suam Rabbi Salomonem Gallum hominem insigni impudentia, qui decem Psalmistas sit commentus, Melchisedec, Abraham, Mosen, filios Choræ, Dauid, Solomonem, Asaph, Idythum, Aethan: at Origenẽ, Ambrosium, Hilarium, Augustinum, Cassiodorum vnius Dauid Psalmos omnes opus esse tradere, quibus se ait suffragari, sententiamq; hanc vnicam veram esse multis argumentis colligit, quæ qui desiderat, ex eo petat, licebit, liber non est rarus. Præterea quæ Hieronymus ad Sophronium & Cyprianum de autoribus Psalmorum dicat. Hæc enim in presentia fuerint satis. Porro, ψαλμὸς τῶ Δαβίδ, audiui quosdam qui periti habebantur linguæ Hebrææ, ait viues, quum dicerent, datiuum illum pro genitiuo apud Hebræos solere vsurpari.

Autoritas. Est vis, potestas, dignitas, autorisq; decretum.

Assero. Significat iuxta semino, vel iuxta planto, & habet asseui, assitum in præterito & supino. Sed assero rui. tum. significat adfirmo, approbo. Interdum approprio, attraho, vẽdico. Asserere manum veteres dicebant, comprehendere. Hinc adserere pro tueri ac liberare accipitur. A quo assertor, & adsertio. i. defensio, liberatio.

Exordium. Est initium, principium. Hinc exordior, exorsus, incipio. A quo exordiri telam. Adagium sæpe explanatum.

In calce. Hoc est, in fine. Hic calx pro vltima pedis parte. i. fine ponitur.

Mysterium. Est sacrum, secretum, arcanum, seclusum, quod nisi mystæ, id est, sacerdoti scire nefas est.

Titulus Hebraicus. Hoc est, clauis. Sepher Tehillim. i. volumen hymnorum.

Latratus. A latro. as ipsa vox est canũ, vt Mutianus Ruffus autor. Acer molosse vigila, Latratu fis terribili. Sed Ruffino cũ venerit Parcas velim benedicto.

Sicubi. Hoc est, alicubi, aduerbium est loci, vel in aliquo loco.

Aemulus. Hic in malam partem. i. aduersarius, obtectator, ab æmulor. Differunt æmulatio, & imitatio. Imitatio simplex ẽ sed q̃la: æmulatio liuoris studiũ habet annexũ.

In syluam ligna ferre. Horatianum est prouerbium. Significat aliquẽ in ijs rebus augere velle, quibus ipse maxime abundet, sicuti nemus lignis, mare aquis, hoc est, vlulas Athenas, ferre, portare, mittere.

EXPLICATIO QVARVNDAM DICTIonum in Psalterium.

¶ Psalmus. I.

Dauid. Propheta regius, filius Iesse siue Isai: & interpretat manu fortis, desiderabilis. Rectius dicit dilectus, sepiuscule ponitur in Biblijs. Porro non fuit non modo inter reges, sed nec inter priuatos hoies tale par, q̃les hij pater & filius Dauid & Salomõ. Pater mãsuetudine & pbitate deo chariſſimus, insignis vaticinio. Filius sapientia cunctos mortales antecellẽs.

Cathedra. Subsellium dicitur, vel sedes, aut sella, & scribitur cum h. Iuuenalis: Pœnituit multos vanæ sterilisq; Cathedræ, puto tamen pe. indifferentem.

Pestilentia. Pestis, pestilens, & pestilitas, idẽ pollẽt, morbus ẽ cõtagiosus, quẽ Græci limõ vocãt seu epidemian. i. accessum ad vrbẽ. Hinc pestilentiosus, a, um. quod pestilentiam adfert. Hic pro cõtagione ponitur.

Secus. Præpositio, significat prope. Aliquando est aduerbium, & significat aliter: præsertim, quando non, vel haud secum comites habet. Hinc secius. i. aliter.

Decursus. A decurro manat, agmen aquarum est, & impetus, fluxusq;.

¶ Psalmus II.

Fremo. Significat tumultum facio, vt fit ab vndis maris. Et etiam ore, & armis etiam fremere possumus. Cõpositũ, infremo pe. cor. q̃d est valde fremo. Hinc fremitus, pprie sonus fluctuũ est, & in populo murmur indignãte, & p̃ iracũdia fremẽte.

Astiterunt reges terræ. Principio singulę fa-

familiæ singulos reges habuerunt, vel natu maximos, vel consilio, prudentia, æquitate, pstantissimos, aliquantum post multis familiis cœpit idem rex imperare, interdū eidem plures reges, quos populus duces sibi recto resq; & velut speculatores publici commodi eligebat, non qualem sors dedisset cogebat accipere, nec nobilitas valebat, nec ambitus, sua vnicuiq; vtilitas cum cōmuni coniuncta satis chara satisq; commendata erat, ne eligeret nisi optimū. Nam cum princeps est bonus, satius est ab eo regi, q̄ à bona lege, sicut Aristoles docet in libro de Republica. Sed primus omniū regum fuit Nimus, qui fuit Beli filius, de quo alibi.

Dirumpo.] Aliq̄ disrumpo, vtrūq; à ppositione inseparabili, dis. vel di. ab rumpo deriuatur, est frango. Hinc disruptio.

Exardeo.] Et exardesco compositū ab ardeo, sicut inardeo, perardeo, in qbus præpositio auget vim significationis.

Christus.] Græcum, per ch. aspiratum. & i. Latinum scribitur, & valet vnctus Latine, Hebraice messiah, vt refert Lactātius. Vnde chrisma similiter per ch. aspiratum. i. vnctio. Sed caue ne p x. scribas Christus hoc modo Xp̄s, vt indocti scribunt. Sic enim decepti sunt per Græce literaturæ ignorantiam, vbi sic scribitur abbreuiatum χp̄s, vbi χ. litera, valet ch. non x. Item ρ. rho. valet. r. non p. Eodem modo in Iesu nomine hallucinatum est, vt suo monstrabitur loco.

¶Psalmus Dauid, quādo fugit à facie Absalon filij sui.

Psalmus III.

Soporatus.] Cui veluti irrogatus est somnus, hoc est, somno, & dormitioni deditus, à soporo pe. pro. i. sopore oppressus.

Mille.] Substantiuum, & neutri gene. in pluratiuo milia. Declinaturq; hoc mille, huius mille, hæc milia, horū milium. Ideoq; genitiuo iungitur, vt mille nummum, mille hominum, mille & centum annorū, Græci χιλιάδας vocāt. Dicimus tamen decem milia & ducēti homines, quod ita intelligitur, decem milia hominum, & ducenti hoīes. Aliq̄ per duplex ll. scribunt in plurali. Hinc millia eyn tausent. mille boum. Duo millia peditum. Sed mille adiectiuum tantum & indeclinabile, vt mille equites. Hinc milliarius, a, um. millenarius, a, um. idem. Millies aduerbium. miliarium substantiue, eyn meil vwegs, mille passus, & octo stadia. Item genus vasis.

¶Psalmus IIII Dauid. In finem, in carminibus.

Dilato.] Pen. pro. latum facio, vt est illud. Dilatant phylacteria. Dilatatio, tus, a, um.

Filii hominum.] Hierony. super Matthæ. ca. xvi. Nota quod vbicumq; scriptum ē in veteri testamēto, filius hominis, in Hebræo filius Adam positum est, sicut hoc loco. Nam Adam, apud Hebræos homo dicitur, terrenus siue rufus &c.

Vsquequo.] Quasi ad vnum aliquod tempus, vel locum. i. quousq;, quamdiu.

¶Psalmus V. Dauid. In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur.

Patens.] A pateo, hoc est, apertum est, quod tamen differt à patulo, nā patens est, quod ad tempus patet. Vergi. Et portas iubet esse patentes. Patulum, quod semper patet, vt arbor. Idem: Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Hinc Plautus bouē patulū appellat, cuius cornua diuersa sunt, ac late patentia.

Lado.] Significat ruo. Hinc compositum decido pe. cor. vt hoc loco, est deorsum cado. Hinc casus, & casura, & multa alia.

Irrito.] Pen. prod. significat prouoco, ad iram incendo. Verg. lib. x. Aeneidos. Irritatq; virum telis, ac voce lacessit. Hinc prouerbium: Irritare crabrones, est iratum prouocare. vide Eras. Hinc irritatio verbale. Irritabilis, e. Irritamentum certaminum. Irritatus, a, um. nomen ex participio. Sed irritus nomen pe. correp. ex in, & ratus compositum. Quod modo erat ratum, irritum est. Ad irritum cadit spes. Preces irritæ. Pœnæ irritæ.

¶In finem pro carminibus, pro octaua, Psalmus Dauid. VI.

Furor.] Insania, tametsi differant inter se. Siquidem insaniam putant esse inconstantiam sanitate vacantem &c. furorem autem æstimant mentis ad omnia cæcitatem. Hinc furiosus, a, um. & furere & furiose.

Stratus.] Lectus est. Sed stratum participium, siue supinum à sterno, significat id quod sterni solet.

Rigo.] Madefacio, adaquo. Hinc riguus quod rigatur, & irriguus, a, um.

Inueterо.] A vetero quod est vetus reddo, à quo inueterasco, quod non semper in melius dicitur Columella teste. lib. septi. Sed si iam, inquit, inueterauerit morbus, vehementioribus est opus remediis. Cicero quoq; in Cato: Iam omnis conglutinatio recens ægre inueterata facillime diuellitur. Hinc inueterati dicuntur, qui in malis insenue-

nuerunt,patebit in Daniele.

Deprecatio.]A deprecor,Cicerone teste.lib.pri.ad Heren.cum & peccasse & consulto feciſſe reus confitetur: & tamen postulat,vt sui misereatur.Hinc deprecatiuncula, diminut.& deprecari culpam.

Oratio.]Bifariam cõsideratur.Primo, à Grammaticis,est omnis sermo(ut inquit Hieronymus)loquendi,quasi oris ratio.Deinde in sacris literis pro prece & obsecratione accipitur.Hinc oratiuncula diminuti. precatio verius nominanda est, ab oro, as. Exoro,peroro,peroratio.

¶Psalmus Dauid,quem cantauit domino pro verbis Chusi filij Iemini.

Psalmus VII.

Ne quando.]Id est,ne vllo tempore. Sicut,si quando,id est,aliquo tẽpore.

Redimo.]Compositum ab emo, idem quod emo significat.Item est recuperare.Cicero:Re vilissima maximam redemit.Aliquando est emendare.Hinc redemptor, & redemptio.Redemptus,a,um.

Inanis.] e. est vacuus. Ponitur interdum pro aere.Aliquando pro otioso. Hinc inanitas,& inanitio pro vacuitate.Itẽ inaniter,inanio,inanesco, & inanitus,a,um. penultima producta.

Synagoga.] Est coadunatio, congregatio vel contractio,collectio.Et pro re,& loco subinde capitur,& habet pe. longam, quoniam cum o mega ω scribitur.

Regredior.] Retro gradior, reuertor, quod & regrador dicit.Plau.in Aulul.Illuc regredere ab ostio.Lact.lib.vi.Cum peruẽtum fuerit ad extremum, iam regredi non licet.Hinc regressus & regressio.

Consumo.]Significat in nihilum redigo.Solinus:Sunt etiam in Lycia saxa, quæ viuentium quoq; corpora adalligata consumunt.Sed consummo,as. per duplex mm, est summam simul capio,perficio. Hinc cõsummatus homo,perfectus dicitur. Columella: Nullus est consummatæ sapientiæ. A quibus consumptio,& consummatio.

Cibro.]Moueo,& quasi vi agito. Per translationem,significat vocem in cantãdo crispare.Dictum alias copiose.

Incido.] Penultima correpta, à cado. Hinc prouerbium Dauidicum:Incidit in foueam quam fecit. Idem significat cum illis: Tute hoc intristi,omne tibi exedundũ est. Faber compedes quas fecit ipse gestet. Ipsi testudines edite,qui cepistis.Hoc in eos torquetur,qui fibrĩpsis sunt autores malorum. Adagia sunt.

Parturio.]A pario,vel partu, hoc est, in pariendo laboro, seu laboro vt pariam. Horatius:Parturiunt montes nascetur ridiculus mus.In vanos pollicitatores,qui magna,imo aureos montes pollicent,re admodũ nihil præstãt.Hinc partus,& parturitio.

¶In finem pro torcularibus Psalmus Dauid. VIII.

Domine dominus noster.] Prius nomen domini apud Hebræos quatuor literarum est, Iod, He, Vau, He: q̃d proprie dei vocabulum sonat,& legi potest Iaho,& Hebræi ἀῤῥητον,id est,ineffabile opinantur.Secundum vero, Adonai omnium commune est, quod sæpe & in hominibus ponitur.Vide diuum Hieronymum de decẽ dei nominibus,puto ad Marcellam.

Quàm.]Coniunctio discretiua,vel flectiua:sic debet integre scribi, cum accentu graui super à,non sic q̃.Et varie accipitur. Hoc tamen loco pro quantum,& tam positiuo quàm comparatiuo & superlatiuo iungit.Autoritates Ciceronis,Quintiliani,Varronis, Catonis Laconismi gratia trãseo.

Infans.]tis.hoc est,nõ fans,puellulus, lactens.Porro infantes dicuntur quod fari nequeant,vnde etiam homines natu grandes interdum infantes nominantur,quia loqui nesciunt,cum tamen balbutientissime plerumq; garriant,sicut ñ,q quo sunt in oñi sermone ineptiores & sordidiores,eo se magis,tum philosophos,tum theologos,aliarumq; magnarum artium peritos arbitrantur & iactant.Hinc infantia,infantile,infantilitas, infantiliter, infantulus diminutiuũ, infantior,infantissimus.

Lactens.] Infantulus lac sugens, à lacteo lac sugo,quod proprie filiorum est. Hinc lacteſco, est in lac conuerti, seu lacte impleri.Sed lactare est lacpbere.Per translationem est aliquem per blanditias allicere & decipere.

Paulominus.] Num duæ dictiones sint,an compositæ,vt cernis ex paulo & minus,& an accentum in mi, hoc est, penultima accipiat,nihil constat,nec apudVallam, aut alium quemuis legi. Certe Græcis est hoc loco, βραχύτι, id est,breuiter. Minus tamen quandoq; comparatiuum est, à parum neutri generis, vt plus minusve. Aliquando à parum fit,vt habeo minus pecuniæ. Interdum aduerbium, quod si positiuo iungatur,contrariæ significationis comparatiuum demonstrat, vt minus stultus, id est,prudentior,minus ineptus, id est, ap-

tior. Frequenter accipitur pro non, vt: Sin minus, id est, si non, quo minus, vt non. Nihilominus, id est, non minus, certe minus corripit primam. Horatius: Sed tacitus pasci si posset coruus haberet Plus dapis & rixæ multo minus inuidiæq;. Locus hic varie exponitur. Vide Erasmi annotationes ad Hebræos secundo capi. & omnium inuenies, videlicet diui Hieronymi, Iacobi Stapulensis, Aquinatis &c. Ego breuitati studens supersedeo.

Bos.] Generis communis, in datiuo & ablatiuo plura. bobus, vel bubus facit veterum more. Hinc bouinus, & bouillus, bucerus & boarius, a, um. vt forum boarium. Hinc bouinari obsoletum vocabulum, ait Erasmus in Copia verborum, pro tergiuersari. Bouinatio, & bouinatores.

¶In finem pro absconditis filij, Psalmus Dauid IX.

Lætor.] Gaudeo, delectationemq; capio, sed extrinsecus, cum gaudere sit in sinu, id est, intus, quàmuis sæpe confundantur. Hinc lætus, lætitia, lætabundus, lætanter.

Retrorsum.] A retro aduerbium loci, sicut antrorsum ab ante. Item finistrorsum, dextrorsum, quorsum, illorsum, istorsum, siquorsum, nequorsum, aliquorsum, aliorsum, leuorsum, surſum, deorsum, vtrorsum, redditiua sunt quorsum, id ē, versus quem locum aut partem, & omnia prod. or. ratione positionis.

Thronus.] A nostris sedes dicitur, vel solium, vt thronus dei, est aīa peccati nescia.

Framea.] Aliqui lanceam siue hastā putant. Diuus Augustinus in istū Psalmum pro gladio accipit bis acuto. Iuuenalis: Et Martis frameam, & Tyrrhæi spicula vatis.

Sonitus.] Idem quod sonor, oris. Vergilius: Dum flammas Iouis & sonitus imitatus olympi, à sonito, as.

Salutaris.] Idem quod saluber, salutifer, hoc est, sanitatem, & salutem præbens, vel ad salutem præbendam idoneum. Quis magis idoneus Iesu Christo seruatore nostro? Et salutaris digitus, pollici proximus, qui & index dicitur. Hinc salutariter.

Infixus.] a, um. ab infigor, eris quod intus figitur, notæ est significantiæ. Infigere telum.

Exacerbo.] Significat valde acerbo, exaspero, vel aspere turbo. Hinc exacerbatio. Exacerbatus, a, um.

Orphanus.] Græca dictio, id est, pupillus, orbus, qui caret patre, præsidioq; paterno. Hinc orphanistes, curator pupillorū, differt tamen à tutore.

¶In finem Psalmus Dauid X.

Transmigro.] Vltra ad habitandum eo, hoc est, in longioris loci habitationem muto, & cor. pe. Hinc transmigratio, vt transmigratio Babylonica. Alia composita, emigro, emigratio, remigro, remigratio.

Pharetra.] pe. indifferente sagittarum est, & telorū repositorium atq; theca. Hinc pharetratus, a, um.

Pluet deus.] Pluo, is. plui, plutum, quando q; suppositum habet, sed non appositū, vt: Non pluerat dominus super terram. Aliquando id quod pluit ponitur in nominatiuo. Tibullus: Multus & in terris, depluerat q; lapis. Interdum ablatiuum appositum habet, quando q; accusatiuum. Hinc compluo, & complutus, a, um &c.

Sulphur.] Nascitur in insulis Aeolijs, inter Siciliam & Italiam, sed nobilissimum in Melo, vt scribit Plin. lib. xxxv. Hinc sulphureus & sulphuratus, a, um. Et sulphuraria, æ. locus vbi coquitur.

Procella.] Vis venti est cum pluuia, nec durans, & in mari potius, quàm in terra. Verg. Creberq; procellis Aphricus. Hinc procellosus, a, um. vt ꝓcellosum mare, procellis plenum. Spiritus procellarum, est spiritus tempestatum.

Calix.] Præter vasis significatum, secundum diuum Hieronymum super Matthæum, capite xx. passionem intelligimus, iuxta illud: Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Matthæi. xxvi. Et in psalmo. cxv. Calicem salutaris accipiam &c. Pro vase Horatius: Fœcundi calices quem non fecere disertum. Hinc caliculus diminut.

¶In finem Psalmus Dauid pro octaua. XI.

Magniloquus.] a, um. qui magna loqtur & grādia. Hinc magniloquētia.

Inops.] Pauper, vnde inopia, paupertas. Aliquando dicitur sine ope, & sine auxilio, vnde inopem animi, inopem prudentię. Interdum dicitur insepultus. Vergili. Hæc omnis quàm cernis inops, inhumataq; turba. Hinc inopiosus sine ope.

Septuplum.] A septuplus, id est, septupliciter, sicut illa numeralia simplus, duplus, decuplus, & similia, id est, semel tantum, bis tantum, decies tantum, septuplus, septies tantum.

¶In

¶In finem Psalmus Dauid. XII.

VSQUEQUO.] Quasi ad vnum aliquod tempus vel locum, vt vsq; quo ebrius eris: id est, quamdiu.

Obliuiscor.] Est verbum deponens: quamquàm aliquãdo passiue sumatur. Vergili. Nunc oblita mihi tot carmina. Et modo cum accusatiuo, modo cum genitiuo cõstruitur, exempla in numerato sunt. Hinc oblitus, obliuio, & obliuiũ idem. Obliuiosus, a, um. vt: Tu es obliuiosior lacerta, cuculo, lupoq; ceruario, in eum dicitur, qui nullius est memoriæ. Adagium.

Facies.] Et vultus differũt, quod vultus voluntas sit, quæ pro motu animi in facie ostenditur. Vergilius: Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Facies vero ipsa species. Salustius: Prorsus in facie, vultuq; vecordia inerat. Hinc Iuuenalis ait: Facies tua computat annos, in anum libidine iuuenculam, quæ iuuenis videri cupiebat frontis rugis reclamantibus.

Prevaleo.] Significat antecello, & quasi in maiori precio sum, vel melior sum. Plinius lib. x. Vulturum præualent nigri. Aliquando significat potentiorem, seu robustiorem esse, vt hoc loci, & alibi.

¶Psalmus. XIII.

INSIPIENS.] Contrariũ est sapientis, hoc est, stultus, non sapiens. Hinc insipio, insipientia, & insipidus, a, um, sine sapore. Item insipienter, stulte.

Ad vnum.] Aduerbialiter sumptum significat omnes nullo excepto, vt hoc loci. Q. Curtius: Omnes ad vnum periere, hoc est, excepto vno: scilicet Christo.

Aspis.] Serpens paruus, q veneno suo quæq; viuentia concite occidit: oua gignit, ex quibus filij procreantur. Varia sunt genera serpentum, videlicet auguis, seps tabificus, præster, hæmorrhois, coluber, narcus, basiliscus. Hinc serpentinus, a, um. Vide Erasmum in Lingua elegantissimo libro.

Incantans.] Ab incanto, quod est verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam moliri. Hinc incantator & trix, incantatio, & incantamentum. Plinius lib. xxviij. Valeant ne aliquid verba & incantamenta carminum.

Celer, ocis.] Celer, à volando, quasi volox, à quo velocitas, & velociter. Vergilius: Fama malum, quo non aliud velocius vllũ Mobilitate viget.

Auerto.] Est alio verto, amoueo. Vergilius: Nec posse Italia Teucrorum auertere regem. Contrarium aduerto. Inde auersus a, um. vt Auersa Venus, & aduersus, & auersio frequentatiuum.

¶Psalmus XIIII.

TABERNACULUM.] Non est diminutiuum, sed per se primogenium vocabulum, significatq; tectum castrense, Græcis scena dicitur, eyn hudt.

Macula.] Turpitudo est, & sordes. Quãdoq; pro nota & signo ponitur. Quãdoq; pro infamia & delicto, facinore, peccato, scelere. Interdum, pro retis foramine, seu plaga. Nonnunquàm maculæ dicuntur signa in marmore. Hinc maculosus, a, um, id est, sordidus. Itẽ varius & notis plenus. Et maculo, as, est fœdo, turpo. Emaculo, commaculo.

Iustitia.] Tullio est habitus animi, cõmuni vtilitate seruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. Secundum Theologos, est oĩs virtus, teuto. fromheit. Hinc iustitiarius.

Malignus.] a, um. à malus fit, & is est, qui difficultatem suam ostendit, hoc est, qui asper, difficilis, discolus, auarus, inuidus etc. est. Persius: Sonat vitium percussa maligno. Respõdet viridi percussa fidelia limo. Hinc dicimus: Malignus homo, maligna via. Vergil. Aditusq; maligni. Maligna lux, malignus ager. Hinc malignitas, maligne.

Usura.] Vsus dicitur. Seneca: Si mihi vnius diculæ vsuram permisisset. Vnde & pecuniam, quæ in fœnore sorti accedit, vsura dicitur, quoniam ex vsu acquiratur. Hinc vsurarius, a, um, & vsurarius subst. ant. pro fœneratore sumitur, Græce danistes, vel danista.

¶Tituli inscriptio ipsi Dauid
Psalmus XV.

CONVENTICULUM.] Plærumq; in malam partem, vt hoc loco, capitur. Hoc est pro conuentu seditiosorum, aut scelleratorum. Cicero: Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur, quæ cryptæ dicuntur.

Increpo.] pe. cor. significat sono. Verg. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit. Per trãslationem significat reprehendere, & tũc increpaui vel increpui, præteritum facit, vt hoc loco. Item pro incitare quandoq; ponitur. Turpilius: Age tu Hymenæum increpa, id est, incita. Discrepo aliud compositum.

Preclarus.] a, um. est nimis, siue multũ clarus. Cicero: O præclaræ custodẽ ouium, vt aiunt, lupum. Aliquando pro bono seu optimo sumitur. Idem in Lælio: Actum est

præclare,& præclare mecum agitur.

Insuper.]Aduerb.ordinis,idem quod præterea,adhæc,à quo deinsuper.

¶Oratio Dauid,Psal.Dauid. XVI.

PRodeo,is,iui, vel ij.] Significat vltra eo,seu foras exeo, quasi porro eo. Tullius:An ego tibi obuiam non prodirẽ, primũ Appio Pulchro,deinde imperatori?

Mirifico.] Est mirabilem facio. Plautus in Amphytrione.Quãquàm adeo Thebani ciues modo miro mirificant, probaui. Hinc mirificus,a,um. quod est mirabile, & mirifice aduerbium.

Umbra.]Aer carens sole, quod fit alicuius corporis obiectu,præsertim nubium. Hinc vmbella diminut. Vmbraculũ locus, & vmbro,as.vmbraticus,a,um. vmbratile, vt vita vmbratilis. Horatius: Quum semel occideris,& de te splendida Minos Fecerit arbitria. Non Torq̃te genus, nõ te facũdia, non te Restituet pietas. Quo pius Aenæas, quo Tullus diues & Ancus.Puluis & vmbra sumus.Hinc adumbrare est p̃figurare. obumbrare. obumbratio.

Ala.]Qua aues volant.Etiã locus concauus sub brachijs.Præterea dicitur equitũ turma, hinc equites alares dicti. Hinc aliger,a,um.

Adeps.] Generale est ad omnem pinguedinem siue carnis seu alterius rei. Hinc adipale, adipatum, adiposus,a,um.

Statuo.] Delibero,ordino,dedico,firmo.Hinc statutũ,decretum,ordinatũ &c.

Catulus.] Ponitur generatim,& large vt dicunt,pro omni feratũ filio, siue immanium,seu cicurum & mitium. Proprie tamẽ cati, hoc est,felis,& Aeluri filius est, ob sagacitatem,eyn iungs ketzlin.

Abditus.]a,um.ab abdo,quod est abscondo, id est, absconsus, spelunca, cuniculus,lustrum.

Supplanto.] Hoc est,pedẽ suppono. Per metaphorã significat decipio.Hinc supplãtator &supplãtatio.Supplantatus,a,um.

¶In finem puero domini Dauid,qui locutus est dño verba cãtici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu omniũ inimicorum eius:& de manu Saul,& dixit.

Psalm. XVII.

TOrrens.]Masculini generis fluuius, à fluuijs collectus,& de montibus decurrens in mare,qui æstate siccatur, hyeme vero exuberat. Capitur interdum pro fluuio.Hinc torrentior & tissimus. Iuuenalis: Et Hypsæo torrentior.i.volubilior.

Fulgor.]Est splendor. Sed fulgur pars est lux illa & vibratio luminis,quæ ante cernitur,quàm tonitruum audiatur. Hinc fulgurare.fulgidus,a,um.

Cherubin.] Neut.gener.& pluralis numeri pro angelorũ choro. Cherub vero & cherubim per m.tam masc.quàm neutri generis est,significat ardentem vel incendentem.Hinc Cherubicus,a,um.

Latibulum.] Proprie ferarum, tametsi etiam de hominibus dicatur,à lateo,es.

Innocens.]Insons,& qui ab omni iniuriã & maleficio abstinet. Hinc innocẽtia, est illa integritas, & innocenter aduerb.

Peruertor.] Eris passiuum à peruerto actiuo,quod modo conuertere, modo deprauare significat. Hinc peruersi,inquit D. Hieronymus, qui à recto declinant, vt diabolus,Iudas,Hæretici:hoc loco futuri est tẽporis peruerteris.Peruersus,a, um. peruersitas,& peruerse aduerbium.

Psalmus.]Latine canticum dicitur.

¶In finem Psalmus Dauid. XVIII.

FIrmamentum.] Soliditas, & stabilimentum est. Vnde dictum est cœlũ, à firmitate,non à statione.

Eructo.]Frequẽtatiuum verbi erugio. Hinc ructo,& ructor:ructuo & or.& ructito,& ructus digestio cibi, & concoctarum escarum in ventum efflatio.

Thalamus.]Coniugis vtriusq; cubile. Hinc epithalamium,carmen nuptiale.

Gigas.]Vir altissimæ & proceræ staturæ est,& terræ filius à poetis fingitur. Hinc gigantæus,a,um,penul. prod.

¶In finem Psalmus Dauid. XIX.

HOlocaustum.]Græca dictio est, Latine totum exustum sacrificiũ dicit.

Christus.]Latine vnctus, Chrisma vnctio. Etymologia eius alibi exposita est.

Potentatus.]us,id est,potestas.

¶In finem Psalmus Dauid. XX.

VIrtus.] A viro dicta est, & proprie fortitudinem significat,quod viri maxime fortitudo sit.Item quicquid vitio contrarium est,virtus dicitur.Horatius: Virtus est vitium fugere,& sapientia prima:Græcis arete dicitur. Aliquãdo pro ope & auxilio, interdum pro merito ponitur.Hinc virtuosus,a,um. & virtuose. Cato: Virtutem primam esse puto compescere linguam.

Desyderium.] Cum y. Pythagorico

video

video scribi,à sydus: modo pro vehementi amore,modo pro nimia cupiditate videndi eum qui abest. Hinc dicimus post pugnam desyderati milites,q perierunt &occisi sunt. Desydero,desyderatus,a,um. Alij tamen cũ lota scribunt.

Corona.]Est, quam Græci στέφανον vocant,à nostris olim strophia, à strophin, qd est vertere. Hinc diminutiuum corolla & coronula,& coronare, coronarius substan. & coronamentum. Coronarius, a, um. Et coronatus, a, um.

Seculum.] Centum annorum spaciũ dicitur à sene,quod lõgissimum spacium senescendorum hominũ id putarent,vt Varro inquit. Porro seculum, vt Viues scribit, spacium est vitæ humanæ lõgissimum. Varij vario annorum numero describunt, vt est apud Censorinum. Ro. centum annis, idq; est interuallum inter ludos seculares, vt Valerius Antias,& Varro,& Liuius libro.cxxxvi.Sed ex commentarijs.xv. virorum,& edicto Cæsaris Augusti, carmineq; Horatij seculari.x.anni huic numero addũtur,vt centesimo quoque & decimo fiant. Tametsi carmen Horatij,quo maxime Censorinus, & alij nituntur. Certus vndenos decies per annos: non video cur legi non possit.Certus vt vndenos decies per annos, & sic nonnulli legunt.

Clibanus.] Græca vox non proprie furnus est, sed forte quid simile furno, vel instrumentum quo aliquid coquitur sub testa, quod ex ære,seu ferro fieri solet,sæpe etiam opere figlino.

¶In finem Psalmus Dauid pro assumptione Matutina.

Psalmus XXI.

Delictum.]Peccatum est,à delinquo, quod is qui peccat,derelinquat officium suum.

Vermis.]A vertendo dicitur, quod se se torquendo repat. Hinc vermiculus, verminosus,a,um.verminiculor,vermino.Vermina dolores corporis. Martialis: Si tibi morosa prurigine verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus.

Opprobrium.] Infamia est, dedecus, quod opprobratur. Hoc & opprobramentum à Plauto vocatur.

Concilium.] Per c.à concalando,id est, conuocando,vel,vt Varro ait, à coactione, seu secundum Festum à populi consensu. Et proprie viri conuocati concilium dicitur. Vergilius: Conciliumque vocat diuum pater atq; hominum rex.

Ecclesia.]Idem est quod concio, cœtus, & cætera. Subinde explicatum.

¶Psalmus Dauid. XXII.

Refectio.]Verbale, modo pro instauratione, modo pro recreatione ponitur,à reficio,is,vt vires cibo reficere. reficere se à caloribus. Refectus sum cum tua lego.Refacere, pro reficere, antiquum apud Plautum dicitur.Hinc refectus,a,um,participipium.Et refectus,us. nomen quartæ declinationis,narung,labung. Quies & refectus.Vide Cholinum.Refectorium. refectuarius,num germane Latina sint addubito.

Educo.] Pe.correp. est nutrio. Vnde liberorum educatio.Sed educo,is.penultima pro.est extra duco.Hinc eductio.Sed à priori.educatio verbale.Educatus, a, ũ. participium.

Semita.] Via arcta, dimidia via,quasi semiiter. Vnde semito,as, dicit & semitor, aris.Plinius lib.xviij.

Mensa.] Est super quam sedere solemus,seu lignea sit, seu lapidea. Vergil. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula: Græcis trapeza dicitur.Item Distichon Fausti Audrelini:Fastidita petit varium mea Musa palatum. Non vna est semper mensa paranda cibo. Hinc mensarius. Secundæ mensæ,id est,secundi cibi, siue bellaria, Græce tragemata. Mensæ acernæ, & mensa vinaria.Acernum,bruscum, masern holtz.

Baculus.]Et lum.vtroq; modo, Græcis bactron dicitur. Ouidius lib. xv. Meta. Esse solet,baculumq; tenẽs agreste siniſtrã. Inde bacillus diminutiuum. Adagium: Similis bacelo,in molles,parumq; viros &c.

¶Psalmus Dauid in prima sabbati. XXIII.

Plenitudo.] Est perfectio, à plenus,qd vacuo est contrarium.

Orbis,]Proprie circulus,diminutiuum orbiculus.Hinc mundus à rotunditate dicitur orbis terrarum. Sic dicitur orbis Romanus,id quod ex orbe possidebant Romani: vt orbis Christianus, quod Christiani habemus,orbis Hispanus,quod Hispani.Lucanus orbem Hiberum dixit proHispania, & orbem Arctoum pro Gallia & Germania.Et quum ex Hispania in Italiam,& inde in Græciam transiturus esset Cæsar, inquit:Victrices aquilas alium laturus in orbem. Marcellinus Romani orbis crebro

meminit. Aurelianus, vt autor est Trebellius Pollio, scribens ad Zenobiam sic exorsus est: Aurelianus Imperator Romani orbis. Stultum est affirmare Imperatorem Romanum ius habere in totum orbem terrarum, cuius nunquàm fuit dominus: nec in ea quidem ius habet, quorum aliquando fuit dominus, & iam amisit: quoniam quo iure quæsierat, eodem perdidit, strage scilicet hominum, & bellicis furijs. Accenduntur principes istis fictitijs titulis, qui aliud nihil sunt, quã faces orbis terrarum, pestisq; totius generis humani. In culpa est impia & indocta Iurisconsultorum argutatio. Hactenus Viues. Alias ponitur pro sphæra, vt ix. orbes sphærarum, autor Macrobius. Hinc orbicularis seu orbiculare, & orbiculatus, a, um. Item orbita, eyn gleisz.

Attollo.] lis, significat erigo, eleuo. Aliquãdo ponitur pro aufero, interdum pro affero, præteritum facit attuli.

Ouidius:

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

¶Psalmus Dauid. XXIIII.

Sperauacue.] Aduerb. qualitatis à superuacuus, id est, frustra & vane, superflue. Superuacanee idem.

Edoceo.] Et perdoceo ambo significant perfecte doceo. Salustius: Cicero per legatos cuncta edoctus. Hinc edoctus, a, um, participium.

Reminiscor.] Id est recordor. Hinc reminiscentia, id est, memoria.

Propitior.] Aris, vel propitio, as, propitium reddo, placo. Hinc propitiatio, sacrificium, & placatio est. Et propitiatorium, propitiabilis, le, propitius, a, um.

Testamentum.] Est voluntatis nostræ veluti vltimum testimonium. Vnde & vltima volũtas appellatur. In sacris literis oñe pactum & placitum, testamentum dicitur. Hinc testamentum, vetus & nouum instrumentum vocitamus. A quo testamentarij, à testor, aris.

¶Psalmus Dauid. XXV.

VRo.] Ardeo, quod & de frigore dicitur. Huius frequentatiuum est vsito. Et vstulo ab vro fit. Vstulatus, & semiustulatus. Vrit cæca Venus pectora sæuius Aethnæis foculis, ingenium terit, Famã lædit honoris: Et plenũ euacuat penu. Aschlepiadeum carmen est olim præceptoris. M. Iacobi Horlini, dũ adhuc esset prophanus.

Renes.] Sunt qui lumbis adhærent, quod riui ab ijs obscæni humoris oriantur. Hinc renunculi. νεφρός ren, νεφρῖτις, morbus renum Græcis dicitur.

Complaceo.] Quod significat etiam placeo. Terentius in And. Postquàm me amare dixi, complacita est tibi. Hinc complacentia. & complacitus, a, um. participium.

Directum.] A dirigo, quod non est flexum, & obliquum. Nam rectus dicitur aliquando qui stat, & erectus est, vt ille vadit rectus. Aliquando dicitur, qui nullam in partem flectitur, contrarium eius est obliquus. Aduerbium directe. Directio verbale, quidam directorium dicunt.

¶In finem Psalmus Dauid antequã vngeretur. XXVI.

Illumino.] Significat clarifico, illustro, à quo illuminatio, illustratio, & illuminatrix, illuminator.

Appropio.] Hoc verbum nunquàm legi apud probatum autorem. Sed bene appropinquo, & appropinquatio sicuti etiam habetur hic in commentarijs, quæ diuo Hieronymo attribuuntur, modo eius sint: quãquàm alioqui eruditi. Iudicent doctiores, ego nullius eleuo autoritatem.

Nocentes.] A noceo dicuntur, qui iniuriam, aut maleficium commiserunt, ego nominarem reos & sontes.

Consisto.] Significat constanter, & audacter sto, firmor, quod est audacis & robusti hominis. Horatius: Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraque nequit consistere rectum. Item significat & erigor.

Vergilius:

Constitit in digitos. Hinc consistorium. Et consistentia. De consistoriorum abusibus nihil dicam. Satius est tacere, quàm pauca dicere.

Petra.] Lapis tenetior, mitiorque ac minor. Vnde gemmæ lapides dicuntur, nõ saxa. Hinc petrosus, a, um. πέτρα Græcũ est, & significat saxum. Est & loci nomen, vt alibi declaratum est. πέτρος, saxum, πέτρινος, saxeus, πετρώδης saxosus. πετρῶδης similiter saxosus. Petrosus non proprie dicitur.

Vociferatio, & vociferator.] Deducuntur à vocifero verbo, quod proprie est, cum dolore, siue indignatione maiorem vocem emitto. Interdum tamen sine affectu vehementer exclamo. Dicitur & vociferor, vociferaris.

Vnam

Vnam petĩ hanc requiram.] Quidam putant, vnam charitatem, siue gratiam, aut certe vnam petitionem (quibus non refragor) dici, cum Ahat verbum Hebræum, absolute vnum neutrali genere sonet, & legatur. Vnum petĩ à domino, id est, ipsum dominum.

¶Psalmus ipsi Dauid. XXVII.

Lacus.] us, vel laci secundæ, & quartæ inflexionis, locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis. Item locus, qui continet mustum e vinaceis prælo expressum. Item trabs plana in ædificijs. Hinc diminutiuum lacusculus.

Nequitia.] Vitium est, quod cætera omnia complectitur. Est enim frugalitati omnino contrarium, sicut nequam frugi. Comparatiuus eis est nequior, superlatiuus nequissimus.

Adinuentio.] Quatenus intelligo, ab adinuenio decompositio ab ad & inuenio, quasi in aliquid venio. Certe Græcis est ἐπίτευγμα, hoc est, studium, exercitium.

Aeternus.]a, um, quasi æuiternus. Hinc æternitas, id est, perpetuitas. Differunt tamẽ æternum, & sempiternum: quod sempiternum dicunt deum esse, qui semper fuit, eritq;. Aeternos homines, qui principiũ quidem habuerint, & tamen animo sunt immortales atq; perpetui. Hinc in æternum & æternum aduerbium, alĩ æternaliter dicũt, vt salue, vale æternum.

¶Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. XXVIII.

Adoro.] Penultima producta ex ad, & oro, significat veneror, supplico, precor. Hinc adoratio est actus latriæ.

Maiestas.] Decus est, amplitudo, & dignitas, vel populi, vel senatus, vel principis. Hinc maiestatis crimen Iurisconsulti diffinunt, transeo. Hinc sacra maiestas, vt: Frangatur potius legũ veneranda maiestas. Quàm tot congestos noctesq;, diesq; labores. Hau ferit vna dies. Dixit Augustus de poesi Vergiliana.

Intono.] Penultima correpta, significat valde tono. Horatus: Intonata protulit, &: Intonuit de cœlo dominus. Hinc intonatio.

Cedrus.] Arbor maxima, quæ in ædificijs vtilitatem præstabat, eo quod huiusmodi materies, & procera sit, nec onerosa parietibus. Hinc cedrinus, & cedræus, a, um, cedræa primus succus. Cedræum oleum. Et cedro digna locutus, dixit poeta.

Libanus.] Montis nomen inter Arabes & Phœnices proceras arbores habens, & dicitur cãdidatio. Etiam arbor, quæ thus producit tam masculini quàm fœminini generis. Et pro thure ponitur. Hinc libanicus, a, um, id est, thureus, & libanotus.

Diluuium.] Cum vnico l, & diluuies in vno significato accipi possunt. Horatius libro tertio Carminum.

Quum fera diluuies reqetos irritat amnes.

Inde venit diluuio, as, verbum. Lucretius libro quinto. Tantum suppeditant amnes vi tráq; minantur Omia diluuiare ex alto gurgite ponti. Nonius Marcellus sic inquit, diluuium generis est (vt sæpius habetur) neutri. Vergilius libro octauo. Diluuio ex illo. Fœminini Lucretius libro sexto. Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Horatius Carminum libro quarto. Ode decima quarta ad Augustum.

Horrendãq; cultis diluuiẽ minitatur agris.

Inundatio aquarũ est & exuberantia, Græcis cataclysmus dicitur. Genesis vij.

¶Psalmus Cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

Exalto.] In altum eleuo. Hinc exaltatio est eleuatio, verbale, & exaltatus, a, um, participium.

Infernus.] Pro inferorum loco, hoc est, orco, stygę, barathro, tartaro, auerno ponitur. Est etiam infernus adiectiuum, sicut supernus. Hinc inferne & superne. Infernas & supernas.

Psallo.] Latine cano, canto, cantico. Inde Psaltes cantor. Psalterium, organum laudatorium, Hebraice Nablon.

Puluis.] Tam masculini quàm fœminini generis. Propertius:

Sit mihi perpetuę puluis Ethrusca dolor.

A pellendo quidam dictum putant, quod vi venti pellatur. Dicitur etiam puluer, tũc habet plueris. Sicut plura alia vocabula, quæ habent duplices nominatiuos, vt ciner, cinis, vomer, cucumer, omnia masculina & tertij ordinis. Horatius:

Puluis & vmbra sumus.

Hinc puluisculus & culum diminutiua. Hinc adagium. Vel cum puluisculo, qui omnia adeo verrit, vt nihil reliqui finat. Politianus citat. Item: Non sine puluere, aliud, id est, non sine sudore & labore. Sudabis satis. Puluereus & puluerulentus, a, um, puluero, as, & puluerisco, cis.

¶In finem Psalmus Dauid pro ecstasi, hoc est, stupore, & mentis excessu. XXX.

Accelero.] Eſt, propero, feſtino, celeriter vado. Hinc acceleratio, feſtinatio eſt & cæleritas, celeriter.

Conſilior.] Conſilium capio, vt hoc loci. Hinc conſilium, conſiliarius, qui conſilium præbet, hic & à conſilijs vocatur. Adagium. Conſilium malum conſultori peſſimum.

Illuſtro.] Illumino, clarifico, cognitum reddo. Tullius: Hoc mihi Latinis literis illuſtrandum putaui. Hinc illuſtris, clarus, nobilis, inclytus, vt illuſtres viri. Illuſtratio, & illuſtre.

Viriliter.] Aduerbium à vir. Hinc virilis, virilitas, hoc eſt, magnanimiter, fortiter.

¶ Intellectus Dauid.
Pſalmus. XXXI.

Aerumna.] Cum diphthongo ſcribitur in principio, capitur pro labore oneroſo. Vnde Herculis ærumna. Item pro miſeria, calamitate & infelicitate. Hinc ærumnoſus, a, um. Proprie tamen furcinulæ ſunt, quibus viatores ſarcinas ſuas religatas ferre conſueuerint.

Dixi cõfitebor &c.] Ad declarationem vltimam, quid quiſque confiteatur, quod tunc demum fiet, quum aperti erunt conſcientiarum libri, id eſt, futura vita.

Chamus.] Freni genus, quod ſit breuis, χαμὸς enim Græcis breuis dicitur.

Conſtringo.] Simul totum ſtringo. Columella libro ſexto. Si eodem ſcrobe duas, aut tres arbuſculas voles conſtituere, curato ne pariter ſe conſtringant. Hinc conſtrictio verbale, & conſtrictus, a, um, participium.

¶ In finem Pſalmus Dauid.
XXXII.

Cithara.] Inſtrumentum muſicum, alio nomine lyra dicitur. Hinc citharœdus, citharedicus, a, um, cithariſtria & citharizo. Et citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem. Horatius in arte poetica:

Pſalterium.] Hebræis Nablon, Latinis organum laudatorium eſt.

Chorda.] Per ch ſcribitur, fides eſt, & funiculus in citharis, muſicisq; inſtrumentis extenſus, qua ſonus & concentus redditur. vt: Non facit argutum chorda ſoluta ſonum. Magiſter Iacobus Horlinus autor. Horatius: Et citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.

Vter.] Generis maſculini pellis qua vinum, aut oleũ deferri ſolet, & pro vaſe ſubinde ponitur. Hinc vtriculus, & vtricularius, Græce Aſcaula dicit, eyn ſack pfeiffer.

Diſſipo.] Eſt deſtruo. Aliquando eſt diſpergere, diuulgare, & profundere. Hinc diſſipatio. Et diſſipatus.

Singillatim.] A ſingulo, idẽ quod ſingulatim, hoc eſt, multi ſeparatim, & vnumquodque per ſe. Horatius per Syncopen dixit: Vt veni coram ſigilatim pauca locutus.

Eruo.] Penultima ſupini, omnium compoſitorum à ruo correpta, ſignificat extraho. Interdum eſt in totum deſtruere, eximere, vt oculos eruere. Hinc erutus, dirutus, obrutus, a, um, vt vino obrutus eſt.

Quemadmodum.] Dictio decompoſita, ex quem & ad, & modum, ponitur pro aduerbio ſimilitudinis. Nonnunquàm interrogatiue, pro quo modo, ſiue ad quem modum, ſicut, vt &c.

¶ Pſalmus Dauid, cum immutauit vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abijt. XXXIII.

Immitto.] Significat intromitto. Aliquando eſt ad prolixitatem dimittere. Vergilius: Immiſſaq; barba. Nonnunquàm contra mittere. Hinc immiſſio, vt hic. Immiſſus, a, um.

Angelus.] Nomen Græcum, & officij nomen non dignitatis, id eſt, nuncius. Hinc angelicus, a, um. Et Euangelium bonum nuncium. Angelice aduerbium.

Egere.] Eſt alicuius rei neceſſitatem habere. Hinc egenus, a, um, penultima producta, pauper, inops: differunt tamen. Et egeſtoſus, a, um, & egeſtas.

Juxta.] Quando præpoſitio eſt ſemper ſeparatur. & ſignificat apud, prope. Aliquãdo ſignificat ſimul coniunctim. Quando vero aduerbium eſt, ſignificat æque, ſimiliter, eodem modo, vt iuxta mecum rem tenes, id eſt, æque mecum. Vir pius iuxta ac probus.

Delinquo.] Fallo, ſeu à bono deficio, prætermitto. Hinc deliquium, defectus, & delictum, peccatum. Vt deliquium ſolis ἔκλειψις eſt.

¶ In finem Pſalmus ipſi Dauid.
XXXIIII.

Reuereor.] Quod eſt in veneratione habeo, veneror, colo, ſuſpicio. Hinc reuerentia, honor.

Iuuenalis:
His nullus verbis pudor aut reuerẽtia mẽſę.

Hart-

Hartmannus Ibacchius: Attica Germanum Pallas reueretur Eraſmum. Et colit Hollandum Muſa Latina virũ. A quo reuerenter.

Lubricus.] a, um, pprie dr̃ locus lubricus in quo quis conſiſtere nequit, qualis eſt terra glaciata. Hinc adoleſcentia lubrica dicitur figurate, quod facile labat. Itẽ oculi lubrici, i. mobiles. Piſcis lubricus & anguilla lubrica, lingua lubrica, & lubricitas. Sic dicimus hominẽ lubrica fide. Lubrica, lubricas as, ſchlipfferig.

Gratis.] Aduerbium ſignificat ſine p̃mio, ſine merito, alias ſponte dicitur.

Captio.] Ipſe actus capiẽdi ſeu decipiendi, ſeu id per quod quis capitur, diminutiuũ eius eſt captiuncula. Gellius: Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua ſe eſſe neceſſum eſt?

Hinc captioſus, a, um. Et captioſe aduerbiũ:

Sterilitas.] A ſterilis, quod eſt infœcundum & ſine prole. Hinc ſterileſcere ſignificat ſterilem fieri. Vergilius:

Steriles dominantur auenæ.

Grauis.] Inter multa ſignificata ſignificat etiam hoc loco firmus, animique conſtans, ac in vultu, moribus, verbis, rebus agẽdis ſeuerus. Hinc grauitas.

Euge, euge.] Interiectio aſſentientis vel laudantis, & quaſi ſponte ſua congratulantis. Hieronymus interpretatur: Bene, bene. Euge, vvolan, huy, ey.

¶ In finem ſeruo domini. Pſalmus Dauid XXXV.

Iniquus.] a, um, compoſitum ab in & æquus, c in i productam conuerſa, idem eſt quod non planus. Hinc iniquitas: Vnde hoc loci iniquitatem dicimus. Per tranſlationẽ pro iniuſtitia capitur. Inique aduerbium. Vt inique ferre, & iniquo animo ferre. Loci iniquitas.

Malitia.] Peruerſitas, quæ virtuti ſeu bonitati contraria eſt. Seneca: In hoc ſumma bonitas, in illa extrema malitia, hoc eſt, vitium, cum quis data opera male agit: Græci πονηρίαν, id eſt, malitiam dicunt, quæ vox aliquando non ſolum malitiam ſignificat, ſed etiam verſutiam & aſtutiam. κακία vero Græcis nunc vitium ſonat, nunc ignauiam, quandoque adflictionem, quod tamen rectius κακώσιν dicimus: apud veteres in bonum accipiebatur. Plautus: Te ciuem ſumma omni malitia. Eſt & malitia cœli & terra. Plinio teſte & Varrone. Interdum dicitur labor & adflictio, & anguſtia, vt in Euangelio: Sufficit diei malitia ſua. Hinc malitioſus, a, um, malitioſe aduerbium.

Abyſſus.] Immenſa aquarum gurges, vorago, profunditas atque barathrum, gurgesq̃.

Jumentum.] A iuuando, cuius appellatione continentur animalia, quæ vel ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terrã excolunt. Eſt & vehiculi genus. Item iumentum eyn hilff, adiumentum idem. A iuuo, iuuas. Adiuuo, iuto, & adiuto frequentatiuum iuuat imperſonale. Hinc iuuamen & iuuamentum.

¶ Pſalmus Dauid. XXXVI.

Aemulor.] (Vt Apuleius inquit) ab amo deſcendit, vnde & primam vocalem accepit, amare ſignificat, per antiphraſim inuidere. Hinc æmulus, æmulator, & æmulatio.

Zelo.] Zelas, & zelor, zelaris idẽ quod æmulor, hinc zelotes, æmulator. Zelus, & zelotypus, a, um, zelotypia, zelari etiam eſt quandoque iraſci, & imitari.

Trucido.] Penultima producta, à trux & cædo, eſt crudeliter neco. Vergilius:

Fit via vi, rũpũtq̃ aditus, primoſq̃ trucidãt.

Hinc trucidatio. Compoſitum retrucido, fere idem cum ſimplici.

Commodo.] Penultima correpta, eſt vtile, & commodum facio, ſeu commoditatem præſto. Iam incommodare frequentius teritur. Incommodare eſt nocere, ſeu damnum inferre. Aliquando eſt mutuo dare. Nonnunq̃ ſimpliciter pro impendere. Hinc commodum aduerbium, & incommodum.

Reliquiæ, reliquiarum.] Dicta pauca quæ relicta ſunt. Vergilius:

His accenſa ſuper iactatos æquore toto
Troas relliquias Danaum.

¶ Pſalmus Dauid, in rememoratione diei ſabbati. XXXVII.

Furor.] Inſania, licet inter ſe differant. Hinc Furiæ deæ furoris ſunt, à poetis dictæ Noctis Acherontisq̃ filiæ, Alecto, Teſiphone, & Megera. Vergilius:

Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ.
Quas & tartareã, Nox intempeſta Megerã.
Vno eodẽq̃ tulit partu. Hinc furioſus, & furibũdus, a, um, & furere, eſt inſanire, exagitari ira. Furia, furialis, e, idem quod furioſus, furiatus, a, um, ad furorem pcliuis, propenſus.

Flagellum.] Diminutiuum à flagro, hoc eſt ſumma arborum pars, & virga, quod caroea percuſſa conflagret, quamuis aliqui à flando potius dictum velint, quod ventorum crebros ſubſtineat flatus. Hinc flagriones appellati ſunt ſerui, ſicut à verbere verberones.

rones. Hinc flagello, as, quasi flagello cædo. Item flagellatio. Flagella vitis. Flagrum, vt Flagra pati. Flagratores (vt inquit Festus) genus hominum, quod mercede flagris cædebatur.

Detrabo.] Cum accusatiuo, significat exuo id quod quis induit. Aliquando est remouere. Interdum auferre. Per translationem obloqui, cum alicui fama, gloria, honor, opinio detrahitur. Hinc detractor, & detractio, & detractrix, detractorius, a, um.

¶In finem pro Idythum, canticum Dauid Psalmus. XXXVIII.

Concalco.] Et incaleo cõposita sunt à caleo, quod est ferueo, calidus sum. Hinc calesco, id est, calidus fio, à quo concalesco. Item calefacio, & calfacio, hoc est, calidum reddo. Compositum excalfacio, à q excalfactorius, vt excalfactorias vires dicit Plinius libro xxi.

Meditatio.] A meditor deriuatur, quod est cogito, animoq; verso. Hinc cogitatio. Et omnes artes, autore Flauio Vegetio de re militari, in meditatione consistunt. Hinc meditatiuncula, & meditatorius, a, um, omnia à meditor.

Lingua.] Manifestum vocabulum, vel cæcis, & tonsoribus, & mediastinis, notum: tamen ideo pono, quod omne totius mundi malum (multorum sententia) inde oriatur. Tolle linguæ malum e mundo & omnia erunt pacatissima, & consonãtissima Euangelio CHRISTI: paruulum membrulum, sed lubriculum scriptura teste, & irrequietum, nunquàm in solido consistens. Dictum à ligando, vtinam ligemus, nedum cibum & potum, sed & omnia vitia. Huius diminutiuum est lingula secũdum Priscianũ & per concisionem lingula, secundum Festum. Hinc linguax siue lingulax, lingulaca ve, verbosus, multum loquens, & stulte blaterans, linguosus, a, um. Legito linguam Erasmi, librum preciosissimum.

Substantia.] Est fundamentum quod subsstat. Item materia, & quasi essentia & soliditas. Græce hypostasis. Quandoque pro facultatibus, vt hic.

Thesaurizo.] Est thesaurum colloco, repono in depositio, congrego. Hinc thesauraria, thesaurarius substantiuum.

¶In finem Psalmus Dauid. XXXIX.

Sacrificium.] Est oblatio, à sacrifico, quod modo sacrum facio, modo veniã peto significat. Hinc sacrificus, & sacrificulus, quem alij barbare pastorem nominant, Græci mystam, vel presbyterum: aut parochum, pastophorũq; & sacerdotem.

Oblatio.] Ab offero, est quæ dijs offertur. Et sunt variæ, videlicet hostiæ, libamina, sacrificium, holocaustum: quæ omia suis locis singillatim explicuimus:

Lutum.] Cænum, seu sordes, & primã corripit. Hinc luteus, lutulentus, a, um, vt: Spernit amaracinum sus lutulentus olens. Magister Iacobus Horlinus autor. Item luto, lutas, est luto inficio. Lutatus luto infectus. Lutescere, significat lutum fieri. Hinc adagium: Luto hærent. In salebra hærent. In aqua hærent, qui ære perplexi & impediti explicare sese nequeunt.

¶In finem Dauid Psalmus. XL.

Stratus.] stratus, lectus est. Sed stratus, a, um, participium, siue supinum à sterno, significat id quod sterni solet, vt stratum triclinium. Stratum strati substantiuũ, eyn deck sattel. Stratorium, stratorij Barbarum. Stragulum eyn icklich deck.

Martialis:

Stragula succincti venator sume veredi.
Nam solet à nudo surgere ficus equo.

Foras, & foris.] Aduerbia, primum ad locum, secundum in loco, & de loco significat, vt egredior foras, tu moraris foris. Quandoque foras præposititio est. Hieronymus, foras portam sepelierunt corpora martyrum.

Susurro.] Furtim, & submissa voce loquor. Hinc insusurro, & consusurro. Item susurrones, susurrus & susurrium.

Pro fiat, fiat.] In Hebræo scribitur Amen amen, quod Aquila, πεπισομένως, id ẽ vere, siue fideliter transtulit.

¶In finem intellectus filijs Chore. Psalmus. XLI.

Ceruus.] Græcis elaphus, siue prox dicitur, animal est, quod magna cornua gerit, quasi geruus, g, in c, mutata. Vel à ceraton Græco, id est, cornibus. Hinc ceruinus, a, um, penultima producta, vt caro ceruina & aprugna, teutonice vvildtbrait.

Fortem.] Sunt qui legant, ad deum fontem viuum, sed male, cum ex Græco, tum ex Hebræo. Nam ex Hebræo habetur, fortem viuentem, & ex Græco, ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα. Quod itidem valet: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuentem, non fontem, vt passim legi

gi solet, quasi diceret Psaltes: Concupīt cor meum & mens mea deum, qui fortitudine sua me potest liberare, & sua immortalitate, me vita æterna donare.

Lachryma.] A Græco, quod illi λάκρυον vocant, d in l, mutata. Sūt q aliter sentiāt: tamen vsus h, obtinuit. Cuius diminutiuum est lachrymula. Hinc lachrymo, as, & or, aris. Lachrymabile dignum lachrymis, vt facinus lachrymabile dictu.

Iordanis.] Fluuiī nomen notissimum, in quo Baptista Christum baptizauit: à Ior, & Dan, qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt. Hieronymo teste.

Hermon.] Mons trinomius, qui & Sanir, & Hermonium in Galilæa, in quibus Sisara cum exercitu occubuit. Hunc Sidoniī Sarion vocant, Amorrhæi Sanir. Deuteronomiī iij. Interpretatur destructio, siue anathema, vel rete, aut dedicatum deo.

Cataracta.] Reperitur fœminini generis, & hic cataractes masculini, à Græcis καταράκτης masculini generis. Dicuntur autem forespendulæ ex ligno, ferrove, quę demitti ac tolli pro voluntate custodum possunt: dictæ cataractæ, quod ex alto defluere videantur. Vnde in imbribus diluuiī apertas esse cœli cataractas legimus, vvasserbruch. Hinc cataractæ Rheni, duę sunt apud Schaffhusium, & Gaunodurum, cuiusmodi & in Nilo, & Amene visuntur. Item cataractæ aues, quæ Diomedeæ dicuntur, Cholino autore. Item καταράκτης, quo & Liuius vtitur, locus est abruptus, & præceps in flumine, vnde aqua ruit potius quàm fluit, vt cataractes Nili apud Strabonem libro vltimo. Legitur & catarractes à catarratto. Vide Budæum, & species auis marinæ. Hæc Petrus Gillius Albiensis in suo Lexico.

¶ Psalmus Dauid. XLII.

Iudico.] Est quasi ius dico, discerno. Aliquando est æstimo. Interdum alicuius causam audio, & pro illa sententiam fero. Nonnunquàm condemno. Hinc iudicium, & iudicialis, & hoc iudiciale. Iudiciarius, a, um, vt potestas iudiciaria. Controuersiæ iudiciariæ, lex, res iudiciaria. Quæstus iudiciarius. Iudicatus participium. Iudicatum facere. Ne sit iudicatum. Iudicatio verbale. Iudicatus, huius iudicatus. Iudicatum, iudicati, substantiuum, vrtel vnd recht. Iudicato ad uerbium, iudex.

Discerno.] Significat separo. Quandoque certo. Interdum distincte cognosco. Hinc discretus, a, um, participium passiui significatus, vt discreta femina, id est, separata. Discretio, separatio. Discerniculum.

Causa.] Proprie id dicitur, ex quo vel propter quod, vel per quod, vel à quo aliquid fit. Hinc quatuor causarum genera scripsit Aristoteles, videlicet, materialem, formalem, efficientem, & finalem. Per translationem tamen dicitur omnis actio, quam in senatu, aut foro agimus. Hinc dicimus agere causas. Item pro lite, ac controuersia. Itê pro occasione. Aliquando pro excusatione. Nonnunquàm ratio dicitur, & origo, quasi initium, & origo rerum. Ab hoc causatiuus, a, um. Causariī milites, qui & valetudinariī & sontici dicuntur. Causidicus rabula forensis. Causo & causor causaris, causificor, causam dico: à quo causula diminutiuum.

Quare.] Aduerbium interrogandi, vvarumb: id est, cur, propter quid vel ex q re. Vt: Quæritur Aegystus quare sit factus adulter. In promptu causa est, desidiosus erat. Ouidius autor. Quare infinite positum. Cicero. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium. Omia feci quare Lepido resisterem. Quare in principio orationis. Cicero. Quare quod socium, darumb.

¶ Iu finem pro filiis Chore, intellectus.

¶ Psalmus. XLIII.

Brachium.] Græcum. Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Interdum ab humero ad cubitum, id est, pars superior, quæ armus dicitur. Hinc brachialia, brachiorum ornamenta, & brachiatus, a, um, ad brachiorum modū factum.

Ventilo.] Ad captandum ventum pono, aut iacio. Propertius: Hanc Venus vt viuat, ventilat ipsa facem. Hinc ventilari frumenta dicuntur, dum in area purgantur. Interdum est per manus versare e digitis eximendo. Hinc ventilator, & ventilabrum, & ventilatio, ventilatus, a, um.

Cornu, cornum, & hic cornus.] Secundum Priscianum, à curuore, vt inquit Varro: Hinc fit vnicornium, bicornium, tricornium, quadricorniū. Item flexus alueorum etiam cornua dicuntur, & antennarum, & vtrāq; pars exercitus. Item genus est tubæ obtortæ. A cornibus aliquid ventilatur, vt Sedechias q factis duobus ferreis cornibus dicebat: Sic ventilabis totam Syriam, tertio Regum xxij.

Exprobans.] Pen. cor. ab exprobro, as, id est, improperans, obijciens, insultans.

Hinc

Hinc exprobratio, verbale, vt esse in exprobratione, exprobabilis, e, in Bibliis legitur. vervvislich.

Conglutino.] Id est, coniungo, ferrumino. Hinc conglutinatus, a, um, hoc est, coniunctus, & ferruminatus. Hinc conglutinatio, verbale, vt conglutinatio verborum. Rem dissolutam conglutinare. Ipsum vulnus conglutinant. Ex vitijs conglutinatus. Conglutinantur voluntates. Meretricios amores nuptijs honestis conglutinare. Amicitias testimonijs conglutinare.

¶In finem pro his, qui commutabuntur filijs Chore ad intellectum, Canticum pro dilecto. Psal. XLIIII.

Calamus.] Græcum est, arundo magis minuta, habens internodia longa & recta ex qua sagittæ apud diuersas gentes fiebant. Est & calamus penna, qua scribitur, vt hoc loco. Martialis:
Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus. Item arbor aromatica est. Item mensura est sex cubitorum, & palmi. Hinc calamariũ est theca pennaria, calamaris, e, pertinens ad calamum. Calamus odoratus, & aromaticus, in Arabia, & India nascens.

Scriba.] Qui literas, vel gesta, vel tabellas, & alia quæcunq; scribit nomine regis, vel alterius. Item scribæ tabellarij, qui & tabelliones & notarij dicuntur: Græci grammatæos vocant, & archigrammatæum Cãcellarium.

Accingere.] Duabus vltimis breuibus, imperatiui modi, passiui verbi, ab accingor, accingeris, hinc accinctus, a, um, notæ significationis: differt à præcingor, & succingor. Hinc accinctus, us, accinctio.

Myrrha.] Arbuscula est in Arabia aromatica. Hinc myrrheus, a, um, quod ex myrrha est, & corripit penultimam. Propertius:
Myrrheaq; in parthis pocula cæca focis.
Item myrrhatum vinum.

Gutta.] Minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, vt hic aromaticæ, hoc est, stilla. Cuius diminutiuum ẽ guttula, à quo guttatim.

Casia.] Per simplex .s. frutex est, suauissimi odoris, & virtutis cinamomi. Alio nomine fistula dicitur. Dictum alias.

Fimbria.] Omnis vestimentorum extremitas & ora dicitur.

In omni generatione & progenie.] Alij generatione & generatione, quod est conformius Lxx. quos Augustinus vbiq; sequitur. Hij enim sic scriptum reliquerunt, ἐν πάσῃ γενεᾷ, καὶ γενεᾷ, id est, in omni generatione & generatione, & alioqui ex proprietate Hebraica magnam vim habet idem verbum geminatum:

¶In finem pro filijs Chore, pro arcanis, Psalmus. XLV.

Prodigium.] Quasi porro dictum, qd porro dicat, porro significet, & aliquid futurum esse portendat, sicuti cometes nuper apparens. Anno. M.D. XXX.

Vaco.] est operam nauare, vel dare: vt vaco sapientiæ, vaco rei diuinæ studioq;. Interdum significat vacuum esse, & modo absolute ponitur. Aliquando ad nihil vtile esse, superfluum esse. Vacat impersonaliter significat, est ocium, vel vacuũ tempus est. Nonnunquàm ponitur pro curæ esse. Quintilianus: Et cui esse diserto vacet. Hinc intervaco, interuacas, vacuus, a, um, vacuitas, superuacuus: vacuo, vacuefacio, & Vacuna media, pducta dea ocij, & vacantium.

¶In finem pro filijs Chore. Psalmus. XLVI.

Plaudo.] Est quoties alicui pro re bene gesta congratulamur, lætitiamq; ostendimus. Fit etiam quãdoq; in derisum, vt videbitur apud Ezechielem. Composita sunt adplaudo, supplaudo. Hinc plausus, plausibile, & plausibiliter aduerbium.

Hereditas.] Successio est in vniuersum ius quod defunctus habebat tempore mortis. Hinc hæreditarius, hæredipeta penultima correpta, hæredium, paruulum prædium, & hærediolum diminutiuum: omnia ab hæres, qui apud antiquos pro domino ponebatur. Hinc hæreditare. Exhæreditare.

Iubilus.] Iubilum dicitur, id quod ex gaudio, voce, nec tamen verbis explicatur. Sirius libro decimo quarto.
Et lætus scopulis audiuit iubila Cyclops.
Hic in neutro ponit Sirius. Dicitur & iubilatio. Et iubilo, iubilas penultima correpta.

¶Psalmus, vel laus Cantici filijs Chore secunda sabbati. XLVII.

Aquilo.] Ventus dictus à vehementissimo volatu instar aquilæ. Hic Boreas Græce dicitur, siccus & frigidus. De eo Ouidius libro septo Metamorphoseos. Apta mihi vis est, &c. Hinc Aquilonaris plaga est Borealis.

Tharsis.] Regio Iudææ ad quam Ionas propheta se velle ire dixit. Et Solomon, & Iosa-

Iosephat naues habuerunt, quæ de Tharsis solitæ sunt exercere commertia. Porro Hebræi Tarsis mare dici generaliter autumãt, vt est illud hoc loci. Hinc Tharsensis, vt diuus Paulus fuit Tharsensis.

Complector.] Est simul, vel in totum amplector, contineo, vt complector te amore, id est, amo te. Complector cogitatione, id est, cogito: complector animo, id est, considero. Hinc complexus, eyn begreiffung. Complexio verbale idem. Complexiones, copulationes, & adhæsiones. Complexio oratoria est, in qua vtrum concesseris reprehenditur. Complectens participium. Complexus, a, um, aliud participium. Complexus, us, nomen, vt complexu luctari. In sinũ, & complexum alicuius venire. Sinu, cõplexuq; illum Respublica recipiet, &c.

¶In finem pro filijs Chore.
Psalmus XLVIII.

Quique.] A quis, hoc est, omnes, quicunque.

Parabola.] Rerum dissimilium comparatio est. Cicero collationem vocat, diuus Hieronymus similitudinem, prouerbia Salomonis, id est, similitudines, parabolæ dictæ sunt. Hinc parabolice aduerbium.

Terrigena.] Communis generis, qui ex terra natus est. Terricola qui terram habitat, colitque.

Matutinus.] a, um, à matuta quæ est aurora. Vnde matutinum tempus, quod mane fit. Item frons matutina dicitur caperata & tristis, à Græcis λευκόθεα dicitur. Matutinæ horæ, matutinæ vmbræ, matutini pastus. Matutinis omnibus, allen morgen. Matutino pro mane, & subauditur tempore. Matutinus homo.

¶Psalmus Asaph. XLIX.

Concinno.] Per duplex nn. consentio, apte compono. Hinc concinnus, a, um, vt oratio concinna, concinnitudo, & concinnitas, conuenientia. Cõcinnator verbale, vt concinnator causarum, cõcinnator capillorum, concinnatiuam mensam dixit Apuleius pro concinnata. Concinnentia, p concinnitate insolens apud Sidonium legitur. Concinne aduerbium, concinnatio verbale.

Tempestas.] Modo ipsum tempus significat. Modo tranquillum & serenum tẽpus. Modo procellam. Hinc tempestuosum, id est, procellosum. Et tempestiuus, a, um, opportunum. Et tempestus, a, um, idem, tempestiue.

Scandalum.] Græcum, idem quod offendiculum, obstaculum, ruina.

Me quando.] Ne vllo tempore. Sicut quando, aliquo tempore.

¶Psalmus in finem Dauid, quando venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabee. L.

Hyssopus.] Masc. gene. & hyssopum neut. gene. penult. produ. herba pulmoni valde vtilis. Est siccum, calidumq; hysop. Hinc Hyssopites gene. mascul. sed figurate neutro iungitur, & est vinum factitium ex hyssopo.

Innouo.] Est idem quod renouo, vel nouum facio, vt Innoua signa, immuta mirabilia. Hinc innouatio, innouatus, a, um.

Exulto.] Significat gestu corporis, lætitiam exhibeo. Item est cum iactantia gloriari. Item gestu, vel dicto iniuriam facere. Item sæuire. Hinc exultatio, gaudium externum, verbale. Exultantia, tiæ, idem, exultanter aduerbium.

Vtique.] Aduerbium similitudinis, & quandoq; ponitur pro certe, vel prorsus, vt hoc loco.

¶In finem intellectus Dauid, cum venit ad eum Doech Idumæus & nunciauit Sauli, & dixit ei: Venit Dauid in domũ Abimelech.

¶Psalmus LI.

Nouacula.] Culter rasorius, quod nouare, hoc est, nouum facere videatur. Hinc adagia: In acie nouaculæ, hoc est, cuspide: pro eo quod est, esse in summo discrimine. Item aliud: Nouacula in cotem. Dici solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Neque nouacula potest incommodius cadere, quàm si in cotem incurrat.

Emigro.] Penult. cor. id est, exeo. Hinc emigratio, exitus.

Oliua.] Est idem quod olea, pro arbore. Similiter pro fructu vtrunq; capitur. Vnde & pro liquore oleum, & oliuum vsurpamus. Hinc oliuitas, oleæ fructus. Oliueta, est vindemia oliuarum. Oliuetum locus. Oleaceus, & oleatus, a, um, olearis, & hoc re. Olearius, a, um, & olearius substan. qui facit, aut vendit, oleosus, a, um, oleaster sylueſtris olea, oleaginus, a, um, penultima corre. oliuo, as, penult. prod. oliuarum vindemiam ago. Dicimus cotem olearian, qua nouaculæ acuuntur, eyn oele vvetzſteyn.

¶In finem intellectus Dauid pro Mahalath. ¶Psalmus LII.

Abominabilis.] æ, ab abominor, aris, quod est execror, fastidio, & quasi

pro malo omine habeo,& significat execrabilis. Abominatio est execratio,& sine aspiratione scribitur.

Ad vnum.] Aduerbialiter sumptum significat omnes nullo excepto. Q. Curtius: Omnes ad vnum periere.

Deuoro.] Penult. corre. vorando deiicio. Refertur etiam ad alios sensus. Martialis: Oculis deuorantibus Draucos. Plautus: Auscultate atq; operam date, & mea dicta deuorate, vt deuorare pecuniam, libros, spe lucrum, prædam, hæreditatem, molestiam, tædium, ineptias hominum & stultitias, &c. Hinc deuorator, deuoratrix, & deuoratio.

¶In finem carminibus, vel hymnis intellectus Dauid, cum venissent Ziphæi, & nunciassent Sauli, nonne Dauid absconditus est apud nos?

¶Psalmus LIII.

Insurgo.] In aliquem insilio. Lactantius lib. v. Nec est magnopere mirandum, si aduersus hominem ista fiunt, cum aduersus ipsum deum propter eandem caussam insurrexerit etiã populus in spe cõstitutus.

Voluntarie.] Aduerbium, id est, sponte, à volo, voluntas, voluntarius, a, um.

Tribulatio.] A tribulor verbo facto, ab angustia & dolore illorum, qui tribulum ferri, vel tribulum herbam calcauerint, Græcis θλῖψις est, & anxietas, & tribulatio, θλίβω tribulo, frãgo, premo, stringo, in angustum redigo, opprimo.

Despicio.] Est deorsum aspicio. Per translationem ponitur pro contemno, siue parui facio, vt hoc loco. Hinc despectus, us, & despectio, et despicientia idem sunt, id est, contemptus. Despectus, a, um, participiũ. Despecto, as, frequentatiuum.

¶In finem in carminibus intellectus Dauid. Psalmus LIIII.

Pusillanimis.] Et pusillanimus, qui est pusilli animi, quem Græci micropsychon vocant. Hinc pusillanimitas animi illa pusillitas est, Græce micropsychia.

Forsitan.] Dubitandi aduerbium, dicitur & forsan, & fortassis (vt ait Seruius super I. Aeneid.) & fors, vnum, idemq; significãt, sed varie pro metri necessitate ponuntur. Itẽ forte, & forsit pro eodem. Vergilius ix. Aeneid. Forsit vota facit, cumulatq; altaria donis, villeicht.

Jaculum.] Dicitur quicquid iaci in lõgum potest. Nam fit vt iaciatur. Sed iaculus, li, serpentis genus est. Dictum alias.

Fluctuatio.] A fluctuo, as, est iactatio, cõmotio, inconstantia, vt animus fluctuat, id est, inconstans est. Hinc fluctus, fluctiuagus, a, um.

Puteus.] Qui perpetuas habet aquas, vt docet Augustinus, & de viuo fonte manantes. Huius diminuti, est puteolus. Hinc puteanus, a, um, vt aqua puteana. Putealis, e, idem, putearius, ij, fossor putei. Puteoli, orum, pluraliter tantum, vrbs Italiæ in prouincia Campaniæ. Vnde Puteolanus, a, um.

¶In finem pro populo, qui à sanctis longe factus est ipsi Dauid in tituli inscriptione, cum tenuerunt eũ Allophyli in Geth.

¶Psalmus LV.

Allophylus.] Penultima correpta, Græca dictio est, alienigena dicitur, eyn frembdling.

Conculco.] Compositum à calco significat comprimo, pessundo. Hinc cõculcatio. Alia composita inculco, & proculco, catio.

Execro, & execror.] Deuoueo, abominor, & pro horrore, & abominatiõe habeo. Vergilius: Et terram altricem sæui execramur Vlyssis. Hinc execratio, execrabilis, le. Execratus nomen ex participio, vt execratissima auguria. Execramentum, nomen insolens in Bibliis pro execratione.

Calcaneus, vel um.] Vtroq; modo dicitur pro parte posteriori pedis imi. Vergilius. Continuis rimis calcanea scissa rigebant, die vers. à calx, cis, deriuatur.

Promissio.] A promitto, pollicitatio est, verbale. Promissum substantiuum idem. Promissus, a, um, participium, vt promissa barba, promisso ventre arietes.

¶In finem ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptione cum fugeret à facie Saul regis Israel in speluncam.

¶Psalmus LVI.

Confido.] Compositum à fido, credo, & certus sum. Et dicimus, confido tibi, & in te. Vergilius: Et afflictis melius confidere rebus. Hinc confidentia, & confidens, quæ sicut docet Donatus, est audacia cum improbitate. Aliquando confidens pro constanti & graui ponitur. Et confidenter, constanter. Aliud compositum diffido est.

Umbra.] Aer carens sole, quod fit alicuius corporis obiectu, præsertim nubium. Hinc vmbella diminuti. Vmbrosus, a, um, vmbraticus, a, um, vmbratilis, e, vmbraculum ab vmbro, as, adumbro, obumbro.

Opprobrium.] Significat infamiam, dedecus, quasi obiectum probrum. Hinc opprobramentum, idem opprobratio, ab opprobro, as, penult. correpta.

Sagitta.

Sagitta.] Iaculi genus quod arcu emittitur, quodq; satis longe agatur. Hinc sagitto, as, & sagittarius substantiuum significat qui sagittas emittit. Et est signum cœleste.

Psalmus.] Canticum dicitur.

¶In finem disperdas Dauid in tituli inscriptione. LVII.

Concinno.] Hoc loci est fabricare, machinari. Superius dictum latius.

Furor.] Insania. Hinc furiosus, a, um, furo, & furio, as, furiatus, & furibundus, a, um, & furiose.

Veneficus, & ca.] Qui, quæq; venena conficit, atq; incantationibus, & cæteris malis artibus vtitur. Hinc triueneficus, id est, excellens veneficus.

Mola, læ.] Qua frumenta teruntur. Item mandibula, & maxilla. Hinc dens molaris, id est, maxillaris, quo cibi teruntur. Nõ aspernatur deus eos, qui cum thura non habent, mola litent. Plinius.

Ramus.] Genus est sentium asperrimum, aculeis, & flore gratissimum. At rhamnus cum h. genitiuum facit rhamnuntis. Atticæ regionis pagus est. Hinc rhamnusius, a, um, vt Rhamnusia dea, dicta est fortuna, quæ & Nemesis. Ouidius libro quinto tristium. Exigit ad dignas vltrix Rhamnusia pœnas.

¶In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domum eius vt interficeret eum. LVIII.

Dirigo.] Penultima correpta, ex di, & rego significat obliquum emendo. Apud Plautum inuenitur dirigere, pro dissidere. Persius Satyra I. Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno. Directus, a, um, vt directi pedes, directum iter, directus ordo. Directe, siue directo aduerbium. Directarij, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo. Vlpianus.

Vespera.] Et hic versper, vel vesperum, ab autoribus vsurpatur pro sero diei, quo ea stella apparet. Hinc vesperi aduerbium, quod significat principio aduentus noctis. A quo vesperugo, alias hesperus.

Fames.] Edendi cupiditas. Hinc adagium: Optimum condimẽtum fames. Item fames & mora bilem in naso conciunt. A fames, fameo, es, & famesco, & famelicus, & cosus, a, um, famelice aduerbium.

Murmur.] Tam masculini quàm neutri generis, lenis aquæ strepitus: licet & pro alio quocunque strepitu poni consueuerit. Hinc murmuro, as, & murmuror. Murmurillum, mumuratio. Et murmurillo, as, est idẽ quod murmuro. Plautus: Quid murmurillas tecum, & te distrutias?

¶In finem pro his qui commutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sabal, & conuertit Ioab & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia. LIX.

Partior.] iris, & partio, tis, in futuro partiar, vel antique, vt hoc loci partibor, partiam, & partibo. Plautus: Hanc quã nactus sum prædam, cum illis partibo, id est, partiam. Est autem partiri, partes facere, & quasi distribuere. Hinc partitio, sectio, diuisio. Eodem modo dicitur & metibor penultima producta in futuro, à metior, hoc est, mensurabo.

Siceman.] Græci σίκιμα scribunt. Nõnulli cum ch. sichimam, alij siccimam: ego Hebræos potius & Græcos imitarer. Quidam siceman Samariam putant. Si à sichem quod humerum sonat, sicema, humerosa, vel laboriosa interpretatur.

Conuallis.] Est planicies ex omni parte montibus vel collibus comprehensa. Hic conuallem tabernaculorum locum putat prope Iordanem, vbi Iacob fugiens fratrem suum Esau fixit tentoria, appellauitque nomen loci illius Sochoth, hoc est, tabernacula. Gene. xxx.

Galaad.] Mons est, à quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Amorræorum manu Galaad filius Machir filij Manasse. Galaad interpretatur aceruus testimonij, Manasses autem obliuio. Istæ duæ tribus habuere viros bellicos, atque Hectoreos, videlicet Iair & Iepte, & Gedeonem, de quibus propagati sunt viri fortissimi.

Ephrahim.] Iuxta desertum, ad quam venit dominus Iesus cum discipulis suis: & sonat frugifer, vel crescens. Iohan. xi.

Judas.] Sonat confessio. Ex tribu enim Iuda ortus est Christus secundum carnem. Genesis xlix. Hinc Iudæus, Iudæa regio.

Moab.] Vrbs, & prouincia Arabiæ, cuius Metropolis Areopolis, Moab in Genesi maledictionis suscepit opprobrium. In Hebræo hic legitur: Moab olla lotionis meæ. Et interpretatur Moab aqua paterna, rectius de patre. Hinc Moabitæ, & Moabitis.

Idumea.] Regio Esau, quæ ex eo quod ille Edom vocabatur, nomen accepit. Et sonat terrenam. Porro Idumæam Plinius statim post Arabiam subiicit Palestinæ proximam. Sic etiam Iosephus & Hieronymus. Nabathæos etiam hos vocant Græci, Latiníq; scriptores, qui Petram vrbem dicuntur incolere. Hieronymus circa Petram Idumæam esse ait. Nominata est ab Esau, qui & Edom vocatus est, q̃si ruffus, vel ex pulmẽto, quod primogenituram vendidit colore, vt scribit Iosephus, rubeo: vel quod verisimilius, & haud dubie verius est, ex corporis habitu, vt sacræ docent literæ. Cæterum non est Idumæa ex Israel, etsi propinquitate teneantur, vtpote populi ex duobus geminis progeniti: tamen aduersaria est Idumæa terræ promissionis, & eius nomine Iudæi Romanos intelligunt. Estq; Idumæa caro, quæ pugnat aduersum spiritum. Porro Seir vocantur montes Idumææ, vt Iosephus, & Hieronymus, sed & Iesu Naue xxiiij. docet. Seir dicitur, id est, hispidus, & pilosus, nam talis Esau.

Olla.] Vasis genus, pro quo antiqui dicebant aula. Hinc ollula. Hinc ollæ amicitia, adagium in parasitos, & lurcones.

Alienigena.] Communis gene. secundum Probum omnis generis, sumitur in eodem significato cum alienigenus, Græcis tamen allophylus est. In Hebræo habetur hoc loci, mihi Philistena associata est.

¶In finem in hymnis, Psalmus Dauid. LX.

Petra.] Græca dictio, saxum valet. Et Christum adumbrat. Petra enim erat Christus. Hinc petrosus, a, um, quod petris abundat. Latinius foret saxosus, quod Græcis πετρώδης dicitur. Alias dictum.

Velamentum.] Idem quod velamen, quod modo pro veste accipitur, modo pro re, qua aliquid velatur, id est, tegumentum vmbraculumq;, à velo, as.

Adiicio.] Significat adiungo, appono, accresco, vt adiecit classi remiges. Item significat applicare, & iuxta ponere, vt adiicere oculum, est inspicere, considerare. Hinc adiectio, & adiectiuum, adiectus participium. Adiectitius, a, um.

Permaneo.] Compositum à maneo, es, significat perseueranter maneo, duro, ad finem vsq; maneo. Plinius iunior: Tunc demum lente cunctanterq; veniũt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. Terentius in Hecyra: Vnde ira inter eas interceßit, quæ tã permansit diu, hoc est, perseuerauit.

¶In finem pro Idythum, Psalmus Dauid. LXI.

Amplius.] Aduerbiũ significat plus, vt: Ego amplius deliberãdum censeo. Terent. Et Liuius: Pugnatũ amplius duabus horis est. Vergil. Noctem non amplius vnam. Et quandoq; auferendi casui iungitur. Cæsar lib. vij. Commenta. Ita vt non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Interdum accusatiuo. Nonnunquàm nominatiuo. Cæsar Commenta. lib. v. Amplius octingentæ, quæ vno erant tempore, à littore discesserãt. Ab amplus, a, um. Hinc amplitudo. Et verbum amplio, as, vnde amplia ti rei. Ampliter aliud aduerbium. Amplissimus ordo magistratus. Amplifico, as, catio.

Maceria.] Et es, paries, siue murus, vel congeries lapidum in vnum compactorum sine cæmento, quo vineæ claudi solent. Terentius: Iube hanc maceriem dirui. Aliquãdo pro muro legitur.

Statera.] Penultima prod. à stando dicta, quia stante libra pensatur aurum vel argentum. Est enim instrumentum, quo res ponderantur sine bilancibus. Adagium: Stateram ne tranßilias, hoc est, ne quid ab æquitate deflectas. Hinc statim aduerbium.

Rapina.] Differt à raptione, & raptu, quod raptio ad personam, rapina ad rem, raptus ad stuprum referatur. Hinc rapinator, à rapina, id est, raptor qui rapit, hic & rapo, onis, dicitur. Raptus, us, raptum substanti. Raptura, æ, rapax, rapacitas, rapidus, a, um, rapide aduerbium, rapiditas. Raptim aduerbium, vt hæc raptim scripsi. Raptio verbale, omnia à rapio.

Affluo.] Abundo, vt affluo diuitijs. Dicimus enim: Diuitiæ affluunt mihi. Aliquando adfluere, est vehementer decurrere. Hinc affluentia, affluens, affluenter aduerb.

¶Psalmus Dauid, cum esset in deserto Idumææ. LXII.

Lux.] cis, lucem claritatem esse nemo est qui dubitet. Quoniam aũt dies clara est, quemadmodum nox obscura: ponitur qñq; pro die, & nox pro tenebris. Lux aũt ἀπὸ τῆς λυκύης. Nam lycyn veteres Græci appellant primam lucem, quæ præcedit solis exortum. Hinc lucanus, & antelucanus, a, um, luceo, es, lucesco, cis, lucidus, a, um, lucide, lucido, as, lucifico, as, lucifuga, lucifer, &c.

Multipliciter.] A plico, & multum, hoc est, varie, multipharíam.

Inuius.] a, um, quod sine via est & per quod iri non potest.

Inaquo-

Inaquosus.] a,um, quod copiam aquæ non habet, hoc est, aridum, siccum: contrariũ est aquosus, a, um, vt hyems aquosa.

In vanum.] Fruſtra & incaſſum.

Vita.] Modo animam qua viuimus, modo alimoniam, modo ſpacium viuendi, modo fortunam ſignificat. Variatur in plurali. Cicero: Serpit per omnium vitas amicitia. Sic hoc loco: Super vitas. Hinc vitalis, le.

Vulpes.] Siue volpes, animal, teſte Varrone, quod pedibus volet. Diminut. vulpecula. De vulpecula Horatius in Epiſtol. Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti, paſtaq; rurſus Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra. Cui muſtela pcul, ſi vis, ait, effugere iſthinc. Macra cauum repetas arctum, quem macra ſubiſti. Hinc vulpinus, a, um, aſtutus. A quo plura prouerbia. Vulpizas ſed contra vulpẽ. Vulpes pilos mutat, mores non item. Haud iterum laqueo capitur vulpes. Vide Chiliades Eraſmi.

Obſtructus.] a,um, ab obſtruo, hoc eſt, occluſum. Hinc obſtructio, verbauvvung, &c. Obſtruere ſenſus, obſtruere luminibus, obſtructa difficultatibus omnis cognitio.

¶In finem Pſal. Dauid LXIII.

Exacuo.] is, cui, cutum, ſignificat valde, ſeu perfecte acuo. Vergil. Exacuunt alij vallos furcasq; bicornes. Per metaphoram ad linguam, dentesq;, vt hoc loci transfertur. Vergil. Dentesq; Sabellicus exacuit ſus. Exactus, us, nomen ex participio. Exactio verbale, auſsvvetzung. Exacuere corticem, ſpitzen. Naſturtium exacuit animũ. Exacuunt viſum Scarabei virides. Exacuere aliquem, exacuere virtutem.

Nequam.] Nomen indeclinabile, hominem nullius precij ſignificat. Contrarium frugi, à quibuſdã ponitur omnis gene.

Scrutor.] Eſt inquiro, expiſcor. Dicitur & ſcruto. Hinc ſcrutinium, eſt ipſa inquiſitio, erſuchung. Scruta, torũ, plurali numero tantum, alt gerummel. Scrutarius, venditor horum. Orbem ſcrutari. Excutere, & ſcrutari. Veſtigia domini ſui ſcrutari dicitur canis. Tabellarios ſcrutari.

¶In finem Pſal. Dauid canticum Hieremiæ, & Ezechielis, & populi peregrinationis, vel tranſmigrationis, cum inciperet proficiſci. LXIIII.

Decet.] Perſonale accuſatiuo iungitur. i. conuenit, honeſtum, aptum, conſentaneum, & decorum eſt, & ſemper de rebus honorificis, vt decet viros ingenuos dare operam philoſophiæ. Cuius contrariũ eſt dedecet, pro indecore eſt. Reliqua trãſeo.

Hymnus.] Proprie laus diuina.

Locupleto.] Eſt locis poſſeſſionibusq;, quenq; diuitem facio. Plautus: Viſus eſt paterna hæreditate locupletarier. i. locupletari. Hinc locuples, & locupletatio. Locuples, etis, omnis gene. ſecundum Priſcianum, ablatiuo te, vel ti, vt locuples, ac referta prouincia. Homo domi ſuæ cum primis locuples. Locuples copijs rei familiaris, & pecunioſus. Locuples oratio. Oratione locuples Lyſias, rebus ipſis ieiunior. Locuples autor, teſtis, tabellarius. Hinc locupleto, as, locupletatio, locupletatus, a, um.

Flumen.] nis, à fluo, is, fluuius perennis ter currens, & maior quàm riuus, vt flumen riui, flumen verborum.

Genimen.] Haud arbitror vſquàm cõperiri apud probatos autores. Græci habent γέννημα, quod eſt progenies, ſeu germen. Dicam vita comite fuſius ſuper Matthæi iij. cap. Et ſupra dixi.

¶In finem canticum Pſal. reſurrectionis. LXV.

Exaſpero.] as, compoſitum ab aſpero, ſignificat valde aſperum facio, exacerbo per translatio. Quintilia. Rem verbis exaſperauit. Hinc exaſperatio. Et exaſperatus, a, um, vt exaſperatus animo, exaſperatæ arteriæ.

Holocauſtum.] Vel holocauſtoma ſacrificium dicitur, quod totum & integrum incendebatur. Græci ſcribunt ὁλοκάυτωμα, ατος.

Medullatus.] a,um, à medulla poſſeſſiuum. Hinc emedullo, quod eſt medullam extraho. Plin. de Lymonio: Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatæ vncia in vini phalerni heminis tribus decocta. Per translationem ſignificat declaro. Plautus: Hinc medullitus penultima corre. id eſt, intime, aduerbium.

Incenſum.] ſi, ab incendo, quod eſt inflammo. Hinc incendium, inflammatio, & incenſum, thus eſt oblatum & inflammatũ, alias ſuffitus penult. prod.

¶In finem in hymnis Pſalmus cantici Dauid. LXVI.

Benedico.] Benedicendi verbum hoc ſenſu, apud Latinos autores inuſitatũ eſt, in ſacris literis frequentiſſimum. Eſt autem & laudantis, & gratias agentis, & bene precantis, beneque ominantis. Nec refert dandi caſum addas, an accuſandi. Hic ha-

bes vtrunq;. Benedicat nobis, &: benedicat nos deus. Siquidem Græci, vt dicunt: Benefacio tibi, & benefacio te, ita dicunt: Benedico tibi, & benedico te. Hoc Christiani minus in loquendo curiosi sunt imitati. Id obiter admonere visum propter Grammaticorum filios, ne quid illorum cogitatio obstrepat hæc differentibus: nec opus toties iterare. Semel explicatum probe sufficiat.

¶In finem Psalmus cantici Dauid. LXVII.

Epulari.] Est in conuiuio esse, seu cõuiuari, iucundare. Hinc epulones, & epulæ, epulare, & epulatorius, a, um. Epulo, onis, coepulones.

Occasus.] Modo interitus dicitur, & de vno homine, & de rebus maioribus dici solet. Cicero: Ac post Lelij nostri occasum, id est, mortem. Vergilius: Testor in occasu Troiæ nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaum: modo solis mersio in Oceanum, vt hoc loci. Hinc occasio. Occidens, occidentalis, le.

Orphanus.] Qui caret patre, Græcum est. Hinc orphanitas est orbitas. Sed pupillus, qui patre quidem priuatus est, sed tutore iuuatur. Orbus vero proprie oculorum luce destitutus, & priuatus.

Vidua.] Dicitur à viro diuisa, seu orbata. Hinc viduare, diuidere, priuare. Et viduertas apud Catonem calamitas dicitur, & viduitas. Viduus, vidui.

Mos, moris.] Vitæ institutum est, consuetudine firmatum. Interdum capitur pro approbata consuetudine, quæ pro lege habetur. Aliquando in malum. Nam & boni, & mali mores dicuntur. Hinc moratus, a, ũ, moralis, morigeratus, & diminut. mosillus, id est, paruus mos. Vt: Bonæ leges ex malis moribus procreantur. Macrobius lib. iij. Saturnalium, vetus verbum affirmat: Nam sicuti medicorũ pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboretur, ita legibus ferundis nil opus esset, nisi perperam viueretur. Hinc etiam moriger, id est, obediens, obtemperans, obsecundans, morem gerens. Morigeror, aris, morem gero, obsequor, & quasi ad alterius voluntatem mores transformo.

Euangelizo.] Græce sic εὐαγγελίζω, id est, nuncio, actiuum accusatiuo iungitur apud Græcos, vt euangelizo te. Vide Theodulum de dictionibus Rethoricis. Hinc euangelium, Latine bona nunciatio, apud Homerum præmium datum pro relatione.

Hinc Euangelistes, a,

κλῆρος, Clerus.] Sors. Hinc clericus, id est, sortitus. Etiam vermiculus, qui clerus dicitur infestans apum aluearia, qui & Pyrausta dicitur. Cleronomia, est hæreditas, cleronomus, hæres.

Pallor.] Quasi pellis liuor, à quo pallidus, & pallidulus, a, um, & pallide.

Selmon.] Mons quem conscendit Abimelech aduersus Sicemam dimicans, & interpretatur vmbra offendiculi, vel sentiens, siue imago fortitudinis.

Deus noster deus saluos faciendi.] ὁ θεὸς τοῦ σῶσαι, quasi deus qui seruare possit, aut soleat. Proprietas illa Græca vix potest Latina lingua exprimi, nisi quis mãlit per nomen dicere, quod deus salutis. Exitus mortis, ne quis fallatur, exitus rectus est pluralis, non genitiuus singularis, ὦ ἔξοδοι τοῦ θανάτου.

Basan.] In Arabia præfuit Og. Hinc legis Amos iiij. vaccæ Basan, vel Basan itides vaccæ, dicuntur pingues, gulosi. Basan enim interpretatur confusio, Græci ἀισχυνάμ, id est, confusionem dicunt.

Tympanista.] Qui tympanum pulsat. Tympanistria vero mulier tympanum pulsans. Sidonius lib. I. Epistolarum. Tympanistria, psaltria canit.

Harundinetum.] Locus vbi harundines crescunt, vel consitæ sunt.

¶In finem pro his qui commutabuntur, Psalmus ipsi Dauid. LXVIII.

Limus.] Genus vestis ab vmbilico ad pedes. Vergili. Velati limo, & verbena tempora vincti. Et limus, cænum est illud mollius, a, um, quod ab aquis deferri solet. Hinc limosus, à quo illimis, & hoc illime penulti. produ. id est, defecatum, syncere, sine limo. Sed limus transuersus, obliquus, obtortus, vt limis ocellis inspicere.

Raucus.] Qui nimio clamore, vel alia causa vocem habet obtusam. Hinc rauceo, es, rauceſco, raucitas, raucedo, & rauis, vt clamat vsque ad rauim, quem lupi videre priorem. Vergilius.

Zelus.] Modo inuidiam, modo amorem, modo ęmulationem notat. Zelotes, zelotypus, pa, zelotypia.

Cilicium.] Vestis est ex villis hircorum, atq; caprarum contexta, à Cilicibus. Hinc cilicinus, a, um, penult. cor. vt vestis cilicina.

Improperium.] Ab impropero, criminis exprobatio est.

Mensa eorum, &c.] εἰς παγίδα, in laqueum. Hinc muscipulam dixit, quæ tenditur ad captandos mures.

Scan-

Scandalum.] Offendiculum est. Hinc scandalizo, alteri scandali occasionem seu an sam præbeo.

Incuruo.] Est eiusdem cum simplici significantiæ, hoc est, flecto, deorsum aspicio, capite deflexo inclino. Hinc incuruatio, & incuruatus, a, um.

Reptile.] Quicqd repit, vt vermes, &c.

¶In finem Psalmus Dauid in rememoratione, eo quod saluum fecit eum dominus. LXIX.

EVge, euge.] Interiectio est assentientis, quasi spõte sua congratulantis. Di. Hierony. interpretatur bene, bene. Hic tamen videtur vox irridentium.

Moror.] Significat expecto. Plautus: Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, hoc est, nihil curo, non expecto. Et morari est detinere, retardare. Quintilianus: Quid me adhuc pater retines? quid moraris abeũtem? Plaut. Nihil ego te moror. Itẽ morari, manere. Item hærere, dubitare. Hinc mora, & morula dimi. Morari vero prima producta à μωρός, i. stultus, significat insanire. Suetonius scribit solitum esse dicere Neronẽ, de fisse Claudiũ inter hoïes morari, i. insanire.

¶Psalmus Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum. LXX.

LIteratura.] Ars q̃ de literis tractat, vt est Grammatica. Augustinus libro viij. Confess. Imperatoris Iuliani temporibus lege data prohibiti sunt Christiani docere literaturam & Oratoriam. A litera, quę Græcis gramma dicitur. Hinc literatores, & literarius, a, um.

Prodigium.] Quasi porro dictum, q̃d aliquid futurum esse portendat. Hinc prodigiosus, a, um, quod prodigium facit. Prodigialis, & hoc le, quod illud procurat, & prodigiator, qui ex eo futura prænunciat. Item prodigiose aduerbium.

Elongo.] Est longe facio, remoueo. Aliquando protraho, differo. Plinius: Quo maxime tempore dies elongantur. A quo passiuum elõgor: hic habetur elongeris pe. pro. in futu. Hinc elongatio, & elongatus, a, um.

Senium.] Senectus, senecta, senitudo, & senitas, in eodem sensu accipiũtur pro senum ætate. Sed nõ dicitur senecta ætas, sed ætas senecta. Nam senectus nomen est verbale, vt vocant. Salustius libro iiij. senectum corpus dixit. Distichon M. Iacobi Horlinit Depereunt celeri iuuenilia tempora lapsu. Nec quicquàm senium fert nisi triste queri, id est, tristes querelas.

¶In Salomonem. Psalmus LXXI.

MOns.] Terræ tumor altissimus, & omne quod eminet, mons dicitur. Vergi. Præruptus aquæ mons. Sumitur quãdoque pro saxo, & e diuerso. Hinc septimõtium, locus habens septem mõtes. Diminu. eius monticulus & monticellus. Hinc montanus, vt montani imbres, nebulæ, montosus, a, um, vbi multi sunt montes.

Collis.] Minor mons, vt Roma septicollis dicitur. Hinc colliculus diminut.

Calumniator.] Qui calumniam facit, hoc est, qui falsum crimen obijcit: Græci Sycophantam appellant, & Sycophantiam, calumniam. Hinc calumniatorius, a, um.

Vellus.] Lana ex ouibus detonsa, alij vellera, alij velamina vocant, eyn fluss, oder schuper vvollen.

Stillicidium.] Quasi stillarum cadiũ, q̃d stillatim cadat, vbi e tectis guttulæ fluũt.

Aethiops.] Qui ex Aethiopia est, hic & Aethiopicus dicitur, & Aethiopus secundum Seruium. Hebraice Chus dicitur filius Chã. Hinc Aethiopissa, Aephiopicus, a, um.

Saba.] Ciuitas regia Aethiopiæ. Hinc Sabæus, a, um, vt thus Sabæum, Sabæi.

¶Defecerunt hymni Dauid, filij Iesse Psalmus Asaph. LXXII.

PEne.] Aduerbiũ, significat fere, quasi, ferme, propemodum.

Firmamentum.] Soliditas est & stabilimentum. Vnde cœlum firmamentum est, dictum à firmitate.

Affectus.] us, siue affectio. Quatuor ponuntur principes animi affectus, vt Cice. in Tusc. quæst. docet, duo iucundi, totidem tristes, ex iucundis vnus ad p̃sentes res spectat. Lætitia q̃ est opinio boni præsentis: alter ad futuras. Libido opinio boni futuri, quã per cupiditatem August. intelligi vult. Ex tristibus tristitia, opinio mali præsentis. Timor opinio venturi mali. Ex his quemadmodũ affectus cæteri proficiscantur, nẽpe inuidentia, æmulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, solicitudo, molestia, afflictatio, desperatio ex tristitia. Tum pigritia, pudor, error, pauor, examinatio, cõturbatio, formido ex timore. Iam maleuolentia lætans malo alieno, delectatio, iactatio ex lætitia. Hinc ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium ex cupiditate. Idẽ Cicero iiij. Tusc. declarat. Hinc affectuosus, a, um, & affectuose.

Natio.] Genus hominum, ait Festus,

qui non aliunde venerunt,sed ibi nati sunt. Hinc nationalis,le, vt Concilium nationale fuit superioribus annis indictum, sed minime seruatum.

Existimo.] Puto, iudico, & quasi ex æstimatione statuo atq; decerno. Hinc existimatio,reputatio est,vt homo magnæ existimationis. Paulus Iurisconsultus: Existimatio est dignitatis illæsæ status,legibus ac moribus comprobatus,&c.

Imago.] Proprie dicitur, cuius generatio est per imitationẽ. Vnde filius imago dicitur patris. Et pro quacunq; similitudine ponitur. Aliqñ pro vagina. Verg.li.vij. Curuam seruans sub imagine falcem. Hinc imaginosus,a,um,& imaginarius,a,um. Imagino,as,& imaginor,aris,à quo imaginatio,et imaguncula. Imaginatus,a,um.

¶Intellectus Asaph. LXXIII.

Maligno.] Et malignor,à malignus, is est, qui difficultatem sui ostendit, hoc est,qui asper,difficilis, inuidus est. Hinc malignitas & maligne.

Solennitas.] A solenne, per duplex nn,quod omnibus annis præstari debet. Solennia,solennium. Hinc legendum in hymno solennibus,non solennjs. Licet Calepinus solennium solennj ponat. Sed nusquã legitur:festa quę singulis annis certo tempore fiunt. Hinc solenniter.

Ascia.] Ab asciendo, carpentariorũ instrumentum est. Huius diminu. est asciola. Hinc ascio,id est,ascia cædo. Hoc verbo vsus est B. Augustinus super Psalm. doletur,ascietur inquit,& deplanetur.

Draco.]Genus animalis venenosi. Hinc dracunculus,dracæna,& dracõtium herba.

Ethan.]Locus vbi habitauit Sampson, in spelunca Ethan iuxta torrẽtem,& interpretatur fortis,rectius fortitudo. Præterea, Aethan & Asaph cãtores fuerunt æneorũ cymbalorũ,Dauide rege ad arcã dñi. I. Para. xv. Vuglo Aethã,Israelita dicitur,& Latine, & Græce,vt in titulo Psal. lxxxviij. sed arbitror Iesraelitã vocandũ à Iezrael oppido tribus Iuda in termino Isachar inter Scythopolim & legionẽ, aut Esraitam ab Esrom q̃ est Assur in eadẽ tribu. Ex Hebręo Hiero. Ezraitam vertit,quomodocũq; nominetur. Israelitam non appellandum certum est, nemo enim patrio nomine sic dicitur.

¶In finem ne corrumpas,Psalmus cantici Asaph LXXIIII.

Confiteor.] Verbum commune, est simul, aut totum fateor, seu adfirmo. Hinc confessio. Est aũt confessio laudantis, seu gratias agentis. Est confessio gementis, quæ ad pœnitentiã pertinet, quã Græci exomologesin vocant. Delectũ inter cõfiteri, & profiteri, vide apud Cice. pro Manilio. Hoc ego nõ solũ confiteor,verum etiã profiteor. Hinc profiteri autorẽ, & professio, vt Sua quemque professio monstrat.

Columne.] Dictæ sunt, quod culmina sustineant. Hinc intercolumnium, quod est spacium inter columnas. Hinc columnæ Herculis,duæ perhibentur in Occidente, et in Gaditana insula. A quo columnula, & columnella.

Merum.] Subst antiuum, ponitur pro vino solo sine aqua,& corripit primã. Hinc meribibulus. Item meracum vinum.

Exinanio.] Ab ex,& inanio,euacuo, attenuo,& ad nihilũ redigo. Hinc exinanitio.

Fex.] Excrementum,quod vnaquæque res facit. Vñ fœculentus,a,um,fecis plenus. Hinc viles homines, & abiectos aliquando dicimus fecem ciuitatis,non quod homines sint sordes,sed quod vitam agunt sordidã, & abiectam,putidamq;. Hinc fœculentus,a,um. Fœco,as,defœco,as,defœcatio,defœcatus,a,um,vt vinum defœcatum, & vinũ fœcatum. Hinc fœcutinus,a,um,pro fœculẽto, obsoletum. Item fœciniæ vuæ apud Colu. quæ plus quàm cæteræ fecis adferunt.

¶In finem,in carminibus Psalmus Asaph,canticum ad Assyrios. LXXV.

Iudea.] Dicta à confessione,Iudæorum regio est, siue Iuda indeclinabile. A qua Iudaicus,a,um. Iuuenalis:Iudaicum ediscũt. Iudaice aduerbium.

Israel.] Interpretatur vir videns deum, rectius princeps dei, quod nomen impositũ fuit Iacob patriarchæ,à quo Israelitæ penul. pro. qui prius Hebræi dicebantur. Hinc Israeliticus,a,um,& Israelitis pen. pro. tidis.

Ex tunc.] Videtur aduerbium tẽporis, compositum ab ex & tunc,id est,ex eo tempore. In Græco habetur ἀπὸ τότε, id est, ex tunc,vt:Ex tunc ira tua. Ex tunc nõ dicitur Latine,pro ex illo tempore,inquit Pet. Cholinus, & Iohannes Frisius in Dictionario Latinogermanico.

Festus.] Potius de die dicitur, significatque apud nos, feirtag. Idem festus dies. Sed festiuus,a,um,idẽ est quod lepidus,et iucũdus, vt oratio festiua, festiue aduerbium.

¶In finem pro Idythum Psalmus Asaph LXXVI.

Renuo.] Significat refuto, à nuo cõpositum, & scribitur vno n.

Anti-

Anticipo.] Antecapio, præuenio, vt est illud distichõ (autor me penitus fugit). Strictior Aeoos præcesserat aura iugales, Aestiuum suadens anticipare diem. Hinc anticipatio.

Scopo.] as, & scopo, is, significat quẽadmodum sonat, verrere pauimentum scopis. Hinc scopa, ein besem. Hinc adagium: Scopæ dissolutæ, & scopas dissoluere. In homines nihili, nulliusq; prorsus consilij. Cicero scopas dixit, pro eo quod est rem prorsus inutilem efficere. Vide Eras. in Chiliadi.

Rota.] A rotunditate, seu à ruendo, ruit enim facile in suos orbes. Rotæ etiam à Latinis dicuntur capræ, vt inquit Varro libro secundo de Re rustica. Huius diminutiuum est rotula, & ab eo rotella. Hinc roto, as, are, Græce trochos dicitur. Vnde Cato: Trocho lude, aleam fuge: à quo rotatus & rotundus, a, um. Rotunde aduerbium.

¶Intellectus Asaph, Psalm. LXXVII.

Parabola.] Græca dictio, cõparatio, vel similitudo, dicitur. Hinc παραβολικῶς, id est, parabolice aduerbium.

Propositio.] Quæstio habens aliquid quod disputatione soluendum sit, & à Græcis problema dicitur. Dialectici ita diffiniunt, quod sit oratio verum, vel falsum significans. Cicero libro secundo ad Herẽnium aliter. Vide autorem.

Campo, Taneos.] Duæ dictiones sunt diuisę. Taneos genitiuus est Gręcus, nec scribitur cum h. Nam sic legimus in Græco, ἐν πεδίῳ τάνεως, hoc est, in campo Taneos. Nã τάνις, nõ Thamnis, vt Lyra scribit, metropolis est Aegypti, sicut Esaias & Ezechiel scribunt, Esai. xix. & Ezech. xxx. quod ibi Moses multa signa fecerit, q̃ in Exodo describũtur. De hac vrbe Iacobus Faber Stapulensis super hunc Psalmũ carmine & versu xv. ait Quæ mirata Tanis, mirata Aegyptia tellus, &c. Videto autorem.

Eremus.] Pen. prod. Latine desertum dicitur. Hinc eremites. Eremiticus, a, um, & eremitanus sine aspiratione scribitur.

Manna.] Indeclinabile, & hoc mãna, tis, & hæc manna, æ, panis fuit e cœlis filijs Israel in eremo pluens: subinde explicatum.

Africus.] Ab Africa regiõe, vt Aphricus ventus, qui ab Occidente flat cõtra Vulturnum.

Morus.] Arbor, morum fructus. Hæc prudẽtissima arborum dicitur, quod postrema omnium floreat, quia lædi seà frigore nõ finit. Mora quoq; in rubis sunt, sed multum ab ijs differentia. Columella libro tertio. De primo morum, &c.

Cynomyia.] Latine dicitur musca canina, vt fusius habes in Exodo, alias croton Græcis dicitur. Nõnulli scribunt cœnomyia, id est, omnimoda musca.

Crapulor.] A Græco κραιπάλη, crapula dicitur, quasi vertigo, seu lucta capitis. Liquet autem, inquit Galenus in v. Aphorismorum, omnem noxam ex vino fieri, atque caput concuti. Crapulari igitur est potu superfluo ingurgitari, vt hoc loci videtur accipi. Et Lucæ xxi. Deo optimo maximoque auspice videbimus.

De post fœtantes.] Græci sic habent, ἐξόπισθεν τῶν λοχευμένων, Hebræi ita leguntur Et tulit eum de gregibus ouium sequentem fœtas, quod Iacobus Stapulensis carmine hoc modo propemodum prosecutus est, eo loci: Quem tulit e gregibus fœtas agnosq; sequentem, &c. hoc est, tulit eum de agris, vbi ibat post oues & agnos fœtantes, id est, habentes fœtus. Nam fœtans omnis generis, participium à fœto, as, quod est fœtum emitto. Hinc fœtans. i. parturiens, gignens, fœtumq; emittens. Græca dictio hic posita à verbo λοχεύομαι, venit, q̃d significat fœto, patior dolores partus, pario, gigno, iaceo in lecto ob partum.

¶Psalmus Asaph LXXVIII.

Gens.] Id est, natio, gens enim modo nationem significat. Verg. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Modo familiam, vnde gentiles dicuntur, qui ex eadem familia sunt. Gẽtilitium sacerdotium, quod ad ius familię pertinet, & nunc vulgo ius patronatus appellatur. Hinc gentilis, & gentilitium & gentilitas.

Morticinum.] Exangue, corruptum, hoc est, per se mortuum, nõ mactatum. Gręci θνησιμαῖον vocant, id est, morticinium.

Pomorum custodiam.] Græci vna voce compositum exprimunt, ὀποροφυλάκιον, id est, custodiam pomorum, seu fructuum. Oporotheca, locus vbi fructus autumnales seruantur. Hinc oporopolis, id est, venditrix pomorum, ficuum, fructuum, &c.

Irascor.] Iratus cum datiuo. Plautus: Noli amabo Amphytrio irasci Sosiæ caussa mea. Hinc subirascor. Obirascor, contra irascor. Iratus, a, um, iracũdia. Iracũdus, a, um. Iracunde aduerbium. Iratior & iratissimus. Cicero. Antonio est fortasse iratior, qui illis fuerat iratissimus. Irate aduerbium.

Desolor.] Penult. prod. contrariam suo simplici habet significantiam. Inuenitur & deso-

desolo,as,à solo,quod terram solidam significat, pro destruo, siue de soliditate deïcio. Vergilius: Vidimus ingentes, & desolauimus agros. Hoc modo & hic capitur. Hinc desolatus,a,um,& desolatio. Desolatorius, a,um,pro desolante.

Innotesco.] Ab innoteo,significat notus fio. Lactãtius libro quinto: Deniq; à doctis huius sæculi, qbus forte scripta eius innotuerunt, &c. Cyprianus vero in epistola ad presbyteros,pro notificare,id est,notum facere posuit,bekant verdem,in kũdtschafft kommen.

¶In finem pro his,qui commutabuntur,testimonium Asaph,Psalmus pro Assyriis. LXXIX.

Arbusta.] orum, arbores,in quibus extenduntur vites,vel arbores vitibus maritatæ, atq; vitiferæ, quæ in versum diriguntur,hoc est,in ordinẽ. Hinc dicimus: Vitis arbustiua,& vimen arbustiuum. Item arbustiuum genus est vitiũ, quod arboribus applicatur,& in sublime procedit, Theutoce blancken, vt in Alsatia, & partibus superioribus: à quo arbusto,as, id est, agrum arboribus consero ad maritandas vites.

Palmes.] Sarmentum vitis, & aliarum arborum est, Theutonice,ein reebb. Vergilius: Turgent in palmite gemmæ. Pampinus idem,rebben gerten,rebschoss.

Propago.] Et propages,gis, pen. pro. vitis vetula & suppressa, vt ex vna plures fiant. Aliquando significat genus: & sic primam corr. Verg. Si Romana potẽs Itala virtute propago. Hinc propagatus,a,um,vt pales propagata. Propago,gas,pen. producta: vt propagare cõmeatum. Propagare imperium in annum. Propagare religionem, vitam,arbitria. Propagatio verbale, id est, soboles. Propagator verbale masculini gene.

Vindemio.] A vindemia, est vina colligo,& vuas demo. Hinc vindemiator,cuius de syllaba corripitur metri caussa. Horatius in Ser. Vindemiator & inuictus,cui sæpe viator. Ouidi. vero detraxit a, vt de syllabam produceret,&,vt omnia,ornatissime. Ait enim in Fastis: At non effugiet vindemitor hoc quoq; caussam.

Aper.] Porcus sylueſtre, ein vvild schvvein,oder beer. Hinc apria,iæ, virus suum destillatum. Marius Grapaldus. Aprinus,& aprugnus,a, um, vt caro aprina. Aprugnum callum,aprugni lumbi.

Depastus.] A depasco. Et cũ accusatiuo cõstruitur. Verg. Florem depasta salicti. In hac significatiõe etiam sumitur depascor deponens,vt arbor depasta,&c.

Suffossus.] a,um,à suffodio. i. subtus fossus,& cauatus. Hinc suffossi equi dicuntur,quos vulgo cespitatores, alĩ tolutarios vocant. Vergilius libro xi. Aeneidos: Suffosso reuolutus equo,vt suffodere equos, montem suffodere. Sacella suffossa.

¶In finem pro torcularibus,Psalmus ipsi Asaph,quinta Sabbati LXXX.

Buccino.] Est buccina cano. Hinc buccinator à vocis similitudine,& pro laudatore transferri solet. Cicero: Quare quod polliceris te buccinatorem fore. Buccinum neutri generis, idem quod buccina. Buccinum etiam est concha.

Neomenia.] æ,initium mensis & initiũ nouæ lunæ significat: sed hæc apud Hebræos coincidunt, nam mensibus vtuntur lunaribus, quia à coniunctione lunæ initium habent, ἀπὸ τοῦ νέου καὶ μηνός, id est, à nouo, & mense. Significat etiã mene,lunam, ex quo si componi intelligatur,nouam lunã significabit,seu nouilunium.

Insignis.] Et hoc ne, proprie dicitur excellens, q̃ in aliquibus cernitur esse signis quibus noscitur,vel nosci potest. Vergi. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo. Donatus: Insigne aliquod magnum, & nobile facinus dixit. Ad virtutem. Vergi. Insignem pietate virum. Aliquando ad vitium. Et latrões insignes vocamus. Et insignia scelera à Tacito dicuntur. Ab eo fit insignitas, pro claritate,insigniter, clare, summe: insignia, orum,insignio,is,insignite pe. producta aduerbium significat cum notæ indicio.

κόφινος, Cophinus.] Penultima cor. corbis est. Inuenalis: Cum dedit ille locum cophino fœnoq; relicto, eyn korb.

¶Psalmus Asaph LXXXI.

Synagoga.] Secũdum Græcam etymon significat congregationem, contractionem. Et pro re & loco capitur.

Facies.] Est ipsa species vultus. Sumitur tamen pro totius corporis forma & habitudine. Vt facies tua computat annos, ait Iuuenalis. Item quidam: O salue facies mihi dilectissima salue. Quandoq; etiã pro specie dicitur. Vergilius: Quæ scelerum facies, o virgo effare. Antiqui, vt adserit Aulus Gellius, declinabant, hæc facies, huius facies, vel facĩ, pro faciei.

Fundamen,& fundamentum.] Vtroq; modo dicitur, pro eo, super quod quid fundatur, à fundo, as, vt fundare mœnia. Iacere fundamẽtum. Vnicum compositũ est effundare, ex fundamento eruere.

¶Can-

¶Canticum Psalmus Asaph LXXXII.

COmpescor.] Passiuum à compesco, quod est coerceo, & quasi inter pascua contineo, nec vagari permitto, hoc est, retrahor, coerceor.

Effero.] Significat extra fero. Vergilius: Men efferre pedem genitor? Interdū est prouehere, exaltare. Vergil. Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos. Aliquando laudare, vt efferre laudibus. Nonnuquā proferre. Interim eleuare, minuere, hoc est, euacuare. Cicero libro secundo de Oratore. Vnde elatio, elatus, a, um.

Idumea.] Dupliciter interpretatur, aut sanguinea, aut terrena. Videte ergo qui pugnant aduersus sanctos.

Ismaelite.] Interpretantur obedientes sibi. Hoc est, quodcunque cor habuerit mala cogitata, statim factitant. Nos autem non debemus sequi cogitationem nostram, nec dici Ismaelitæ, sed Ismael, hoc est, obedientes deo.

Moab.] Ex patre interpretatur, hoc est, recedentes à deo patre. Hinc Moabitæ.

Agareni.] Proselyti, id est, aduenæ. Qui cum deberent esse habitatores dei, proselyti facti sunt, id est, aduenæ.

Gebal.] Interpretatur vallis vana. Ge dicitur vallis, Bal vero sonat vana.

Ammon.] Sonat populus turbidus, vel verius populus eius, hoc est, qui confidunt in multitudine, & non in simplicitate. Hinc Ammonitæ dicti.

Amalek.] Interpretatur lingēs terram, rectius populus lambēs. Hinc Amalechites.

Alienigene.] Vbi dicitur alienigenæ, in Hebræo habetur Philistīm: Græce allophyli. Philistīm vero interpretantur cadentes potione, hoc est, qui inebriati sunt de calice diaboli, & inebriati ceciderunt.

Tyrus.] Lingua Hebræa dicitur Zor, quod interpretatur tribulatio & angustia.

Assur.] Nabuchodonosor aduersarius dei, hoc est, diabolus, & interpretatur beatus. Genesis decimo, vnde dicti sunt Assyrij.

Loth.] Interpretatur declinans, filijs Loth, id est, dæmonibus inuolutus dicitur.

Madian.] Legimus in Iudicum libro. Iste est Madian, quem expugnauit Gedeon, alio nomine Hierobaal, Iabin, & Sisara, isti sunt quos expugnauit Debbora & Barach. Isti tres facti sunt sicuti stercus terræ. Madian interpretatur iudicium. Sisara equi visio. Iabin, sonat intellectum. Gedeon, conterens, Debbora, apis, Barach, fulgur, coruscatio dicitur.

Lison.] Torrens mediam planiciem diuidit, & alluit oppidum Naim, & interpretatur lætificans eos.

Endor.] Fons est, vnde ciuitas creditur dicta Endor, & dicitur fons generationis, vel oculus.

Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.] Legimus in historia Iudicum capite sexto & septimo, quoniam Gedeon pro populo dei pugnans, hos quatuor reges vicerit, & interfecerit eos. Videte quales sunt reges Madianitarum. Oreb interpretatur foramē. Verius coruus suauis, fideiussor, rectius vmbra prohibita. Zeb lupus. Zebee hostia. Et Salmana perfecti in malitia.

¶In finem pro torcularibus filijs Chore Psalmus LXXXIII.

PAsser.] Auicula à patiēdo dicta, quod morbum comitialē sæpe patiatur. Est & nomen piscis, alias pecten, ein platteis, oder scholl, & loci. Martialis: Non mollis finuessa, feruidiq; fluctus passeris, aut superbus anxur. Hinc passerculus diminutiuum. Adagium: Passere salacior, in libidinosos. Passer solitarius, auis aliquanto grādior passere. Passer marinus, alia auis.

Turtur.] Pro aue tam mas. quàm fœminini generis. Pro pisce generis masculini, q alio nomine pastinaca, & Trygon dicitur à Græcis, venenum habet in cauda præsentissimum. Hinc adagium: Turture loquacior.

Deficio.] Significat deesse, & non sufficere. Hinc defectio, & defectus pro priuatione deducitur. Inuenitur etiam cum accusatiuo pro derelinquo, vt: Prudentia nunquàm deficit Oratorem, ait Cicero.

Abs.] Præpositio, tā in appositione, q̄ in compositione iungitur, vt abs te, id est, sine te, vel à te, vt abs te nemo sciat, quod tacitum velis. Tu qui frena tibi ponere non potes. Quo speras modo stulte Abs quouis fieri tibi. Aschlepiadæum Choriambicū carmen est M. Iacobi Horlini.

¶In finem filijs Chore Psalmus LXXXIIII.

MItigo.] Placo, quasi mitem ago. Et mitigare, maturare est. Huius compositum commitigo. Hinc mitis, i. mansuetus, & mititas & mitigatio. Hinc dicimus mitia poma. Mitia animalia, immitis, te. Mitesco, is, vt fluctus mitescunt. Poma mitescunt. Mitifico, as, commitigo, vt caput tibi commitigabit cum sandalio.

Captiuitas.] A captiuo, ipsa detentio est,

est, Græce ἀιχμαλωσία & echmalotos captiuus, a, um, &c. infinita transeo, à capio.

Quoniam.] Coniunctio causalis, vt quoniã prodest legere. Potest etiã esse subcontinuatiua, vt quoniam ambulat mouetur. Interdum autore Festo significat postq̃. Hinc quoniamquidem, dan, darum, das.

¶Oratio Dauid. LXXXV.

Pauper.] Inops, egenus, miser, differunt. Pauper gene. communis, vel secũdum aliquos omnis à paruo lare, vel vt inquit Varro, à parua pecunia. Apud veteres etiã paupera. Plautus: Paupera hæc res est. Hinc pauperculus, la, & paupertas, & pauptatula. Martial: Sẽper eris pauper, si pauper es Aemiliane. Dantur opes nullis, nunc nisi diuitibus. Inops, sine ope, auxiliove. Vñ inopem animi & mentis dicimus. Ausonius ad auaros: Non est diues opum, diues nec pauper inopsque. Infelix alio nec magis alter eget. Diues eget gẽmis, Cereali munere pauper. Cumq̃ egeant ambo, pauper egens minus est. Egenus pe. pro. q aliqd habet, & aliq̃ indiget. Hinc egestosus, a, um, & egestas. Miser, flebilis, calamitosus. Non malus est fului multum qui possidet æris. Qui male diuitijs vtitur, ille malus. Nõ miser est fului paulum qui possidet æris. Sed quem paupertas deijcit, ille miser. Autor M. Iacobus Hor.

Synagoga.] Pen. prod. Latine congregatio vel contractio. Et pro re, proque loco capitur.

¶Psalmus cantici filijs Chore LXXXVI.

Gloriosus.] a, um, gloria plenus, vt glorioſus homo, glorioſus dies, triumphus. Interdum tamen affectionem significat, & in malum, vt Thraso miles glorioſus apud Terentium, id est, iactanticulus, vt milite glorioſior atq̃ Thrasone, adagium est. Hinc glorioſulus diminutiuum. Inglorius, vt: Noli quærere gloriam, & non dolebis cũ inglorius fueris.

Raab.] Vel Rachab, hospita exploratorum Iosue secundo, & interpretatur dupliciter iuxta Anagogen, aut latitudo, aut superbia. Scribitur & Rachãb.

Babylon.] Metropolis Chaldæorum, & interpretatur confusio. Hinc Babylonicus & Babylonius, a, um.

Annquid Siõ dicet homo.] Mater Sion dicet homo. In nostris libris legimus: Nunquid Sion dicet homo? Ex Hebraica veritate vertit Hieronymus, ad Sion autem dicetur vir, ex Lxx. vero mater Sion dicet. Nam sic est Græce μήτηρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος, sed mẽdose, vt idem in Psalmum hunc lxxxvi. declarat. Septuaginta enim sic scripserant μήτηρ σιὼν, quid est? quam lectionem spreuerunt multi non intelligentes & addiderunt, dixeruntque μήτηρ σιὼν, & hoc propterea, quoniam sequitur, & homo natus est in ea.

¶Canticum Psalmi filijs Chore in finem pro Mahalath ad respondendũ intellectus Heman Israelitæ. LXXXVII.

Sepulchrum.] Locus in quo corpus, ossaq̃ hominis sepulta sunt, quasi seorsum à pulchro, vt inquit Seruius: secundum Donatum, fine re pulchra. Hinc sepulchralis, & hoc le, quod ad sepulchrum pertinet. Titulus est apud Iurisconsultos, de religiosis, & sumptibus funerum. Porro sepulchrorũ vetustissima fuit religio, ne quis violaret, deijceret, frangeret, quæ lex non modo in duodecim tabulis fuit, & in Solonianis, sed etiam in antiquissimis Numæ ac Latinorũ, Græcorumq̃, quæ nõ tam ad ius ciuile profanum, q̃ ad sacra, religionesq̃ pertinere videbatur, quod sepulchra velut templa quædam esse deorum manium existimarentur. Ideoq̃ inscribebatur in eis D. M. S. id est, Dijs manibus sacrum, & quæ illis celebrarẽtur sacra necya sunt dicta. Cicero ij. de Leg. Hactenus Lodouicus Viues.

Langueo.] Deficio, infirmus sum, dissoluor. Interdum est, timidum esse. Aliquando otiosum esse. Hinc langueſco, languidus, a, um, vt Martialis: Verus amor, syncera fides: non fictus amicus. Hæc fiunt nulla languidiora die. Langor & languor proprie est defectio virium, & succi naturalis. Hinc languere dicimus herbas, dum incipiunt arescere. Hoc loco facere non possum, quin corrigam locum illum corruptum, in hymno laudis dominicæ: Ecce iam noctis, &c. Vt deus noster miseratus omnem Pellat angorẽ, tribuat salutem, &c. Sapphicum est carmen, habens in primo trocheũ, in secundo spondeum. Iam languorem non potest fiare ratione positionis, videlicet in dictione, vel verbo, pellat, post a, sequitur t & l, sic t non potest corripi, quod breuiari necessum est. Ideo angorem ponendum, quod verius quadrat sententiæ. Si mihi diffidis lector, fide Iodoco Clichtophæo in Elucidario Ecclesiastico.

¶Intellectus Aethan Israelitæ. LXXXVIII.

Tha-

Thabor,& Hermon.] Nomina montium sunt alibi interpretata. Tamẽ hic repetam Laconice, hoc est,breuiter,& veluti per transennam. Thabor veniens lumen, vel veniat lux dicitur. Hermon vel Hermonium,anathema interpretatur.

Assumptio.] Est acceptio, ab assumo, is,quod modo accipio significat. Cice.Neq; id onus inuitus assumpsit. Modo nimiũ tribuo.Idem:Si id mihi adsumo,videor id mihi meo iure quodam vẽdicare.Hinc assumptus,a,um.Et assumptiuus,a,um,pen.prod. verbale,quod assumit,vt pars assumptiua.

Concido.] Pe.pro.est simul,vel minutatim cædo.Etiã frangere est. Hinc cõcisa oratio & cõcisus sonus. Cõcisæ sentẽtiæ. Cõcisum & laceratum.Cõcise aduerb. concisio.

Prophano.] Per ph,vel f,hoc est, ex sacro humanis vsibus promiscuum facio.Vnde profanatum templum dicimus, profanatio,profanus,a,um.Sacrum & profanũ contraria,profanus vsus.Consecratus an profanus locus.Profanũ facere.Profanus,laicus,

Christus.] Latine vnctus.Chrisma vnctio dicitur.

¶Oratio Mosi hominis dei. LXXXIX.

Refugium.] Est tutissimum asylum, à refugio,is,quod quandoque pro confugere capitur.Hinc refuga commun.ge. & refugus,a,um, vt custodiæ refuga. Ad vrbẽ refugere.A mari refugere,refugit Romã,tela refugere.Iudicẽ refugere non deberet.Refugere à dicendo,admonendo.Refugere & reformidare,&c.

Meditor.] aris,hoc est,animo verso,& cogito.Interdum est cogitãdo inuenire.Aliquando exercere.Hinc meditatio,& meditatorius,a,um.Meditatus in passiua significatione reperitur. Terentius: Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.Meditate aduerbium.Meditatiuum verbum ficta voce appellãt, quod sensum quendam meditãdi videtur habere.

Potentatus.] Est idem quod potestas. Si in potentatibus octoginta anni. Quem enim inuenias octogenarium esse sanum? Dicit & Græcum prouerbium:Ipsa senectus morbus est.Si vis adscribam Græca ex Comœdia Apollodori verba. τὸ γῆρας ἐς ἰ αὐτὸ νόσημα,id est:Ipsa senectus morbus est. Terentius eo vtitur eisdem verbis in Phormione.Nam in senibus vt absit morbus,ipsa senecta per se mala valetudo est. Hinc frequẽs Homericum: Molesta senectus. Vergilius: Subeunt morbi tristisq; senectus. Reliquas Poetarum autoritates transeo. Vbi sunt mille anni:In sepuaginta annis cõtracti sumus. Si autem multum octoginta. Si autem plus vixerimus,iam non est vita,sed mors.Hinc Bis pueri senes.

Corripior.] A corripio, passiuum est, id est,reprehendor,corrigor,emendor,castigor.Hinc correptus & correptio.

¶Psalmus XC.

Nonagesimum Psalmum legens (ait diuus Hieronymus ad Marcellam) in eo loco quo scribitur:Qui habitat in adiutorio altissimi,in protectione dei cœli cõmorabitur: dixerã apud Hebræos,pro deo cœli esse positum Saddai quod Aquila interpretatur ἱκανόν,quod nos robustum & sufficientem ad omnia perpetrãda accipere possumus: vnumque esse de decem nominibus, quibus apud Hebr.deus vocatur.Ilico studiosissime postulasti, vt tibi vniuersa nomina cũ sua interpretatione dirigerem.Faciam quod petisti.Primum nomen dei est El, :q̃d Lxx.θεόν,id est deũ,Aquila ἐτυμολογίαν eius exprimens ἰσχυρόν,id est, fortem interpretatur.Deinde Eloim ,& Eloe ,q̃d & ipsum deus dicitur. Quartum Sabaoth ,quod Lxx.virtutum, Aquila exercituum transtulerunt.Quintum Elion , quod nos excelsum dicimus. Sextum Eser, Eheie ,quod in Exodo legitur. Qui est,misit me.Septimum Adonai , quem nos dominũ generaliter appellamus. Octauum Ia ,quod in deo tantum ponitur:& in alleluia extrema quoq; syllaba sonat.Nonum τετραγράμματον, quod ἀνεκφώνητον,id est,ineffabile putauerunt, quod his literis scribitur,Iod ,He ,Vau ,He , quod quidam non intelligentes propter elementorum similitudinem, cum in Græcis libris repererint legere consueuerunt. Decimum quod superius dictum est Saddai, & in Ezechiele interpretatũ ponitur. Vide vi. caput.Scire autẽ debemus, quod Eloim cõmunis numeri sit,quod & vnus deus sic vocetur & plures:ad quam similitudinem cœlum quoque appellatur & cœli, id est, Samaum .Vnde & sæpe interpretes variant, cuius rei exemplum nos in lingua nostra habere possumus, Athenas, Thebas, Solonas.Hæc ille.

Mille.] Subst antiuum & neutri gen. inflectiturque hoc mille,huius mille, hęc milia,horum milium,vt mille nummũ, mille hominum,Græci χιλιάσ,mille vocãt. Aliquando mille adiectiuum est, tunc dicimus mille homines,mille propugnacula.Dictum alias latius.

Flagellum.] Diminutiuum à flagro, hoc est, summa arborũ pars, & virga, quod caro eo percussa conflagret: Græcis μαστίξ dicitur. Videtur hoc loco capi pro peccato, & flagitio.

Aspis.] Serpentis genus venenosissimi, oua gignẽtis. Aspis à vipera, scilicet læditur, &c. Aspidis morsus vel telum, prouerbia.

Basiliscus.] Genus serpentis, quod in capite albam habeat maculam instar diadematis. Vel quod reliqua serpentium genera eius virus fugiãt. Hunc regulum vocant. Plinius libro octauo. Genera serpentum alias enumeraui ex Lingua Erasmi.

¶Psalmus cantici in die Sabbati

XCI.

Decachordum.] Instrumentum musicum, decem chordas, seu fides habens.

Factura.] Compositio rei quam facimus, hic pro creatura videtur accipi, à facio.

Unicornis.] Generis masculini, siue vnicornius, & vnicornium flecti potest: animal est, vnum in fronte cornu oblongũ gerens. Græcis monoceros, seu rhinoceros, quod idem esse diuus Hieronymus asserit.

Uber.] Secundum Apuleium cum h, ab ὕω, id est, pluo. Alij magis ab humeo: hoc est, fertilis. Generis communis, vel omnis, pro abundanti & fœcundo. Hinc adagium: Vbi vber, ibi tuber: vbi mel, vbi fel. Vber vero neutro genere mamma est. Vergilius: Binos alit vbere fœtus. A quo vbertas, & vbero, as, vberem & fœcundum facio, vbertus & vbertim, id est, affatim.

¶Laus cantici Dauid in die ante Sabbatum, quando fundata est terra.

XCII.

Regno.] as, significat regnum possideo, seu rego. Priscianus: Rex solum quod à regendo nascitur, peperit ex se aliud verbum regno. Cicero libro tertio Officiorum: Nam si violandũ est ius, regnandi gratia violandum est. Hinc fit conregno, as. Et regnum dicitur regio, quæ à rege possidetur. Hinc regiuncula, regionarius, regimen.

Decor.] oris, penultima producta, quædam pulchritudo, & venustas. Vergilius: Et Doricli coniunx diuini signa decoris. Sed decus, decoris, penultima correpta generis neutri, honorificẽtia ex rebus gestis est. Vergilius: Oblitus decorisq; sui sociumque salutis. Contrarium dedecus, ignominia est.

Firmo.] Stabilio, fortifico. Supereſt, ait Lactantius, vt verba factis firmentur. Composita, adfirmo, cõfirmo, obfirmo, refirmo. Hinc firmus, a, um, firmitas, firmitudo idẽ. Firme, firmiter aduerbium.

Nimis, & nimium.] Nomen, loco aduerbij augendi, significatque plus satis. Terentius: Ne quid nimis, Græci μηδὲν ἄγαν dicunt, hoc est, omnium modus optimus, ait Phocylides. Est modus in rebus, &c. Dimidium plus toto. De mediocritate ex Græco eleganter Thomas Morus distichon trãstulit. Ingratum est quicquid nimiũ est, sic semper amarum est, Vt verbum vetus est, mel quoque si nimium est. Idem de eadem rursus ex Græco vertit. Agros ego haud porrectiores appeto. Non auream aut Gygis beatitudinem. Quæ sit satis sibi vita, sat eadẽ est mihi. Illud nihil nimis, nimis mihi placet.

¶Psalmus Dauid quarta Sabbati

XCIII.

Vltio.] Ab vlciscor, vindicta est. Hinc vltor, vindex, & vltrix, vt vltrix flãma.

Effor.] Compositum à for, faris, hoc est, eloquor, exprimo. Effabuntur, id est, eloquẽtur. Effata, spruch, gelerte vvort.

Uexo.] Agito, molesto, perturbo. Iuuenalis: Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Hinc vexatio. Composita, deuexo valde vexo: diuexo varie vaxo.

Quoadusq;.] Significat quantum, vel quousque. Actius Labeo: Nihil te impedio, quoadusque rem peragas, id est, donec. Hebraica veritas habet: Quoniam ad iustitiam reuertetur iudiciũ. Septuaginta ἕως οὗ δικαιοσύνη εἰς κρίσιν ἐπιστρέψει, id est, quoadusque iustitia conuertatur in iudicium. De consummatione sæculi intelligitur, de quo est id quod sequitur in Augustino libro primo de Ciuitate dei capite primo. Victoria vltima & pace perfecta, &c. Pugnat hic ecclesia quotidie, & vincit quotidie. Sed finis vnius belli gradus est alterius. Tunc erit ei vltima & perfecta victoria, quũ tota in cœlos trãslata in regno erit pacis pacifici regis Christi Iesu. Aliter Stapulẽsis. Beatus, inquit, ille, quia non reijciet dominus, qui ita docuerit populum suum: & domum Israel non deseret, quousq; diuinum consilium executioni demandabitur, quousq; Christus de cœlo descenderit, & ei adhæserint vniuersi qui recta erunt mente, vel omnes qui recto sunt corde. Hactenus ille.

Capto.] Frequentatiuum à capio. A quo aliud captito, licet non sit frequenter capere, sed blanditijs, illecebrisque aliquid venari, vt hic obsequendo captat auram popularem. Martialis: Capto tuam pudet heu, sed capto maxime cœnam. Hinc captator,

& captatio,calliditas,insidiæ,fraus.Innumera inde.Captus,a,um.Itē captus,us, captio verbale.Captiuncula,captiosus,a,um,captiose aduerbium. Captura,æ, idem quod captio,captatorius,a,um,&c.

¶Laus cantici ipsi Dauid XCIIII.

PRæoccupo.] Hoc est,præuenio, antecapio,vel ante possideo. Hinc præoccupatio, schema rhetoricum est, cum aliquid nos reticere dicimus,& tamen tacitū intelligitur.A Græcis Aposiopesis vocatur,id est, reticentia figura,cum partem silemus orationis,vt: Quos ego. Lyra vocitat decurtatū modum.Hinc dicimus:præoccupare partes alterius.Præoccupare,ferre legem.

Siccus.] a,um,per duplex cc, quod est aridū, & sine humore. Per translationē pro exercito quasi nimio labore exhausto ponitur.Plautus: Siccum,frugi,continentem, amātem vxoris maxume.Hinc siccitas,& siccitudo.Sicco & siccesco.Hinc siccoculus nomen à Plauto fictum, siccos oculos habens. Siccaneus,a,um,adiectiuum, cui cōtrarium est irriguum & humidum.

Justitia conuertatur in iudicium.] Hebraica veritas habet. Quoniam in iustitiam conuertetur iudicium,Psalmo xciij.De consummatiōe intelligitur, de quo est id quod sequitur.Victoria vltima.Pugnat hic ecclesia quotidie,& vincit quotidie.Sed finis vnius belli est gradus alterius.Tunc erit ei vltima victoria,& perfecta,quum tota in cœlos translata in regno erit pacis pacifici regis Christi Iesu.Hactenus Viues in cōmentarijs de Ciuitate dei capite primo.

Hodie.] Aduerbium temporis corripit primam & secundam.Ouidius: Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Hic facere non possum quin emendem vnum, aut alterum locum in hymno.Iste confessor, &c. Hoc die lætus meruit superna Scandere cœli.Sic est legendum, ratione pedum. Nam primus est Trochæus,id est,prima longa,& breui constans. Ita & in dictione superna, quæ primam corripit, secreta stare non potest,& sententia concinnior est. Vide Iodocum Clichtophæum in suo Elucidario Ecclesiastico.

Si.] Coniunctio varie sumitur: hoc loco pro nō.Si,id est,nō.Alibi fusissime,& Attice exposita est. Vide Petrū Cholinum. Ego breuis ero.

¶Canticum Dauid,quando domus ædificabatur post captiuitatem. XCV.

MIrabilia.] Dicuntur admiratione digna, vt: mirabilibus exemplis, ait Cicero libro tertio Offici. Hinc mirabilitas, pro stupore ponitur. Idem eodem. Ergo & hæc animi despicientia mirabilitatem magnam facit.Mirabilis,le,mirabiliter aduerb.

Demonium.] Apud Græcos mesum est vocabulum,hoc est, medium,in bonum & malum.Hoc loco in malo capitur.Dæmones enim dicuntur à δαίμων quod Græcis olim fuit ἐπίσταμαι καὶ γινώσκω, scio, & noui. Inde δαίμων quasi δαΐμων, vt inqt autor magni etymologici, πάντα ἐπισάμενος, καὶ γινώσκων, omnia sciens & noscens. Ab eadem mēte Plato in Cratylo δαίμονες, quasi δαήμονες tradit à prudentia & peritia rerum, quem & alij secuti sunt,velut Capella, q ait: Hos omnes Græci δαίμονας dicunt ἀπὸ τοῦ δαήμονας εἶναι, & Lactantius libro secundo dæmones,inquit, Grammatici aiunt dictos, quasi δαήμονας, id est, peritos, ac rerum scios,quibus Chalcidius in Timæum Platonis suffragatur. Hactenus Viues. Hinc prouerbiū Græcum in bono: Homo homini dæmonium,id est, deus. A quo dæmoniacus & dæmonicus,a,um

Sanctimonia.] Sanctitas & sanctitudo eiusdem significati sunt. Nemo,precor,nemo venditet suam sanctimoniam, vt sanctulus appareat homihus, ne hypocrisios nota inuratur.Nam gaudium hypocritæ vnius puncti est.

¶Psalmus ipsi Dauid,quando terra eius restituta est ei. XCVI.

INsula.] Terra est vndique aquis clausa, proprie autem marina est. Hinc peninsula,quæ quasi insula est. Ab insula,insulanus, a,um, insulatus, quod est factum in insula. Insularis & hoc re, insularius. Hinc insulanus Hyparchus,quem priorem vocant, dominus Iohānes Chrysocomus vir cum probus,pius,tum eruditus, mihi amantissimus est. Iam iam, heus, mihi per mortem ablatus est.

Adluceo.] Ita fere omnes docti hoc æuo scribunt huiusmodi omnia composita,non alluceo,est ad aliquid, seu iuxta aliquid luceo.

Fluo.] Proprie decurro,à quo frequentat.fluito.Hinc fluus,a,um,id est, fluens, à q̄ multa manant.Fluidus,fluor,fluxus, & fluxio,fluescere.Confluo,is. Hinc Cōfluentia, & Cōflua. Apud Cōfluentes hæc scripsi Anno 1542.

Sculptile.] Quod sculptū est, siue q̄d sculpitur,vt sculptile simulacrum,sculptilis

imago. A sculpo, is, sculptura.

¶Psamlus Dauid XCVII.

SAluo.] as, est saluum facio. Hinc saluus, a, um, quod est sanum. Saluator, qui saluat: Græce soter dicitur. Item saluifico, idē quod saluo. Vnde salue, verbum salutantis, hoc est, sis saluus. Neoterici fere omnes dicūt: Seruare, seruator, & politius. Salue Græcis χαῖρε dicitur.

Ductile.] Quod facile ducitur, attenuatur. Vnde æs ductile, & tuba ductilis, & scena ductilis.

Corneus.] a, um, à cornu possessiuum. Non est mihi cronea fibra, inquit Persius, si recte memini.

Plaudo.] Est autē plaudere, alicui pro re bene gesta congratulari, lætitiamque ostēdere. Hinc plausus & plausibile, plausibiliter aduerbium.

¶Psalmus Dauid XCVIII.

COlumna.] Dicta quod culmen sustineat. Hinc intercolumnium. Itē columnę Herculis. Columella diminutiuum. Et proprium autoris, qui de Re rustica scripsit. Columnatus, a, um, calumnarium, columnatio. Apuleius: Vnderſetzung mit seulen. Colūna, regia ciuitas in Brutio. Columnus veteribus culmus.

Vlciscor.] eris, vindico, & iniuriam nō impunitam relinquo. Hinc vltor, vltio, vltrix flamma. Dictum supra.

Adinuentiones.] Sunt studia, consilia, technæ, molitiones, & strophæ, machinamētaque, quibus aliis imponimus. Expositum alibi Attice atque fusissime, erfindung, in sacris tantum legitur.

¶Psalmus in confessione XCIX.

INtroire.] Compositum cum intro & eo, hoc est, intro ingredior, intro vado. Intro aduerbium, proximum est voce, & significatione inter. Et sicut inter, & intra ab in descendit: sic intus & intro. Sed intus, in loco & de loco, intro ad locū significat. Hinc introitus, us, non rei sacræ tantū dicitur (quā missam vocamus, Græci liturgiā nominant) sed cuiusuis rei ingressus, vt in causſam introitus, defensionis introitus. Aperto suspiciōis introitu ad omnia intima istorū consilia, sine vllo errore peruenimus.

Lætitia.] Est exultatio animi, gaudio efferuentiore, ob euētum rerū expertarum. Cice. Lætitia, opinio recens, boni præsentis, in quo efferri rectum videatur. Hinc lætitudo idem quod lætitia. Actius: Quanta in vernando affectus est lætitudine. Lætor, gaudeo, læto, as, lætū facio, vel lætum reddo, actiua voce antiqui dixerunt. Lætus, a, um, læte aduerbium. Lætans participium. Lætifico, as, lætificus, a, um, vt lætificæ vites. Lætificor, aris, deponens. Lætisfcere, frolich vverden, obsolætū. Lætabilis, le, lætandus, a, um. Lætamen mist. Sed letum, leti, id est, mors, sine diphthongo, vt leto interire. Hinc letalis, le, letaliter aduerbium. Letifer, a, um, leta corpora, interempta. Ouidius: Inusitatū.

Suauis.] Dictio dissyllaba, non trisyllaba, vt Gotthici autumant, & pronunciāt. Est dulcis, à quo suauitas, & suauitudo, suauiloquentia. Plautus: Suauitudo mea. Contraria sunt, insuauis, insuauitas, insuauitudo. Aduerbia, suauiter, suaue, insuauiter, insuaue.

¶Psalmus ipsi Dauid C.

COgnosco.] Ex con, & nosco. Et cognoscere est, noscere eos, qui prius incogniti erant, cum agnoscere sit olim notos. Verg. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Interdum est diligenter considerare. Aliquando intelligere. Nonnūquàm approbare, laudare, placere, vt hoc loco. Interim concumbere. Vnde cognitor, oris. Cognobilis, e, qui cognoscitur. Plinius: His solis cognobiles. Item apud Gellium pro cognito, & noto. Cognitus participium, vt alicui cognitus. Re cognita. Cognitio verbale.

Detrabo.] Est obloquor. Hinc detractio, obloquutio, & detractor, id est, delator, obloquutor, obtrectator, verbale. Detrecto, as, frequent. vt detrectare militiā. Detrectatio verbale. Detrectator, vt detrectator laudum suarum.

Secreto.] Vel secrete, id est, clam, furtim. A secerno, vt secreto ab aliis. Secretius, vnderſcheidenlicher. Secreto narrare, & rogare. Filium secreto occidere.

Dirigo.] Ex di, & rego, significat obliquum emendo, rectifico. Plaut. pro dissidere ponit. Hinc directio, directum, & directe, directarij. Dictum est alias ex Vlpiano, qui dicantur.

¶Oratio pauperis cum anxiaretur, & coram domino effunderet precem suam. Psalmus CI.

FUmus.] Græce capnos dicitur: à fumo, as, id est, fumum educo, à quo fumosus, a, um, fumo abundās: fumeus, a, um, ex fumo existens. Infumibilum, per quod fumus & exit & erūpit. Hinc dimin. fumulus, Græce capniō. Ab hoc prouerbium, fumos vendere, apud Martialem, pro eo quod est princi-

principum beneuolentiam, ficto commendationis officio, per occasionem familiaritatis, precio vendere. Martialis ita habet: Vendere nec vanos circum palatia fumos. Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro. Vtinam his contingat, quemadmodum illi, qui fumo interĝt, venditori, Præcone dicente. Fumo punitur qui vendidit fumũ. Vide Chiliades Erasmicas.

Cremium.] A cremo, as, est id, quod in frixorio, sartagine que remanet post frixionem tostum: Græci σφρύγιον vocant, Theutonice, ein grieb oder swvardt. In Hebræo habetur: Ossa mea quasi frixa contabuerunt, hoc est, velut res quæpiam concremata, vstulata est, & exiccata. Cremium, Columel. dicit rusticos nominare surculos aridos, & minutos, vbi alĳ legunt gremia. A cremo, as, crematio verbale, brannt. Cremor, oris, masculini generis, dye dick brue, safft, &c.

Fenum.] Dictum est quod sine cura fœnus præbeat, vel quod herbæ eædem manẽtes quotannis nouas pareãt, Theu. haevve. Cordum grumet. Hinc prouerbium: Fœnum gerit in cornu. In homines maledicos, ac feroces dicitur. Horatius: Fœnum habet in cornu, longe fuge: à bubus cornupetis, qui signabantur olim fœno in cornu, vt: Fingere qui non visa potest, commissa tacere Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto. Horatius in Sermonibus.

Pelicanus.] A breuem habet, vt Paulus Pompilius docet. Græci tamen sic scribunt πελεκᾶνος, pelecanos cum vno l, & vtrobique e, quem & quinta apud eos, & tertia apud nos inflexione appellant: Sunt qui de ea aue Aegyptia varie fabulentur, confodere sibi pectus, &c. sed certa desideratur historia. Verum quæ hic nominanda est, in Hebræo vocatur Quaath, & quæcunque sit immunda est, in desertis & solitudinibus habitans: in Leuitico onocrotalus interpretata est. Cæterum Aristoteles nomine pelicanum intelligit quoddam genus auium pelago, amnibus, lacubusq;, & fluminibus victum quæritantium, &c. Quem locum fere interpretatur Plinius, paulo amplius adĳciens, Platea, inquit, nominatur, &c. Et pelecanem, vt videre licet, plateam interpretatur, quam & ita volunt à latitudine dictam. Diuus Hieronymus duo genera facit, modo Commentarius Hieronymi sit. Vnum in mari, alterũ in solitudine: Theuton. eyn Rhordromell. Pelican ein vogel.

Nycticorax.] acis, Græce ita scribitur νυκτικόραξ, & Latine nocturnus coruus interpretatur. Hebraica veritas habet bubo, eyn todtvogel. Putãt nonnulli vespertilionem esse, quã Græci nycterida appellant: sed alia volucris est. Et diuus Hieronymus ad Suniam, & Fretelam, contendit esse noctuam. Nycticorax, inquit, noctuam significat. Hebrei Cous appellant, & diffiniunt genus esse volucris vlulantis, & Rabi Salomon eandẽ dicit esse cũ pelecane: forsitã vlula est, Theutonice, eyn kutzlin, eyn nachtrabb.

Domicilium.] Habitatio longi temporis. Hinc mutare domicilium dicimus. Gellius: Qui domiciliũ in Italia nõ haberet, Græce οἰκόπεδον dicitur, eyn behausung, vt domicilium sermonum aures, à domus. Hinc domuncula, domesticus, a, um. Domestica tim aduerbiũ. Domuitio Cicero, vt domuitionem capescere.

Passer solitarius.] Gallia Narbonensis (& pleraque alia forsan loca) vocalem auẽ habet magnitudine merulæ, quam vulgo passerem solitarium appellant, à qua putant nõnulli hanc comparationem duci: quamquàm & merulam putẽt, eo quod soliuaga sit auis, dictamtid enim merum, quod solitarium Grammatici contendunt significare. At merula culminibus domorum non insidet. Præterea solitarius hic non circumlocutiuum, sed adiectiuum est. Hebraica litera habet: Sicut auis solitaria super tectum. Ego puto sturnum, saluo meliori iudicio, eyn sprae, oder staar.

¶ Psalmus ipsi Dauid. CII.

Corono.] as, est coronã capiti impono. Hinc corona, corolla & coronula, dimin. coronarius, a, um. Coronarĳ, qui coronas faciũt, coronamentum, coronarũ multitudo. Alibi dictum est dilucidius.

Corroboro.] Pen. correp. à roboro cõpositum, est totum simul fortifico. Cicero Cassio: Manebat eñ illud malum vrbanũ, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi & otio diffiderem vrbano. Corroborare stomachum. Per trãslationem Cicero: Coniurationem nascentem non credẽdo corroborauerunt.

Ortus & oriens.] Aborior participiũ esse potest, & nomen generis masculini, vt ab ortu solis vsq; ad occasum. Vel ab Oriente in Occidentem pergit sol. Orta luce. Hoc initio suspicionis orto. Item ortus huius ortus, geburt, vrsprungk. Oriẽs, tis, nomẽ substant. ge. mas. Orientalis, e. Oriundus, a, um.

Figmentum.] Quod factum est, à fingo, fingis. Aliquando dicitur mendacium, & simulatio, vt figmenta Poetarum, vt hic.

Hinc infinita omitto.

Efflorco.] Et efflorescо idem quod defloreo. Efflorescere, valde floridum fieri. Cicero in Leli. Quæ tamen efflorescit amicitia, etiam si tu minus eam secutus sis. Vtilitas ex amicitia efflorescit. Efflorescere, bluyen, verrum mbt vverden.

¶Ipsi Dauid Psalmus CIII.

Amictus.] Ab amicio, is, id est, vestitus, coopertus, veste tectus.

Angelus.] Græca dictio, Latine nuncius. Hinc angelicus, a, um. Angelice aduerbium. Nomen officij, non naturæ est, inquit Diuus Gregorius.

Abyssus.] si, immensa aquarum profunditas. Sæpe sæpius dictum.

Onager.] Asinus agrestis est.

Exhilaro.] Pe.cor. cõpositũ ab hilaro, as, q̃d est lætitiã, iocunditatemq; do, lætifico. Hinc exhilarescо. Exhilarantur arbores.

Herodius, & dion.] Auis, falco vulgo dicitur, imo est ardea. Expositum copiose in Leuitico. Theodorus Gaza vertit ardeolam, Diuus Augustinus fulicã. Suidas putat esse ciconiam.

Herinatius.] Animal non maius heritio, vt Diuus Hieronymus ait, similitudinẽ vrsi murisque habens. In Palestina arconus dicitur. Ab aliquibus chirogryllus appellatur, semper in petrarũ cauernulis habitans, vide in Leuitico. Hic & herix, & heritius dicitur, eyn igel.

¶Halleluia, Psalmus CIIII.

Accola.] Pe.cor. est qui ad aliquem locum, id est, iuxta aliquem locum habitat. T. Liuius lib. I. Pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. Nec refert, in suo, an in alieno, vt accola Vulturni. Accola Padi, eyn naachpaur.

Incola.] Pe.cor. vero, qui in aliena vel vrbe, vel Repub. habitat quasi ciuis, aut municeps. Plinius: Quod eorum montium incolæ facere consueuerunt. Item incolæ dicũtur qui habitant in patria non sua. Pomponius Iureconsultus incolam vocat, quã Græci paræcon appellant.

Donec.] Aduerbium, modo tempus finitum, modo infinitum designat. Iũgitur autem tam indicatiuo, quàm subiunctiuo, cum significat tempus finitum, vt seruiam tibi donec viuo, id est, quàmdiu viuo: seruiã tibi donec moriar, id est, vsq; ad mortem. Sic hic capitur, & Græci μέχρι habẽt, id est, donec, vsque. Exponam fusius, deo auspice, Matthæi primo.

Penetrale.] Substantiuũ significat oẽm partem interiorem domus, vel templi. Sed penetraible, q̃d facile penetrat, vt telum penetrabile, frigus penetrabile. Interdum passiue, quod penetratur. Vide Cholinum.

Cenomyia.] Diuus Hieronymus ex Hebræo dixit: Venit musca omnimoda, & κοινόμυῖα, vt in calce epistolæ ad Suniam notat, non bene prima syllaba scribitur per y, psilon, vt significet caninam muscam, sed p diphthongum Græcam οι, siue per Latinam oe, vt significet communem muscam, & penultima syllaba habet yi, & apud nos accentum in penultima, vt Harpyia, myia, quare apud nos legẽdum, & pronunciandum est cœnomyia, siue cynomyia. Verum Grammatici hæc differãt. Vide Exodum, & Iacobum Stapulensem.

Scniphes.] Græci dicũt σκνῖπες, & est plurale masculinum, diffiniuntq; esse vermiculos culicibus similes, & instar culicũ permoleſtos, & (ni fallor) à Theodoro Gaza σκνὶψ culex interpretatur. Si igitur consuetudinem Græcam sequeremur, scriberemus scnipes, (quemadmodum in Exodo commonui) sed videri potest ad faciliorem nostræ linguæ pronunciationem i litera adiecta, vt in mina, pro mna, & aspiratio literæ p, addita est, vt & gryphes pro grypes: vt nunc consuetudine nostra dicamus, scinipes, & videtur aptius per ph, quàm per f, scribi deberet: & qui x in fine locant, vocabulum ipsum corrumpunt viciantque. Vide Iacobum Stapulensem, & Græcos.

Locusta.] Locustas dici volunt, quod loca quibus insident, vstulent, & arida reddant, muscæ genus dirum segetibus. Vide Iacobum Stapulensem hoc loci. Ait in Epodo: Omne genus muscæ, culicumq; impleuit & oras, &c.

Bruchus.] Bruchũ à βρώσκω, id est, comedo dici volunt, aliud genus aculeatæ muscæ, erodens quæ locusta non tangit, &c. ein grasswvorm, oder raupp.

Coturnix.] Vulgo qualea dicitur. Hebræi ortygometram, Græci ὄρτυγα nuncupant, eyn vvachtell.

¶Halleluia, Halleluia, Psalmus CV.

Deglutio.] is, compositum à glutio, is, quod est deuoro. Iuuenalis: Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Imperatorem.

Dathan & Abiron.] Legimus Numeri xiij. quomodo terra hosce cum suis assectis absorbuit. Recte ergo Dathan interpretatur donum sufficiens, Abiron pater meus magister iniquus

Horeb.]

Horeb.] Nomen montis,ad quem Helias in xl. diebus venit,pars montis Sinai. Omnes trãslationes hic Choreb. χωρὴβ idem est quod Horeb,vt Ham Cham,Hus Chus, interpretatum est alibi.

Initio.] Est sacris imbuo. Hinc initiatum sacris dicimus Latine, quẽ ordinatum Vandalice appellamus. Et initiari pueri dicuntur,cũ à lacte,& cunis transeunt,vt cibo firmiori alantur. Cõperitur etiam initior, aris,deponens,vt hoc loco. Et initiare est incipere. Hinc initium.

Beelphegor.] Sonat vir habens hiatum,vel deus hians, vel simulacrum ignominiæ. Idolum fuit Moab vocabulo Baal, seu Beel, super montem Phegor, quem Latini nunc Alcinoum,nunc Vertũnum,nunc Priapum appellant,deum hortorum, cuius adhuc cum magno dedecore circunferuntur,apud eos qui sapiunt, Priapeia Vergilij, quæ vtinam vltrix flamma ante autorem populata fuisset: vt saltem si non omnino purus, minus tamen in Aeglogis,Georgicis,& Aeneid. vij. impurus legeretur.

Phinees.] Filius Eleazar,erat dux eorum coram domino, occidit ferro Zambri, & Cozbi, per genitalia ob fornicationem, vt habes Numeri xxv. Hanc historiam belle comprehendit carmine heroico Stapulensis. Despicit hoc Zambri, reliquis plorantibus intrat Ad Cozbin, turpi inter sese crimine miscent. Cumq; vident omnes,Phinees non pertulit: & quo cinctus erat ferro, qua peccant fixit vtrũq;. Placatus deus est zelo hoc Eleazare nati. Hocq; datum illi ad iustitiam est,& plaga recessit.

Quassatio.] A quasso frequentatiuo, quod à quatio fit. In Græco habetur θραῦσις, id est,fractio,quassatio, & pro plaga hic capitur. Hinc quassatus,a,um,vt quassata Respub. Quassus,a,um, adiecti. idem. Quassus huius quassus verbale.

¶Halleluia, Psalmus CVI.

Interitio.] Idem quod interitus,mors, internecio, ab intereo,is, quod est totum morior, destruor, in anima & corpore, ab simplici itio,onis,verbale.

Procella.] Vis venti, cum pluuia, nec diu durans, & potius marina quàm terrena. Hinc procellosus,a,um. Cœli statu procelloso atq; imbrifero. Ver procellosum, venti procellosi. Procello,is,proculi,pro percello, apud Plinium in Panegyric. iij.

Cathedra.] Sedes dicitur, vel sella, aut subsellium. Hinc cathedralitius,a, um, vt cathedralitius seruus,qui cathedram hero defert. Cathedralitia famula, quæ heræ suæ portat sellam.

Salsugo.] Appellatur in salinis tota liquida,marina aqua salsior. Etiam est humor cum sapore salis. Salsilago idem significat, bickel. Salsitudo,inis,idem. Salsedo pro salsitudine Calepinus sine autore ponit.

Stagnum.] A stando,aqua stans. Stannum item metallum est, à quo stanneus,a, um,vt pixidem stanneam dicit Plinius lib. xxx. Hinc stagno,as,stagnum facio, aquam contineo. Stagnare terram dicimus. Stagnatus,a,um: vt stagnata terra, mit vvasser vberschvvembt.

Oppilo.] Penult. prod. significat occludo,obstruo. Lucanus lib. vi. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. A pila fit, verstopffen,verschopffen.

¶Canticum Psalmi ipsi Dauid. CVII.

Diluculo.] Aduerbiũ, significat summo mane,à diluculum, diluculescit.

Sicema.] Media correpta, à Sichem, pro terra illa & loco,dicitur & Sichimis. Dictum alias.

Metibor.] Futurum,id est,mensurabo. Omnia expositа sunt in psalmo lix. Laconismi gratia hic non iteranda.

¶In finem Psalmus Dauid. CVIII.

Diabolus.] Calumniator dicitur Latine. Diabole calumnia,à diaballo, calumnior. Hinc diabolicus,a, um, diabolice.

Episcopatus.] Est dignitas episcopi. Episcopus superintendens. Episcopium episcopi habitatio. Episcopaliter, id est, intente.

Nutans.] A nuto, quod quandoque dubitare, titubare,hæsitare significat: Nutans, id est, hæsitans,vacillans. Et ad animum sæpe transfertur. Hinc nutantia corda dicimus, à nuo, is, nutus, us, nutatio verbale.

Fenerator.] Qui dat ad fœnus, & vsuram, Græce danista vocatur. Fœneratorius, a, um.

Compungo.] Totum pungo, ferio. Hinc compungor passiuum, vt hoc loci. Et compunctio,compunctus,a,um. Compunctiones laterum.

Zona.] Cingulum quo cingimur. Martialis: Longa satis nunc sum, dulci sed pondere venter Si tumeat,fiã tum tibi zona breuis. Hæc & lorum dicitur,& baltheus.

Διπλοίς, diplois.] Genus vestis, & palij,quasi duplex vestis: diploos enim Græce duplex dicitur. Præterea diplois quasi

duplex dicitur, διπλοὺς, quod de omni veſtimento duplicato dici poteſt. Porro pinnulam diploidis eius tenuit Saul, & diruſpit eam. Vulgo palliũ, & ſic apud Ioſephum. Quaſi extremitatem oram, ſiue laciniam, ꝙd erat facilius ſcindi, ſiue fimbriam. Fimbriarum enim multus apud Iudęos vſus, ex præcepto libri Numerorum: Ruffinus in Ioſepho ſummitatem vertit. Sic etiam I. Reg. xv. de Samuele in noſtris libris ſummitatem. Quod Auguſtinus libro decimo ſeptimo de Ciui. dei cap. vĩj. pinnulam dicit. Græce eſt πτερύγιον διπλοίδος, pinnam extremam diploidis.

¶Pſalmus ipſi Dauid. CIX.

A Dextris.] Græci dicunt ἐκδεξιῶσθαι, vel ἐκδεξιῶμαι.

Donec.] Hoc eſt, nunquàm. Sic legis Matth. I. & Geneſis vĩj. Hæc eſt Hebræi ſermonis proprietas. Diuus Hieronymus fuſius exponit contra Heluidium Antidicomarianum, id eſt, deiparæ aduerſarium.

Scabellum.] Diminutiuum ſignificat paruum ſcamnum. Nonnunquàm ponitur pro ſuppedaneo, Græci vocunt hypopodion.

Melchiſedek.] Rex Salem. Primum quidem interpretatur rex iuſtitiæ. Nam apud Hebræos ſonat regem iuſtitiæ. Quandoquidem illis Malchi rex dicitur, zedec iuſtitia. Salom autem pacem ſonat. Copioſius exponam, deo auſpice, ad Hebræos vĩj. Melchiſedec quidam Sem putant, & fabrum ærarium ſpiritualem.

De torrente in via bibet.] Legendum eſt bibet fururi temporis, ſic habet Hebræa veritas & Lxx. Græce ita ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται, διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν, hoc eſt, De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

¶Halleluia, Pſalmus CX.

CONfiteor.] Iuxta Hebræi ſermonis proprietatem, ſignificat laudo, ſeu gratias ago. Cõfitetur & agnoſcit beneficium, qui gratias agit. Hinc confeſſio, & confeſſor, is dicitur qui confitetur, non qui alterius peccata audit, quem à confeſſionibus nominamus.

Exquiſitum opus.] Dicitur Græce exezetemenon, hoc eſt, exanimatum, inſigne, inueſtigatum, & quaſi bene intus quæſitum, à verbo exquiro, is.

Æquitas.] Modo planiciẽ, modo iuſtitiã ſignificat, cuius cõtrarium eſt iniqtas.

Sanctum.] Dicitur nõ ſolum purum, & impollutum, verumetiam venerandum, & inuiolatum. Alia ſignificata tranſeo, ob papyracei marginis anguſtiam.

Intellectus.] us, ab intelligo, idem ꝙd intelligentia. Cicero lib. iĩj. Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ ſit in eis ſpecies, & notio boni viri. Hinc & intelligentia. Intelligenter aduerbium. Intelligibilis, e, intelligens, intellectus participium, verſtanden.

¶Halleluia reuerſionis Aggæi, & Zachariæ, Pſalmus CXI.

BEatus.] Cicero lib. v. Tuſcula: quæſtio. Hos exiſtimo beatos, q ſint in bonis, nullo adiuncto malo: Græci macarios vocant. Hinc diminutiuum beatulus. Perſius: Tãdemq; beatulus alto Compoſitus lecto. A quo beatitudo, & beatitas, & beo, as. Interdum ponitur pro nobili. Horat. li. Carminum: Neſcias ante geneq; beatæ Phillidis flauæ. Opulentiſſima & beatiſſima ciuitas. In beata & libera ciuitate. Beatus vno amico. Felix & beata. Beaté aduerbium.

Jucundus.] Hoc loci habetur in Græco, non iocundus. Nam χρηστὸς Græce, Latine bonus, vtilis, frugi, ſuauis, iucundusq; dicitur. Et is dicitur qui cauſſa exiſtit alteri, vt ille gaudeat. Hinc iucunditas, & iucundor, aris, id eſt, voluptatem, gaudium, & delectationem affero. Rumperis inuidia quod turba ſemper in omni Monſtramur digito, rũperis inuidia. Rumperis inuidia, quod ſum iucundus amicis. Rumpatur quiſquis, rumpitur inuidia. Autorem æſtimo Martialem, niſi fallor memoria.

Commodo.] Vtile & cõmodum facio, ſeu cõmoditatem præſto. Et cõmodare, eſt mutuo dare, hoc eſt, alicuius rei vſum ad tẽpus concedere. Contrarium eius incommodare, eſt moleſtum eſſe, & nocere. Hinc commodum pen. cor. fit à modo, eyn nutz, fugk. Item commodum, aptum, conueniens. Qñ cõmodum eſt. Cõmodus, a, ũ, cõmodus capillus, cõmodus conuiua, &c. Commodum aduerbium, opportune. Cõmode idem.

Auditio.] Eſt ipſe audiendi actus, quæ & audientia dicitur. Plautus: Exurge præco, fac populo audientiam, hoc eſt, fac vt populus audiat. Sed auditus, us, modo ſenſum audiendi ſignificat: quoꝝ v. ſunt, viſus, auditꝰ, gu. od. & tactus. Modo id quod auditũ eſt. Plinius: Ego ex auditu loquebar. Auditio verbale, auditiuncula. Auditor, auditorium, auditus participiũ. Audiuitaui ſæpe audiui. Feſtus, obſoletum nomen.

Fremo.] Eſt tumultum facere, vt fit ab vndis maris. Hinc fremitus proprie ſonus fluctuum,

fluctuum,& pro murmure indignante,& ira interdum capitur, fremebundus,a,um.

Tabesco.] Significat langueo, deficio, tabidus fio, à tabeo. Hinc tabes, & tabificus, a, um.

Desydero.] Ex de & sydero componitur,significat cupere.Per translationem pro deficere,seu mori. Hinc desyderata dicimus corpora,id est,mortua,occisa.A quo desyderium.Omnia cum y. Græco scribenda sunt, quia à sydus deriuantur.Et modo pro vehementi amore, modo pro nimia cupiditate visendi eum qui abest, capitur. Desyderatio verbale,desyderabilis, e. Desyderatiua verba,vt esurio,&c.

¶Halleluia, Psalmus CXII.

Laudo.] Significat verbis extollo.Cicero ait: Et laudo,& probo. Aliquando est nominare.Plautus:Id scias,Iouem supremum testem laudo,id est,nomino. Huius composita sunt elaudo,collaudo,perlaudo.Hinc laus,laudatio,laudatiuncula, laudabile,laudatus,& laudatorius,a, um, contrarium illaudatus. Distichon: Sordescit propriis manans laus stulta labellis.Sola peregrino quæ venit ore, placet. M. Iacobus Horlinus autor.

Stercus.] Ab extergendo deduci videtur, quod vndique abstergi soleat.Hinc stercorare agrum, vineamq; dicimus, cum fimum adhibemus.Stercorarius,sterquilinium locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum.Hinc stercutius dictus est Saturnus,qui primus stercorandi agri rationẽ inuenit.Stercoreus,a,um, vt miles stercoreus.Vide Cholinum.Stercoratus,a,um,stercoratio verbale.Stercorosus,a,um, vt aqua stercorosa,herbæ stercorosæ.

Sterilis.] e, infœcundus,fructum nõ ferẽs, fineq; ple.Hinc sterilitas,sterilesco,is.

Collocо.] Compositum à loco significat simul loco.Hinc bonas horas male, aut bene collocare dicimus. Collocatio, collocatio syderum, verborum.

¶Halleluia, Psalmus CXIII.

Israel,Iacob.] Primitus fuit vocatus Iacob,postea Israel, vt habes Geneſi xxxij. Siquidem Israel videns deum interpretatur, vel rectius princeps dei.Hinc Israelita, & Israeliticus,a,um.Iacob vero sonat supplantatorem. Porro Hieronymus non videtur probare: quod Israel interpretetur videns deum,siue princeps dei, siue εὐθύτατος θεοῦ, id est,directus dei,seu ad verbum magis, rectissimus dei. Iosephus in Antiquitatibus Israel dictum arbitratur, quod steterit aduersus angelum.

Aegyptus.] Regio in Aphrica,vel secundum alios Aphricæ proxima,alio nomine Eria dicta.Hinc Aegyptius,& Aegyptiacus,a,um. Sed Aegyptini dicuntur Aethiopes,finitimi Aegyptijs. Ad hæc q̃ dicta sunt Geneſis xij. & hic addam, quod Hieronymus tradit Aegyptum ab ipso Cham dictã, cuius hæc sunt verba:Frequẽter Lxx. interpretes non valentes Heth literam, quæ duplicem aspirationem sonat in Græcum sermonem vertere, χ Græcam literam addiderunt, vt nos docerent istiusmodi vocabula aspirari debere,vnde & in præsenti loco Cham trãstulere,pro eo quod Ham,à quo & Aegyptus vsque hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur.Tantum Hieronymus:Sed fieri potuit,vt Aegyptus de nomine conditoris Mestrahim sit appellata, nam sic eam nominant Hebræi,eodem Hieronymo autore. De nomine etiam patris Ham, Aegyptus postea dicta est aerea, quasi ἠρόεσσα, quoniam tenebricoso est aere,vt Stephanus inquit.Nominata est etiam eidem autori Heptapolis,à septem vrbibus. Deinde ab Aegypto rege Beli filio Aegyptus. Homerus Nilum amnem Aegyptum vocat. Porro Aegyptus non tota est in Asia, nisi quantum à Nilo in Orientem vergit,nec tamen Assyrijs parebant Aegyptij, sed regnum possidebant opulentiss. qui etiam magnas expeditiones in Assyriam fecerunt,lateq; Asiam domuerunt, si libris ipsorum sit fides. Hinc adagia: Aegypti nuptiæ, inauspicatæ, & infelices dicebantur. Aegyptius laterifer, Græce πλινθοφόρος, quadrat in sordidum atque infimæ sortis hominem.Quos non tollerent centum Aegyptij.De molestis dicitur ac moribus intolerandis,seu fastu præturgidis. Αἰγυπτιάζειν dicebantur astuti,& impostores. Sumptum à moribus eius gentis.

Judea.] Iudæorum regio dicta est. Hinc Iudaicus, & Iudæus, sicut Hebraicus, Achaicus, Euboicus, pro Hebræo, Achæo, Eubæo, & interpretatur confessio. Iudas etiam laus est,& confessio.

Jordanis.] Fluuius in Iudæa eximius. Ex Ior,& Dan,fontibus compositus.

¶Halleluia, Psalmus CXIIII.

Diligo.] Significat amo, tametsi minoris vis sit.Quandoq; diuidere significat. Plautus: Clypeatus elephas vbi macheriam diligit. Hinc dilectio, & dilectus, a, um. Proprie tamen parentum est diligere

pueros,

pueros. Diligens nomen ex participio. Diligentia, diligenter aduerbium, vt diligenter aliquid exponere, &c.

Vox. Voces dicuntur ea omnia quæ sonant. Vergilius: Fractasq; ad littora voces. Hinc vocula diminutiuũ est parua vox. Vocalis, & hoc vocale, quod sonorum est, vt rana vocalis. Vocalitas, est cõsonantia, Græci euphoniam dicunt. Item vocifero, & voco, à quo vocito, & vociferor, & vociferatio.

Inclino. Significat inflecto. Iuuenalis: Atque ipsos etiam inclinare maritos. Vnde inclinatus, a, um, & inclinatio manant, vt Iurisdictio inclinata est. Inclinata regna. Respublica inclinata, verfallen. Inclinatus, us, pro declinatione Grammaticis nota. Inclinamentum, ti.

¶ Halleluia, Psalmus CXV.

Credo. Est dictis, vel factis fidem habeo. Cicero ad Herenni. Nimium Quirites creditis vnicuiq;, cum estis simplicibus & mansuetis animis. Nonnunquàm est confidere. Vergilius: Nimium ne crede colori. Aliquando fidei committere. Interdum mutuare. Hinc creditor, & creditũ, exposita sunt alibi.

Mendax. Est idem quod nugax, quique subinde mentitur. Distichon: Mendax imbrifero rumor volat ocyus Euro. It testudineo candida fama pede. M. Iacobus Horlinus autor. Hinc mendacium, & mendaciunculum, ait Valla, & mendaculum lego apud Ciceronem in Orato: Quod tamen mendaculis est aspergendum. Mendaciolũ.

Calix. Genus poculi quo bibimus, hic pro passione capitur. Hinc caliculus diminutiuum. Caliculatim aduerbium, in eynes bechers gestalt.

Dirumpo. Significat varie rumpo, seu violenter rumpo. Refertur quandoq; ad animum. Cicero: Dirumpor dolore. Hinc disruptio. Diruptus, a, um.

Atrium. Primus intra ædes aditus. Vitruuius: In vrbe atria proxima ianuis esse debent. Et poeta: Atria longa patescunt. Hinc atria dicta, quasi atra propter fumi fuliginem. Vbi (vt notauit Seruius) culinam facere antiqui consueuerant. Aliter Marcus Varro, aliter Pompeius putant, ego supersedeo. Huius diminutiuum atriolum est.

¶ Halleluia, Psalmus CXVI.

Populus. Primam corripit, atque secundam, singulari numero vnius ciuitatis multitudinem significat. Vergilius: Hinc populum late regem. Populi vero diuersas ciuitates. Huius diminutiuum popellus, vt Tetrastichon illud. M. Iacobi Horlinit: Non te decipiant cito famina blanda popelli. Vanius in mundo quàm vaga lingua nihil. Sæpe fit vt falso lædatur murmure iustus. Vt verax prodest sic vaga lingua nocet. Persius: Ante diem blando caudam iactare popello, hoc est, adulari canum more. Hinc popularis, & hoc re, quod est populi, & popularia sacra dicit Labeo. Popularitas est affabilitas. Populariter, affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. Horatius: Et verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. Popularia, nugatoria, puerilia dicuntur. Populosus, a, um populatim, modo per populos, modo cateruatim & sturnatim significat. Populo, as, est amorem populi concilio. Aliquando prædari, quod & populor dicitur. Hinc populatus participium significat deprædatus. Populatus, a, um, vero nomen, id est, populosus, vt vrbs populata, id est, populo plena. Sed populus antepenult. prod. arboris genus. Hinc populnus, & populneus, a, um.

Confirmatus. a, um, id est, approbatus, roboratus: à confirmor, quod est roboror, approbor. Interdum dicitur certificatus. Hinc confirmatio.

¶ Halleluia, Psalmus CXVII.

Domus. Proprie ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat. Athænis primum Euriam, & Hyperbiũ fratres excogitasse refert Marius Grapaldus in Dictionario suo festiuissimo, de partibus ædium. Multa hinc deducuntur, & varie sumitur dictio hæc domus, pro familia, pro vna tota gente, pro patria. Et facit genitiuum, mi, vel domus: datiuum domui, &c. Sed cum dicimus: Domi, locum significamus: vt domi maneo, nõ domus. Diminut. sunt, domuscula, domuncula, & domuntio. Hinc domesticus, a, um, domestice, domicilium, & domuitio, vt capessere domuitionem, est repedare ad lares paternos, ait Philippus Beroaldus in quadam epistola.

Apes, vel potius apis.] Columella lib. x. Nam quanto grandior apis atq; rotundior, tanto peior. Ouidius lib. Metamorphoseos. Non apis inde tulit collectos sedula flores. Huius diminutiuum est apicula, vel apecula, quæ merops etiamnum vocatur. Vergilius: Meropes, aliæq; volucres. Hinc apianus, a, um, vt vuæ apianæ, mascatellen treublin, quas apes auariter sumunt. Et apiarius, qui curat & possidet apiariũ locus, apiastra

auis

auis illa, quæ eas comedit.

Castigo.] Penultima produ. est verbis reprehẽdo. Vergilius: Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Quandoq; est vindicare, punire. Hinc castigatum, correctum, emendatumq; dicimus. A quo castigatio, castigatus, a, um.

Condensus.] a, um, à densum, quæ est coarctatio nimia cõiunctarum partium: vel à cõdenso, as, quod est cogo, spisso. Hinc condensatio, & condensatus, a, um.

¶ Haleluia, Psalmus CXVIII.

HIc Psalmus maxima cõplectitur mysteria, qui totus secundum ordinem Hebraicarum literarum scriptus est, ita vt ab vna litera octo versus incipiant, & rursum à sequenti octo alij compleantur. Et hoc similiter vsque ad calcem seruatur. Iosephus autem refert in libris ἀρχαιολογίας, hoc est, antiquitatis hunc psalmum, & Deuteronomij canticum vno metro esse compositum, & putat Elegiacum metrum in vtroque posse comprehendi, quod scilicet prior versus sex pedibus constet, inferior vno minus in pentametrum finiatur.

Immaculatus.] a, um, qui est sine macula, hoc est, sorde, turpitudine, purus, & mundus.

Vtinam.] Aduerbium optantis. Quandoque etiam dicimus: O vtinam. Ouidius: O vtinam cum Lacedæmona classe petebat.

Vsquequaque.] Significat passim, assidue, semper, quasi in vnoquoque loco & tempore. Cicero Trebatio: Vsquequaque sapere oportet.

Reuelo.] as, penultima producta, contrarium est suo simplici velo, quod tego significat, hoc est, aperio, & detego: hinc reuelatio, & reuelatus, a, um.

Pauimentum.] Dicitur ipsum domus solidamentum, siue incrustatio, quam gradiendo calcamus, à pauiendo, id est, feriendo dictum. Iuuenalis: Verre pauimentum, nitidas ostende columnas. Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres, videlicet Tessela ta, Museaca, Signina, Gannea, Græca nica, Lithostrota, Asarota, Eusarota, Emblemata, & cætera. Vide Franciscum Marium Grapaldum in Dictionario de partibus ædium. Hinc pauimento, as, & pauimentitius, a, um.

Tedium.] Angor mentis, & animi non corporis valetudo, inquit Seruius. Hinc tædeo, es, ui, & tesus sum. Tædet impersonale. Tædelus penulti. corre. dicitur fastidiosus senex, qui omnibus tædio est.

Superbus.] a, um, elatus, arrogans, superciliosus, fastuosus. Hinc superbio, is, superbia, superbiusculus, & superbiuscule, id est, arrogantiuscule, elate.

Pruina.] A perurendo, quod fruges & virgulta perurat. Hinc pruinosus, a, um.

Topazius.] Viridis est, teste Plinio: Quidam dictam putant à Topazio insula rubri maris, quæ quoniam est nebulosa, cũ à nauigantibus sæpe quæsita esset, hinc nomen accepit. Nam τοπάζειν, lingua Troglodytarum quærere significat.

Ignitus.] a, um, penultima producta, ab ignio, id est, candens, inflamatus. Apuleius, ignitam esse Martis stellam dixit.

Maturitas.] Modo fructuum coctionem, modo grauitatem, moderationemq; significat. A maturus, a, um, maturare, & mature aduerbium. Matura satio sæpe decipit, sera semper mala est. Mature fias senex, Adagia sunt.

¶ Canticum graduum. CXIX.

Clamo.] Est vociferare. Vnde exclamatio. Quandoque vocare. Hinc clamor, oris, dicitur & clamos, à quo clamosus, a, um. Iuuenalis: Securum iubeant clamoso insistere circo. Quintilianus: Non turbidus, non clamosus sit altercator. Hinc clamose. Clamito, as, frequentatiuum.

Labrum.] Et labium manifestam in hominis partibus habet significationem. Persius: Nec fonte labra prolui Caballino. Dicitur & vas aquarium: hypocorysticos, id est, diminutiue, etiam labellum, vt digito compesce labellum. Sed labiolum à labio. Hinc labeones, & labrones dicti, qui maiora labra habent. Adagium: Similes habent labra lactucas.

Desolatorius.] Pro desolatorijs carbonibus in Hebræo habetur ἀρκευθίναις, id est, iuniperinis, vel iuniperorum: in Græco ἄνθραξιτοῦις ἐρημικοῦις, id est, carbonibus desolatorijs. Desolatorem puto & in Esaia esse. vi. ca. carbonẽ q ad labia eius purganda defertur forcipe, vt purget vitia, quæ loquẽdo, siue optima quæq; tacendo contraxerat. In sacris tm̃ Bibliis legitur pro desolantibus.

Cedar.] Regio Sarracenorum, & interpretatur tenebræ huius mundi. Item cedar est Ismaelis filius. Explicatum alias.

¶ Canticum graduum. CXX.

Leuo.] Significat in altum tollo, veluti leue quiddam. Interdum est auferre. Vergilius: Atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Aliquando exonerare, & quasi releuare.

reuelare. Idem Vergilius: Ego te hoc fascle uabo. Nonnunquàm significat extenuare, & leue facere. Composita omnia corripiunt penult. ficuti leuo primam. Alleuo, colleuo, eleuo, releuo, vt releuare animum. Subleuo.

Vnde. Aduerbium quasi de quo vno loco, vt vnde venis. Interdũ significat à quo, Vergilius: Genus vnde Latinum. Aliquando ponitur pro ad quid. Terentius: Vnde petitur aurum? Vnde mihi lapidẽ, quorsum est opus, vnde sagittas? Hinc vndeuis, vndelibet, significant ex vnoquouis loco. Item duplicatur ornatus causſa, sic vnde vnde, id est, vndecunque, quemadmodum vt vt, id est, vtcunque, quantus quantus, quantuscunque, & similia.

Auxilium. Iuuamen ab augeo, es, quoniam augebant numerum hi, qui accedebãt alienigenæ: proprie tamen dicitur sociorum, cum legiones ex Romanis constent. Hinc auxiliaris, & auxiliarius: vtrunq; eum significat qui in auxilium alicuius venit. Et auxiliari, adiuuare. Auxiliaris amicus, auxiliaria fulmina. Auxiliares copiæ, cohortes, duces.

Dormito. Penultima producta, frequentatiuum est, quamuis diminutionem significati quandoq; habeat. Horati. Quandoq; bonus dormitat Homerus, vt arcte & grauiter dormitare. Oscitans, & dormitans sapientia, dormitandum tibi non est. Hinc dormiscere, dormitator, dormitatio, ẏbalia. Dormitorius, a, um. Et substantiuum, vt cubiculum dormitorium, Græce cœmeteriũ.

¶Canticum graduum. CXXI.

Pes. Ima pars corporis. Hinc deducuntur per cõpositionem multa, vt vnipes, bipes, tripes, semipes, sonipes, cornipes, flexipes, planipes, loripes, &c. vnde prouerbialiter dicimus: Pedibus in sententiam ire, est sententiam alterius probare. Ab hoc pessundo. i. conculco, & pessum aduerbium significat modo retrorsum, modo deorsum, quasi ad pedes, vel sub pedibus. Huius diminutiua sunt pediolus, & pediculus, licet & vermem capitis significet. Innumera ab hoc deducta sunt. Iuuenalis: Loripedem rectus derideat: Aethiopem albus, adagium.

Hierusalem. Vrbs Iudææ, seu Paleſtinæ, quæ & Hierosolyma, orum, vel Hierosolymæ, arum, Iebus, Salem, Aelia vocatur, & sonat pacis visionem.

Participatio. A participo, as, quod est partem tribuo: in Græco habetur μετοχὴ, id est, participiũ, participatio. Sic enim solet dici, cauenda esse fœminæ participia, quo significatur fugiendum esse fœminæ consortium. Particeps omnis gene. Participem facere aliquem alicuius rei. Illi in periculis particeps. Particeps consiliorum, cõiurationis, vitŋ, hæreditatis, &c.

¶Canticum graduum. CXXII.

Oculus. Dictus ab oculendo, quod ciliorum tegminibus oculatur. Latent enim sub ciliis & genis. Sunt autem oculi pars corporis preciosissima, in qbus Alberto teste maxima indicia amoris, odiiq; existunt. Sunt veri cordis nuncii. Metaphorice ponitur pro indicio. Dicuntur etiam in arborum surculis, vnde germinant oculi. Hinc monoculus, vnoculus, lanoculus, & diminutiuum ocellus. Persius: Patranti fractus ocello. Item ocellatus, a, um, quod ocellos habet, vt nuces ocellatas dicit Suetonius. Oculeus, a, um, plenus oculis. Oculatus modo, q per totum corpus oculos habet, modo qui habet oculos vigilantes, omnia perspiciens dicitur. Hinc Plautus: Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem, à quo oculitus aduerbium, quo significatur tam charum esse quàm oculum.

Ancilla. Ab Anco Martio dicta, quod is bello magnum fœminarũ numerum ceperit, hoc est, famula, ministra, quod antiq anculare dicebant ministrare. Huius diminut. est ancillula. Hinc ancillor, aris, est ministro, famulor. Ancillaris, e, adiectiuum.

Misereor. Est ex alicuius miseritudine corde anxium esse. Antiqui dicebant miseror, aris, & misero, as. Vnde multa deriuantur. Miserator, miserabilis, e, miserãdus, a, ũ, misericordia, miseret, miseretur impsonalia, misereſco, is, miser, misellus, misere, miseriter, miserabiliter aduerb. miseria, et tudo.

¶Canticum graduum. CXXIII.

Nisi. Coniunctio exceptiua, composita ex non, & si, & significat si non, vel præterquàm, quandoq; tamen pro cõtinuatiua vsurpatur. Sed ni, à nisi, per Apocopen fit, & subiunctiuo iungitur. Quandoq; etiã indicatiuo, vt ni fallor. Ponitur interdum ni pro ne. Vergil. Ni teneant cursus. Plautus: Ni stulta sis, id est, ne.

Deglutio. Compositum à glutio, is, idem quod simplex significat, id est, deuoro. Iuuenalis: Quales tũc epulas ipsum glutisse putamus. Deglutitus, a, ũ. Hinc gluto, onis, id est, helluo, lurco. Et glutus, a, um, obsoletum nomen, an eyn ander geklebendt.

Absorbeo. Vel absorbo tertŋ ordinis. Lucanus lib. iiŋ. Absorpsit penitus rupes, & tecta

tecta ferarum. Vt quodammodo absorpsit orationem. Absorpsit penitus rupes palus. Ne æstus nos consuetudinis absorbeat.

Laqueus.] Vinculum. Vnde dicimus laqueo vitam finiuit, hoc est, suspendio periit, eyn strick. Horatius:

Cautus enim metuit foueã lupus: accipiterq; Suspectos laqos: adopertũ miluius hamũ.

Hinc laqueatus, & illaqueatus, a, um. Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Laquei iudiciũ. Laquei legum, iudiciorumq;. Laqueo verbi capi.

¶Canticum graduum CXXIIII.

Sion.] Mons, ciuitas Dauid, ciuitas iustoꝝ, eã expugnauit Dauid reædificauitq;. Ad radices Sion, fons Siloe: Sion speculæ, & ecclesia. Sion apud Esaiam vallis dicitur, non mons. In monte Sion conuiuium pinguium. Sion dicitur locus inclytus, filia & virgo, ecclesia. Sion arx Hierusalem. Hinc Sionius, a, um, vt arx Sionia.

Virga.] Dicta quod vim gerat ligando, verberandove, à quo nomine sunt tria diminutiua, scilicet virgella, virgula, & virguncula. Sed virgula etiam linea dicitur, & virguncula puellula. Hinc virgeus, a, um, vt virgea supellex. Vergilius:

Virgea præterea celei vilisq; supellex,

Id est, vasa de vimine facta. Virgulata seu virgata vestis, vt Iulius Pollux inquit, dicebatur tunica, in qua virgæ, hoc est, lineę purpureæ intexebantur, quas Græci φάρφους nominant. Vergilius:

Virgatis lucent sagulis.

Virgultum & virgindemia, collectio virgarum ob verbera.

Extendo.] Est extra, seu vltra tẽdo, vt noli pennas vltra nidum extendere. Hinc extensio, & extensus, a, um. Horatius:

Ire per extensum funem mihi posse videtur Ille poeta, meum qui pectus inaniter angit.

Pax.] A pactione dicit. Horatius plurati uo numero extulit: Hoc paces habuere bonæ, ventiq; secundi. Metaphorice pro venia ponitur, quandoq; pro propiciatione. Pax etiam aduerbium Græcum est, & significat tantummodo. Hinc dicimus. Pace tua dixerim, id est, tua venia, & te non excandescente, à quo paco & pacor. Pacate aduerbium, pacificus & pacifice.

¶Canticum graduum. CXXV.

Torrens.] Fluuius ex pluuijs natus, æstate siccus & hyeme inundans. Interdum pro fluuio ponitur. Vergilius torrens dixit pro participio, torrentia flumina ripas. Hinc torrentior, & torrentissimus. Iuuenalis:

Et Hypsęo torrentior, id est, volubilior.

Auster.] Vẽtus meridionalis. Vergilius: Immisit floribus austrum.

Item austrum perculi, id est, operam lusi. Hinc australe, & austrinum. Et austricus, a, um.

Semino.] Significat sero. Per metaphoram significat spargo, diuulgo. Hinc seminatio, seminator verbalia.

Manipulus.] Est manualis herbarum fasciculus. Interdum capitur pro exigua militum manu: Græci dragma nominant manipulum. Ouidius libro Fastorum.

Pertica suspensos portabat lõga maniplos.

¶Canticum graduum Salomonis. CXXVI.

Ædifico.] Proprie ædem facio, extruo: quamuis ad omne constructionis genus, etiam ad naues, referatur. Hinc ædificium ædis constructio, & omnis structura. Hinc Aedificatio, Aedificatiuncula, Aedificator, Aedilis, Aedilitius, a, um, Aedilitas, Aedilatus, us, Aeditimus & Aeditua us idem.

In vanũ.] In Græco habetur, εἰς μάταιον, hoc est, frustra, incassum.

Postquam.] Aduerbium temporis. Interdum ponitur pro quoniam.

Vergilius:

Postq̃ nos Amaryllis habet, Galathęa relinqt. Nec mirum, quia vt Donatus ait, eius reciprocum est quàm pro postquàm.

Excussus.] a, um, ab excutio quod per translationem significat eiicio, emitto. Vergilius: Excussus Aconteus Fluminis in morem. Item deiicio. Hinc excussores equi dicuntur, qui sessorem deiciunt. Excussorium cribrum, subcerniculum. Excussos, hoc loci, expeditos, & accinctos ad prælium vocat: quod verbum & in Esdræ libris Septuaginta interpretes transtulerunt. Verum diuus Hieronymus ad Marcellam censet vegetorum potius interpretari robustorum & expeditorum. Neq; Hilarium probat qui excussos intelligebat Apostolos. Excussorius, a, um. Cribrum excussorium, eyn grob sebb.

Hoc nõ prętereundum.] Silentio, quod in sexto versu, vbi nos legimus: Implebit de syderium suum ex ipsis, in Hebręo habetur: Impleuit pharetram suam. Causam colliges ex Iacobo Stapulensi super hunc Psalmũ. In eodem pluratiue rectius legetur ex Hebræo & Græco, non cõfundentur, cum

loquentur, quia referuntur ad filios excussorum.

¶ Canticum graduum.
CXXVII.

TImeo.] Vereor, metuo. Varie construitur. Dicimus enim timeo te tanq̃ inimicũ, & timeo tibi tanq̃ amico. Timeo mihi abs te. Terentius: Pamphili vitæ timeo. Inuenitur cum ablatiuo. Ouidius quarto libro Fastorum:
Nec timui, de morte tamen metus obstitit.
Hinc timor & timidus, a, um, timens: quæ tamen differunt. Timens ex causa ad tempus timet. Timidus semper timet. Timiditas, timide aduerbium.

Ambulo.] Notæ significationis. Hinc ambulator, & anteambulo, vt Baptista fuit anteambulo Christi. Ambulatio actus & locus ambulandi. Huius diminutiuũ est ambulatiuncula. Et ambulacra ambulationes sunt ipsas dicimus. Ambulator. Ambulatorius, a, um, vt turris ambulatoria. Composita, Deambulo, Inambulo.

Vitis.] A vino dicta est, quod ferat vinum. Varro. Huius diminutiuum est viticula. Hinc vitiarium vitium seminarium. Vitiscere est vitem facere. Vitigineus, a, um, quod ex vite est. Vitisator, & vinitor qui serit & colit vites. Viticulus capreolus vitis.

Nouellus.] A nouus diminutiuum. Ambrosius nouellam oliuam dixit: ita hoc loco nouellæ oliuarum. Græci neophyta dicunt. Hinc nouello, as, est nouum agrum eolo, aut nouas vites pango. Nouelletum vinea est ex nouellis vitibus consita. Hinc noualis, e.

¶ Canticum graduum.
CXXVIII.

EXpugnare.] Est vincere, rectius igitur ex proprietate sermonis oppugnauerunt. Nam qui expugnat vincit, qui vero oppugnat, vincere conatur: sed nisi expugnet, frustratur conatus, aut saltem non potitur victoria. Sed expugno & oppugno sæpe confunduntur, vt hic, & sæpe alibi. Hinc expugnatio, & expugnator verbalia, vt pudicitiæ expugnator.

Dorsum, & dorsus.] Secundum Probũ dicitur tota posterior pars, quod ea corporis pars deuexa sit deorsum. Vergilius.
Dorsum immane mari summo.
Namq; inflicta vadis dorso dũ pẽdet iniq̃.
Hinc dorsualia tegumenta, equoꝝ, boũq;. Et dorsuarius, a, um, quod dorso aliq̃d fert. Tergum vero non solum de hominibus, cæterisque animantibus dicitur, sed etiam de inanimatis.

Concido.] Penultima producta simul, vel minutatim cædo, frango. Hinc concisio, & concisus, a, um, concisim, & concise aduerbia.

Euello.] Significat extirpo, eradico, eruncо: Hinc euulsio. Euulsus, a, um. Euulsio dentis.

Exareo.] Est omnino aridum fieri, deficere, exiccari, à quo exarescо & exarefio idem, nisi quod exarescо proprie intrinsecus, & exarefio extrinsecus fit. Hic sexto versu rectius legendum ex Hebræo, Romanaque tralatione, implebit futuri, quàm impleuit præteriti temporis: Nam in Græco habetur, ἐπλήρωσε, id est, implebit. Exarescere ex amore. Exaruerunt amnes. Exarescere siti. Exaruerunt orationes Galbæ.

¶ Canticum graduum.
CXXIX.

PRofundum.] Dictum est, quod porro, id est, longe habeat fundum. Vnde proprie significat imum, vt profundum mare: Quandoq; sumitur pro alio. Vergil.
Ni faciat maria ac terras cœlumq; pfundũ.
Hinc profunditas & profunde aduerb.

Intendens.] participium ex nomine significat animaduertens, auscultans, diligenter intuens: ab intendo, quod significat animaduertere, diligenter intueri, dirigere. Hinc intẽsus, seu intẽtus nomẽ ex participio, intentus, us, vt intentus palmarũ, intentio, das spannen.

Propitiatio.] A propitio, as, quod est propitium reddo, placo, propitiatio est sacrificium. In Græco habetur ἱλασμός. Hinc propitiabile, e. Et propitiatoriũ, propitiatorius, a, um.

¶ Canticum graduum.
CXXX.

CEr.] Vnum est ex visceribus, in quo vt (Plinius ait) habitat mens. Et secundum philosophum, fons est venarum, arteriarum, & sensuum. Aliquando capitur pro mente. Vnde cõcors, discors, excors, socors, vecors: & cordatus, a, um, id est, prudens. Hinc dicimus, cordi est, id est, delectat & placet. Huius diminutiuum est corculum. Plautus: Meum corculum, meum melculum, dixit: Blandientis vox. Cordate aduerbium. Cordolium, cordis dolor. Plautus: Græce morbus cardiacus. Cordire, id est, animo cædere. Obsoletum nomen.

Exaltatum.] Est eleuatum, elatum, & superbum: ab exalto, as, quod est in altum ele-

eleuo. Hinc exaltatio, & exaltatus, a, um.

Ablactatum.] Dicitur à lacte remotũ, ab ablacto, as, quod est à lacte remoueo. Hinc ablactatio. Ablactatus, a, um.

¶ Canticũ graduum. CXXXI.

Mansuetudo:] Mititas est. Hinc mansuetus mitis, quasi manu assuetus & mansuesco, id est, mitesco, mansuefactus, mansuete aduerbium. Item mansuetarij, qui feras manfuefaciunt & cicurant.

Ephrata.] Regio Bethlehem vsq; hodie sic nominatur. Huius rei & aliæ scripturæ testes sunt ipsa est Bethlehem, & interpretatur frugifera. Hinc Ephratæus fuit Dauid & Salomon. Item Ephraim.

Viduam.] Pro vidua, id est, χήρα, & Hebræa volumina, & ipsi Septuaginta interpretes θήραν, id est, cibum habent. Sed ob nouitatem verbi, & vnius literæ demutationem, paulatim obtinuit, vt pro thera legeretur chera, maxime quia in sequenti versiculo pauperes sequebantur. Symmachus & Aquila, cibaria interpretati sunt.

Sanctificatio.] Pro sanctificatione. Neser in Hebræo habetur: quod Aquila cõsecratum interpretatur: & significat laminam auream in fronte pontificis, sculptum habens nomen domini tetragrammaton. Sanctificium.

¶ Canticum graduum.
CXXXII.

Vnguentum.] Quod & vngentum & vnguen, accipit p omi eo quod succum habet ex q aliquid vngi potest. Plaut. Non possunt omnes olere vnguenta exotica, id est, externa. Perfius: Fœnisecæ crasso vitiarunt vnguine pultes. Hinc vnguentarius, a, um. Et vnguentarius, ij, substãtiuum, vnguinosus, a, um, vnguentariæ, æ, ars ipsa.

Ora.] Extremitas cuiuslibet rei. Vergil. Et mecum ingentes oras euoluere belli.

Hermon.] Et hermonium idem, nomen montis modici, qui & Sanir. Dictum alias.

¶ Canticum graduum.
CXXXIII.

Ecce.] Aduerbium demonstrandi, qd apud Vergilium aliquid repentinum insperatumq; significat, vt: Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta. Horresco referens. Ouidius: Ecce Corinna venit? Et modo accusatiuo, modo nominatiuo iungit. Eccum, eccã, eccos, eccas, id est, ecce illum &c. Eccum ipsum, da kumpter. Eccum Iupiter. Eccum adest, er ist da. Eccere aduerbium iurantis, ac si dicatur per Cererem.

Seruus.] a, dictus est à seruo, is est, qui domino alieno contra naturam iuris institutionis subijcitur. Hinc seruulus diminutiuum. Compositum conseruus. Seruio, seruitus, seruitium idem. Seruitudo idem. Seruilis, le. Seruiliter aduerbium. Seruitur impersonale. Cicero: Seruibo pro seruiam. Seruiens participium.

¶ Halleluia. Psalmus.
CXXXIIII.

Suauis.] Dissyllabum est, id est, dulcis, à quo suauitas, suauitudo, pro dulcedine. Plautus: Suauitudo mea. Item suauiter. Suauiloquentia.

Abyssus.] Immensa aquarum vorago, profunditas, barathrum, gurges, &c.

Memoriale.] Quod in memoria haberi debet. Sed memorabile, lis, qd dignum memoria est: Græci Mnemosynon vocant, memoriale.

¶ Halleluia, Psalmus.
CXXXV.

Intellectus.] Idem quod intelligentia, ab intelligo, is, & intellectio.

Mare.] Aquarum congregatio generaliter dicitur, vt hic mare rubrum. Hinc marinus, & transmarinum. Item maritimus, a, um.

Pharaones.] Appellantur Aegypti reges, quod cognomen fuit dignitatis, vt scribit Eusebius. Et Iosephus libro septimo. Pharaonis nomen secundum Aegyptios significat regem. Porro, ne putetur idem fuisse Pharao, qui tempore Mosi regnabat, & qui temporibus Iacob & Ioseph. Nam, vt in Ezechielem libro nono docet Hieronymus, Pharao apud Aegyptios nomen est regię dignitatis. Sicut post Alexandrum Ptolemæi: vt apud Romanos Cæsares, & Augusti: apud Philistæos Abimelech, quę de Antiochis & Arsacidis addit nõ satisfaciunt. Herodotus vnicum Pharaonem ponit cæcum. Pharaones ꝙo dicti sunt, quasi Pharones, à Pharo insula e regione Alexandriæ olim Carpathos dicta, vbi regnauit Proteus. Huius Pharaonis filiã Thermuth vocat Iosephus. Quis fuit hic Pharao non conuenit. Eusebius scribt Appionem Polyhistorem tradidisse Amasim regnasse in Aegypto cum illinc Iudæi decesserunt, quod fieri non potest. Nam Amasis fuit multo posterior, temporibus scilicet Pythagoræ, cui à Polycrate Samiorum Tyranno commendatus est. Ideo Iosephus ex Manethone Trechmosim Pharaonem ponit, & si ostendit

ſtendit Manethonem varium eſſe, vt qui alibi ponat Amenophin. Idem Euſebius in Chronicis Pharaonem Cenchrem hoc tempore ſtatuit in præparatione Euangelica. Magorum etiam ponit nomina, Iannem & Iambrem ex Numenio. Quos & Paulus citat reſtitiſſe Moſi, ſecundæ ad Timothęum tertio.

¶Pſalmus Dauid Hieremiæ.
CXXXVI.

FLumen.] A fluo, is, proprie eſt aqua fluuiũ decurrens, & maior eſt quàm riuus. Et flumina dicũtur, quæ perennia ſunt, & cõtinue fluitant. Torrentes, quiæſtate ſiccantur. Hinc flumentana porta Romæ, quã Tiberis quandoq; influit. Itẽ ab eo fluminеus & fluminoſus, a, um, vt regio fluminoſa.

Salix.] Arbor à ſaliendo, vel quod ſata, vel caſu terræ compacta, ſalit ac ſurgit. Eſt lignum infructuoſum. Hinc ſalignus, a, um. Et ſaligneus, a, um, idem. Salicetum, & per Syncopen ſalictum, locus ſalicibus conſitus. Vergilius:

Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

Organa.] Per excellentiam dicuntur omnia muſicorum inſtrumenta Auguſtino autore. Iuuenalis pro cithara poſuit. Prætoribus organa ſemper, &c. Eſt & inſtrumentum quoddam ædificij. Organarij febricatores organorum ſunt. Alias clare explicatum.

Allido.] Penultima producta impingo, quod eſt interficiendi cauſſa contra aliquid iacio. Hinc allifio, & alliſus, a, um. Allidere caput oſtio: Allidi in re aliqua.

Pſalmus ipſi Dauid.
CXXXVII.

PSallo.] Græcum verbum, cano, & proprie de Pſalmis dicitur. Aliquando ponitur pro prædicare, vt eſt illud: Sic pſallam nomini tuo. Hinc pſaltes cantor, Pſalterium, Pſaltria, Pſaltriæ, Pſalmus, i, cantio.

Adoro.] Penultima producta, ex ad & oro, ſignificat veneror, precor, ſupplico. Hic adoratio, adorator.

Retribuo.] Significat recompendo, quaſi retro tribuo. Hinc retributio, & retributor, in ſacris tantum legitur Bibliis.

¶In finem Pſalmus Dauid.
CXXXVIII.

PRobo.] Laudo, tametſi maiorem vim habeat probo, quàm laudo. Nam apud claſſicos ſæpe legimus, & laudo & probo. Quandoque eſt argumentis demonſtrare. Hinc probatio. Aliquando experimentum facio. Interdum permitto. Horatius libro primo Carminum. Vagus & ſiniſtra Labitur ripa, Ioue non probante, id eſt, permittente. A quo probabile quod licet non ſit verum, videtur tamen rationibus probari poſſe. Probabilis, e. Probatus, a, um. Probator verbale. Probabile & non probabile, ſiue improbabile contraria. Probabiliter aduer. probabilitas.

Conculco.] A calco compoſitum, ſignificat ſupplãto, peſſundo, opprimo. Hinc conculcor & conculcatio.

Honorifico.] Eſt honorem facio. Lactantius: Vt adorent & honorificent regem magnum. Hinc honorificus, a, um, & honorificentiat ab honorificens fit honorificentiſſimus. Item honorifice. Ab honor. Hinc honorarius, a, um, vt vinum honorarium. Honoro, as. Honoratus, a, um. Honorate, aduerbi. Honorabilis, e.

¶In finem Pſalmus Dauid.
CXXXIX.

ERipio.] Eſt extra rapio, & cum datiuo fere in malam partem capitur, vt: Eripuiſti mihi ſubſtantiam. Aliquando cum ablatiuo in vtranque, vt: Eripuiſti me à periculo, & eripuiſti à me librũ. Hinc ereptio, ablatio. Ereptor, oris, verbalia.

Acuo.] Proprie falci accommodatur, cultro & huiuſmodi, quæ acui poſſunt. Per tranſlationem & ſtylo accommodatur. Hinc acutus, a, um, quod acumen habet. Transfertur & ad incorporea, & quandoque pro aſpero ponitur. Acupedius, is dicitur, qui præcipuus eſt incurrendo pedum acumine. Acupictores, acutulus, a, um, acute, tius, acutiſſime. Acumen. Acumino, as, acuminatus, a, um, acus, us. Acuncula, acicula. Acus, ci. Acus, ceris. Aceroſus, a, um. Acuſtici, diſcipuli audiendo operam dantes.

Scandalum.] Latine offendiculum.

Linguoſus.] a, um, eſt idem quod linguax, ſiue lingulax, verboſus, multum loquens, blatero, qui nimium loquitur, & cæt. multa.

¶Pſalmus Dauid. CXL.

DIrigor.] A dirigo paſſiuum, quod eſt obliquum emẽdo, moderor, rego. Hinc directio & directum. Subinde dictum.

Incenſum.] Ab incendo, Græce thymiama dicitur incenſum. Item ſuffitus, us. Suffitio verbale à ſuffio. Suffimen, ſuffimentum, idem: ſuffitor, penultimam producunt.

Increpo.] Significat ſono. Per metaphoram reprehendo, carpo, arguo. Hinc

increpatio.

increpatio. Increpitus participium. Increpito, as, frequentatiuum. Increpitare est incusare. Aestatē increpitans seram.

Impinguo. Quidam pro fagino vtuntur. Nam pingue aliquando pro fœcundo ponitur. Vergilius pingues hortos dixit. Hic videtur à pingueo, es, (à quo pinguesco, pinguefacio, pinguitudo & pinguedo deducuntur) deduci, hoc est, vngothic pro adulari videtur sumi.

Crassitudo. Est idem quod crassities, ꝑ pinguetudine. A crassus, a, um. Hinc crassamentum, crassamen. Gellius: Surculi erant pari crassamento. Crassesco. Crasse aduerbium. Columella: Intrinsecus & extrinsecus crasse picari.

Retiaculum. Diminutiuum à retia. Plautus in Asinaria: Iubeas me vna opera piscari in aere, venari autem retiaculo in medio mari.

¶ Intellectus Dauid cum esset in spelunca. Oratio. CXLI.

Effundo. Significat extra spargo. Plautus: Totamq; effudit fideliam. Per translationem ponitur pro consummare. Quandoque pro emittere. Interdum pro, pstigare, pternere. Hic primo modo capitur. Hinc effusio, & effusus, a, um, & effuse aduerbium. Vt effuse viuere, effuse diligere, effuse petulans &c.

Conspectus. us, à conspicio, pro aspectu. Vergilius: Vix e conspectu Siculæ telluris, in altum Vela dabant læti. Conspectus nomen ex participio. Conspector, oris. Cōspicuus, a, um. Cōspicor, aris, deponens. Cōspicilium. Conspicillo, onis.

Fuga. Ipse fugiendi actus. Aliquando impetus dicitur. Vergilius pro cursu posuit, sed masculino genere. Componitur varie, vt perfuga, transfuga, lucifuga, noctifuga, solifuga, lucrifuga. Plautus: Cum hos adhuc adiȝ lucrifugas damni cupidos. A fugere, fugiens participium, fugito, as, frequentatiuum, fugitor, oris, fugax omnis generis, fugitiuus, a, um, fugitiuarius, a, um.

¶ Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius suus Absolon. CXLII.

Obsecratio. Ab obsecro est obtestatio, rogatio, & deprecatio.

Iudicium. (Vt Aulus Cellius inquit) diuinatio dicitur, quoniam diuinare quodammodo iudicem oportet, quam sententiam sese ferre par sit. Et est actus trium personarum, videlicet, Iudicis, actoris & rei. Augustinus duo genera ponit, licet multa sint iudicia, damnationis scilicet & discretionis. Hinc iudico, as, iudicialis, e, iudiciarius, a, um, & Iurisdictio, Iureconsultus.

Expando. Significat extra pando, à quo expassum, extensum. Vnde Gellius refert, Cecilium scripsisse flammeum expassum domi. Expandere vela, est explicare. Cō trahere vela, est complicare.

¶ Dauid aduersus Goliath. CXLIII.

Prelium. Quidam à prælo deriuant, quidam à ꝑremendo. Est conflictus, qui in bello & pugna fit. Hinc præliaris, & re, quod ad prælium pertinet, vt præliares dies, & pugnæ. Prælior dimico. pugno.

Protector. Defensor est, & propugnator: Græci hyperaspisten dicunt, à protego: hinc protectio, Græce hyperaspismos.

Decachordum. Instrumentum musicum decem chordarum.

Promptuarium. Locus in quo res ad vsum necessariæ ita repositæ sunt, vt statim promi ac proferri possint: à promo, vel potius à prompto, as, frequentatiuo, à quo promptus & promptulus, promptarius. Item promus, vt: Promus magis, quàm condus. Promptus animo, manu. Promptissimus homo, & experiens. In promptu habere. Ea quæ in promptu erant, dicta, scriptaque sunt. Promptissime aduerbium.

¶ Laudatio ipsi Dauid. CXLIIII.

Singulus. a, um, est vnusquisque per se, hoc est, separatus ab alio. Plautus: Et ad singulum video vestigium. Hinc singularis & singulare, id est, vnicum, excellens, vt singulare certamen, est Græcis monomachia, & singulatim, id est, separatim. Singillatim, siue sigillatim aduerbia idem sunt, singulariter.

Potentia. A potens, id est, potestas, & potentatus. Contrarium impotentia, potenter, & impotenter.

Magnificentia. A magnifico, as, vel à magnificente, qui magna facit, deriuatur: quæ est, Cicerone teste, rerum magnarum, & excelsarum cum animi ampla quadam, & splendida propositione cogitatio, atq; administratio. Dictum alias.

Alleuo. Penultima correpta. Significat in altum tollo, vel de imo leuo. Inde per translationem ad qualitatem fortunæ re-

fertur,vt F. Quintilianus probat.Idem est subleuo.Hinc alleuatio verbale.Alleuamẽtum idem.Alleuiare pro alleuare Calepin. sine autore ponit.

¶Halleluia,Aggæi & Zachariæ.

CXLV.

NOlo.] Quasi non volo, pro quo veteres neuolo,neuis, neuult. Plautus: Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis,id est,non velis eam.Vide Cholinum,& Ioannem Frisium in Dictionario Latinogermanico.

Princeps.] Communis generis, qui vel quæ principatum gerit,quasi primum caput.Est & adiectiuũ,vt princeps locus. Vergilius: Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.Hinc principatus,us,m.g.vt prĩcipatu Caroli hæc scripsi.Principalis,eprincipaliter aduerbium. Principo,as,& Principor,aris.Principium. Principio aduerbi.

Pereo.] Pro mori sumitur quasi in totum ire, vt Anacreon poeta acino vuæ passæ perĩt.Aliquando absumere significat,vt viginti milia periere. Perire morbo, animo perire mulierem. Perierũt ædes. Perire ab aliquo.Perĩt illi pudor,Perĩt & res & fides. Peream.Perito,as,frequẽtatiuum.

Iniuria.] Ex eo dicitur, quod non iure fiat,seu verbis,seu re, vt afficis me iniuria. Hinc iniurius,a, um, qui iniuriam facit: sed iniuriosus,a,um, iniuria plenum. Iniurium quod est iniquum. Iniuriatus, a,um. Iniuria passiue, iniuriæ ciuium. Iniuria ablatiuus,qui aduerbialiter ponitur,pro eo,quod est sine caussa,& immerito,Iniuriosè aduer. vt Iniuriosè tractare.

Halleluia, Psalmus.

CXLVI.

ALligo.] Est ad aliquid, vel iuxta aliquid ligo,colligo,circumligo,Hinc alligatio,& corripit penultimam.

Cithara.] Muficam instrumentum,alio nomine lyra appellatur.Citharœdus.Citharœdicus,a, um, vt ars citharœdica. Citharizare pro cithara canere.

Operio.] Significat tego,claudo, quasi in oppositum pario.Propertius: Atq; hinuli pellis totos operibat amantes. Ab operior,iris.Operto,as,frequentatiuum,operimẽtum,opertorium, operculum,& coopertulum,vt dignum patella operculum.Adagium. Vide D. Hieronymum in epistola ad Chromatium,& Chiliades Erasmi.

Tibia.]Os cruris,suræ oppositum. Item instrumentum muficum, quo tibicines canunt. Horatius: Tibia non vt nunc orichalco iũcta tubæq; Hinc tibialis,& le,& tibialia substantiuum, velamenta tibiarum. Tibicen penultima correpta communis generis. Tibicines fulcra dicuntur.Tibicina fœminini generis à tibicine.

¶Halleluia,Aggæi & Zachariæ.

CXLVII.

SEra.] Per simplex r. instrumentum, quo ostia clauduntur. Iuuenalis: Pone ceram cohibe,sed quis custodiet ipsos.Hinc sero,as, claudo,obsero, id est,occludo,resero,aperio:omnia penultima correpta. Est & nomen vrbis in Asia Scythica.

Porta.] A portando dicitur omnis exitus, & quo potest importari vel exportari aliquid.Hinc diminutiuum portula, portella,& porticula. Porta decumana, & porta prætoria,de castris dicitur.Porta iecoris,dicgross leber ader.Portarius ineptum nomen pro ianitore.

Crystallus.] Et crystallum vtrunque dicitur, est glacies concreta. Nam Plinius scribit quod ex gelu vehementiore concreto nascitur. Hinc crystallinus, a,um, media correpta contra vulgi morem. Martialis: Frangere dum metuis Crystallina frangere peccas.Iuuenalis: Grandia tolluntur crystallina maxima rursus.

Buccella.]Diminutiuum à buccea.Martialis buccas dixit pro bucceas vel buccellas, & est frustulum alicuius rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commode capit.

¶Halleluia Aggæi & Zacharię.

CXLVIII.

STatuo.] Delibero, ordino, firmiter pono,vt hic. Hinc statutum,id ẽ, decretũ, scitum, placitum,ordinatum &c.

Bestia.] Belua est.Hinc bestiola parua bestia, bestialis & bestiale. Bestiarĩ dicuntur, qui cum bestijs depugnare damnati erant.

Pennate volucres.]Auiculæ dicuntur, hoc est, pennis volantes,& vestitæ.Penniger,a,um.

Hymnus.] Laus diuina. Hinc hymnetes cantor, laudator. Hymnologus, Hymnologia.

¶Halleluia. CXLIX.

CAnticum.] Græci asma vocant, proprie est elegans & lasciuus cantus. Item cantio,idem quod cantus. Sed honeste capitur,à canto,as.Hinc Cantilena.

Ecclesia.]Cœtus, congregatio,concio. Ecclesiastes concionator. Ecclesiasticus,a, um,ut cultus ecclesiasticus.

Tym-

Tympanum.] Instrumentum musicum, membrana obductum, quod baculis pulsatur, ad classicum canendum aptum. Hinc tympanistes, a. Tympanistria.

Guttur.] Est ea pars, quæ à faucibus ad iugulum est, siue exterior, siue interior sit. Huius diminutiuum est gutturculum. Hinc gutturosi, quorum guttur ceu spongia tumidum est. Vlpianus de Aedilitio edicto. Gutturosus, a, um.

¶Halleluia. CL.

Firmamentum.] Soliditas & stabilimentum, & pro cœlo capitur ob firmitatem, & intrãsgressibilem terminum. A firmus, a, um. Hinc firmitas, firmitudo, firme aduerbium, firmiter. Firmo, as.

Tuba.] Instrumentum musicum, vulgo notissimum, hac vtuntur milites. Diminutiuum est tubula. Hinc tubicen, qui ea canit. Et tubalis & le.

Chorde.] arum, dicuntur fides, quibus in instrumentis musicis extensis ludimus. Nam Græcum est, vt inquit Iulius Pollux, et cum h scribitur.

Cymbalum.] Instrumẽtum musicum, quod in sacris matris deum cum tympanis habebatur. Hinc cymbalista, es. Cymbalissare, cymbala quatere, obsoletum verbum.

Psalterij Dauid
FINIS.

PRAEFATIONIS D. HIERONYmi in Prouerbia Salomonis explicatio.

Tango.] is, cumulo, quasi in vnum ago, glutino: fic hoc loci. Hinc iunctim aduerbium, est sine interuallo. Iunctus, a, um. Iunctura, vt boum iunctura, verborumque. Iunctio verbale.

Epistola.] ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Huius diminutiuum est epistolium, parua epistola. Hinc epistolaris, & hoc epistolare, quod ad eam pertinet, vt epistolaris angustia.

Desudo.] Est valde sudo. Hinc desudasco, & impersonale desudascit. Plautus: Homo adolescens penetrare huiusmodi palæstram, vbi damnis desudascitur. Desudare atq; elaborare in re aliqua.

Misse.] Quod Hebræi Parabolas, vulgata autem æditio Prouerbia vocat, vel Hebraice Maseloth, Græce παροιμίαι, Latine Prouerbia vocantur. Parabolæ Græce, Latine dicuntur similitudines.

Cohelet.] Hebraice, ecclesiastes Græce, concionator Latine.

Schir haschirim, Sir, hasirim.] Canticum canticorum. Sir, cantio: Sirim, cantionum, vt eximium canticum intelligas iuxta proprietatem Hebræi sermonis.

Panaretos.] παναίρετος, id est, eximius ac præcipuus. Martialis: Arguto madidus pollice Panaretos.

Pseudepigraphus.] Hoc est, falso inscriptus.

Stilus.] Quidam cũ y Græco scribunt, & mea sentẽtia rectius, est orationis filum, phrasis & character. Hinc epistylium, capitellum.

Coaceo.] es, vel coacesco, significat totum acidum fieri. Hic Hieronymus per trãslationem: Coacuerint pro corruptionẽ senserint, accepit & eleganter quidem.

Prelum.] Trabs illa in torculari, qua vuæ calcatæ premuntur, cyn kelterbaum. Hinc elegans tetrastichon Magistri Iacobi Horlini, præceptoris olim mei prophani. Dura silex clausum crebris vomit ictibus ignem. Effundunt largum præla onerosa merum. Desidiam ignauæ mentis labor effugat omnem. Eneruunt mores otia pigra bonos. Quid verius dici potest?

QVARVNDAM DICTIONVM in Parabolas Salomonis explicatio.

CAP. I.

Parabola.] Græca dictio, sæpenumero explicata, & similitudo, siue, vt Ciceroni placet, collatio, Græce parœmia, Latine prouerbium. Hinc paraboli ce aduerbium, id est, prouerbialiter, παροβολικῶς Græce scribitur.

Astutia.] Ab astu indeclinabili & Poetico, est calliditas, seu, vt Hieronymo placet, subtilitas cautelæ, rudibus necessaria. Hinc astutus, a, um, id est, callidus, & astutulus diminutiuum, & astute aduerbium, id est, callide. Astus adiectiuum finxit Plautus. Astutior fallacia, astutior coccyte. Astutule dicit Sipõtinus aduerb. Hem astutias, inquit ille. Item Astu indeclinabile, ciuitas Athenienſium in Terentio.

Gubernaculum.] Vt clauus, est gubernaculum maris. Verg. v. Aeneidos: Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister. Guberna pro gubernacula, dixit Lucilius Satyra vigesima. Proras dispoliate, & detūdete guberna. Hinc gubernare, regere, gubernator, gubernatio. Gubernatrix verbale. De reliquis vide petrum Cholinum.

Aenigma.] Est obscura sententia, quæstio, aut allegoria, quæ difficile intelligitur, nisi soluatur, aperiatur q̄. Hinc ænigmatistes & ænigmaticus, a, um.

Torques.] Et torquis tam mas. quàm fœm. ge. secundum Probum, vt torquis miniatus. Torquatus, a, um, vt torquati milites. Palumbus torquatus. Colli ornamentū aureum, à torqueo, es.

Lacto.] Est lacte nutrire, & præbere lac. Hic pro decipere & allicere blanditijs ponitur. Teren. Nisi me lactasses amantem, falsa spe producens. Hinc lactans, tis, participium, vt vbera lactantia. Lactantia, milchgebende dingh. Lactatus, us, saugūg. Lacteo, es, alias exponam.

Tendicula.] Laqueus est, quem auibus seu feris tendimus, vt tendiculæ literarum.

Pennatus.] a, um, quod pēnas habet, vt volucres pennatæ, alites sunt. Contrariū impennatus. Pennatus equus, pennatum telum. Penniculū, pinna est, q̄ facile motu vētorum indicet flatum. Penniger, a, um.

Odibunt.] In futuro, antique pro odient hic ponitur.

CAP. II.

Penes te.] Penes differt ab apud. Nam penes & potestatem, & personam, & dominium habet. Ouidius lib. I. Fastorum: Me penes est vnum vasti custodia mundi: quandoque sine dominio, vt fides penes autores est, id est, apud. Seruit etiam loco, vt: Penes scenam dixit Cicero ad Herennium, id est, apud scenam. Dicimus etiam: penes te est laus mea, quasi in manu tua, arbitrium vitæ meæ penes te est. Sed apud præpositio non componitur. Quandoq; locum notat, vt apud Confluentes hæc scripsi. Quādoq; personam, vt apud regem. Quandoq; vtrunque coniunctim, vt: Cœnaui apud Pompeium. Ponitur interdum pro in. Penes autores sit fides. Penes te culpa est. Omnia adsunt bona quem penes est virtus. Isthæc penes vos est psaltria.

Protego.] Pe. cor. cōpositū à tego, tueor, defendo. Hinc ptectio, & ptector, & us.

Eruor.] Ab eruo actiuo, i. liberor, eximor, redimor. Hinc à mortis faucibus sum erutus, i. liberatus, ereptus. Erutus, a, um.

Infamis.] Et hoc me, quod habet malā famam. Et digitus medius dictus est antiquitus infamis ob ignauiam. Persi. Infami digito lustralibus ante saliuis Expiat. Hinc infamare, est infamia afficere. Infamia, vt: Caiuit nevnquàm infamiæ ea res sibi esset. Infamare agrum dixit Columella, schenden. Aliquid infamare.

Pubertas.] Aetas in maribus, qui est annus decimus quartus, in fœminis duodecimus. Et emissio ipsa pubis, & prima lanugo. Hinc pube tenus. A pubes, bis, pubēs, tis, vt pubentes herbæ per Metaphoram. Pubesco, is. Pubescere, de stirpibus dictum, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pinguescant. Pubertas vuæ, reiffe.

Pactum.] Nomen significat fœdus. Et est, diffinitore Tullio, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur. In ablatiuo accipitur quandoque pro modo, vt cum dicimus: Nullo pacto, id est, nullo modo. Eo pacto, id est, eo modo, à pango, is, pepigi.

CAP. III.

Tabula.] A quo per diminutionē fit tabella. Sunt autem tabulæ, testamēta, vel publicæ scripturæ ex quacunq; materia, quod initio ceratis tabellis scribere cōsueuerant. Hinc tabellarius, ratiocinator, phylacista, supputator, tabellio, tabellarius. i. libellio, grammatophorus, qui literas defert, qui & nuncius, & portitor, & baiulus vocatur.

Innitor.] Pen. prod. inniteris, innixus vel innisus sum, inhæreo, firmor, vt hic: Inniti prudentiæ. Et datiuo, vel accusatiuo, vel ablat. varie construitur, vt steterunt scutis innixi. Ipse hasta innixus, in aliquē innixus.

Umbilicus.] Quicqd in aliqua re medium est, dicitur. Vnde de libro quoque dici ostendit Catullus. Hinc ad vmbilicū deducere, est coronim imponere, & rem finire. A quo vmbilicatus, a, um. Et vmbiliculus diminutiuum. Vmbilicatim aduerbium.

Substantia.] Hoc loci est facultas, rerum possessio, diuitiæ, opes, gaza. A substo, substas, substiti, substitutum, beston. Hinc substantiuus, a, um, apud Grammaticos, quod per se substare potest, vt nomina rem significantia.

Impingo.] Significat impello, & illido. Plaut. in capt. duobus pro impono vsurpauit. Iubete huic crassas compedes impingere. Item significat attribuere, & quasi inuere, infigere, à quo impactum & impactio.

Impa-

Impacti fluctus. Impingi passiuum. vt Impactus insulis fluuius.

Illusor.] Ab illudo, derisor est, quãdoq; vituperator. Hinc illusio. Illusus, a, um.

Sermocinatio.] A sermocinor, quod est sermonem facio, idem quod sermo, loquela, concio. Hinc sermunculus diminut. vt sermunculum restinguere aut sedare.

Ignominia.] Est nominis nota. Cicero libro quarto de Repub. Componitur enim ex in, & nomen, g. interposita, quasi cõtra nomen. Nam nomen & ignominia, cõtraria sunt, quàmuis sit & bonum nomen, & malum tamẽ nomen simpliciter pro honore sumitur. Hinc ignominiosus, a, um. & ignominiose. Ignominiatus apud Gelliũ, pro ignominia notato, insolens est verbũ. Affectus ignominia &c.

CAP. IIII.

Tenellus.] a, ũ. diminut. à tener, a, um. vt tenellã ætatem dicimus, i. mollem.

Argumentum.] Quintiliano teste ratio est probationẽ præstans. Interdum pro materia sumitur. Aliquando pro coniectura. Nonnunquàm pro verisimili probatione. Interim pro summa versibus exposita. A quo argumentor, argumentatio, & argumentosus, a, ũ. vt apis argumentosa, ait Ambrosius præclarus antistes Mediolanẽ.

Inclytus.] a, um. pe. cor. cũ ypsilo idem est, ẽd glorios us, clarus. vt inclyta iustitia, religioq; ea tempestate Numę Pompilij erat. Inclytum diuitijs templum. Inclyta virtus.

CAP. V.

Fauus.] Apum domus, & cellulæ à fouendo, quod in his sobolem foueat. Vergilius: Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces Suspendunt ceras. Eius diminutiuum est fauulus. Plautus: Meus dulciculus fauulus. Blandientis vox.

Absynthium.] Vel absynthius, herba amara, vvetmot. Ouidius lib. v. Triftium: Cana prius gelido desint absynthia ponto. Hinc absynthites. masc. ge. vinum factitiũ ex absynthio.

Inuestigabilis.] Inuestigabilem pro contrario posuit, hoc est, minime vestigabilem, siue inuestigabilem, id est, non vestigabilem. Sicut indolere & inuocare, vtrumq; est siue dolere, & non dolere. vocare, & nõ vocare.

Biceps.] Quod habet duo capita, sic triceps, tria &c. à caput omnia manant.

Pene.] Aduerbium, significat ferme, quasi, fere, propemodum, schier, by nah.

Synagoga.] Coadunatio, cong rega-tio. Et pro re, & pro loco capitur.

Cisterna.] Locus in quo colligitur aqua pluuialis, per canales sub stillicidio positos. Vlpianus: Cisterna aquam viuam non habet. Sæpe explicatum.

Hinnulus.] Diminutiuũ ab hinnus, est ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum, & similium filius. Hinnuli etiam vocantur muli ex equo & asina geniti, cum legitimus mulus ex equa & asino nascatur, vt inquit Varro. Columel. lib. vij. etiam hinnos vocat, quod est primigenium. Hinc hinnuleus, a, um. possess. & adiecti. Hinnio, is, iui, itum. Hinc hinnitus, us. penultima producta.

CAP. VI.

Damula.] Tam masc. quàm fœmi. g. eyn demlin, diminut. à dama. genus capreæ syluestris. Vergil. Cum timidi canibus veniunt ad pocula damæ. Martial. Imbelles damæ quid nisi præda sumus?

Manum conserere.] Est prælium incipere & contendere. Ad manus venire similiter. Sed hic pro complicare, & otiosum esse videtur sumi. Vide Chiliad. Erasmicas.

Impiger.] a, um. pe. cor. contrarium pigro, id est, non piger, diligens, strenuus. Horatius: Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Vir ad labores belli impiger. In scribendo impiger. Hinc impigritas. Impigre aduerbium.

Apostata.] Siue apostaticus, a, um, rebellis, ab apostato, quod est rebello. Hinc apostasia cum accentu in penulti. elongatio, defectio, rebellio. Dicũtur nunc apostatæ exitiũ monachi, qui spreto ordine, reiectaq; veste, & cuculla aufugiunt. Desertor, qui abscedit ab eo quod tuendũ suscepit.

Aucceps.] Communis gene. qui vel quę aues capit. Hinc aucupiũ & aucupatio, ipsa auium captio. Aucupor, aues capio. Item aucupari laudem dicimus metaphorice. Aucupatorius, a, um. & aucupalis, e. vt aucupalis pertica, quam & amitem vocamus, eyn vogell kloben.

Extemplo.] Aduerbium, à templum, tota vna dictio, significat statim, subito quasi extra tempus, hoc est, temporis commoditatem.

Scortum.] Proprie coriũ. Sed pro meretrice ponitur, quæ & nonaria, summœnia na, recelliclunia, dioholaris, duciclunia, argentaria mulier, prostibulũ &c. dicit. Hinc scorteus, a, um. lidderin. Scortũ, eyn balck. Scortator. Scortatio verbalia. Scortor, aris.

CAP.

CAP. VII.

Pupilla.] Pars oculi parua, in media cornea ſita, in qua vis ſpeculi redditur. Et ſic eſt diminut. à pupula. Ouidius: Suſpicor & fama eſt, oculis quoq; pupula duplex, augſtern. Eſt & diminut. à pupa: ſicut & pupillus pro mare. Pupa, æ, eyn tocketen.

Cancelli, orũ, getter.] Ligna inter ſe modicis interuallis, in trãſuerſum retis inſtar inuicem annexa. Hinc cancellare, vergetteren. cancellatim & cancellarius: quem Græci archigrammatæum vocant. Scriba à Flauio Vopiſco dictus eſt. Cancellatim reticulata. Cancellatim mordax venter.

Vecors.] Quaſi ſine corde, qui eſt turbati & mali cordis. Hinc vecordia. Audacia vecors. Vecordiſſimus ſuplatiuũ vnſinnich

Procax.] A procare, quod eſt nimium laſciue petere, idem eſt fere quod petulans, petax, laſciuus, proteruus, petulcus. Hinc procacitas, petulantia & procaciter, laſciuienter. Hinc loquimur: procax manus, procax epiſtola, procaces oculi. Procax, ſuperbus, faſtus. Procatior in fœminas aries. procaces auſtri, à proco, as. procus, ci. vverber vmb einen.

Tapes.] Item tapetũ & tapetæ, tegmẽ mire pictum varijs coloribus, quo equi, mẽſæ, ſeu pauimenta ſternũtur: Græci periſtromata & peripetaſmata vocant. Aulæa quibus parietes ornantur.

Myrrha.] Arbuſcula aromatica. Hinc myrrheus, & myrrhinus, a, ũ. pe. cor. in Arabia præſtans. Myrrhatum vinum.

Aloe, aloes.] Græcum eſt, & ſignificat herbam amariſſimi ſucci. Iuuenalis: Plus aloes quàm mellis habet. Apuleius in floridis. Verũ verbum eſt profecto, q̃d aiunt, nihil quicquã tam proſpere diuinitus hominibus datum, quin & tamen admixtum ſit aliquid difficultatis. Hinc Euripedes: Bona ſeparare nõ licet malis, ſed eſt mixtura quędam. Vide Paroemiographum Eraſmum in ſuo Mercurio ſalino, imo in Mineruæ logotheca Adagiorũ, vt cũ Budæo loquar.

Cinamomum.] Frutetum in Aethiopia aromaticum, quod ſitu breui naſcitur, fiſtulæ duplo præſtans, odoriferum & dulce, cinereiq; coloris, ad medicinæ vſum ſaluberrimum. Cinnamum ſimilis eſt arbuſcula cũ cinnamomo, vel eadem eſt. Ouidius: Cinnama tum primum captiuaq; thura dediſti. κινάμωμον, quod Hebræi etiamnum cinamõ vocant. ait Petrus Gillius. Sed κινάμωμος, auis eſt in Arabia.

Cupitus.] Pe. prod. à cupio ſecundum quartum ordinem. Ouidius: Mars vidit viſam q; cupit, potitur q; cupita. Hinc cupiens participium, & nomen genitiuo iunctum, vt cupiens tui. Cupienter aduerbium. Cupidus, a, um. cupide aduerbiũ. Cupido, inis, in g. deus amoris & pro ipſo amore ponit. Cupido fœ. ge. begird, vt cupido habendi. Cupiditas.

Irretio.] A rete fit, & ſignificat retineo rete, quaſi capio. Vnde irretitus, a, um, dicitur, qui aliqua fraude, blãditijs, dolove ceu rete quodam captus eſt. penul. prod.

CAP. VIII.

Diſciplina.] Eſt ea doctrina, prout à diſcipulo percipitur. Doctrina vero prout à doctore traditur. Hinc diſciplinoſus, a, um. is eſt, qui tam malas, quàm bonas artes facile diſcit: diſcipulus Græce mathetes dicitur, & ſymmathetes, cõdiſcipulus.

Arrogantia.] Ab arrogo, à quo arrogans, qui ſibi temere, atq; inſolenter tribuit, quę in eo nõ ſunt. Hinc arrogantia, per quã temeritas, atq; impudentia vanam ſibi comparat autoritatem. Et pro ſuperbia ſubinde capitur. Verum arrogatio dicitur, quod per populi rogationem fit. A quo arrogantiuſculus, & arrogãter, arrogãtiuſcule aduerb.

Decerno.] Significat ſtatuo, conſtituo, definio. Hinc decretum, vt Senatus decretum. Sæpe dictum.

CAP. IX.

Excido.] Penult. prod. extra vel de aliquo cædo, & penitus deſtruo. Cice. li. ij. offi. Nec lapides ex terra excideren̄t ad vſum noſtrum neceſſarij. Hinc exciſus, a, um. vt exciſa arbor. Excidiũ, excidionẽ vrbis p excidio, annotauit Feſtus. Exciſare, pro lanare & vulnerare. Obſoletum. excifio verbale, vt excifio tectorum. Exciſorius, a, um: vt exciſorius ſcalperda mit man auſsgrebt.

Menia, orum.] Sunt ædificia exterius porrecta, cum videlicet tigna extra columnas & parietes extendantur mœnianum faciunt, quo genere ſtructuræ ſuperiora ampliantur Mænius inuentor illis nomen impoſuit. Hinc ſummœniana mulier, eſt mere tricula ſub mœnijs, & fornicibus habitans. Vide Marium Grapaldum pe partibus ædium. Alias dictum.

Erudio.] Significat ex rudi doctum facio. Erudit corripit mediam. Ouidius: Erudit. & rarum pectine denſet opus. Hinc eruditio, eſt doctrina. Et eruditulus diminut. Eruditus, a, um. erudite.

CAP. X.

Parabola

Parabola.] Similitudo, siue, vt Cicero ait, collatio. Parabolicus, a, um, parabolice.

Deprauo.] Prauum facio, vitio, vt cum quid est scriptorum aut maledicorum vitio corruptum. Teren. in Phormiõe: Nihil est tam bene dictum, quin narrando possit deprauarier. i. deprauari. Hinc deprauatio, & deprauate. Deprauatus participium, vt: deprauatus indulgentia. deprauati mores. deprauate iudicare.

Uena.] Dicta, quod per eam veniat sanguis. Nam est cõceptaculum sanguinis mixti, confusiq; cũ spiritu naturali, in qua plus sanguinis, minus spiritus. Eius diminut. venula. Mantuanus: Sunt qbus eloquñ datur aurea vena poetæ. Sed cadit in sordes inficiturq; luto. Hinc venosus, a, um. q̃d est turgidulum venis. Per translationem venæ meatus terræ dicuntur. Vnde venas argenti, auriq; dicimus. Incidere venas, lasen.

Acetum.] Est acre vinum, vel quia acutum fit, vel quasi aquatũ. Vel ab aceo. Hinc dicimus: Acetum habet in pectore, q amariori est corde. Et: Acetum potitauit, qui solito austerior, seueriorq; est. Vnde acetosus, a, um. acetositas & acor, acetaria, saladt. & acetare veteres pro commouere & agitare posuerunt. Item acidus, a, um. i. asper, & per diminu. acidulus. Subacidus aliquantulum acidus, acetabulum, aceti vasculum, Græci oxyphabum vocant.

CAP. XI.

Statera.] penul. prod. est libra qua res ponderantur sine bilancibus. Hinc adagium: Stateram ne trãsilias, hoc est, ne quid facias præter ius & æquum. Nam statera olim æquitatis symbolum habuit.

Contumelia.] Conuitium à contendo, seu, vt Vlpianus & Seneca aiunt, à contemptu. Hinc contumelios us, a, um. qui contumeliam inferre solet. Contumeliose aduer.

Simulator.] A simulo, as. Græci hypocrita dicitur. Hinc simulatio hypocrisis. Simulate.

Sus, suis.] Generis communis secundum Priscianum porcus, tam ferinus quàm domesticus & cicur. Eius diminut. est sucula. Hinc suinus, a, ũ. penul. prod. vt caro suina. A quo aliud diminut. suillus, vt pecus suillum, seta suilla. Corium suillum.

CAP. XII.

Corona.] Est, quam Græci stephanon vocant, à nostris olim strophia dicebatur, à strophin, quod est vertere. Hic tamen pro decore & honestamento capitur. Eius diminut. est corolla vel coronula. Hinc coronarius, qui coronas conficit, quẽ Græci stephanoplocum vocitant. Coronarius, a, um. Et coronamentum.

Concinno.] Per duplex. nn. consentio, apte compono, & quasi cõuenire facio. Sed vt hic forte, & alibi ponitur, lingua concinnabat dolos, intelligendum est meditabatur, struebat, moliebatur, machinabatur, cogitabat. Hinc concinnitas, concinnitudo, concinne aduerbium.

Uersutus.] a. um. differt à versipelle. Versipellis, qui facile vertit pellem, hoc est, vultum, apparentiam, qui modo vnum, modo aliud facie ostendit. Versutus vero, qui vertitur. Plaut. Versutior es, quàm rota figularis. Hinc versutia, calliditas, malitia. Versutiloquus, & versutiloq̃x. Versute aduerb.

Remissa manus.] Hoc loci, pro relaxata, neglecta, & quasi in sinu otiosa ponitur, à remitto. Remissio, & remisse aduerbium, modo humiliter, modo læte, & veluti remisso, id est, relaxato animo. Remissarius, a, ũ. vt remissarij vectes.

CAP. XIII.

Obligo.] pe. cor. significat circumligo. Per translationem est deuincere, seu debere. Hinc obligatio, diuinctio est. Differunt tamen secundum Asconiũ Pædianũ obligatus & districtus, quoniã obligatus in bonis & in vinculis dicit. Districtus sine vinculis. Hinc obligatio. obligatus, a, ũ.

Uorago.] Barathrum dicitur, quod in eam cadentia non emergant, sed deuorari videantur. Vt vorago patrimonij. Hinc voraginosus, a, um.

Nouales.] Gene. fœm. & nouale neutri dici potest secundum Seruiũ, & est ager nouæ relictus sementi, vel aruum ad semen tem profciſſum. Noualia, id est, noua terra, ait Seruius, quæ per singulos annos renouatur per semina.

CAP. XIIII.

Seges.] Fruges proprie eorum seminum, ex quibus cõficitur panis, nondũ demessa. Eius diminutiuum est segeticula. Quandoq; seges capitur pro ipsa humo ad accipienda semina subacta, nondum sata. Nam quando ager satus est, noualis dicitur. Vergilius: Illa seges demum votis respõdet auari Agricolæ, bis q̃ solem bis frigora sentit. Hinc Segetia dea segetum, frugumq;, olim culta.

Illudo.] Irrideo. Interdum vitupero, conuitior. Hinc illusio & illusor. Illusus, a, um.

Trans-

Transilio.]ex trans & salio, est vltra salio. Hinc dicimus: Stateram ne transilias, hoc est, ne quid ab æquitate deflectas. Item dicitur transultare. Plau. Tu transultas, ego miser vix adsto præ formidine.

Versipellis.] Versutus, dissimulator, varius, astutus, quasi vertens pellem: explicatum est. Martialis: Decipies alios verbis, vultuq; benigno, Nam mihi iam notus dissimulator eris.

CAP. XV.

Ebullio.]is est valde, seu extra bullio, extra fundo, sicut aqua in ahæno calefacta ebullit. Est etiam metaphorice expirare. Hinc ebullitio verbale. Ebullare aliud verbum est.

Placabilis.]e. à placo, as, hoc est, propitiabilis.

Exhilarare.] Est lætificare. Columel. lib. vij. Sacietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiũt. Sed hilarescо, is. hilaris fio. Hinc exhilaratio lætitia. Item hilariter, & hilarus, ait Cæcilius, vultu hilaro.

Secura mens &c.]Nulla est hic maior beatitudo, q̃ mens sibi cõscia recti. Et vt Horatius inquit: Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Vt contra nulla est maior crux, q̃ conscientia scelerum. Has Cicero contra Pisonem & pro Roscio furias dicit à poetis nominatas esse.

Jugis & hoc iuge.]Assiduus, continuus, quasi semper iugo affixus. A quo iugiter aduerbium. i. continue, assidue & cõtinẽter.

Saginatus.]a, um. à saginor est impinguatus, & pinguis factus. Hinc sagina.

Opportunus.]a, um. per duplex. pp. dicitur, qui omnibus accommodatur, veluti portus. Horat. Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus. Hinc opportune aduerbiũ. Hoc opportune accidit, quod pro desiderio nostro obuenit, votoq; respõdet. Importunus contrarium eius. Opportunitas commoditatem significat. Importunus. Importune notæ significationis.

CAP. XVI.

Gubernare.]Regere est. Hinc gubernatio, gubernator, & gubernaculum.

Ponderator.]A pondero, as. hoc est, librator, examinator, considerator, & æstimator. Hinc ponderatio.

Hostia.] Dicta ab eo, quod est hostire, id est, ferire. Seruius, & sacrificium dicitur quod ab his fit, qui in hostem pergunt ob victoriam, id est, pro victis hostibus. Ouidi. Hostibus à domitis hostia nomen habet. Hostia sacrificiũ, quod laribus immolabãt.

Sinus.] Prima corre. est illa pars quæ est intra pectoris, brachiorumq; complexa. Hinc sinuosus, a, um. & sinuatim per sinus. Item sinus & sinum prima prod. genus vasis, sicut galeola. Plaut. Hic cum vino sinus fertur. Sic hic fortasse capitur.

CAP. XVII.

Victima.] Hostia quæ post victoriam dextra victrice immolabatur. Ouidi. Victima quæ dextra cecidit victrice vocatur. Vel quod vincta ad aras ducebat. Hinc victimarius, qui victimas emebat, vt venderet. Vnde victimarij negociatores, vili mancipio.

Obedio.]Significat obtempero, pareo, obsecundo, obaudio, hinc obedientia. Obeditio, obediens, obedienter, vt obedienter curatum est.

Gemma.] Oculus vitis, quem primo emittit, ad cuius similitudinem pro lapillo precioso capitur. Hinc gemmula, gemmarius, gemmare, & gemmascere, gemmatus, a, um, & gemmeus, a, um.

Angelus.] Latine nuncius. Hinc angelicus, a, um. Nam officij nomen est, non naturæ.

Euito.]as. penul. prod. est valde vitare, cauere, à vito cõpositum. Est etiam vitam eripere, vita priuare: tunc est vetus verbum, planeq; poeticum. Cicero. Hæc omnia vidi inflammari Priamo vitam euitari. Hinc euitatio, nis. verbale.

Spondeo.] Spopondi, non sposponsi, vt Gotthici volunt, in præterito, est promitto, polliceor. Hinc sponsio, sponsus, & sponsa, & sponsus, a, um. à spõso, sponsalis, & hoc le. sponsalia, orum. Despondeo, desponsus, a, um. Alij desponsatus.

CAP. XVIII.

Effeminatus.]a, um. molliculus, & lasciuus, ab effœmino, as. quod est in muliebrem molliciem conuerto. Hinc effœminatio mollicies. Effœminate aduerbium. Effœminatæ artes, voces.

Dilato.]Penu. prod. latum facio, prolõgo, hinc dilatatio. dilatatus, a, um.

Effor.]Significat eloquor. Hinc effatus a, um. est elocutio & eloqum. Effata, spruch gelerte vvort.

Rigidus.]a um. idem est, quod frigidus. Et rigidulus diminutiuum. Aliquãdo pro duro & aspero ponitur. Hinc rigiditas, & rigor durities, rigide & rigidiuscule aduerbia, id est, duriter, & aspere.

CAP. XIX.

Simplicitas.] A simplex, quod pro vero & syncero ponitur, id est, synceritas. Ediuerso duplicitas, id est, fallacia. Hinc aduerbia simpliciter & dupliciter. Simplicitus obsoletum pro simpliciter. simplus, a, um. simplarius, a, um. simpulum li. genus vasis potorij.

Insuper.] Significat præterea, ad hæc, quin, à quo deinsuper.

Pigredo.] Pigritia, pigrities, pigritudo & pigritas, idem pollent, id est, ignauia, tarditas, socordia, desidia, à piger, ra, rum. Pigre aduerb. pigritor, ris. & pigror, aris. pigro, as. obsoletum. Scribere ne pigrere. Pigresco, cis.

Ascella.] Quæ & axilla, est locus concauus subter brachium, vbi nascuntur pili. Inde fit ala, vt inquit Cicero, vbi hircinus ille odor concipitur, qui virus dicitur. Horatius olidam capram, vocat illum putorem.

Pestilens homo.] Contagiosus, morbidus, qui alium inficit. Hinc pestilentiosus a, um. pestilentia & pestilitas, pestifer, a, um. Pestifere aduerbium. CAP. XX.

Tumultuosus.] a, um. à tumultu, qđ turbas & tragœdias excitare solitum sit. Hinc tumultuose. tumultuanter. tumultuo, as. & or, aris, deponẽs. Tumultuo. Tumultuarius, a, ũ. Tumultuarius miles, exercitus, dux, opus tumultuarium.

Fideiussor.] Et fideiussorius, à fideiubeo, is. dicitur, q fideiubet. Hic & præs prædis dicitur. Sed fidem astringere, est fidem promittere atq; recipere. Terenti. Heus tu, hac lege tibi meam fidem astringo.

Calculus.] Lapidis genus durissimi & rotũdi, à calcãdo. Et calculus morbi genus morte crudelius: à quo calculosi, Græci lithanici, qui eo laborant. Quandoq; rationẽ significat. Hinc calculare, rationem facere. Calculatio, & calculator. Hinc calculus albus, & niger. Adagia sunt approbatione, & improbatione. Calculosus, a, um.

Mysteria.] A Græcis dicuntur, quæ Latinis sacra, arcana, secreta vocantur, à mysta vel mystes. Hinc mysticus, a, um.

Deuotare.] frequentat. à deuoueo, qđ est diris imprecationibus malum alicui optare, quandoq; morti dedere. Hinc deuotus participium, vt deuota sacris fica. deuoti. deuotus vobis animus. Deuotus & donatus studijs. deuotio verbale. Deuotorius, a, um. vt carmina deuotoria.

Fornix.] Mascu. gen. arcus in ædificijs, & quodcunq; opus cõcameratum. Hinc fornicor, & fornicarius, & fornicaria mulier.

Thronus.] Latinis sedes, vel solium est.

Canicies.] Et canitudo, est ipsa albedo capillorũ ex senecta: Canicie venerãdus vir.

Liuor.] Vestigium, & nota aut vibex, q fit ex flagello. Aliquando capitur pro inuidia. Hinc liuidus, a, um. & liuidulus, liueo, liuesco, liuidus fio. liuide aduerbium.

Abstergo.] Significat sordes remoueo. Et per metaphoram aufero: vt volo abstergere animi tui metum, ait Cicero. Hinc absterſio. absterſus, a, um. participium.

CAPVT XXI.

Doma.] Tectum planum. Romæ solaria, vel mediana dicuntur.

Mulctatus.] a, um. à mulcto, as. hoc ẽ, punitus, condemnatus, laxatus. Dictum alias copiose.

Procaciter.] Aduerbium à procax, hoc est, petulanter, lasciue & proteruiter.

CAPVT XXII.

Modestia.] Et moderatio hunc habẽt ordinem, quod modestia fundamentum, soliditas, & basis ipsa virtutis est, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat, moderaturq; modos in factis & dictis. Cicero li. pri. ad Herennium. sic diffinit, quod sit in aĩo cõtinens moderatio cupiditatem.

Adolescens iuxta viam suam.] Simile est Horatiano adagio in epistola. ij. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Citatur passim in argumentum virium assuefactionis in animis teneris, q̃le est illud eiusdem. Neq; amissos colores Lana refert medicata fuco.

Prouerbium.] Est sermo ad vitæ rationem conducibilis, moderata quadam obscuritate multam in sese continens vtilitatem. Vel est sermo rem manifestam obscuritate tegens, Græce parœmia, vel parabola dicitur. Hinc prouerbialiter dicimus.

Configo.] A figo, est simul figo. Sed de figo, est deorsum figo, planto aut mitto. Hinc confixus: vt confixus sententijs.

Scandalum.] Latine offendiculum.

Vades.] Primo dicebatur, deinde per syncopen vas, dicitur spõsor alterius in re capitali, vt inquit Festus, & fideiussor. Hinc vadimonium, sponsio fistendi. Adagium: Propter quod vadimonium deseri possit. Vadium idem, & vador, aris. Vnde dicimus amicitiam vadatam. Item vadari est aliquẽ ad iudicem certa die aduocare. vadimonium est sponsio ipsa fistendi se in iudicio. Hinc vadimonium obire, apud Cicero. est se fistere, & non obire contra, quod est deserere, sicut Plinius ait in pfatione naturalis

historiæ. Nisi cum vadimonium esset dilatũ à prętore. Exemplorum pleni autores.

CAP. XXIII.

HAriolus.] Diuinus vel diuinator, q̃ diuina mente fatur, quę ventura sunt.

Coniector.] Somniorum interpres, & omnium: à coniectura, q̃ est coiȷciẽdi actus. Hinc cõiecturale, Græce oniropolus dicit.

Comessationes.] Proprie dicuntur cibi, potusq̃, q̃ post cœnam ex luxu sumunt: sicut merenda, cibus qui ante cœnã & ientaculum ante prandiũ. Item repotia post prãdium superflui potus. A quo comessari. Comos deus intemperantiæ.

Symbolum.]Et indicium, signum dici potest, & collatio, quam plures conferũt in vnum. Terent. Symbolum dedit. Græci etiam symbolum annulum appellant & cõuiuium. Hinc symbolice aduerbium. Et συμβολικῶς

Flauescere.]Est flauum fieri. Vergilius: Molli paulatim flauescit campus arista: à flaueo, es. q̃d est auri colorem reddo. Hinc flauus, & flauidus, a, um.

Regulus.]Diminut. quasi paruus rex. Est & auicula parua, alij regaliolum vocant, alio nomine trochilus. Ab Aristotele de natura animalium πρίσβυς dicitur, rex auiũ, alibi senem vel senatorem interpretatur, auiculam scilicet, quæ eadem cum trochilo. Et regulus serpentis genus est, alias basiliscus nominatur.

CAP. XXIIII.

AEmulor.]Inuidere est, à cõtrario sensu. Aliquando imitari, amare. Interdũ participẽ esse. Hinc æmulatio & æmulator: Græce zelor, & zelus, zelotes, zelotypus, a, & zelotypia.

Cellarium.]Ea figura videtur dici, qua granarium, panarium, & pro cella ac repositorio ciborum, eduliorumq̃ ponitur. Diminut. eius est cellariolum. Hinc cellarius, qui præpositus est cellæ. Item cellaria, locus vbi conditur vinum. Plautus: Ego eȷciar cellaria. Alio nomine apotheca dicitur.

Detractor.]Obtrectator & oblocutor, qui famæ alicuius derogat. Hinc prouerbialiter dictum à Domitiano Cæsare: Detractores qui non castigat, irritat: à detrahо. Hinc detractio, oblocutio est. Et detractrix.

Inquam.]Ab inquio defectiuo verbo, id est, dico vel dixi. Diomedes autẽ pro prima persona scripsit, nõ inquio, sed inquam, inquis, inquit. Vtimur autẽ his verbis, inq̃, & inquit, in dialogis. Et quãdo alicuius verba referimus, hoc modo: Recte D. Paulus apostolus: Nemo (inqt) coronatur nisi qui legit: certa. Tria sunt verba quæ tantũ vnã personam habent, vt inquã, infit & cedo, i. dic. Terẽt. Quid factum est cedo, i. dic.

CAP. XXV.

MAlus.]Fœ. gen. arbor cuius fructus est malum, vt hoc loci mala, i. pomat tractum est à Græco, qui malum μῆλον appellant. Vnde melimela, & habet pe. prod. Hinc malinus, a, um. quod ex ea arbore factum est, vt malinum lignum, mensa malina. Malus masc. gene. nauis arbor. Et malus pri. cor. opponitur bono. Hinc malitia. Malitiosus, a, um. Malitiosè aduerb.

Inauris.]Aurium ornamentum est.

Margarita.]Et margarites, & magaritum in nominatiuo, pe. pro. vt hic: Seruius inflectit margaris, dis. &, idos, à cuius genetiuo Græco Latine formatur margarita, & lapillũ generali vocabulo vocitamus pcciosum vel gemmam: aliȷ vnionem. Plini. li. ix. scribit in Britannia nasci, margaritas, paruas, & decolores. Euangelicum adagiũ notum est. Nolite Margaritas ante porc. &c.

Nitrum.] Vt quidam putant, à Nitria, vbi nasci solet, dicitur, hoc nõ multum distat à salis harmoniaci specie, quod nonnulli existimant esse salis genus. Sunt qui dicãt apud Medos canescentibus siccitate conualibus fieri. Ex nitro medicinæ fiunt, & vestium sordes, corporumq̃ lauantur. Hinc nitrosus, a, ũ. & nitratus, a, um. vt nitrata aqua.

Tinea.]Vermiculus est, q̃ de carne editus, vestes, aut libros arrodit. Hinc tinioſus, a, um. vt aluei tineosi. Quoniam mentio de vermiculis est, dicam paucula quæ occurrunt memoriæ. Ips vermiculus est, q̃ cornua vites q̃ perrodit, vt cis frumenta, qui & curculio: trips ligna, fis vestes, Is vitra, midas fabam. Hinc adagium Plautinum: Non quod pueri clamitant se in faba reperisse. Adagium.

Ambitus.]Penultima correp. proprie circuitus. Lucanus li. i. Letalisq̃ ambitus vrbis. Sed ambitus, a, um. pe. pro. participiũ, circumitus, vt: Iussit & ambitæ circumdare littora terræ. ab ambire. Ambitio verbale, honoris cupiditas. Ambitiosus, a, um. Homo minime ambitiosus. Ambitiosè aduerbiũ. Ambitus huius ambitus, pe. pro. in g. eyn vmbgang. Ambitus ædium, verbo g. Sed ambitus pen. cor. vt ambitio in animo est. Ambitus in actu, proprie. Ambitus & largitio. Ambitus rumsucht.

CAP. XXVI.

Quo

Quolibet.]Hic duę dictiones sunt, hoc est, quo placet, huc atq; illuc, vltro citroq;. Potest & esse vna dictio q̃libet, sicuti quamlibet, & similes.

Chamus.]Genus fræni est, quod sit ad modum breuis, nam chamus, breuis dicitur Græcis.

Mercurius.] Fuit Iouis filius ex Maia, qui dicitur facũdiæ, mercatorum, furum, palestræ Deus. Itẽ nuncius & interpres deorum: Græce Hermes, quod interpretẽ sonat. Hinc dicimus, habet Mercuriũ in pectore, id est, facũdissimus est. Hic lyrã inuenit &c. Hic dictus Hermes trimegistus, hoc est, ter maximus. Sensus huius loci est. Qui lapidẽ in aceruum mittit &c. id est, qui homini insipienti honorem docendi confert, nõ minus delinquit, quã qui deos ac delubre gentiliũ Mercurij cultu veneratur inani. Hinc Mercurialis herba, & signũ Mercurij statuam significabant.

Temulentus.]a, um. à temeto, hoc est, vinolentus, ebrius. Hinc temulentia. Non est quis temulẽtiæ vitio obnoxius, sed alio quopiam deteriore adfectu temulentus est, vt odij, inuidiæ, auaritiæ, superbiæ &c. Erasmus ij. libro de ratione concionandi.

Susurro.]Qui susurrat furtim, & clam in aures auditoris, odium, simultatem & dissensionem molitur. Hinc susurrus, ri. susurrium in Biblijs tantum. Susurro, as. susurratio verbale. Susurrum, ri, neutro genere dixit Ouidius.

Lubricus.]a, um. quasi labricus, locus quo quis nequit ob lubricitatem cõsistere, qualis est terra glaciata. Hinc lubricitas, vt linguæ lubricitas. Lubrice aduerb. Lubrice versari in bello. Lubrico, as, are.

CAP. XXVII.

Dispendium.] Damnum, iactura, q̃d incuria & negligentia, & immoderatione dispenditur, contrarium compẽdio, id est, commodo. Hinc dispendiosus, a, um. damnosus, schedlich.

Conflatorium.]Locus est, imo fornacula vbi conflatur metallum. Nam scoria auri vel argenti igne consumitur, & substãtia auri argentiq; purior, & integra remanet: à conflo deriuatur, quod est simul flo, vel suflo. A quo conflagesco, conflages, cõflagratio, conflagro, conflata pecunia, conflatio, conflator, conflatum æs alienum. Dicimus & conflare odium &c.

Euoco.] Pen. corr. extra voco. Plautus: Euocate huc Sosiam. Per translationem est quasi extraho. Hinc euocatio. Hinc euocati dicuntur, non qui iuste milites sunt, sed qui repente & tumultuarie vocantur. M. Iacobus Horlinus. Pastor aberrantes sale sæpius euocat agnas. Cogit eas duri verbere sæpe pedi. Sic puer effrenis spernit qui iussa parentum. In corpus ferula est discruciandus acri. A quo euocatio.

Contundo.] Tudi. pe. cor. contusum, significat simul, siue totũ tundo, frango, comminuo, percutio. Horatius: Speratũ meritis duram qui contudit hydram. Inde contusum, confractum. Contusio verbale.

Pila.]A pinso, vas concauum, quod antiqui siccata frumenta, in pilas immissa, pinsebant, ego mortarium dixerim. Est & pila columna stans. Est & pila, qua ludit, vt mea est pila, hoc est, ad me spectat ferire pilam. Item est quæcunq; res rotundula, instar pilæ lusoriæ. Hinc pilula. i. parua pila, & ea venena, quæ hac forma suminus, pilulas vulgo nominamus, Græci catapotia dicũt. Sed pilus prima cor. capillus est. Pilus vero prima producta, q̃d & pilum, telum Romanũ. A quo pilati dicuntur. i. pilo armati. Hinc primipilus, centurio, & primipilotæ hastæ. Præterea pilus seu pilum, à pinsendo, instrumentum, quo quippiã in mortario teritur. Alias pistillũ vocatur. vt: Hic est pistillo retusior. Adagium in hebetem ingenio.

Ptisana.] Non tantum hordei est. Nã vt Plinius dicit, Italici quidem maxime oriza gaudent, & ptisanam faciunt, quam reliqui mortales ex hordeo: declarat etiam orizam (quæ vulgo apud nos rizum dicitur, & vernacula nostra ryss) ijs verbis: Orizæ quidem folia carnosa, porro similia, sed latiora, altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeæ rotunditatis. Inde ptisanarium vas in quo coquitur, vel tunditur ptisana, corripit autem penul. Horat. lib. iij. sermo. Satyra. iij. Quid cessas, agedum sume hoc ptisanarium orizæ. Vide Bebelium, Dasypodium, & Cholinum.

CAP. XXVIII.

Comessator.]A comessari manat, idẽ quod manduco, edax, mando, manducus, mansutius, comedo, edo, epulo, lurco, curgulio, ganeo, helluo, scurra, parasitus, gulo, phago, ligurio, nepos, catillo, popino, Asotus & id genus alia plura.

Otium.]Proprie vacatio à labore. Cõtrarium eius negocium. Ociolum diminut. ociosus, a, um. vt verbum ociosum. Et ocior, aris. Contrarium negocior. Negocium. Negocios us, a, um.

Blandimentum.] Lenocinium est, &

blanditiæ,adulatio,popularitastà blandior, quod est adulari, supparasitari, adsentari,& blandimenta dicere.Hinc blandicus, a,um, pe.cor.qui blanditur. Blãdidicus,a,um,qui blande loquitur. Plautus: Nunc mihi blandidicus es,heri in tergo meo treis facile cori os contristi bubulos.

CAP. XXIX.

In posterum.] Aduerbium temporis, significat in futurum tempus.Sed postremo finaliter,vltimo loco,tandem, nun furhin,nachmals.In posterũ tempus. In posteritatem,zu kunfftig zeiten.

Prophetia.] Futurorum prænunciatio & vaticinium,prædictio,&c.

Contumax.] Qui per tumorem inobediens est.Hinc contumacia,et cõtumaciter.

Procliuior.] Cõparatiuus à procliuis, vel procliuus,hoc est,pronior,facilior, propensior,inclinatior.

CAP. XXX.

Surrectus.] a,um.i.sursum erectus,eleuatus,supbus,à surrigo,is,surrectio.

Commando.] is, dui, secundum alios cõmandidi,cõmansum, est simul aut totum mando. Commanduco,idem quod mãdo.

Molaris.] e,dẽticulus est maxillaris, à mola.Ouid.lib.xiiij.Metamor. Aut comes, inquit, ero dixit, dextraq; molarẽ Sustulit. Dicimus etiam saxum molare.

Sanguisuga.] Pen.pro. vermis qui & hirudo dicitur,& sanguisugia. Horati.Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Stellio.] Animalculum lacertæ simile, tergo depictum lucentibus guttis ad modũ stellarum,vulgo tarantula dicitur.

Elicio.] Significat educo, extraho, vt q nimium emungit,elicit sanguinem, vt:verũ elicere. Elicere ad pugnam. Elicere lachrymas,&c.Electo,as,elicito,as, elicius Iupiter dictus.Elix,cis,ein vvasser furch in agris.

CAP. XXXI.

Lamuel.] Dictus est Salomon,& interpretatur,in quo, vel cum quo est deus, & male quidam legunt Samuel.

Sicera.] Scribendum est per s,non per c.Vox est Hebraica, quæ per Sin apud illos scribitur,à verbo Sachar,quod sonat inebriarit& est omnis potus factitius qui possit inebriari.Luc.I. exactius habebis vita comite, & deo auspice.

Institor.] Negociator est. Poetæ vero eum accipiunt pro venditore mercium delicatarum.Ouid.Institor ad dominam veniet discinctus emacem. Plautus ancillam institricem vocat. Hinc institorius,a,um, quod ad eum pertinet. Vnde instita dicuntur ligamenta sepulchralia,Iohan.xi.

Inops.] Inopis,paulo plus videtur esse inops in indigentia, quã pauper, &si inops cum ab ope veniat,id est,auxilio,non tã dicitur qui caret pecunia,q̃ qui opibus, in q̃bus est auxilium.Sic à Vergilio senectus dicitur inops,primo Geor.quasi ex se minimum habens quo iuuetur.Et apud Terent.in Adel. Leno cum se inopem queritatur, non sic pecuniæ,vt auxiliũ profitetur indigũ. Ita Varro etyma reddit.Pauper à paulo lare. Mendicus à minus,cui cum opus est, minus nullo est.Inops,quod opis egeat.Opulentus ab ope.Ideo proprie ac elegãter August. Supra omnes opulentos ille inops lib. xvij. de Ci. dei cap.iiij.Alibi fusius expositum est.

Stragulum.] Genus vestis, inquit Asconius.Vlpianus stragulam vestem, pro ea quæ injcitur, quale est Græcorum pallium. Diuus Hieronymus (modo ille sit) hic pro muliebri veste posuit.Aliter Varro & alij capiunt. Tibullus: Nam neq; tũc plumæ,nec stragula picta saporem. Martialis: Stragula succincti venator sume veredi. Nam solet e nudo surgere ficus equo.

Byssus.] Lini genus subtilissimi & cãdidissimi.Hinc byssinus,a, um, pe. correpta.

Purpura.] Piscis ex concharum genere.Hinc purpureus color, & purpureæ vestes, Tyriæ dicuntur. Alibi fusius explicatũ est,à quo purpurarius & purpuraria.

Sindon.] onis,pe.cor.in obliquis,velũ subtilissimum,mundum & album.

Prouerbiorum libri
FINIS.

PRAEFATIONIS D. HIERONYMI in librum Ecclesiasten ad Paulam & Eustochium explicatio.

Ferme.] Quasi,fere, propemodum & pene significat.

Differo.] Pe. cor. proprie varie semino. Per Metaphorã, vt hic, significat exponere, disputare,enarrare,explicare, declarare. A quo differto frequentatiuum, differtio,& differtitudo: licet differtio significet diuisionem patrimonij inter consortes. Differtatio,ipse differtandi actus. Differtabundus, qui differit.

ſerit.

Commentariolum.] Lucubratiuncula eſt expoſitoria, & breuis, quem tractatulum Vandalici vocant. Diminutiuum à cõmentarium. Hinc commentarienſis. Commentitius, a, um. Commẽtum, vt Thracium commentum.

Procinctum.] Quicquid paratum eſt, dicitur, & ipſa prouiſio facta, antequàm aliquid fiat. Hinc claſſis procincta, eſt paratus exercitus ad pugnam. Procinctus, a, um. Item procinctus, us, m. g. vt in procinctu facere. In procinctu ſtare. In procinctu habere.

Conſors.] Eiuſdem ſortis, qui tantundem ſortis attulerat ad ſocietatem, quãtum ille cum q̃ eſt ſocietas. Hinc conſortium.

Deterreo.] Eſt valde terreo, & quaſi terrore quodam prohibeo, remoueove. Vt à ſcribendo deterrere, à ſententia deterrere. Hinc deterritus participium, vt deterritus pudore, abgeſchreckt.

Conſector.] Eſt in totum, vel ſæpe ſequor. Conſectarer, id eſt, ſequerer. Hinc conſectarius, & conſectaneus accipitur, pro eo qui in eadem hæreſi, & ſecta eſt, dicitur & aſſecla. Conſectatio verbale. Conſectator, trix. Conſectarium, vulgus Quodlibeta vocat & corollaria.

QVORVNDAM VOCABVLORVM in Eccleſiaſten explicatio.

CAP. I.

Antequam.] expoſitionem in Eccleſiaſten aggrediar, hoc præfandum operæprecium cenſui, diui Hieronymi tranſlationem in hunc librum, longe diſcrepare à noſtra, qua vtimur, ex quo coniectamus (ſaluo tamen ſaniori iudicio) non eſſe Hieronymi noſtram vulgatam æditionem, quã in Bibliis noſtris circumferimus, quod & magni nominis viri ſentiunt, nobiſcumq; faciunt. Ea propter noſtram ſequi cogor, ne vocabula explicando ex altera, in noſtra nõ reperirentur. Tamen ſi quid ſcitu dignum, & neceſſarium inter legendum occurrerit, paucis abſoluam.

Verba Eccleſiaſtis.] Tribus nominibus vocatum fuiſſe Salomonem ſcripturæ manifeſtiſſime docent. Salomonem .i. pacificum, Iedidia, hoc eſt, dilectum domini. Et quod nũc dicitur Coheleth, id eſt, Eccleſiaſten. Ἐκκλεσιαστὴς autem Græco ſermone appellatur concionator, qui Eccleſiam, id eſt, cœtum congregat, quem nos nũcupare poſſumus concionatorem, eo quod loquatur ad populum, & ſermo eius non ſpecialiter ad vnum, ſed ad vniuerſos generaliter dirigatur. Liber eſt æditus ab Eraſmo Eccleſiaſta nomine elegantiſſimus.

Vanitas.] Mẽdacium, falſitas, leuitas. Idem vanitudo. Plau. Vt rem video, tu inuẽtus à vanitudine. Vanus, a, um, varie capitur pro vacuo, ſtulto, mentiẽte, infido, à quo vano .i. fallo, obſoletũ verbum. Vaniloquẽtia, Græce matæologia dicitur. Prot. Vanitas vanitatũ, Lxx. omnes interpretati ſunt ἀτμὸς ἀτμῶν, quod nos poſſumus fumi vaporẽ & aurã tenuem, quæ cito reſoluitur, appellare. Hinc vaneſco, cis. Vanidicus, a, um. i. vaniloquus. Plaut. Vaniloquium. Vanus, & mendax, vanus & pfidioſus, vanus autor. Vana fides, oratio, lex, vanus ingenio. Vanius in mundo, quã vaga lingua nihil. Iacobus Horlinus autor: Incœptum vanum, vanus ictus.

Gyro.] Circumdo, vnde regyro, as, pe. pro. quod eſt retro gyro. Hinc gyrus, circulus vel ambitus dici poteſt.

Occupatio.] Ab occupo & præoccupatio, apud Rhetores ſchema quoddam eſt, quod Græci Apoſiopeſin vocãt, memini me alibi interpretatum. Sed Hebraicum verbũ hic poſitum Aquila, Lxx. & Theodotio μεριπασμὸν, id eſt, diſtentionem. Symmachus vero aſſcholian, id eſt, occupationem tranſtulit. Hinc occupans, tis, participium. Occupatus, a, um, vnmuſſig. Occupatio, ſchema eſt, occupatiuncula.

Præſumptio.] A præſumo, eſt anteſumptio. Vnde apud Rhetores præſumptio figura eſt, q̃ Græcis Procatalepſis dicitur, cũ id quod obiici poteſt, occupamus, quæ præcipue procœmio conuenit. Hic tamen verius afflictio & malitia, vt in Euangelio Matthæi ſexto, non à malo, quam paſſionem, voluntatem, aut præſumptionem ponimus, vt Hieronymus ex Hebræo quodã ſe habuiſſe affirmat.

CAP. II.

Conſero.] Eſt ſimul ſero, dũ pro planto & ſemino ponitur. Verg. En quis cõ ſeuimus agros. Inde conſitio verbale. Conſitura, æ. Et inſitio, inſititius, a, um.

Pomerium.] Eſt, Feſto teſte, quaſi promurium .i. proximum muro, eyn zvvingell hoff. Sed pomarium locus arboribus pomiferis conſitus. Latini etiã viridarium appellant, Græci paradiſum, ein baumgarten.

Piſcina.] Pen. pro. piſcinas appellamus

lacus,& ſtagna, quæ piſcibus viuis cohercẽtur clauſa,vt ſcribit Gellius & Varro. Hę dicuntur & viuaria, Græce ichthyotrophia, fiſch dich.

Scyphus.] Vaſis potorij genus,quod proprie Herculi attribuitur. Vergilius: Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. Porro tradunt fabulæ Herculem poculo in Hiſpaniam nauigaſſe,vnde nationem quandam hominum fuiſſe prope Heracleam ab Hercule conſtitutam Cylicranorum, compoſito nomine ἀπὸ τοῦ κύλικος, quod poculi genus nos vna litera immutata calicem dicimus. Cicero. Quod hic calix mulſi impingẽdus eſt, vt plorare ſe deſinat. Ego tamen exiſtimo non poculo Herculem maria tranſuectum(vt fabulæ narrant) ſed nauigio,cui ſcypho nomen fuit, à cuius poſtea ſimilitudine potorium vas, ſcyphus ſit vocitatus. Sic enim ſcyphus Herculi, vt cantharus Libero tribuitur patri, qui & ipſe à naui nomen ſumpſit. Vergilius: Et grauis attrita pẽdebat cantharus anſa. Hæc Sipontinus.

Vrceus.] Vt Paulus Iureconſultus ait, eſt vas,quo aqua in vrnam infunditur, cuius diminutiuum eſt vrceolus. Vrceoli ſex, ait Iuuenalis: Ornamenta abaci. Vrcei aquarij. Vrceolaris herba,quæ alias perdicium dicitur,Peterskraut.

Reor.] Reris, ratus, exiſtimo,opinor. Plautus: Quid me non rere expectatum? Rebantur fore, vt &c. Optimum factu ratus. Ratum,firmum,fixum.

Induſtria.] Eſt ingenium,ſeu ars,qua aliquid molimur ac ſtruere ſumus idonei,& ſolertes. Hinc induſtrius,a,um, & induſtrie aduerbium. Induſtria in agendo. Anteluca na induſtria. De induſtria aliqd facere. Ex induſtria idem,id eſt,data opera. Induſtria ablatiuus, idem quod de induſtria.

Aerumna.]Labor oneroſus,& miſeria. Hinc ærumnoſus,a,um,quod eſt laboribus, & miſerijs afflictum. Aerumnula diminutiuum. Aerumnalis inſolens nomen apud Apuleium. Aerumnatus Plautina dictio, pro ærumnoſus.

Caſſus.]a,um,quod eſt inanum & vacuum,atq; omni re carens, vt caſſa nux à Plauto,& Horatio dicta: Luca: Caſſa fraude parat. Hinc incaſſum aduerbium,id eſt,fruſtrà, inaniter. Vt vitam tuam caſſa nuce non emerem.

CAP. III.

Spatium.]Non ſolum de loco dicitur, ſed etiam de tempore. Cicero ad Herennium lib.iij.pulchre & probat,& vſus eſt. Spatium ita conſideratur, ſatis ne longum fuerit ad eam rem tranſgrediendam, ſcierit ne ſatis ad perficiendum ſpatij futurum. Hinc ſpatior,aris. Spatiator pro erratore Feſtus poſuit. Cato. Spatioſus,a,ũ. Spacioſe aduer.

Perſeuero.] Ex per,& ſeuero cõponit, & ſignificat cum conſtantia animi, & quaſi quadam ſeueritate continuo. Hinc perſeuerantia,ſtabilis permanſio, & perſeueranter.

Inſtauro.]Eſt integrare. Hinc inſtauratio,integratio. Inſtauratus,a,um.

Conditio.]Sine c.à condo,dis,fit,& pro fortuna & forte fortunarum,temporum, rerumq; poni ſolet. Cicero: O miſeram conditionem adminiſtrandi conſulatus. Apud Titum Liuium legimus: Conditiones pacis oblatas. Et hõ bonæ cõditionis dicit,qui in fortuna eſt,hoc ẽ,q diues eſt. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Præterea cõditio in fœminis eſt coniugiũ: vnde q̃rere cõditionem, & inuenire cõditionẽ filiæ. Quærendã conditionẽ filiæ dixit Liuius lib. iiij. & Cicero in Philippicis. Hinc apud Iuriſconſultos in ỳbis repudij erant & illa: Conditione tua non vtar.

Adam.] Hoc eſt,hoim vel hoĩs. Vbicũq; in Hebręo legitur filios Adã,in Latino legit filios hoim,vel hoĩs. Illud q̃q; Pſaltis. Filij hoim vſq;q̃ graui corde,&c. apud Hebręos habetur,filij Adã,inquit D. Hieronymus ſuper Matthæum cap.xvi.

CAP. IIII.

Complico.] Eſt ſimul plico,cumulo. Lactantius lib.v. Quid leno niſi vt bonis exuat? quid fur niſi vt pluta complicet? Hinc complicatio. Complicatus,a,um. Cõplicare,euoluere,contrariare. Epiſtolam,literas complicare.

Pugillus.] Diminutiuum à pugnus ſignificat paruum pugnum, eyn hand voll.

Emolumentum.]Vtilitas,quam ex opere & labore aſſequimur. Et à molimine deſcendit, nutz,vt fructus,atq; emolumentum. Dicere aliquid ob emolumentum ſuum. Emolumento eſſe,nutz bringen.

Mutuo.] Aduerbium,modo ſignificat inuicem,modo e diuerſo,viciſſim,vt: fac me mutuo(id eſt mutuiter) diligas,& in amore reſpondeas, atque me viciſſim ames.

Cicero:

Mutuo ſe amabant, id eſt,alter alterum. A mutuũ. Hinc mutuus,a,um. Mutuo,as, mutuor,aris,mutuatio,verbale.

CAP. V.

Voueo.] Eſt Deo aliquid ſancte promitto. Hinc votum eſt promiſſio.

A

A quo voto,as,& aliud votito,as. Item votiuus,a,um,vt verba votiua & votiuæ preces. Hinc deuoueo,es,&c.

Temere.] Aduerbium significat male, stulte, inconsulte. Terentius: Vide ne quid temere agas. Quidam pro fere vsurpant. Et temere significat sine causa. Terẽtius: Haud temere. Hinc temerarius,a,um. Temeritas, temeritudo, temero,as, temerator, temeriter.

Velox.] Celer à volando. A quo velocitas & velociter. Cogitationum velocitas.

Prouincia.] Proprie regio est longo bello acquisita. Est & regio Galliæ Narbonensis. Item magistratus & omne onus, officium, munus, & functio eis imposita prouincia metaphorice dicitur: Græci Eparchiam vocant, & Eparchioten, Prouincialem.

CAP VI.

Sepultura careat.] Sepulturæ magna cura apud Rom. Hinc multa de religione sepulchrorum & penę legibus additæ, qui hoc vel illud commiserit, insepultus abijciatur, sicut illud apud declamatores: qui parentes in calamitatibus deseruerit, insepultus abijciatur: qui causas mortis in senatu non reddiderit, insepultus abijciatur: homicida insepultus abijciatur. Sic ad popularem sensum pro Milone loquitur Cicero, cum infelicius dicit cadauer Publij Clodij fuisse, quod honore illo & consueta funeris pompa caruerit. Verum Lucanus in vij. Pharsalicæ pugnæ ad Cæsarem conuersus ait: Nil agis hac ira, tabesne cadauera soluat, An rogus, haud refert: placido natura receptat Cuncta sinu. Et post: Capit omnia Tellus Quæ genuit, cœlo tegitur qui non habet vrnam. Porro vrna vas erat in quo reliquiæ cadaueris combusti seruabãtur. Hæc Viues.

Abortiuus.] Quod abortum facere potest. Hinc abortium idem quod abortus, Græce ectroma dicitur. Dictum alias.

Distantia.] Modo differentiam, modo interuallum, intercapedinem, discrimẽ, delectumque significat: à disto, quod significat differre.

Lustrare.] Multa significat, vtpote circundare, expiare: Hinc aqua lustralis: aspicere, agnoscere, sequi, patefacere, clarificare, inumbrare, circumspicere. Hinc illustro & illustratio, illustris, e.

Perfruor.] Hoc est, totum fruor seu omnem fructum percipio, perfruitus, hoc est, vsus, hoc loci.

CAP. VII.

Necesse.] Siue necessum dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus est: à cesso verbo, quia non sit in eo cessandum. Et infle ctitur hic & hæc necessis & hoc necesse, & necessus,a,um, à quo necessitas, necessitudo, necessarius, necessario aduerbium. Necessarij etiam dicuntur cognati, affines, amici, & cæteri.

Conduco.] Simul duco. Aliquando significat colligo, congrego, emo. Interdum conuerto, nonnunquàm vtile esse. A quo conductus,a,um, & conductus nomen substantiuum. Hinc conducibile, conductitius, a,um.

Querimonia.] Querela & questio idẽ sunt. Hinc querimoniarius, qui querelam exponit: querulus, queribundus, lamentabilis, omnia à queror. Quæstus, quarti ordinis.

Conscientia.] A nomine conscius, scientia est. Cicero: Nulla re tam lætari soleo, quàm officiorum meorum conscientia. Theologi aliter accipiunt. Conscius, qui rẽ eandem scit. Hinc Adagium: Conscientia mille testes. Vide Chiliades Erasmi. Conscientia bene actæ vitæ, & recordatio benefactorum. De hac multa: Mentis conscientia. Bona conscientia. Conscientia sceleris, auaritiæq; suæ.

Sagena.] Retis genus piscatorij, Græcum est, Latini verriculum nominant. Manilius libro quinto: Excipiunt vasta circum uallata sagena. Hinc sagenula diminutiuũ, Eyn zuggarn.

CAP. VIII.

Ditio.] Dominium, potestas, imperiũ significat: à Dite, quem Plutonem, deum Stygium appellant, quod præsit plutis, hoc est, diuitijs. A quo ditior ditissimus, dito,as. Hinc ditio, & ditiuncula.

Perpetro.] Penultima correpta ex per & patro significat perficio, & plerumque in malam partem. Hinc perpetratio. Perpetrare cædem, perpetrato bello.

Tracto.] Frequentatiuum à traho, quasi subinde traho, vel sursum traho. Significat etiamnum differere. Hinc Tractatus. Aliquando frequenter tangere.

Iuuenalis:

Per puppim & duros gaudet tractare rudentes. Item exercere. Tranctant fabrilia fabri. Interdum gubernare. Barbare nominamus tractatulum, pro opusculo ædito: quod Latine lucubratiunculam appellamus. Hinc tractus spatium, regio, plaga, & tractim aduerbium signi-

ficat longo tractu, diutine.

CAP. IX.

PEriurus.] Penultima producta, qui iusiurandum violat, vel qui volãdo ius peruertit. Vergilius:

Talibus insidijs periurijq; arte Sinonis.

Hinc periurium, iusiurandum violatũm. Periuriosus. Periuro, as. Periuratio. Periuratiuncula. Periurior hoc homine non est. Periurissime hominum.

Deiero.] Valde, vel sancte, seu libere iuro. Hinc deieratio, & deiurus penultima producta qui sancte & valde iurat. Deiurium sanctum iusiurandum. Deiuro, deiuras. apud Plautum legitur.

Casus.] Modo fortuna est, modo inopinatus euentus, vt hic, & Ouidius:

Casus vbiq; valet, semp tibi pẽdeat hamus.
Quo minime credis, gurgite piscis erit.

Modo ruina. Modo calamitas, & infortunium. Et casus dicuntur vocabulorum formæ. Et casum veteres, antiquum vocabant, quasi iam cadẽtẽ. Hinc casura, actus cadẽdi.

Extemplo.] Aduerbium à templo, statim. van stundan.

Deinceps.] Aduerb. gradatim, per ordinem, quod barbare dicimus vnum post alium. Interdum, deinde, postea, item præterea. Cicero: Tres fratres summo loco natos video deinceps tribunos plebis per triennium fore. Non pigebit deinceps præcipere. Qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps.

CAP. X.

REtusus.] a, um, à retundor passiuo, vel retundo actiuo, quod est repercutio, rursum frango, hebetem facio, vt hoc loci. redarguo. Columella libro quinto: Quod euenit in retuso & crasso ferramẽto. Hinc adagium: Pistillo retusius, pro eo, quod est minime acutum.

Hebetatus.] a, um, vt hebetata luna. Ab hebeto, hebetas, quod est obtusum, obscurum, reddo, facio. Hinc hebetudo, rei alicuius carentis acumine, vel mentis, ingenij, visus, similiumq; obtusitas. Item hebeo & hebesco. Distichon Magistri Iacobi Horlini. Culter perpetuo chalybæus hebescit abvsu. Non facit argutum chorda soluta sonum. Hinc dicimus hebes ingenium, id est, plumbeum & obtusum. Hebetatur speculorum fulgor. Hebetatio, hebetatrix verbalia.

Contignatio.] Est tignorum coniunctio, coassatio & coaptatio, & contignare, alibi fusissime expositum est, & probatum.

Perstillo.] Est guttatim perfluo, vt tectum perstillat. Hinc perstillatio. Destillo. Distillo, Instillo.

CAP. XI.

Octo.] Numerus notus: Græci ogdoas dicunt, & ogdoos octauus: sed ab octo, octonus, vt nutrire octonos porcos, dixit Varro. Octophorum, penultima correpta vehiculum octo rotarum. Octopes aranea, habens octo pedes, &c. Hinc Adagium: Omnia octo, cum nihil deesse significamus, aut cum multa inter se similia videntur. Item Sapientum octauus, Horatianum in eum qui sibi multum tribuat in sapientia. Fuere tantum septem sapientes olim nobilitati. Simile est: Tertius Cato, Iuuenalis:

Tertius e cœlo cecidit Cato.

Nam duo fuere tantum Catones graues viri, Cato senior cognomento Censorius: & Cato iunior cognomento Vticensis. Hinc Octies aduerbium. Octauus, a, um. Octaua pars. Octauum, pro octies. Liuius. Iam octauum. Octonus, a, um, vt Octonis annis pariunt capræ. Octoginta. Octingenti, tæ, ta. Octingenarius, a, um. Octogenus, a, um. Octogenæ stirpes. Octogesimus, a, um. Octogies aduerbium. Octangulus. Octoplus adiectiuum. Octuplicatus, a, um. October. Octodorus, oppidum vel castellum quondam Veragrorum. Dasypodius.

Obseruare ventum.] Idem significat cum adagio illo: Lunam Aceſſæi causare, dictum in procrastinatores & comperendinatores, cessatoresque, qui nouam subinde causam comminiscuntur, quo negotium proferant. Vti Aceſſæus nauita ignauus, qui semper prorogare cõsueuit nauigationem, vt se diceret lunam magis opportunam expectare. Obseruare aliquem. Hinc obseruans, tis, participium. Obseruatus, us, nomen. Obseruantia, æ. Obseruatio verbale. Obseruabilis, e.

Compactus.] a, um, à compingor, cõpositus, coniunctus. Vergilius:

Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Hinc compactio. Incompactum, male compositum. Compactum corpus, crura compacta. Compositum & compactum. Compacto, vel de compacto aliquid agere. Compactilis, e.

CAP. XII.

NUto.] as, frequentatiuum, à nuo est hæsito, titubo, dubito, sæpe signum facio. Hinc nutatio, & nutus, us, masculini generis. Nutus vervvilgũg, vt suopte nutu, & suo põdere ad pares angulos in terrã ferũt.

Nu-

Nutant arbores, nutat victoria. Si fortuna nutabit, in prelio potius, quàm in fuga mortem oppetere. Nutare in re aliqua.

Amygdalus.] Fœmini. generis arbor. Amygdala est nux Græca, quæ & Thasia dicitur. Hinc amygdalinus, a, um, penultima correpta, contra vulgi morem. Serenus: Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibẽdus. Vt amygdalinum oleum. Amygdalites, herba ex genere tithymalli, à similitudine amygdali, nec vllius altiora folia, springvvurtz.

Capparis.] Suidas per duplex pp. scribit penultima correpta, fruticis genus est in oriente simile lentisco, calidę & siccæ virtutis, nascitur in parietinis, id est, muris vetustis, & prodest spleneticis. Columella. Capparis & tristes mulæ ferulæq; minaces. Dicitur & cappar. Palladius: Hoc mense mentha & pastinaca, thymum, & origanum, & cappar.

Vitta.] Est ligamentum capitis: Græci tæniam vocant vittam seu fimbriam. Hinc vitteus, a, um, & vittatus, a, um.

Hydria.] Ab hydor, quod est aqua, vrna ad capiendam aquam. Plautus Latine aqualem eleganter nominat. Hinc aqualiculus, ab aqualico diminutiuum. Persi. Nugaris, cum tibi calue Pinguis aqualiculus pẽso sesquipede extet, id est, ventricosus, q & ventriosus, aqualiculi vasis instar.

¶ Libri Ecclesiastis
FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Cantica Canticorum explicatio.

CAP. I.

Epithalamion.] Carmẽ nuptiale, quod in sponsalitijs canitur, & iuxta Græcismum iugale dicitur. Epithalamius, a, um. Iugalis, le. Hebraice. Sir hasirim, id est, cantio cantionum, vt intelligas eximium cãticum. Libellus à Salomone cõscriptus, quem cecinit instar nubentis sponsæ, & erga spõsum suum, qui est sermo dei, cœlesti amore flagrantis. Adamauit enim eum, siue anima quæ ad imaginem eius facta est, siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse atq; perfectus sponsus, quibus verbis vsus sit ad coniunctam sibi animam vel ecclesiam, hæc ipsa scriptura nos docet.

Osculor.] Significat basior, suauior, sed differunt. Nam osculor officij est. Hinc os, oris, à quo osculũ diminutiuum & aliud ab illo, oscillum. Item osculator, osculatio, & exosculor, exosculatio. Basior honestatis & pudicitiæ. Hinc basio, basiatio, basium, basiator. Sed suauior, aris, significat cum voluptate, aut præ gaudio osculor. Catullus ad Vetaniũ: Lucidum os, oculosq; suauiabor. Ab hoc diffuauior, aris.

Fragrare.] Est odorem emittere, ficuti herbę manibus tritę olẽt. Hic fragrãs, & fragrantia ille odor. Sed flagro ardeo, à flãma.

Cedar.] Regio Arabiæ Saracẽnorum, & Ismaelis filius. Item sunt tenebræ mũdi. Alibi interpretatum est, nigredo, aut tristitia.

Fuscus.] a, um, est niger, & pullus: Fuscus tñ color recedit paulum à nigro, est eñ color in album & nigrũ: theutonica lingua brun. Ouidius: Si nigra fusca vocetur. Hinc fuscum pilum, falernum, cella, caligo fusca, laterna, vox fusca dicimus.

Gena.] Est idẽ, quod mala, dicta gena, quod in his pili gignantur. Hinc diminuti. genula. Genauius, gulosus. Obsoletum.

Monile.] Gutturis ornamẽtum, quod solet de virginum collo pendere, Græce ormiscos dicitur. Non solum hominum, sed & equorũ, teste Festo.

Murenule.] arum, sunt colli ornamenta flexuosa, murenarum instar, & catenæ ex auro, quibus mulieres decorantur. Et potest esse diminutiuum à murena pisce. Tantum in sacris Biblijs legitur.

Vermiculatus.] a, um, à vermiculari, quod est opera minuta facere. Et vermiculata opera dicuntur, quæ paruis testulis elaborata sunt, qualia musaica, vel museaca vocãtur, verschroten vverck.

Accubitus.] Ipse accubandi actus, ab accubo, as. Hinc accubitorium. Græce dicitur anaclinterium, lectulus in quo interdiu quiescimus.

Nardus, & nardum.] Frutex graui & crassa radice, sed breui ac nigra, aspero sapore, folio paruo, densoq;. Hinc nardinum, vnguentum ex nardo factum. Nardus Celtica. Nardus pistica, id est, fidelis. Nardospharum, nardus maioribus folijs. Nardina pyra ab odore sic dicta.

Fasciculus.] Diminutiuum paruus fascis. Accipitur & p olfactariolo, quod in manibus subinde ferunt magnates.

Botrus.] Vua, & racemus integer vuæ, qui & botryon, & botrys.

Cyprus.] Insula in Crapathio mari.

Hæc

Hæc Veneri est sacra. Hinc cypria dea Venus dicitur à poetis. A quo cyprius, a, um. Etiam est vua florens, vt hic.

Engaddi.] Alij engedi scribunt in tribu Iuda, & interpretatur fons vel oculus hœdi, & est hodie vicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum, vnde opobalsamum venit. Item ager est Engaddi terræ Iudææ, non tam vineis, quàm balsamis florens.

Laqueare.] Per Apocopen laquear, & laquearium, dicitur camera, testudo, fornax, hoc est, superior pars cubiculi. Aliquando pro trabe ponitur, vt: Laquearia circum tecta volantes, inquit Horatius.

Cyparissus.] Per Synæresin (id est, contractionem) cypressus, vel y in v, cupressus arboris nomen. Hæc arbor natu morosa est, & Plutoni sacra. Ab his fiunt possessiua cyparissinus, cypressinus, & cupressinus, a um. Cyparissia, genus tithymalli omnium maximum, quod Tithymallus cyparissus vocatur, eyn gattung hundtsmilch.

CAP. II.

Lilium.] Genus herbæ & floris albi coloris apud nos, de qua apud rei rusticæ scriptores fit mentio quomodo seratur. Hinc liliaceus, a, um, vt corona liliacea: & lililetum, locus in quo liliorum copia est. Sed hic lilium conuallium, vernacule, eyn meye bloumlin.

Malus.] Fœminini generis arbor pomifera, malum fructus eius. Hinc malinus, a, um.

Fulcio.] Munio, sustento, fortifico. Hinc fultura, sustentatio, fulcra, spõdæ sunt lecti, & bases.

Stipo.]as, rimas obturo, condenso. Hinc stipatores, qui naues stipant, & stipatorius, a, um, quod ad stipandum pertinet. Significat etiam circũdare aliquem defendendi causa, vt: Hic ẽ militibus stipatus. A quo constipo & constipatus, a, um, constipatio.

Læua.] Manus sinistra, quam Græci σκέ ῳ dicunt. Hinc leuus, a, um, cum de humanis loquimur, significat contrarium. Vergi. Si mens non læua fuisset. Si vero de cœlestibus, prosperum denotat. Idem lib. quarto Georgicorum: Numina læua finut, id est, prospera. Dictum alias fusius.

Putatio.] A puto, as, quod proprie significat, falsa, superflua, & infructifera, ex q̃ cumq; re à vitis & fertilibus reseco, & purgo, deputoq;. Hinc putari arbores dicuntur. Vnde arborum purgatores, putatores dicũtur. Putamen est rerum purgamentum. Putamen nucis.

Grossi.]orum, tantum pluratiuo numero, dicuntur ficus antequàm matureſcãt. Alij dicunt grossos esse ficus, qui non maturescunt. Primitiuæ ficus, id est, præcoces, seu (vt neoterici vocant) flores, Græci prodromos vocant, id est, præcursores.

Cauerna.] Concauitas quædam terræ, vacua atq; obscura, Græce crypta. Hinc cauernosus, a, um, & cauernula diminutiuũ.

Maceria.] Est murus sine cæmento.

Bethel.] Vrbs Samariæ, quam Iebusæi condiderunt, quæ prius vocabatur Luza, & domus dei interpretatur.

CAP. III.

Lectulus.] Vel lecticulus, diminutiua sunt à lectus, qui dicitur (vt Varro inquit) quod lectis herbis, & frondibus stramenta facerent. Aliquando capitur pro mẽsa conuiuarum, qui & discubitorius & triclinarius vocatur. Hinc lectisternium, & lectisterniator nota sunt. Lectica, lecticula, lectisarius, lectariola, q̃si parua lectica. Martia.

Aromata.] Plurale tantum, Latine odoramẽta. Hinc aromatarius qui ea vendit, Græci aromatopolam vocãt. Aromaticus, a, um. Aromatites, æ, penultima pro. in g. gemma quæ in Arabia gignitur. Aromatites, vinũ, Hypocras, clareet, gevvurtzt veyn.

Pigmentarius.] Qui aut facit, aut vendit pigmenta. Est & adiectiuum pigmentarius, a, um, quod ad ea pertinet. Pigmenta, malfarb. Pigmentum, ti, angestrichen farb. Pigmenta per translationẽ dicũtur mendacia, & fraudes.

Libanus.] Montis nomen, sæpe dictũ. Est & arbor, quæ producit thus, & pro thure ponitur. Hinc libanicus, a, um, hoc est, thureus, & libanotis, herba, rosmaryn.

Reclinatorij.] Lectus ẽ, vbi reclinamus, hoc est, discubitoriũ: Græce anaclinterium.

Diadema.] Regium gestamen est. Hinc diadematus, id est, eo ornatus.

Feraulum.] A ferendo, vt fercula pulmẽtariorum, quod mensæ inferantur. Aliquando sumitur pro gestamine, quo pompa deferri solet. Vide Suetonium in Cæsa. Acron docet esse fercula pulpita, in quibus deorum simulacra sint. Hic nõ pro cibis capit. Porro fercula à ferẽdo q̃d in solenni, siue sacroꝝ, siue triũphi ferrerent ac gestarẽt reuerẽter, vt in sacrificijs, ludisq; deoꝝ simulachra, claroꝝ viroꝝ statuæ: in triũphis, imagines vrbiũ deuictaꝝ, arma hostibus detracta, pecuniæ captiuæ, & reliqua spolia. Sic Cicero & Suetonius, & cæteri. At, quæ factis mensæ apponuntur, quoniam lancibus ferunt

solicite

solicite, & quasi reuerenter, fercula nominantur. Hæc Viues.

CAP. IIII.

Galaad.] Mõs est à quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Ammorræorum manu Galaad filius Machir, filij Manasse. Hinc Galaadites penultima producta.

Lauacrum.] A lauo, balneum, in quo quis lauari commode potest. Hinc lauatio verbale. Lauatrinæ olim dictæ sunt, quæ nunc latrinæ.

Gemellus.] Diminutiuum à geminus.

Vergilius:

Modo nanq; gemellos:
Spem gregis ah silice in nuda cõnixa reliqt.

Græce didymus dicitur. Hoc nomine Thomas Apostolus CHRISTI appellatus est, vt suo loco explicabitur vita comite.

Coccineus.] a,um, quod cocci granulo infectũ est, purpureus est color, Scharlach farb. Coccinei acini. Coccinus, a, um, aliud. Coccina vestis. Coccinum substantiuum pro veste coccina. Coccinatus, a, um.

Fragmen.] Et fragmentum, accipi solent pro parte rei fractæ, à frango. Hinc fractio, fractura, fractus participium. Si fractus illabat orbis. Impauidũ ferient ruinæ. Horat.

Malumpunicum.] Idem cum granato est, vt Erasmus inquit in Scholijs super epistolam Diui Hieronymi ad Fabiolam, de vestitu sacerdotum, eyn granatoepffel. Malum Citreum. Malum orbiculatum. Malum Perficum, &c.

Propugnaculum.] Munitio est atq; præsidium, & quasi locus munitus. Vergilius:

Et propugnacula bello
Tuta parant: à propugno, as, propugnaculo esse. Propugnaculum contra omnes meos impetus. Propugnaculum firmissimum. Propugnatio, & tor, verbalia sunt.

Amana, Sanir, & Hermon.] Nomina montium sunt trans Iordanem. Amana interpretatur turbulentus, vel inquietus. Sanir fœtor, vel auis nocturna. Hermon vero anathema, id est, diuisum.

Pardus.] di, animal cuius fœmina pardalis dicit. Vnde & leopardus varij coloris. Hinc Pardalianches, aconitum est. Pardalios, gemma. Pardalium, vnguenti genus. Pardalus auiculæ genus. Pardus eyn panterthier.

Distillo.] Est deorsum stillo. Est & paulatim fluere. Hinc fluxus capitis distillatio dicitur, Græce catharrus & pituita. Item est guttatim humorem trahere. Hinc distillare herbas dicimus: à quo distillatio, & distillarius, eyn vvasser brenner apud Senecam.

Emissiones tuæ paradisus.] Paradisus quippe voluptas est, & oblectatio. In paradiso in quo locatus erat homo, non tãtum corporis erat ingens, sed animi multo maxima voluptas, sine qua corporalis illa nõ modo nulla, sed contra potius amarissima fuisset. Ex animo enim fons est omnis oblectationis, qui si mœret, quid in hoïe lætũ erit?

Crocus.] Puer & flos. Safranum vulgo vocant. Crocum herbam, & venatorẽ fuisse dicunt, & pro sagittario ponitur sydere. Hic croceus, a, um. vt crocea vestis. Hic color & flammeus dicitur, à quo croceatus, a, ũ. Crocotulæ vestes coloris crocei. Crocinus, a, ũ. pen. cor. idem quod croceus. Crocotarius, huiusmodi vestium infector. Et crocotularius. Crocatius, a, um. aliud adiectiuum, idẽ cum crocino, vt crocinum semẽ. Crocomagma, die abgerebene seslin von saffran.

Nardus.] Fistula, myrrha, aloe, cinamomũ genera aromaticoꝝ oñia explicata sunt alibi: quid opus toties repetere? Nam: Occidit miseros crambe repetita magistros Horatio teste.

CAP. V.

Meto.] Id est, seco. Et tam de vua, & alijs rebus, quã de segetibus dicitur. Verg. Postremus metito. i. vindemiato. Lactantius lib. v. Qui virilia sua ferro metat, id est, abscindat, secet. vt frumentum metat. Metitur cardamomium eodem modo & in Arabia. Purpureosq; metunt flores. Mihi isthic nec seritur nec metitur, adagium.

Cincinni.] Capilli dicunt, q intorti sunt. Hosce Martial. annulos vocat, dicens. Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus. Hi & cirri dicuntur, krauſshar locken. Hinc Cincinnatus, a, um. cui intorti sunt capilli.

Pessulus.] Quasi paruus pes. Instrumentum quo ostiũ clauditur. Hic & obex, & repagulum, & vectes dicitur. Hinc oppessulata ianua. i. pessulis obfirmata, ein Rigel.

Liquefactus.] a, ũ. à liquefio siue liquesco idẽ, qd liqde ac molliter fluit olei instar. Sed eliquo, as, are. pertinet ad similitudinẽ auri, smeltzen. Si qs velit paulo longius hic philosophari, eliquantur charitate boni, vt hoc loco: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Sed hæc pſequi si qs hic voluerit, nullus erit finis, nec argumẽtũ postulat. In sacris exponendis cõmodius ista.

Tornatilis.] Et hoc. le. quod torno factum, & politum est. Hinc tornare &c.

Hyacinthus.] Est & flos huius nomi-

nis

nis, & gemma ob coloris similitudinem, ceruleus enim est lapis, vt flos. Hinc hyacinthinus, a, um, penultima correpta. Alias explicatum.

Sapphirus.] Penultima producta, cœli colorem habet, gemma est preciosa. Hinc Sapphirinus, a, um, vt lapis Sapphirinus.

CAP. VI.

CEncubina.] A concumbo, quod simul dormio significat. Per translationem de re Venerea dicitur. Vnde concubinus, vel concubina penultima producta, quod simul cubent, dormiantq; eyn Krebs vveib. Concubium, concubitus, us, concubitor in sacris Bibliis, concubinatus, us, vitium.

Auroza.] Ipse solis ascensus est, id est, prima pars diei, alij diluculum dicunt. Est & proprium nomen, Poetis dea, vxor Tithoni.

Conuallis.] Planicies est ex omni parte comprehensa montibus vel collibus, eyn rundt taal. Interiectæ collibus conualles. In media conualle duorum montium.

Aminadab.] Filius Aram, & interpretatur populus spontaneus.

Sulamitis.] Penultima producta. Sonat apud nos, quicūq; morietur, siue mortificat: verius perfecta & integra interpretatur. Alij per n scribunt, sed melius per l, vt à Iudæo ipse didici, modo verum dixerit.

CAP. VII.

CChorus.] Cum h, significat conuentum & multitudinem. Nam multorum vocibus & concentu constat, vt Seneca, & Macrobius tradunt. Hinc choragium schavvspyll. Choragus, dux chori. Choraula, es, qui ad chorum canit.

Crater.] eris, penultima producta in obliquis generis masculini in accusatiuo craterem, vel cratera, vnde nominatiuus cratera crateræ. Craterites gemma inter Chrysolithi, & electri colorem, genus vasis, cupa grādis, & patens. Item foramē in monte Aethna, per quod ignis euomitur. Item in fontibus dicitur receptaculum, quod & labrum vocatur. Et signum cœleste.

Esebon.] Interpretatur cogitatio, siue cingulum mœroris. Oppidum Moab.

Nasus.] Ea pars capitis, quæ e superciliorum confinio oriens, & quasi æquali porrecta iugo, vtranq; aciem simul, & discernit & munit: duo eius spiramina nares vocantur. Aliquādo pro dicacitate ponitur. Hinc dicimus, habere nasum derisorem. Martial. Non cuiq; datum est habere nasum. Et pueri nasum rhinocerotis habēt. A quo nasuti, & nasutili, dicaces irrisores. Martial. Nasutus sis vsq; licet, sis deniq; nasus. Nasutius cōparatiuus, vt: Nil nasutius. Apuleius: Nasutula mulier ac dicacula. Adagium: Naso suspendere, est deridere. Horatius: Naso suspēdis adunco. Persius: Rides ait: & nimis vncis naribus indulges. Denasare verbum, dey nasen ab havven,

Carmelus] Montis nomen, Hebraice Chermel, interpretatur far contritum, campus syluestris. Carmelus penultima producta mons Galilęę, & alter iuxta Ptolemaidē.

Mandragore] Duo genera sunt, candidus, qui mas: & niger, qui fœmina. allaun

CAP. VIII.

CConditum] A condio, is, ire, penultima producta, quod est sapidum facere. Hinc cōdimēta dicunt, quę ad cōdiēda obsonita fiunt. Hinc adagium: Optimum condimentum fames. Conditura, idem quod condimentum. Sed conditus, a, um, à condo penultima correpta.

Mustum.] Non solum vinum nouum dicitur, sed etiam quicquid nouum recensque est, fryss ader manst. Plautus mustam iuuencam dixit. Nęuius virginem mustam. Hinc musteus, a, um, vt poma mustea.

Martialis:

Musteus est, ppera, charos ne differ amicos.
Nam mihi cum vetulo est petasone nihil.

Item mustaceus, cei, eyn mustkuchen, mustarius, a, um, vt mustarius vrceus, mustulentus a, um, idem quod musteus.

Signaculum.] Proprie est signū alicui rei impressum, vt lateat quousq; reseratur.

Lampas.] Fax, ignis, aut solis splēdor. Sæpenumero capitur pro instrumento, in q̄ ignis in oleo lucet, hoc ē, lucerna olearia.

Auscultо.] Cum accusatiuo significat audio. Item aspicio, cerno. Auscultare autem veteres dixere pro osculari. Hinc auscultatio. Adagium: Coricæus auscultauit, Græce. κωρυκαῖος ἠκροάσατο. Vbi quis id quod agit, conatus dissimilare, tamen à curiosis deprehenditur. Vnde natum sit Adagium lege Strabonem, & Zenodotum, à Coryco monte, &c. Chiliades adagiorum affatim suppeditabunt.

¶Libri Canticorum
FINIS.

Præfa-

PRAEFATIONIS IN LIBRVM Sapientiæ expositio.

HIc liber apud Hebros nusquàm est: idcirco non Hebraice, sed Græce æditus: est tamen liber maiestate plenus. Porro hic liber creditur Philonis Iudæi Alexandrini, q vixit temporibus apostolorum, quibus & amicus fuit, tanta in Græco sermone facundia, vt de illo Græci dixerint, ἢ φίλωμ πλατωνίζει, ἢ πλάτωμ φιλωνίζει, hoc est, aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat.

Sapientia.] Est rerum diuinarum, atque humanarum scientia. Græce sophia dicitur. Et qui eam profitetur, sophus, id est, sapiens appellatur. Quod nomen inditũ fuit illis vñ. clarissimis viris Periandro Corinthio, Thaleti Milesio, Soloni Atheniẽsi, Chiloni Lacedęmonio, Pittaco Mythilenæo, Bianti Pryenæo, Cleobulo Lydio. Sed postea Pytagoras nomen illud sophi fugiens, philosophum se, id est, sapientiæ amatorẽ voluit nominari.

Stylus.] Hoc loci ipsa phrasis est. i. dictio, & filum, atq; orationis character. Hinc epistylium, capitellum dicitur.

Redolet eloquentiam.] Hoc est, sapit, & præ se fert, spirat.

Philo.] Philosophus Hebræus, Iudæorum disertissimus Alexandrinus, quem de Sapientia librum scripsisse vnum testatur diuus Hieronymus in Catalogo Ecclesiasticorum scriptorum. Fuit & alter Philobiblius, vt Eusebius libro Euangelicæ præparationis asserit. Hos Porphyrius libro iiñ. magnis laudibus decorauit.

QVARVNDAM DICTIONVM in Sapientiæ librum explicatio.

CAPVT I.

IVstitia.] Inquit Cicero, est animi habitus, communi vtilitate seruata, suam cuíq; tribuens dignitatem. Differt autem à iudicio, & ab æquitate. Nam iustitia actio recta est, iudicium discretio boni & mali, æquitas rectitudo mentis intelligitur. Sed apud Theologos iustitia omnis virtus est. Sic dicimus: Iustus homo, id est, virtuosus. Item iusta sunt sacrificia, quæ mortuis impenduntur: alio nomine dicuntur exequiæ, inferiæ, & parentalia. Vide Budæum in Pandectas.

Fictus.] a, um, à fingo est simulatus, hypocrita, fucatus. Hinc fictitius, a, um, quod fictum est, hoc est, simulatum, vt oratio fictitia, id est, excogitata.

Medicamentum.] Medicamen, medicina & medela, idem significant, scilicet id quo quis curatur. Inde medicamentarius qui medetur, medicus, medicabile, medibile idem. Medicinalis, & hoc le. Iatros Græce medicus dicitur. Iatria medicina. Chirurgus fuerat nunc est Vespillo Diaulus. Martialis.

Exterminium.] Ab extermino: quod significat expello, & extra terminos mitto. Aliquando demolior. Hinc exterminium, est expulsio, exitium, demolitio. Item exterminatio, & exterminatum aliam habent significantiam. Exterminator, exterminare, vertreiben, vt exterminare vrbe, atque agro. Exterminare ex hominum communitate, bannen. In totum exterminare. Exterminare quæstiones, vervverffen.

Accersio.] Quarti ordinis, verbum actiuum, significat voco. Liuius lib. iiñ. Placere itaq; patrem accersire. Salustius: Postremo Syllam accersiri iubet. Idem est quod accersere, deriuatum ab accio, significat ire ad vocandum, vel vocare, vt accersere ad se aliquẽ. Hinc me accersas. Aliũde accersita, &c.

CAPVT II.

VEstigium.] Pedis impressio, vel signum à pede relictum. Ponitur interdum pro extrema pedis parte. Per translationem p quocũq; rei gestæ indicio, seu signo. Hinc vestigo penult. producta quæro, indago, scrutor, inuestigo, peruestigo composi. penult. producunt.

Nebula.] Vapor e terra atq; aquis surgens, quę siue statim euanescit, siue in altum sublata, conuertitur in nubem. A nebula deducitur nebulosus, a, um, quod est nebulis plenum. Porro nebula à Græcis deducitur νεφέλη, à quo per diminutionem νεφέλιον, parua nebula dicitur. Nubes quocunque tempore fieri possunt: nebulæ nec æstate calida, nec nimio frigore existunt. Hinc nebularium ædificium, à subñcienda messe per nubilum tempus. Nebulones, sunt tenebriones, nugatores, & nullius momenti, aut

precŋ homines, vani, quod non facile perſpici poteſt, quales ſint, quaſi nebulis obtenebrati, vel quod mendaciŋs ac verſutiŋs ſuis nebulas quaſdam effundant: vel quod ad fugam fugitiuis, & ad furta nebulæ ſunt accõmodatæ. Lucilius: Nugator quidem, ac nebulo fit maximus multo. Hinc Adagia: Nebulas diuerberare, dicitur qui vel in re ſtulta vel quæ fieri non queat, fruſtra ſumit operam. Aliud: Nebulæ in pariete, has, pro re nihili, ſomnŋq; ſimillima, dixit Auſonius. Item per nebulam recordari, per ſomnium meminiſſe, perq; caliginem videre, prouerbio dicimur, eas res quarum ambiguã quandam, ac tenuem, peneq; euanidam memoriam, aut intelligentiam obtinemus.

Pratum.] Eſt, in quo ad fructum percipiendũ falce dũtaxat opus eſt, eyn vviesz. Prata etiam dicuntur, quæ nunc viridia, vt plurimum buxo, & lauro frequentata. Hinc pratenſis, & hoc pratẽſe, quod ex prato eſt, vt fœnum pratenſe, & flos pratenſis, &c.

Luxuria.] Luxus, luxuries, non ſolum res Venerea, ſed etiam omnis ſuperfluitas, & nimia profuſio rerum eſt. Hinc luxurioſus, & luxurio, & luxurior, vti: Luxuriant animi rebus plerumq; ſecundis. Luxurioſe aduerbium.

Veteranus.] Quandoque veterem ſignificat, quandoq; legionarium, vel eum qui honeſte aliquando militauit, & iam eſt emeritæ militiæ.

Circumuenio.] Circundo. Aliquando circũmunio. Interdum decipio, ſeu inſidiŋs inuoluo, vt hic. Nonnunquàm opprimo. Hinc circumuentio, & circũuentus, a, um.

Diffamo.] Penult. prod. eſt per diuerſas partes famam diuulgo, ſpargo. Et in malum ponitur ſubinde, & alibi plerunque. Hinc diffamatio, & diffamatus, a, um, traductio eſt, & delatus. Græce tamen diaphemiſin nõ ſonat in malã partem. Infamo, as.

Malitia.] Pro omni vitio, maloq; ponitur, vt Græci κακίαν, quod verbum Cicero volumine tertio de finibus vitium ſe male interpretari dicit, quàm malitiam. Nam eſt hæc certa vitij ſpecies contraria rectæ & honeſtæ ſimplicitati, aſtutiæ, fraudumq; mater. Hinc malitioſus, a, um, & malitioſe aduerbium.

Diabolus.] Latine criminator, calumniator dicitur. Hebraice Satan. Hinc diabolicus, a, um.

CAPVT III.

Manus.] Multa ſignificat, hic pro poteſtate capitur. Eius diminutiuum eſt manicula. Hinc adagium: Illotis manibus, pro eodem: Illotis pedibus, hoc eſt, pro phane, irreuerenter. Manumiſſio, manualis, e, vt Scapi manuales. Manuarius, a, um, vt æs manuarium. Manuleatus, a, um. Homo manuleatus. Manulearius ſubſtantiuum: qui veſtes manicatas facit. Plautus: Manubrium, capulus, manubriolum, ſcalpella. Celſus: manubiæ, arum, pluraliter tantum, ſpolia. Manubialis, e, vt pecunia manubialis. Manubinarius, manubiarum particeps. Obſoletum.

Tormentum.] Supplicium, cruciatus, qui fit ad veritatem perquirẽdam à torquendo. Hinc tormentum bellicum, machina, qua ſaxa, tela, & id genus varia torquentur. Hoc & tortum dicitur, Pacuuio teſte. Horatius: Inuidia Siculi non inuenere tyranni Tormentum maius.

Holocauſtum.] Id eſt, ſacrificium, totum exuſtum, Græca vox eſt compoſita.

Arundinetum.] Locus vbi arundines conſitæ ſunt, vel creſcunt, ab arũdine. Hinc pro ſagitta. Arundineus, a, um. Arundinaceus, a, um, ſimile arundini.

Spado.] Et eunuchus Græce, dicti omnes ſunt, in nullo differentes, niſi quod elegãtius, & magis Atticum eſt eunuchum, quàm ſpadonem dicere. Fit autem à ſpao, quod eſt aufero, euello, quod ab eo pars maxima virilitatis auferatur, hoc eſt, vi exectus dicitur ſpado. Eunuchus, cubilis eunſtos eſt Latinis.

Thorus.] Lectus dicitur. Hinc torulus, paruus lectus. Quidam ſine aſpiratu ſcribunt, & melius, vt Venarum tori. Toroſus, a, um, vt toroſa herba. Vitis toroſa, knorrachtig.

CAPVT IIII.

Incoinquinatus.] a, um, ab in, & coinquino pe. cor. manat, hoc eſt, impollutũ, mũdum, immaculatum, vnvervvuſt, rhein.

Multigenus.] a, um, eſt multiplicis generis. Plinius lib. x. Multa hæc, & multigena terreſtrium, volucrumq; vita.

Adulterinus.] a, um, poſſeſſiuũ ab adultero. Hoc eſt, falſum, fictum, ſimulatum, vt clauis adulterina, eyn ditterich, moneta adulterina, &c. Adulter, adultero obſoletũ, idem adulteror, aris. Adulteratus nomẽ ex participio, adulterium. Committere adulterium. Adulterium mercis. Adulterinũ, eyn baſtart.

Faſcinatio.] Idem quod faſcinum, vel faſcinus: vnum pro alio ſæpe ponitur, incantamẽti quoddam genus: proprie eſt animalium

lium per incantationem, aut veneficum aspectum extenuatio,& corruptio. Hinc fascino,& effascino est maleficium infero,bezauberen.

CAPVT V.

Angustia.] Proprie strictitudo, quæ tam ad animum,quàm ad corpus pertinet. Angustus,a,um,est strictus: à quo angusto,as, & coangusto, id est, constringo. Anguste aduerbium.

Improperium.] Criminis exprobatio est,ab impropero,as. Improperatus nomẽ.

Insensatus.] a,um, est fatuus, rudis, stolidus, parumque cordatus, stupidus, & sine sensu, Græce ἀνόητος appellatur. Insensilis, e, insensibilis,le.

Insania.] Stultitia, quæ & insanitas dicitur,ab insanio,is,quod tamen quandoque significat carmen componere. Vergilius: Insanire libet. Nam insani enthei dicuntur, id est,deo pleni,& numine quodam acti. Hinc insanum aduerb. & insane. Esuriens insane ait Plautus. Insanabilis, e.

Carina.] Pars nauis, & ipsa nauis concauitas, licet quandoq; pro tota naui ponatur. Hinc carinare est in modum carinæ formare. Et carinatum,concauum. Aliquando est probra obijcere, vti carinantes, infimæ sortis homines propemodum solent, quasi e plaustro loquentes,der schiff bodem. Carinatus participium, carinatim.

Lanugo.] Tenera pilatio, à lanæ similitudine,qualis in adolescentum genis,& pubibus,pectinibusq;, & in pomis quibusdam cernitur. Hinc lanuginosus,a,um.

Spuma.] Sordes earum rerum à quibus ejicitur. Vergilius: Spumas salis ære ruebant. Hinc spumeus,& spumosus,a,um. Spumo,as, & despumo. Persius: Stertimus indomitum,quod despumare falernum Sufficiat: à quo spumula. Spumatus,a,um. Cicero I. de Diuinat. Saxaq; caua salis niueo spumata liquore, à spuo,is,ere.

Thorax.] Latine pectus, & est munimentum pectoris,siue laneum,siue ferreum sit. Statius lib. Thebaid. Propugnat pectora thorax. Hinc thoracatus,a,um. Subuculæ thorax, bruſtlaetz.

Eremus.] Penultima producta & teste Dionysio Nestore,sine h. scribitur, significat desertum. Hinc eremita. Eremiticus,eremitanus, a, um.

CAPVT VI.

Horrendum.] Ab horreo, es, quandoq; significat stupidum. Hinc horrende aduerbium,id est,stupide, mire. Horribilis,e, horridus,a,um,horror,horriditas, horridulus, horrisonus, a, um, horrificus, a,um, horrifico, as, horrens,tis, horrifer,a, um,horresco,is. Horripilare apud Apuleium pro horridiore, asperioriq; pilo fructificare. Horripilatio.

Cruciatio.] Idem quod cruciatus,cruciamen,& cruciamentum,à crucio,as.

Marcesco.] Est putresco, à marceo, putreo. Hinc marcor,& marcidus,a,um.

Sceptrum.] Virga qua reges vtebantur. Accipitur hic pro regno. Hinc dicimus sceptriger, qui & caduceator.

Sacramentum.] Est quod iurisiurandi sacratione interposita geritur. Item militare signum. Sed Theologis est sacræ rei signum. Hinc milites à Iuuenale hoc versu dicuntur: Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramentorum.

Stabilimentum, ti.] A stabilio videt deduci, vel stabilimine, est firmamentum,& stabilitas, siue basis,& fulcrum, sponda q;.

CAPVT VII.

Ergo.] Coniunctio illatiua, seu completiua est, quæ minoribus adhibetur clausulis, sicut igitur. Aliquãdo inceptiua, quandoq; hortatiua. Nonnunquàm aduerbium est,& ponitur pro causa, vt veni peregrinationis ergo, id est, causa peregrinationis. Vergilius: Illius ergo Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Inuolumentum.] Est implicamentum, quo quis inuoluitur, ab inuoluo, is: sicuti infantes in panniculis. Hinc inuolumen & inuolucrum.

Vt sciam dispositionem orbis terrarum, &c.] De scientia dei, inquit Paulus, omnia esse oculis eius aperta, & nuda ad Hebræos iiij. Tempora em̃ omnia sunt præsentia deo, nihil venturum, nihil transactum. De rebus ergo vniuersis ita statuit, ac de præsentibus sic agit, sic cognoscit: neque ille vt nos ab hesterno die transit in hodiernum, ab isto in crastinum veniet. Non recipit has angustias, vel illa potentia, vel illa essentia. Præsens est illi tota sua æternitas, quanto magis hæc nostra perexigua tempora: & tamen q mentes creauit nostras, tempus etiam condidit nostris captibus aptum,& qui quemadmodum nos videmus videt, non tamen sicut nos videt, aut nouit. Præstabit hic in tanta materia philosophari non deficiente argumento, an cum Paulo in admirationem exclamare: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei.

Fictio.] A fingo, is, simulatio est, & fu-

cus,hypocrisisq;.Hinc fictus,figmentũ,&c.

Speculum.] Instrumentum illud vitreum,in quod aspicimus,ac speciem, id est, imaginem nostram contemplamur.Hoc & speculare,& per apocopen specular, & specularium dicitur: Græce ἔσοπτρον dicitur. Hinc specillum.Conspicilium eyn brill.

Prophetes.] Vel a,vates,& prædictor, qui futura prænunciat.Hinc prophetia, vaticinium futurorum, & prædictio ipsa.

CAPVT VIII.

Malitia.] Vitium virtuti, & bonitati omnino contrarium,Græce κακία dicitur,frequenter pro versutia capitur. Hinc malitiosus,a,um.Explicabo clarius,vita comite. Matth.vi.

Generosus.] a,ũ, q̃d est nobile, & ex præclaro genere.Aliquando forte. Hinc generositas,nobilitas.Columella lib.iiij. Certam generositatis fidem non habet, de vitibus loquens.A quo generose aduerb.

Contubernium.] Verbum castrense, quemadmodum scribit Vegetius de re militari libro ij.vocabatur manipulus,eo quod iunctis manibus dimicabant. Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. Hinc contubernales,sodales,& contubernalitas, sodalitium,sodalitas.

Monstrum.] Est signum quod aliquid monstrando signet. Donatus: Monstrum est omne contra naturam. Hinc monstrum (prouerbialiter) alere dicimus,vbi quid occulti vitij latere significamus. Hinc monstriferum,& monstrificus,a,ũ,monstrifice,mõstratio, monstrabilis, e, monstrosus, a, um, monstrose.

Euentus.] us,vel ti, id dicitur quod à fortuna,aut casu nobis euenit,tam in bonũ, quàm in malũ. Dicitur & euentum neutro genere. Ouidius: Careat successibus opto, Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Non possem esse continens.] Tam penitissime visceribus nostris hæret Venereæ rei cupiditas,tam ingenitus est à natura nobis ille appetitus, quem subtilissime magna illa artifex omnium animantium pectoribꝰ indidit,quo vel aliud agentes stirpem propagaremus,vt ne cogitare quidem de explẽda cupiditate illa possimus, quin voluptate nescio qua occulta tangamur, quam plericq; minimum veniale peccatum esse volunt.

CAPVT IX.

Assestric.] Verbale ab assessor, quæ iuxta sedet. Vide Bebelium. Hinc assessura,æ. Vlpianus de Proxenetis. Assessio actus ipse assistendi. Assideo,es.

Sobrius.] Dicitur homo sanæ mentis,quasi ab ebrio separatus. Terentius: Tu pol homo non es sobrius. Hinc aduerbium sobrie,vt hoc loco: à quo sobrietas.

Sedes.] Locus in quo sedemus, quæ & sella,& sedile dicitur.Aliquando pro habitaculo, ac domicilio ponitur. Interdum pro sepulchro. Nonnunquàm pro podice, & ani circulo,honor sit auribus. Huius diminutiuum est sedicula.Sedentarius,a, um, vt ars sedentaria, & sedentarij, qui & sellarij.

Prospectus.] us, est ipsa longa visio. Vergilius: Non animum modo vti pascat prospectus inanem. Hinc prospecte aduerbium,id est,consulte. Sed prospicientia est cura & prouidentia,à prospicio,siue prospecto: hinc prospicienter,fursichtiglich. Prospectum adimere. O præclarum prospectũ, puteolos videmus,&c.

CAPVT X.

Delictum.] Peccatum à delinquo,is, quod is qui peccat derelinquat officium suum,vt delinquere aliquid,delinquere erga aliquem,delinquere in vita. Hinc deliquium.Delictum minus est quàm pctm̃.

Limus.] Lætamen, seu cœnum illud mollius,quod ab aquis fieri solet.Hinc limosus,a,um, vt limosa aqua, limosa radix. Et illimis, & hoc le, penultima producta, sine limo. Item limus est genus vestis. Item limus obliquus, transuersus, obtortus, vt limis oculis aspicere,vel intueri.Limulus adiecti,diminutiuum.

Pentapolis.] Regio est quinq; ciuitatum. Sicut decapolis decem ciuitatum, heptapolis septem,&c.

Profugus.] a, um, media correpta, q̃ longe aliquo fugit, procul à finibus suis vagans. Hinc profugium. Perfuga,æ, communis generis.

Casa.] Domus, à cauatione dicta, autore Festo: Nam antiqui cauatas rupes inhabitabant. Eius diminutiuum est casula. Hinc casaria, dicitur mulier quæ casam custodit. Adagium: Ita fugias, ne præter casam, hoc est, ne sic aliquod vitium fugiamus,vt in aliud maius incauti inuoluamur.

CAPVT XI.

Traductio.] A traduco, plura significatt hic pro morte ponitur, vt traductio temporis. Hinc traductor ad plebem. Tradux, cis, penult.correpta.

Inspe-

Insperate.] Aduerbium ab insperatus, hoc est, inopinate, improuise: dicitur & insperato. Ex insperato, idem quod ex improuiso.

Lesura.] Est idem quod læsio à lædo, is. Ouidius: Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, Omnibus vnca cibis æra subesse putat. Læsus participiũ, vt læsus dente serpentium.

Extermino.] Est extra terminos mitto. Aliquando demolior significat. Hinc exterminatio, & exterminium. Dictum alias.

Antelucanus.] a,um, quod est ante lucem. Cicero: Ex antelucano tempore vsq; ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa. Hinc antelucani venti, qui aut ex fluminibus, aut ex aliquo sinu feruntur. Item anteluco, & antelucor, significat ante lucem vigilo. Anteluco, & anteluculo apud Apuleium, id est, ante lucem.

CAPVT XII.

Exerro.] Est valde erro. Cyprianus ad Ianuarium: Ne quis exorbitans, & à via veritatis exerrans, apud hæreticos iungeretur. Compositum ab erro, as.

Necator.] A neco, est occisor, interemptor, homicida, &c.

Vespa.] Animalculum volatile, apiculæ simile, quod vesperi muscas venetur in cibos. Hinc adagium: Vespa cicadæ obstrepit, cum impotentior potentiorem adoritur, eyn vvespe.

Vlinder.] Vltor iniuriæ, & qui alterius causam suscipit vindicandam: quos nunc procuratores vocamus, num recte iudicent alij. Hinc vindicta, est vltio, & vindicare vlcisci. Vindiciæ, vindiciarum, vindicatio, vindico, as.

Tyrannus.] Olim in bonam partem, nunc in malam pro crudeli accipimus. Hinc tyrannis, sæuum ac crudele imperium: tyrannoctonus, Latine dicitur tyrannicida. Præterea ex Lodouico Viue hæc addam: Olim, inquit, veteres reges omnes, principesque etiam iustissimos, tyrannos appellabãt, vt apud Vergilium & Horatium. Nam & ipsum nomen, quod Græcum est, principatum tantum modo significat. Plato: Qui vnus recte administrat ciuitatem vocatur τύραννος καὶ βασιλεύς, hoc est, tyrannus & rex. Festus libro xviij. Tyrannos dictos putat à Tyrrhenorum præcipua crudelitate. Sed illinc puto potius, quod introducta ab Athenienſibus populari administratione, & eos postea multis ciuitatibus æmulatis, cœpit tyranni nomen in odium adduci. Et tyranni vocati sunt, qui suis commodis imperarent nõ publicis: tamen & à Romanis istud profectum, apud quos ingens fuit odium regis regnique, sed & in Græcia quisquis in ciuitate dominabatur, quæ soleret esse libera, tyrannus dicebatur, non rex.

Exterus.] a,um, idem quod exter, externus. Vergilius: Et nos fac extera quærere regna. Alibi expositum.

CAPVT XIII.

Citatus.] Vocatus, celer. Apuleius: Citato non testudineo gressu. Dicitur & citus, celer. Salustius: Citus modo, modo tardus incessus. Hinc citior, citissimus. Item cito aduerbium citius, citissime. Hinc: Citis quadrigis prouerbialiter loquimur, pro eo quod est, quàm ocyssime: & Iouis quadrigis.

Persuasum habere.] Est cognoscere, & exploratum, atque compertum habere, à persuadeo, es. Persuasus, sio, sorius, sibilis, e, sor, persuastrix.

Erado.] Est extra rado penultima producta. Columellam vide libro iij. Postea surculos, quos inserere voles eradito. Erasus participium.

Comparo.] as, significat adæquo. Terentius: Ah, ne comparandus hic quidem ad illum est. Sic hoc loco capitur: reliqua significata supersedeo. Hinc comparatiuus modo dicitur, & comparatio. Comparate aduerbium, comparabilis, e.

Fucus.] Genus insecti, & apis, sine aculeo, quod non mellificat, sed mella consumit. Vergilius: Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Hoc etiam nomine dicitur herba secundum Seruium, qua tinguntur vestes. Et fucus, color ceruleus. Hinc dicimus: fucum facere, hoc est, dolosa imagine decipere. Et per translationem pro fraude capitur, vt in adagio dictum est, à quo fucare, fucatus, a,um, fucosus, a,um, vt fucosæ merces, fucosæ amicitiæ.

CAPVT XIIII.

Iterum.] Aduerbium, id est, rursus. Interdum significat secundo. Cicero: Primum quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertio turpe. Dicimus eleganter, iterum atq; iterum, vt te iterum atq; iterum rogo, obsecro, oro, vt id negocij quod delegatum est, bona fide exequare.

Ferus.] a,um, atrox, seuerum, crudele, & qui ferinum animum habet. Vergilius: Ferus omnia Iupiter Argos Transtu-

lit. Hinc feritas, id est, diritas. Semiferus penultima correpta, vt animalia semifera, ex apro & sue. Perferus, valde ferus, efferus, a, um.

Ratis.] Vel rates secundum Probum efferri potest. Abusiue à poetis pro naui, carina, ponitur. Vergilius: Dissecitque rates, eyn flotz.

Gigas.] Proceræ, & altissimæ staturæ vir, & terræ filius à vatibus fingitur. Hinc gigatæus, a, um, & gigantomachia, id est, gigantum pugna.

Idolum.] Simulacrum. Eius diminutiuum est idolium. A quo multa alias dicta.

Muscipula.] Machina ad capiendos mures (non autem catus, felis, aut ælurus) eyn musfall.

Μοιχέια, Mœchia.] Penultima producta, adulterium est, Græca dictio. Hinc mœchagria, adulterij deprehensio. Ioann. viij. Mœchalis adultera, quæ & mœcheutria, mœcheuo, adultero. Mœchicus, a, um, adulterinus, mœchus, adulter.

Vaticinor.] Significat diuino. Hinc vaticinium, diuinatio, & vates diuinator, poeta.

CAPVT XV.

Figulus.] Fictor dicitur, qui ex creta atque argilla opera facit: hic & lutifigulus, Græce plastes. Hinc figulina, seu doctius, figlina penultima producta, officina figulorum. A quo figmentum plasma, omnia deriuantur à fingo, is, xi. Sic enim dicitur πλάττειν apud Græcos, vt nos de his loquimur, qui luto aliquid efficiunt, quod fingi vocatur. Eoq; vocabulo etiam in condendis hominibus magni autores vtuntur, vt Salustius: Pecora natura prona, atque ventri obedientia finxit. Et apud Ciceronem pro Murena de Catone Minore: Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes deniq; virtutes magnum hominem & excelsum, & formare nescio certe an in alia inueniatur mente, quàm formam dare. Porro si quis hoc tempore de verbis in opere Theologico sic differeret, pro Grammatico reijceretur. Augustinum vetustas sua tuetur, qui si nunc reuiuisceret cũm Paulo certe ille contemptui esset Rhetorculus, aut Grammaticulus.

Concerto.] Et decerto, composita à certo, significat contendo, altercor, pugno. Interdum prouoco. Hinc concertatio.

Aurifex.] Faber aurarius, qui auri laborandi artifex est, Græci chrysocopum vocãt. Hinc aurificina, est aurificis officina.

Undecunque.] Significat ex vno quouis loco, sic & vndeuis, vndelibet. Eleganter dicimus: Varro vndecunq; doctissimus: siue vnde vnde doctissimus.

CAPVT XVI.

Ortygometra.] Rex coturnicum maior aliquanto, ac nigrior auis, dicta quod dux sit, ac moderatrix coturnicũ, ab ortyx, gos, eyn vvachtel, alias qualia.

Tyrannis.] Sæuum, & crudele imperium est.

Malagma.] Cataplasma idem, fomentum cum res dura per alterius admixtionẽ molliscit, sicut emplastrum, eyn plaster. Differunt autem emplastra à malagmatis, & pastillis. Emplastra imponuntur vulneribus, salb. Malagmata in integram cutem inijciuntur. Pastilli autem illinuntur, aut alicui molliori cerationi miscẽtur, eyn bysemknoeplin, vel simile quid.

Radius.] Splendor à sole micans. Item linea Geometrica. Item textoris instrumentum. Item radij rotarum dicuntur, speichen am radt. Hinc radiolus, radio, as, radiatus participium, vt radiatus sol, radiatus stellæ modo, rota radiata. Radiatio, radiosus, a, um.

Hybernalis.] e, idem est quod hybernus, vel hybernicus, vt glacies hyberna, mare hybernicum. Hybernari, hybernaculum, eyn stub.

CAPVT XVII.

Compeditus.] a, um, significat quod compedibus illigatum est.

Fugitiuus.] Dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamsi mutato consilio redierit: alibi explicatum est.

Lympidus.] a, um, planus, politus, clarus, vt lapis lympidus. Hinc lympitudo, lympiditas.

Magicus.] a, um, quod ad magum pertinet, vt ars magica. A magia penultima producta.

Echo.] Echus fœminini generis, vvderton, vviderschall, soni, vel vocis repercussio. Græce ἠχώ, sonus, & ἠχέω, resono. Ouidius libro iij. Metamorph. Planxerunt Dryades plangentibus assonat Echo, &c.

CAPVT XVIII.

Figura.] A fingo dicitur, forma, aspectus, qualitas. Hinc figuræ apud Grammaticos, & figuræ sententiarũ. Sunt enim tria genera quæ nos figuras appellamus, in quibus omnibus ratio non viciosæ con-

consumitur. Vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam attenuatam vocamus: Græce typus, schema dicitur. Idē fere Tropus. Hinc Tropica locutio, est figurata. Porro Tropus est, inquit Quintil. verbi vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio. Deum pœnituisse, Metaphora, quā cum aliis tropis, si quis ignorat, scire tamen auet ad sacras literas intelligendas, nō ex Cicerone petat vel Quint. sed ab istis magnis declamatoribus, q quid Grāmaticen, Rhetoricenq; intereſt adhuc nesciunt, vno verbulo Grammaticen omnia nominant.

Continuo.] Aduerbium, significat statim. Sed continue pro perseueranter, assidue ponitur, & continenter.

Eremus.] Sine h desertum dicitur, penultima producta.

Allego.] Significat cito ad hoc mitto. Plautus: Quin ea ipsa me allegauit, qui istā accerserem. Est & adducere, citare. Item deputare, constituere, committere. Hinc allegatio. Sed allego pen. cor. adscribo, annoto & quasi iuxta lego significat.

Acaruatim.] Est cumulatim & per aceruos. Columella: Cum eiusmodi pestis incessit sub fauis, aceruatim enectæ reperiuntur. Ab aceruus.

ποδήρης, Poderis.] Penultima producta contra vulgi morem, & Calepinum, ex lino tunica talaris. Iosephus byssinam vocat: dicta poderis à ποδῶν, id est, à pedibus, quia vsque ad talos portensa.

CAPVT XIX.

Obumbro.] Vmbris vndique obscuro. Vergilius: Obumbrant æthera telis. Per translationē pro tueri ponitur. Hinc obumbratio & obumbratus, a, um.

Rana.] Genus animalis palustris. Ranarum aliæ sunt terrestres, aliæ marinæ. Hinc adagiū: Rana Seriphia, in homines mutos, & canendi, dicendiq; prorsus imperitos, à Seripho insula in qua ranæ mutæ dicūtur. Græci batrachon vocant ranam. Hinc batrachomyomachia, id est, ranarum muriumq; pugna. Hinc ranula diminutiuum.

Agrestis.] e, dicitur quod rusticum est, & ad agros ptinet. Hinc agreste odiū, est capitale & Vatinianum, vt prouerbio teritur. Item agrestis dicitur qui syluestrē vitam agit & feram. Hinc Agrarius, a, um, vt lex Agraria. Magister agrarius.

Facile.] Aduerbium significat sine labore. Item haud dubie, liquido, certo, nullis aduersantibus, vt: Cæsar illius ciuitatis facile princeps. Cicero omnis eloquentiæ facile princeps. Quandoq; significat libenter, vt facile patior me à te laudari. Antiqui tamen, faculter, & facul, pro facile dixerunt. Quem non hortamen facile castigat amicum, Durius est ferula discruciandus acri. Autor Iacobus Horlinus.

Libri Sapientiæ FINIS.

PROLOGI IN ECCLESIASTICVM IESV filij Syrach explicatio.

Multorum nobis & magnorum.] Hunc librum Iesu filij Syrach dicit se Hieronymus reperisse apud Hebræos, nō Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed parabolas prænotatum. Cui iuncti erāt Ecclesiastes, & Canticum canticorum. Siquidem Ecclesiasticus, sicut & Ecclesiastes, ecclesiæ vtilissimus est, qui cōgregator, vel collector, Græce gnomologus interpretatur, q propter excellentiam virtutum suarum panæretos, id est, eximius ac præcipuus appellatur. Porro hunc librum fecit Iesus filius Syrach tēpore Ptolomæi Euergetæ regis Aegypti, & Simonis principis sacerdotum.

Peritus.] Est gnarus, scius, doctus, disertus. Hinc peritia & perite aduerbium.

Auus meus.] Scilicet Iesus, filius Iosedech, q fuit vnus de Septuaginta interpretibus, cuius nepos fuit hic Iesus filius Syrach.

Legitimus.] a, um, per simplex t scribitur contra vulgi morem. Ouidius in Epistolis: Pectora legitimus casta momordit amor. Legitimum significat quod æquum, iustum, conueniens & secundum legem est, à quo legitime aduerbium. Et filij legitimi. Contrarium, illegitimi filij, spurij, nothi, manzeres dicuntur.

Compositio verborum.] Est ornatus, lenocinium, phaleræ. Nam compositio ornatum facit, à compono, orno, venusto, &c.

Ptolomeus Euergetes secūdus.] Multi etenim fuerunt Ptolemæi, hic cognomento dictus est Euergetes penulti. prod. quod Latine dici beneficus potest, siue benefactor, Bacchi cognomentum.

QVARVNDAM VOCVM IN ECclesiasticum explicatio.

CAPVT I.



Dimensus est.] Vel demẽsus est, hoc est, mensurauit, taxauitꝫ demetior, q̃d est diligẽter & cũ quadã ratione metior. Cice. Quæ non insidiꝰs, sed aperte, & palã laborat, & verba verbis, quasi demensa, & paria respondeant. Hinc demẽsum, siue dimensum, quasi mensuratũ, & æquatũ, Græce chœnix, est demẽsum, & cibus diurnus, vt adagiũ illud p̃bat: Chœnici ne infideas, hoc est, de victu ne fueris solicitus in crastinum. Sufficit enim diei malitia sua.

Datum.] A do, est donatum, Græci δώρημα vocant donum, & δώσιμ donationem, vel dationem.

Defunctio.] A defungor, quod est expedio, finem facio, perago, cesso & liberor ab aliquo officio vel munere. Hinc defunctos mortuos dicimus, q munia vitæ pegerunt. Defunctio, mors est, defunctus, a, um.

Longeuus.] a, um, diuturnus & longi æui. Hinc longæuitas, diuturnitas.

Animositas.] tatis, animositates θυμοί, animi, iræ, sic Hieronymus legit, sed Latine quoq; animi pro ira ponuntur, vt apud Salustium. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium vidistis. Hinc animosus & animositas. Animosos Euros dixit Vergilius quasi iracundos. Animositate pro ira vtitur Macrobius ĩ. de somno Scipionis. Porro hæc ira quę est θυμός est ὀξύς, καὶ ὀλιγοχρόνιος, quod Cicero sic finit. Excandescentia, est ira nascens, & modo desistens, quę Græcis θύμωσις dicit. Locus erit huius dictionis & Ecci xxxi. ĩ. Cor. xĩ. & Hebr. xi.

Hypocrita.] Pe. cor. Latine, simulator. Hypocrisis, simulatio, hypocriticus, a, um.

Scandalizo.] Est alicui scandalũ præbeo, à scandalo quod est offendiculum.

Synagoga.] Coadunatio, cõgregatio. Et pro re, & pro loco capitur. Sæpe dictum.

Elido.] Pen. pro. effringo, exprimo, excludo, præfoco, dissipo, occido. Etiã est colligere. Hinc elisio, elisus, a, um.

CAPVT II.

Obductio.] Ab obduco, cis, quod significat superduco, tego. Aliquando pro detego, aperio. Interdũ pro circũduco, siue contraduco. Nonnunquàm pro facio, contraho. Sed pro mori nunq̃ (quod sciam) legi, nisi malis terra obruere. Vergilius: Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.

Sustinco.] Significat patior. Hinc adagium Epicteti philosophi Stoici: ἀνέχου, καὶ ἀπέχου, id est: Sustine & abstine. Quorum altero monemur, vt aduersa fortiter toleremus: altero, vt ab illicitis temperemus voluptatibus. Vide Adagia.

Applico.] Vt hoc loco, significat appello, adiũgo, adnecto, appono. Sed appositus, quod est iuxta, vel ad aliquid positũ. Hinc applicatio. Applicatus, a, um.

Caminus.] Fornax dicitur. Quandoque structura, quæ fumum excipit, quæ & furnus. Hinc caminata loca, dicuntur testudinata, & ad fornacis similitudinem facta.

Scelus.] Flagitium, facinus, à quo sceleſtus, & sceleroſus, a, um, & sceleratus: solẽt tamen differri, quod sceleroſus sit autor sceleris, sceleratus, in quo scelus constitutum, aut commissum. Sceleratus etiam aliquando pro nocẽte ponitur. Et sceleratus, id est, pollutus. Hinc scelero, as, id est, polluo.

CAPVT III.

Ecclesia.] Latine, cœtus, cõciliũ, cõcio, cõgregatio. Ecclesiastes, concionator.

Thesaurizo.] Est thesaurum colloco, repono in depositio, congrego, recondo.

Eradico.] Pe. pro. quod est vsq; ad radices euello, erunco, extirpo. Eradicatio.

Dedecus.] Contrarium decoris penultima corre. ignominia seu infamia est, schãde. Hinc dedecoroſus, a, um.

Venia.] Dicta est, quod optanti aduenìat. Est enim remissio culpæ, & erroris condonatio. Quintilianus: Peccaui, veniam peto. Quandoq; ponitur pro beneficio, indulgentia, & permissione. Et cũ venia dicimus, hoc est, cum pace tua.

Eleemosyna.] Cum duplici ee scribendum est, munus quod inopi datur, ab ἔλεος misericordia. Spartianus de Caracalla: Non tenax in largitionem, non lentus in eleemosynam, barmhertzigkeit so man den armen bevvyſſt, almusen.

Curioſus.] a, um, à multa cura dicitur, siue in bonum siue in malum. Est igitur curioſus, qui multum, seu diligenter aliquid curat. A curioſus fit curioſitas, pro affectione, & diligentia. Contrarium est incurioſus & incuria. Item curioſus, si, der postmeister. Hinc curax & vigilax, pro accurato. Curioſe aduerbium.

Successus.] us, pro euentu, tam in malo q̃ bono. Ouidi. Careat succeſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Praui cors.] Qui prauum, & malũ habet cor. Sicuti vecors, sine corde & qui est turbati, et mali cordis. Hinc innumera, vt discors, misericors, socors, &c.

Frutex.] Dicitur qui ad iustam arboris magnitudinem nõ assurgit, & statura similis

milis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit, vt herba. Aliquando pro stirpe ponitur. Hinc frutetum, & fruticetum, vbi multi frutices sunt, frutetosus, frutetosa, um, abundans frutetis. Frutico, fruticas, penultima correp. est pullulo, & fruticor, aris, fruticatio, fruticesco, fruticosus, fruticosa, um, vt fruticosi rami.

CAPVT IIII.

Transuerto.] Compositum à trans, et verto, significat in obliquum verto, vnde transuersi oculi dicuntur. Et transuersus, a, um. Columella libro secundo: Sed in arādo maxime obseruandum est, vt transuersus mons sulcetur. Cicero libro iiij. ad Herēnium. Ecce ibi iste de transuerso. Heus, inquit, adolescens pueri tui modo me pulsarunt, satisfacias oportet. Transuersa itinera, transuersa tueri, in transuersum positus. Ex transuerso cedere. Trāsuersarius, a, um. Transuersaria tigna, zvverchbalcken.

Exaspero.] Est valde asperum facio. Quintil. Rē verbis exasperauit, exasperatus.

Presbyter.] Latine senior nuncupatur. Hinc presbyterium. Alias dictum.

Magnatus.] Et magnas pe. producta, qui in populo magnus, & primas tenet.

Acidus.] a, um, quod acetosum factum est, quàmuis & asperum dicatur. Hinc acide aduerbium, id est, acerbe, asperiter. Ab aceo, ces, acesco, is. Acidi fructus. Acidulus diminutiuum. Subacidus, a, um. Acor, oris.

Agonizo.] Neutrum & agonizor deponens, significat certo, dimico, contendo, Græci sic scribūt: ἀγονίζομαι, καὶ ἀγονίζω. Hoc loci, agonizare imperandi modi est, id est, certa. Cyprianus ad Moysen: Omnis qui agonizatur, in omnibus continens est. Hinc agonisma palma, præmium, certamen, studium, quod & agon dicitur à quo agonista, vel agonistes certator, pugil. Agonothetes, Ludorum præfectus, munerarius. Agonisticus, a, um, certatorius.

Litatus.] Præceps, vocatus, celer.

Remissus.] a, um, relaxatus, piger, negligēs, à remitto, is, quod interdum relaxo, & ad negligentiam descēdo, significat. Hinc animum remittere dicimus. Et remissio animi, relaxatio, remissor. Remissus participiū, vt animus remissus. Remisse aduerbium, remisse locutus. Remissarius, remissaria, remissarium, vt remissarij vectes.

CAPVT V.

Possessio.] Proprietas rerum, vsus siue actus, facultas possidendi agri, aut ædificij, non ipse fundus aut ager. Aliquando tamē sumitur pro ipsis bonis immobilibus. Eius diminutiuum est possessiuncula. Hinc possessor, & possessiuus, a, um, à Grammaticis fictum, besitzlich, vt equus regis, equus regius.

Propitiatus.] us, & propitiatio, idem sunt, sacrificium, ignoscentia, veniæ datio, à propitior, aris. Propitiabilis, e, propitiatorium, propitiator.

Appelleris.] Futuri temporis, penulti ma prod. ab appellor, id est, ne voceris.

Susurro.] Qui & susurrator, is qui occulte maledicendo odium in aliquem molitur & susurrat. Susurro, as, susurratio. Susurrus, ri. Susurrium barbare dicitur.

Fur.] Generis cōmunis, subtractor clandestinus: Plautus furem prouerbialiter, longam literam, ceu in furcæ medio suspēsum, velut. L. longa litera, appellat. Item hominē trium literarum. Nam fur tribus literis scribitur, scilicet FVR. Diminutiuū eius secundum Priscianum furculus. Sed Cicero furūculus dixit. Per translationem fur pro seruo ponitur apud Vergilium: Quid facient dñi, audent si talia fures? Id est, serui. Hinc furtū, & furtim, latenter, furax, furtificus, a, um, & furtiuus. Item furor, aris. Furinus, a, um, vt furinum forum, furax, furacitas, furaciter, furtiue, pro furtim.

CAPVT VI.

Inuidus.] Qui actu alicui inuidet. Horatius: Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Hinc inuidulus diminutiuum, & subinuidus. Inuidiosus, qui eo laborat morbo, scilicet inuidentiæ, liuoris, tabifici veneni. Itē inuide, inuidiose, aduerbia. Ab inuideo, es. Inuidia, inuidiola dimin. inuidētia.

Bilinguis.] e, qui habet duas linguas, hoc est, qui modo vnum, modo aliud loquitur, vel qui aliud dicit, & aliud retinet: hoc est, qui nigra in candida, & candida in nigra vertit. Ex vnoque ore calidum & frigidum efflat, cum huiusmodi hominibus nihil mihi commercij est, ait ille Satyrus facetissime. Et pro fallaci ponitur.

Taurus.] Bos ad procreandum reseruatus, sicut hircus. Accipitur pro quocunque forti boue. Item cœleste signum & mōtis nomen. Hinc: Taurū tollet qui vitulum sustulerit. Item: Abijt & taurus in syluā, prouerbialiter dicimus. Itē taurice valere, i. fortiter & pugilice. Taurinus, a, um, vt caro taurina. Tauri, & Taurilia ludi in honorem deorum inferorum facti, quos Boalia, & Bupetias

petias aliquando legimus vocitatos. Item tauri scarabei terrestres sunt, ricino similes. Sed taura vacca sterilis dicit. Taurea scutica.

Eremus.] Penultima producta, desertum est, & solitudo. Sæpe dictum.

Nequam.] Indeclinabile, nullius precij homo, contrarium frugi. Nequior, nequissimus. Nequam vitis, nequiter, nequius, negssime aduerbia, nequitia.

Εὐχαρις, Eucharis.] Penult. correp. dicitur Latine facetus, gratiosus. Hinc Eucharistia, gratiarum actio, gratitudo. Theologi prosynaxi, id est, communione, & sacratissimo corpore, & sanguine Christi accipunt, ab eucharisteo, gratias ago. Eucharisticon, liber in quo gratiæ redduntur.

Excors.] Extra cor, quasi sine corde, insipiens, vecors, &c.

CAPVT VII.

Abs.] Præpositio, tam in appositione, quàm in compositione iungitur, vt: Abs te abstineo. Separata etiã. q. vt absq; abs quolibet, abs quiuis. Componitur cum c, vt abscondo, significatque retractionem in partem posteriorem, sicut in abstraho. Et aliquando priuationem, vt in Abstemius, quasi sine temeto. Et abs fit compositum absque.

Ducatus.] us, ipsa ducandi. i. gubernandi actio. Et ducatus dicitur regio, cui dux dominatur, & præest. Vel etiam ipsa ducis dignitas, præfectura, ditio, imperium.

Cathedra.] Pe. pro. vti Iuuenalis ponit in Satyris, Satyra septima: Pœnituit multos vanæ sterilisque cathedræ. Ego tamen indifferentem puto. Subsellium est, subinde explicatum.

Agnitor cordis.] Seu cognitor, Græcis cardiognostes dicitur, & solius dei est, ab agnosco. Hinc agnitio. Agnitus, a, um.

Extimesco.] Valde timeo, actiuæ tantũ significationis reperio apud Ciceronem in Catilinam: Id docti senes extimescent: Extimescere formidines dicimus. Nostris nauibus casus erat extimescendus.

Alligo.] Pen. corr. quod est ad aliquid, vel iuxta ligo, colligo, circumligo. Hinc alligatio, & alligatus, a, um.

Rusticatio.] Est agricolatio, seu ruris, vel agri cultura, à rusticor, quod est ruri degere. Hinc multa deducuntur. Rus, vt e rure loqui, est rustice, triuialiter, & ex agro loquit ruralis & hoc le, rurestris, & hoc rurestre: ruro, ras, rus facio: rusticus penultima correp. etiam pro proprio nomine, non rusticus, i longa ad differentiam, vt Gotthici loquuntur. Rusticanus idem quod rusticus. Rusticarius, rusticatim, rusticitas vrbanitati contrarium est.

CAPVT VIII.

Litigo.] Quasi litem ago, discepto, cõtendo. Martialis. Ah miser & demens viginti litigat annos Quisquàm, cui vinci Gargaliane licet? Plautus: Qua de re nunc litigatis inter vos? Hinc litigium, litis actio, litigiosus, qui frequens in litibus versatur, litigiosum, de quo lis est, litigator, & trix, qui & quæ litigat. Hinc, qui non litigat, cœlebs est. Litigiosa disputatio.

Incido.] Pe. cor. Ouidius: Incidit in casses præda petita meos. Incidere etiam est casu venire. Item dicimus: mihi incidit suspicio, incidit quæstio, &c.

Conuersor.] Et diuersor, eiusdem cum simplici significantiæ, quod est versor deponens. Conuersare hoc loci imperandi modi est. Hinc conuersatio verbale.

Conuitior.] Significat contumeliam dico. Hinc conuitium pro contumelia. Et conuitiator, contumeliosus. Conuiciator maledicus.

CAPVT IX.

Saltatrix.] A salto est, quæ saltitat. Sicut saltator qui salit, & tripudiat. Hinc saltatio, saltatus, tripudium, idem sunt.

Efficax.] Quod ad agendum aliquid vim habet, ac maxime conducit. Hinc efficacia quæ est vis, Græce energia dicitur. Efficacitas, efficaciter aduerbium.

Altercor.] Significat mutuo iurgia iactare, criminari, & clamose inficiari, & quasi aduersam partem tueri. Dicitur & alterco. Hinc altercatio, vt docet Quintilianus, constat aut intentione, aut depulsione.

CAPVT X.

Execrabilis.] e, detestabilis, abominabilis, & maledicta. Ab execror, aris. Execratio.

Scriba.] Qui literas, vel gesta, vel tabellas, & alia quæcũq; scribit nomine regis, vel alterius. Etiam dicũtur librarij, qui & tabelliones & notarij: Græci γραμματέας vocant.

Odiosus.] a, um, odibile, quod odio habetur, aliquando capitur pro molesto. Hinc odiose aduerb. significat cũ odio: vt homo odiose loquax. Odiose a liquid facere. Dicere odiose. Odiose interpellare.

Potentatus.] Potestas est, & dignitas potestatis. Potens, potenter, potentia.

Apostatare.] Est rebellare. Hinc apostata, & apostasia explicata sunt alias. Apostatrix.

Insciis

Inſcius.] a,um,& cõſcius cõtraria ſunt, & à ſcius compoſita. Hinc inſciens, inſciẽter, & inſcientia: quæ contraria ſunt ſcientiæ. Aliquando pro ſtulto,& ignaro capitur.

CAPVT XI.

Tyrannus.] Olim in bonam, nunc in malam capitur partem, & crudelis, ſæuus, vel violentus imperator, & dominus eſt. Hinc tyrannis,dis, crudelitas. Tyrannoctonus, tyrannicida.

Thronus.] Sedes eſt ſiue ſolium, ſella. Græce ſic ſcribitur θρόνος.

Diadema.] Penultima producta, amiculum eſt, quo caput regis obligabatur. Diadematus,a,um, diademate ornatus, vt diadematus Apollo.

Marcidus.] a,um,à marceo, es, eſt putridus, et vietus, a,um, vt aures marcidę, somno marcidus.

Succeſſus.] us, euentus tam malus, quàm bonus dicitur. Hic pro proſpero capitur, à ſuccedo manat. Hinc ſucceſſor, ſucceſſio. Succedaneus,a,um.

Perdix.] Auis nota, à perdendo dicta, plenaq; fraudis, Ambroſio teſte ad Irenæũ.

Lauca.] A cauo fit, locus ſub terra vacuus atq; obſcurus, dicuntur ferarum cubilia. Eſt etiam area in medio theatri. Vergil. Hic totum caueæ conſeſſum. Quandoque ponitur pro populi conſeſſu.

CAPVT. XII.

Aeramentum.] Denominatiuũ, vas ſeu inſtrumentũ ex ære factũ, vel ipm æs ſignificat, kupper vverck, ertzvverck.

Eleemoſyna.] Munus quod inopi datur, quod miſerationem, & miſericordiã Latinis ſignificat, ab ἔλεος, miſericordia.

Aeruginare.] Verbum ab ærugine videtur deductum, vt in ære, vel argento fieri cernimus. Non memini me apud claſſicos legiſſe: quanquàm non omnia legerim fateor: Sed æruſcare bene, quod veteres pro pecunias colligere vſurparũt, obſoletũ verbũ. Aeruginare pro ęruginem cõtrahere. Aerugo, æruginoſus,a,um.

Incantator.] Qui incantat, carminator, veneficus, faſcinator. Hinc incantatio, et incantamentum, faſcinum, zauberey.

Indulco.] Compoſitum à dulco, quod eſt dulce facio. Hinc dulceſco. Edulco eſt valde dulco. C. Martius: Quapropter edulcare conuenit vitam, curaſque acerbas ſenſim gubernare.

CAPVT XIII.

Pix.] Eſt quæ ex arboribus reſina fluitat, ad ignem decocta. Reſina eſt liquor craſſus ex arboribus fluens. Hinc picare, & piceus,& picatus,a,um, vt vaſa picata.

Inquino.] Med. breui contra vulgi,& Calepini opinionem, eſt maculo, deturpo, inficio. Ruffus Feſtus: Peſtifero flatu ſerpẽs vagus inquinat æthra. Item: Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores. Hinc inquinamentum & inquinatio. Coinquino,as.

Communico.] Significat participo. Per trãſlationem ſignificat coinquinare, vt hoc loco & alibi: in Euangelio vita ſuperſtite explicabitur.

Lacabus.] Ahænus ſupra ignem poſitus, parum inter hoſce intereſt, dicit Paulus Iureconſultus, eyn keſſel. κάκαβος Græcanica vox eſt.

Neceſſarius.] Subſtant. eſt cognatus, affinis, amicus. Hinc neceſſitudo, amicitia: vera neceſſitudo eſt, quæ ſemel vadata, nunq; definire poteſt, neq; labefactari.

Immitis.] e, aſper, ſæuus, crudelis. Vergilius: Immitis Achilli. Quandoq; immaturum. Plinius immitia poma & cruda dixit. Contrarium eius omnino eſt mitis, vt: Sunt nobis mitia poma, id eſt, muſtea & matura.

Onager.] Aſinus agreſtis, & ſylueſtris.

CAPVT XIIII.

Excido.] Pen. corr. ab ex & cado, a in i mutata, præteritum excidi, ſupinũ excaſum facit, ſignificatq; deorſum cado. Vnde per tranſlationem, excidere animo, eſt in obliuionem dare & obliuiſci. Vergil. Necdũ etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores Excidere animo. Excidit de manibus gladius. Excidit in via. Vultus, oratio, mens deniq; excidit. Excidit e manibus victoria. Sed excido, is, excidi, ſum, penulti. producta, ab ex & cædo, compoſitum, auſs havvuen.

Liuidus.] a,um, dicitur proprie, qui ex pecuſſu carnem nigram habet, fluxione cruoris ad eum locum, quo percuſſus eſt. Hinc pro inuido ponitur. Martial. Omnibus inuideas inuide nemo tibi. Huius diminutiuũ liuidulus eſt. Ab eo liueo,es, ater ſum, inuideo, liueſco, adliueſco, liuor.

Inuideo.] Significat inuidiam habeo, hoc eſt, ex alicuius rebus ſecundis dolore afficior. Vergilius: Inuidet imperium. Ouidius: Troiades inuideo. Hinc inuidia, & inuidentia. Poeta: Iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum Actorem rodit, excruciatq; animũ. Inuidus & inuidioſus, inuide, & inuidioſe.

Defraudo.] Compoſitum à fraudo, quod

quod est decipio. Et dicimus: fraudo te & fraudo te hac re. Hinc defraudare Genium, est naturæ necessitati & voluptati non satisfacere. Contrarium eius, indulgere Genio, est curare Genium .i. laute viuere, atq; cuticulã curare. Hinc defraudatio, defraudatus.

Palus.] Prima longa, est ridica, seu paludamentum, quo vites sustentantur. Tibullus: Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Sed palus, paludis, pro loco aquoso, primam corripit. Hinc palo est sepio, tendo, & palis munio. Item palare est vagari, errareque. Hinc palabundus, errabundus.

Casula.] Diminutiuum à casa, domuncula est, à cauatione dicta. Ita fugias, ne præter casam tamen.

CAPVT XV.

Continens.] Participium, ea potest significare quæ continent, vt: Continens iustitiæ & æquitatis. Sed continens fœminini generis sumitur pro terra, quæ non est insula, quam vulgo terram firmam appellant, qualis est Italia, &c. Continens neutri generis, à Rhetoribus accipitur pro firmamento rationis. Hinc continentia, & incontinentia, & continenter modo parce, modo coniuncte, iugiterq; significat.

Implano.] as, decipio. Cyprianus: Si quis, inquit, putat se aliquid esse, cum nõ sit, seipsum implanat. Hinc implanator, id est, seductor. A plano quodam errone, & impostore, scurra, mendico, de quo Horatius eleganter. Nec semel irrisus triuĩs attollere curat Fracto crure Planum, licet illi plurima manet Lachryma, per sanctum dicat iuratus Ofirim. Credite nõ ludo, crudeles tollite claudum. Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

Execramentum.] Detestatio, execratio, atque deuotio est, ab execror.

CAPVT XVI.

Iucundor.] Voluptatem, gaudium, & delectationem affero. Lactantius lib. iĩ. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius, cum lætaretur orbe perfecto. Sed hic sumitur pro gaudio affici. Reperitur etiam iucundo, iucundas. Hinc iucundus, & iucunditas, & iucũde est. Rumperis inuidia, quod turba semper in omni Monstramur digito, rumperis inuidia. Rumperis inuidia, quod sum iucundus amicis. Rumpatur, quisquis rumpitur inuidia. Autorem autumo Martialem.

Synagoga.] Congregatio est. Et pro re, locoque capitur.

Sufferentia.] A suffero videtur deduci, id est, patientia, sustinentia, plane Grammaticum est vocabulum, vt multa alia.

Ceruicatus.] a, um, forsitan Latinius ceruicosus, a, um, pro contumaci, indomabili, superbo, & inexorabili, duræq; ceruicis, cui paranda sit securis. Ceruicula diminuti à ceruix.

Immunis.] Qui liber est ab omni onere publico. Hinc immunitas, immuniter.

Procella.] Vis venti cum pluuia, non durãs, & in mari potius, quàm in terra. Hinc procellosus, a, um, procellis, & tempestatibꝰ plenum, vt procellosum mare.

CAPVT XVII.

Dominor.] Imperium gero. Et modo genitiuum regit, modo datiuum, modo accusatiuũ, modo ablatiuũ, autoritates träseo. Inde fit dominatio, imperium, & dominatus. i. principatus. Dominium.

Magnalia.] Sunt ingentia facta, & admiratione digna.

Intermissio.] Ab intermitto, est cessatio, omissio, vacantia, siue vacatio.

Propositio.] onis, à propono, quod statuo, delibero significat, est quæstio habẽs aliquid, quod disputatione soluendum sit: & à Græcis problema dicitur. Definitionem Dialecticorum, & Ciceronis supersedeo: nihil ad chordã. Hoc loco capitur pro proposito, quod mente statutum est, & intentum.

Demoror.] Penul. cor. multum moror, seu detineo, sic lang sumen. Demorari aliquem actiuũ, demoratus.

CAPVT XVIII.

Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.] Theologi Græci res spiritales præcessisse corporeas volunt, eisq; veluti ministris vsum esse mundi genitorem in reliquis procreandis, quam opinionem Plato in opificio mundi secutus est. Diuus Hieronimus Gregoriũ magistrum suosq; secutus Græcos, spiritalia corporalibus priora fuisse censuit. Basilius vero & Dionysius Græci, & Latini prope omnes, Ambrosius, Beda, Cassiodorus, & Augustinus cuncta simul à deo progenita esse perhibent, quod cum illo cõgruere videtur hoc loci.

Calculus.] Lapillus durissimus, & rotundus. Item morbi genus in corpore à quo calculosi, qui Græcis lithanici dicuntur.

Æuum.] Proprie tẽpus, & ætas lõga, siue ppetua. Aeuitas, & æuiternus, a, ũ, secundũ Priscia. quod per Syncopen ætas, & æternus dr̃ p senectute, lõgæuitateq;. Hinc coæuus, æq̃uus, grãdæuus, lõgæuus, & primæ-

Lita-

Liratus.] Vocatus, celer, velox.

Iners.] Significat eum qui sine arte est. Quandoque capitur pro otioso, & ignauo qui nihil artis operatur. Monostichō: Semper agit deses otia, semper iners. Eius diminutiuum est inertulus: à quo inertia, & inerticula genus vitis apud Columellam.

Commissio.] A committo, hic pro cōmisso, hoc est, peccato ponitur, quod contra voluntatem conditoris fit.

Mediocris.] Et hoc mediocre, medium tenens, modestus. Hinc mediocritas, & mediocriter aduerbium.

CAPVT XIX.

Operarius.] Qui laborem operando fert: Græce ergastes dicitur. Sed operarius, operaria, um, quod industria atq; opera fit. Ab opera, operula, operaria, æ, substanti. Operosus, a, um, operose. Operositas, operæprecium. Operor, operatus, operatio.

Fornicarius.] Est idem quod fornicator. Sed fornicarius, a, um, quod fornicatur, vt mulier fornicaria. A fornix, fornicis.

Denoto.] Pen. cor. culpo, increpo. Cyprianus. Nam cum denotarentur discipuli eius, quod ederent, nec prius manus lauissent. Denotare creta pedes venalium mancipiorum, aut vinctorum. Denotatas habere res aliquas. Denotata aliqua conspicuo colore.

Itero.] as, est rursus aliquid ago. Gelli. lib. I. posuit pro eo, is, ire. Sed eo Senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus iterauisse: sed hoc ab iter fit. In alia significatione ab iterum. Liuius: Resistere atque iterare pugnam iubet. Vt dicta iterare. Verba iterare, iteratio. Iterum aduerbium, &c.

Solers.] Contrarius maxime inerti, est totus ingeniosus & industrius. Hinc solertia, quæ est ingenium totum industriū. De cuius proprietate Claudianus libro tertio, de raptu Proserpinæ sic inquit: Rerumque remotas Ingeniosa vias paulatim explo ret egestas. Vtque artes pariat solertia nutriat vsus. Solerti animo rem nouam excogitare. Solers & ingeniosus & subtilis. Prouida solersque natura. Solerti auditu animal. Solertiorem custodiam præbet anser, quàm canis. Solerter aduerbium, solertia, æ.

CAPVT XX.

Spado.] Spadonis, mascul. gene. dictio Græca σπάδων, ονος. Spado, eunuchus. Spadones sunt q vi castrantur, ἀπὸ τοῦ σπᾶν. Eunuchus esse potest à natura, σπαδίωνισμός, οῦ, castratio, σπάζω, diuello, traho.

Deuirgino.] as, significat virginitate priuo, defloro, corrumpo in sacris legitur tantum Bibliis, pro stuprare virginem insolens est. Hieron. ad Saluiam. In Aegypto primum deuirginata est, & ibi fractæ mammæ eius. Sed deuirginari, zum man vverdem.

Lasciuus.] a, um, est tum in vita, tū in sermone molliculus, ac plus teneri, quā robusti ac virilis habens. Hinc lasciuia, mollicies, petulātia, nequitia, à lasciuio, lasciuiuscu lus, lasciuia. Lasciuibundus apud Plautum, inusitatum.

Detrimentum.] Iactura, damnum, & intertrimentum, à detritu secundum Marcum Varronem dictum, vt detrimentum accipere, facere detrimentum, idem incommodum, & detrimentum. Detrimenta atq; dāna cum maximis iniurijs, contumelijsque perferre.

Pauimentum.] Domus solidamētum, seu incrustatio plana. A pauio, is.

Achāris.] Latine dici potest sine gratia, ingratus. Charis enim gratia dicitur, & à priuatiua particula. Acharistia, ingratitudo. Sed εὐχαρις, facetus, gratiosus. Hinc εὐχαριστέω, gratias ago. Eucharistia, gratiarū actio.

Parabola.] Comparatio, similitudo, collatio secundum Tullium dicitur.

Inalto.] as, compositum ab alto, quod non est in vsu: sed eius compositum exalto, quod est extollo. Hinc exaltatio. Sed inalto nullibi, quod sciam, legi, nisi in Bibliis sacris, pro exaltare vel extollere. Tamen quandoque bonus dormitat Homerus.

Xenium.] Dici potest munus hospitalitatis. Nam xenos Græce, Latine hospes dicitur. Vnde Martialis libro xiij. in quo eiusmodi munera distichis, id est, duobus semper versibus describit, Xenia nominauit, & sunt (vt omnia) elegantissima. Xenodochium, hospitale, vbi hospites & peregrini recipiuntur.

CAPVT XXI.

Coluber.] Pen. cor. serpens, qui vmbras nemorū colit. Colubra etiam in fœminino genere dicitur. Colubria insula, Græcis Ophiusa dicitur.

Rhompbea.] Scribendum est in penultima cum æ diphthongo, quapropter non corripit, sed producit mediam. Valerius tamen Flaccus præter naturam diphthongi illam corripit, cū ait libro sexto Argonauticon. Aequaq; nec ferro breuior nec Rōphea ligno. Genus est gladij.

Impendium.] Dicitur impensa, ab impendens

e

pendendo ære. Varro aliter. Hinc impensus nomen & participium. Impense, impendio aduerbia. Impendiosus, a, um.

Stupa.] Linum vile, quod lini cortici proximum est, vt inquit Plinius: à Græco στυπεῖον, quod stupam significat: vel à stipando, quod ea stipētur naues. Hinc stupeus, a, um. Dicitur & stipa, æ. Stuparius, a, um, vt stuparius malleus.

Tergum.] Dorsum. Vergilius: Manibus post terga reuinctis. Hinc dicimus à tergo. Persius: O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. Contrarium, à fronte. A tergo, is, prostergo, et tergiuersor, tergiuersatio, tergiuersator. Aliquando tamen pro tergore ponitur. Item pro scuto. Sed tergus, oris, coriū est, ledder, oder haut. Terginus, a, um, vt terginum lorum. Tergoro, as, tergore obducere. Plinius libro viij. cap. lij.

Sarcina.] Proprie vtensilium est: fascis, seu fasciculus proficiscentium. Diminutiuum eius sarcinula. Hinc sarcino, as. i, sarcinas sumo. Quādoq; fuerè à quo sarcinator & trix. Sarcinatus, sarcinarius, a, um. Vt sarcinaria iumenta. Sarcio, cis, sarcimē, sartor, sarte aduerbium. Sarta tecta, opera publica. Sartum tectum habere aliquid.

Ecclesia.] Cœtus, concio, Latinis est.

Brachiale.] Ornamentum brachij sicuti ventrale, ventris, frontale, frontis, tibiale tibiorum, & alia huiusmodi infinita.

CAPVT XXII.

Luteus.] a, um, quod est ex luto. Tibul: Sed nimeus luteo corpora tingit amor. Sed & luteus color, rubeus, & sanguinolētus est. A luto, as, quod est luto inficio, fit lutatus, a, um. i. luto infectus. Sed lutescere, est lutum fieri, vt limo cænoq; lutescunt. Hinc lutosus, a, um, lutosa rapa. Lutamentum, lutulentus, a, um. Spernit amaracinum sus lutulentus olens, Iacobus Horlinus. Lutarius, a, um. Lutariæ testudines.

Lapido.] as. lapidibus cædo. Transfertur & ad inanimata, & significat percutio, pulsoq;, etiam sine lapidibus. Cōposita sunt, delapido, quod est lapidibus sterno: dilapido, cōsumo, disperdo, pfundo, dilapidatio.

Aspernatio.] Recusatio, contemptus est hoc loci: ab aspernor, quod significat recuso, auerto, fastidio, cōtemno. Hinc aspernabilis, e, qui dignus est, vt aspernetur.

Musica.] Et Musice, ces, sciētia est, quæ modum canendi demonstrat. Hic pro ipso instrumento musico ponitur. Hinc adagiū: Musica in luctu, cum res non loco, tempori aut personæ adhibetur: veluti melodia lugētibus insuauis est & molesta. A Musa. i. cantu, Musicus, a, um, musice aduerbium. Musæum, locus Musarum, vel schola.

Testa.] Frustum vasis fictilis, & cuiusque lateris. Item est vas ipsum figlinum in igne decoctum. Tibullus: Pax aluit vites & succos condidit vuæ. Funderet vt nato testa paterna merum. Et Hora. Quo semel est imbuta recēs, seruabit odorē Testa diu. Hinc testaceus & testeus, a, um, qđ ex testa est. Testatim aduerb. i. cōminutim. Testula, æ, dimin.

Ἀκηδέω, acedeo.] Actiuum Græcum verbum significat negligo, ab ἀκηδία, acedia, nō accidia vt Vandalici scribunt: quæ est pigritia, tædium, tristitia. Calepinus scribit acedio, acedias, quod significat anxiū esse. Hoc loci ponitur acedior deponens verbum. In sacris Bibliis tantum reperi.

Plumbum.] Metalli genus notissimū, bley. Et duplex est, album scilicet et nigrum. Album stannum dicitur, zynn: Græce cassiteros. Plumbum molybdos dicitur. Hinc plumbeus, a, um, vt plumbeū ingenium habes, & obtusum. Plumbago, vena plumbi, & argenti communis: molybdena Græce. Hinc plumbosus, a, um. Plumbatura, æ, lotung von bley.

Plumbiarius.] a, um, vt officina plumbiaria. Substantiue, qui plumbo operatur. Plumbo, as, ferruminare, loden. Plumbatura, & plumbatæ, pilæ plumbeæ, bleykloisz.

Loramentum.] Est idem quod lorum, corrigia ex corio, & pro cingulo ponitur.

Palee.] arum, à palā seu à pabulo, non proprie culmi, sed follicula ipsa granulorū dicūtur. Dantur per hyemem interdū armēntis. Hinc paleatus, a, um. Vide Mariū Grapaldū de partibus ædium, vt lutum paleatū.

Cementum.] Dicitur omnis rudior materia, qua ædificia consurgunt: sed proprie lapides dicuntur cæmenta, vulgares, subduri. Plin. lib. xxxvi. Hinc cæmētarij, fabri murarij. Et parietes cæmentitij.

Mysterium.] Secretum, arcanū. Hinc mystes, & symmysta, explicata sunt alias.

CAPVT XXIII.

Extollentia.] Ab extollo, is, qđ est in altū eleuo, exalto, magnifico. i. elatio, superbia, eleuatio, exaltatio. Nō est Latinū.

Infrunitus.] a, um, penultima produ. insipiens ac stolidus, nec vlli vsui: quàmuis alij fronitum per o, à Græco φρόνιμον, id est, prudentem dicunt, ἄφρονα vero dementem, vt hoc loci infronito, &c. Dictum est alibi clarius. Petrus Cholinus ponit pro obsoleto vocabulo & insolenti.

Liuo:

Liuor.] Hic pro inuidia capitur.

Deglutio.] A glutio,id est,deuoro. Et gluto, onis, est gulosus, Gnatho, lurco,helluo,&c.innumera alibi recensita.

CAPVT XXIIII.

Ecclesia.] Latine,concio,cœtus,multitudo.Hinc Ecclesiastes,cõcionator.Ecclesiasticus.

Prodeo.] is, significat vltra eo, seu foras exeo,exero.Hinc proditio,proditor,proditorius,a,um.Proditus participium, verraten,betrogen.

Primatum habere.] Est principatum & primas tenere.

Cypressus.] Quæ & cupressus & cyparissus,arboris genus, Plutoni sacra, hæc natu morosa est.Hinc Cypressinus,a,um.

Palma.] Oliua,seu olea,platanus,therebynthus arborum nomina:omnia suis locis fusissime explicata sunt.

Cinamomum.] Vel cinnamum, myrrha,gutta,aromaticarum arborum dicta.

Jericho.] Absq; aspiratione,alias explicatum, interpretatur luna, vel defectus,vel mẽsis,aut odor eius.Hinc Ierichanûs,a,um, vt rosa Ierichana,inibi crescens.Et Ierichontinus,a,um,idem est.Ciuitas opulentissima in Beniamin tribu,ab Hierosolymis cl.& ab Iordane lx.distans stadijs. Numeri xxij. Iosuę ij.Quam ędificauit Hiel de Bethel.iij.Regum xvi.ij.Paral.xxviij.

Balsamum.] Arbuscula sola vni terrarum Iudææ quondam concessa:neutri generis,viti similior quàm myrto.Oppobalsamũ succus eius arboris collectus.Xylobalsamũ, lignum balsami.Corpobalsamum,fructus. Hinc Balsaminus,a,um,vt Balsaminum oleum,Balsamoel.

Storax.] Arbuscula, & genus aromatis ab arbore fluens.Dicit styrax Plinius lib. xij.Ex hac fiebat omne vnguentum.Styrax, cis,mas.gen.arbuscula gũmifera, quam myropolæ vocant storacẽ.Sed babare vt multa.

Galbanus.] Pen.corr.fœm.& Galbanum neutri gene. succus est, seu lachryma cuiusdam herbæ, similis ferulæ, multis apta medicaminibus.Hinc Galbanatus, a, um, q̃ vtitur Martialis pro veste quadam. Galbaneus, a, um, & Galbinus,a, um,vveibisch, vveychling.

Ungula.] Græce onyx dicitur, id est, vnguis, seu gemma candorem habens unguis humani.Alij speciem aromatis putant. Plinius alabastritem vocat, ad vasa vnguentaria, quoniam in ea incorrupta seruantur. Dictum alibi. Id notandum, quod vngula non est diminutiuum ab vngue, sed vnguicula: verum denominatiuum, & dicitur de ijs,quæ digitis carent.

Elucido.] Compositum à lucido,as,est extra seu multum lucido. Hinc elucidatio, declaratio.Elucidatorium, elucidare, pro illustrare,non est pure Latinum.

Physon.] Tigris, Geon, Euphrates, quatuor fluuiorum nomina, e paradiso, id est, horto, pomario, exundantium: de quibus in Genesi reperies ij.cap.fusius.

Trames.] Semita transuersa, generis masculini. Boetius: Tramite recto carpere callem.Alias intègre positum carmen Adonicum,eyn fusvveg.

Dorix.] Claudius Ptolomæus libro ij. Geographiæ Doris ponit,& alijs nõ Dorix: & Ana fluuios.Vergilius: Doris amara suã non intermisceat vndam, forte alius fluuius est.Doris.Nympha Oceani filia, & pro mari ponitur,& sonat amaritudinem. Nomẽ fluuij,vti textus indicat.Verius,rectius & certius interpretatur rapidus,aut velox.

CAPVT. XXV.

Concors.] Omnis generis,qui vnius cordis,seu animi est. Inde concordia, concorditas,concorditer, & concordo,as,q̃ bus contraria sunt, discors,dia,& discordo, as.Concordes aquæ.Concors figura.Concors amicitia.Concordissimi fratres. Cõcordatio tantum in Bibljs sacris.Cõcordia etiã est specula Argentoratensium, das schloss, kochersberg.

Canicies, & canitudo.] Pro ipsa capillorum albedine.Subinde dictum.

Presbyter.] Latine senior.

Veteranus.] Quandoque veterem, quandoque legionarium & emeritæ militiæ virum significat.

Arenosus.] a, um, quod arena abundat.Plinius:Littus non arenosum,sed alga, & fluuiorum sordibus plenum. Ab arena, arenaceus,a,um,arenacea terra.Arenarię,arum,eyn sandgrub. Arenatus,a,um, vt calx arenatus.Arenatum,substant.pflaster.Arenula,æ,dimin. Areo,es,arefacio,arefio,aresco.Aritudo,pro ariditate.Aridus,a,um.Aride aduerbium.

CAPVT XXVI.

Oblecto.] as,& oblector,aris, frequẽtatiuum ab oblicio, quod ex ob & lacio componitur. Plærumq; in se significationem passiuam habet,quàmuis & actiuam. Et licet passiuam habeat,tamen regit accusatiuum,nõ alterius personæ,aut rei, quã eius

qui se oblectat. Et vltra accusatiuum, ablatiuum postulat, ex quo passiua eius significatio monstratur. Terentius in Eunucho: Me speres. Me te oblectes. Hinc oblectatio, & oblectamentum, vt oblectatio animi, otij.

Hilaris, e, & hilarus.] a, um. Terētius: Hodie modo facte hilarum. Iucundus, lætusq;. Hinc hilaritas, & tudo. Hilaro, as, et hilarescо, à q̄ exhilaro, exhilarescо. Hilaria, rū, fastnacht. Hilarulus dimin. Hilare, hilariter aduerbia, & hilaritus dixit Plautus.

Delatura.] Pro delatione. i. occulta accusatione & calumnia ponitur, à defero, q̄d aliquādo significat in acusationem defero. Hinc delator. Suetonius in Domitia. Delatores qui non castigat, irritat.

Zelotypus.] a, zelator seu æmulator formæ. Hinc zelotypia, ægritudo animi est, qua timet ne qs suo perfruatur amore. Sed sine riuali diligere, est id amare, quod nemo alius appetit, Adagium.

Pharetra.] Receptaculum vel techa sagittarum est. Monostichon: Ex lacera pharetra tersa sagitta venit. M. Iacobus Horli.

Ponderatio.] A pondero, as, æstimatio, libratio, consideratio, & taxatio est. Pondus, ponduscul um, li. Ponderosus, a, um. Habere pondus, pondus, & pondo pro libra.

Basis.] Sustentamentum dicitur, gradus, gressio, firmamentum, depositio, statuarum, columnarū, fabricarumq;, vt basis villæ, basis structilis. Basis, fulcrum, basis mēsaria, eyn tischrinck. Basis, firmamētum narrationis.

Rhomphea.] Gladij genus est. Sæpe dictum.

Caupo.] Com. gen. tabernarius. Vlpianus: Caupones, & stabularios æque eos accipiemus, q cauponā, vel stabulum exercent. Hinc caupona tā mulier q̄ ipsa taberna vinaria. Cauponius, a, um, et cauponaria, ars cauponādi. Cauponor, ris, pe. pro. significat lucri causa vēdo. D. Pau. ait: Verbū dei cauponātes: nos legimus adulterātes. Cauponula dimi.

CAPVT XXVII.

Compago.] Et compages, gis, nō gnis, pe. prod. coniunctio, seu compositio est. Hinc compagino, as, copulo, iungo, insolens verbum pro compingere.

Delinquo.] Fallo, à bono deficio, pecco. Hinc deliquium solis, & delictum, peccatum, commissum. Subinde expositum.

Locupleto.] Penul. produ. dito, & diuitem facio. Hinc locuples, omnis generis, & locupletatio, & locupletatus, a, um, qui diues, & rebus, & locis factus est.

Palus.] Priori pro. pedamentum, & rīdica vitium, eyn paal, zaunsteck. Hinc palo, as, & palor, aris, deponens. Palatus participium. Palatim, passim vagando. Calepinus ex Liuio. Sed palus, paludis, prima breui & secunda indifferente, eyn pfutz, sompp. Hinc palustер, hæc palustris, vt rana palustris, & hoc palustre, vt palustria pascua.

Ἀπορία, Aporia.] Indigentia, penuria, dubitatio. Nam aporos indigens dicitur. Hinc aporior, aris, significat modo hæreo & consilij inops ac perplexus sum, modo ad summam angustiam redigor, modo indigeo. Aporia, æ, consilij inopia.

Poderis.] Penultima longa cōtra vulgi morē, vestis genus quod talaris dicitur, vsq; ad talos protensa.

Horripilatio.] In Biblijs tātum sacris pro horrore legitur, vocabulum plane Grāmaticum, compositum ab horrore, & pilis, nullibi legi apud doctos, & probatos autores: notæ tamen significationis est, vernacule grisseln, odar vven eim die hare zu berge sthaen. Iacobus tamen Stapulēsis eo vtitur. Et horripilare verbū apud Apuleiū, p horridiore, asperioreque pilo fructificare lego.

Scandalum.] Latine offendiculum.

CAPVT XXVIII.

Vindico.] Significat vlciscor. Hinc vindicta, vltio. Hic deponens est. Vindicatio verbale.

Inimico.] Deponens, inimicitias exerceo, datiuo iungitur, tantum in Biblijs sacris legitur. Sed inimico, as, cū accusatiuo significat inimicum facio. Horat. Et miseras inimicat vrbes. Hinc inimicus & inimicitia. Inimice aduerbium. Inimiciter obsoletum. Inimicus, a, um, vt inimicus animus. Clamor inimicus, vultus inimicus. Inimicæ oculis vomitiones.

Viratus.] A vir & pro forti ponitur. Virosus forte melius.

Pardus.] Animalis genus versicoloris.

Sepio.] Significat teneo, impedio, circundo. Hinc septa, & sepimentum. Sed sepia piscis genus. Persius: Nigra quod infusa vanescat sepia lympha. Hinc Ausonius vocat literas nigellas Cadmi filias, notasque furuæ sepiæ, atro sanguine deformatas. Vide Politianum in Miscellaneis capi. xxxix.

CAPVT XXIX.

Fenero.] Cum ablatiuo significat ad vsuram & fœnusculum accipio, vt apud lib. Digest. xxi. Si aūt aliquis eorum, &c. fœnenari ab eo. Item fœnero, as, cū accusatiuo, & fœneror cum datiuo, idem significāt,

quæ

quæ tam pro dante, quã pro accipiẽte sumũtur, quod est contra Vallã. Hinc fœnerator, fœneratus, a, um, fœneratitius, a, um, Græce danista dicitur.

Causor. Deponens, significat rei gestæ causam affero seu reperio, & excusationem adduco. Causari etiam culpare est. Sed causificor, causam dico. Plautus pro causari. A causa, hinc causula dimin. Causarius, a, um, vt causariꝝ milites. Causariꝝ Metaphoricos, valetudinariꝝ. Causatio, vitium interitus & ægritudo. Palladius libro primo. Causatiuus & causalis, pro eo ꝙd causa est. Adiect. sunt barbara. Causidicus, ein vorsproch.

Solidus. Substantiuum, genus nummi, eyn schillinck. Sed solidus, a, um, iuge, cõtinuum, plenum, integrum, vt solidum corpus: à quo soliditas. Hinc insolidum aduerbialiter, id est, in integrum.

Dimidius. a, um, quasi per mediũ diuisus. Et dicitur de rebus quę separatæ sunt. Nam est pars altera ex dimidiato. Hinc adagia: Dimidium plus toto. Et: Dimidium animæ dixit Hora. Martialis: Dimidium donare Lino, quàm credere totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium. Sed dimdiatus, a, um, de rebus continuis dicitur, quæ nõ separantur, vt dimidiata hora. Dimidiatũ mẽsem dixit Cicero. Dimidiatim, zum halben teil. Plautus. Dimidiare pro diuidere barbarum est.

Asser. eris, tabula sectilis est. Dicitur et assis in nominatiuo. Hinc assiculus, vel asserculus diminutiuũ, vel assula ab assis. A quo asso, as, & coasso, as, & coassatio, bretter zusammen fugen.

CAPVT XXX.

Assiduo. as, quod sit verbum, vt hoc loci, nunquàm (quod sciam) legi. Sed assiduus, a, um, ab assideo, sæpe, i. iugis, continuus. Hinc assiduitas, diligentia & e contrario, resides dicuntur segnes & otiosi. Assiduus etiamnum dicitur frequens, & assidue frequenter. Verg. Assidue veniebat. Assiduo, vt assiduo veniebat, id est, sæpius & assidue.

Palpo. as, & palpor, est leuiter & quasi tentando tãgere, & pro adulari capitur subinde. Hinc palpator & palpo, palponis, adulator est. Et palpum obtrudere, adagiũ, est dolosis blandimentis decipere. Palpatio, palpito, palpitas, &c.

Idolum. Simulacrum, &c.

Libatio. Libamen, libamentum, quicquid in sacris libatur, maxime de liquidis.

Spado. Pen. pro. in obliquis, dicitur vi exectus. Castratus, eunuchus.

CAPVT XXXI.

Prescientia. Scientia est de futuris, à præscio, quod est ante scio. Hinc præsciscо, & præscius. Augustinus: Futurorũ præscius deus. Præscitus, a, um.

Insequor. Pe. cor. sequor, vel insequẽdo sequor. Verg. Insequitur clamorꝙ virum stridorꝙ rudentũ. Et insequi, pro seq in malum. Quintilianus: Cũ eum maledictis insequeretur. Hinc insecutio. Vide Martialẽ.

Eleemosyna. Munus pauperi datum ex misericordia.

Frugi. Omnis gene. indeclinabile sicut nihil, vt frugi homo. Martial. Frugi ientacula dixit. Contrarium nequam.

Cholera. Pen. cor. pluratiuo numero, & choleræ, morbi genus est præcipitis, in quo & vomitus & deiectio simul fiũt, à Græco χολὴ, quod est fel, bilis, ira. Hinc cholerici, id est, bilioſi, iracũduli et fellei. Celsus accipit pro bile choleram.

Tortura. A torqueo, es, supplicium, vt hic & alibi.

Infrunitus. Pen. pro. insipiens, stolidus. Dictum alias.

Parcus. a, um, tenax, qui frugi est, & impẽdijs parcit. Vt ille est parcior Euclione Plautino. Hinc parcitas & præparcus, a, um. Similiter deparcus, tenax. Parcæ deæ p antiphrasin, quod nemini parcant. Tres aũt sunt Parcæ, Clotho, Lachesis, Atropos, quę dicuntur lanificæ. Vide Martialem: Si sapis vtaris totis Colina diebus. Extremumꝙ tibi semper adesse putes. Lamificas nulli tres exorasse puellas Contigit, obseruant quem statuere diem. Nil adijcit pẽso Lachesis, fusoque sororum Explicat: & semper de tribus vna necat.

CAPVT XXXII.

Rector. A rego, qui regit, gubernator est. Hinc rectus, id quod regitur. Aliquando rectus dicitur, qui stat & erectus est. Et homines recti dicuntur iusti. Item rectum, est perfectum officium, quod Græci catorthoma, opus virtutis, vt est apud Ciceronem in primo Officiorum. Inde recta aduerbium.

Musica. Et Musices, scientia, quæ canẽdi modum demonstrat.

Importune. Non quiete, nec apte: sed molestè & prẽter rationem: ab importunus, quod caret portu, hoc est, quiete. Hinc importunitas, quæ (vt Donatus inquit) neque loci neq; temporis habet rationem, aut cõmoditatem. Contrarium oportune.

Carbunculus.] Est paruus carbo, & morbi genus, tuber seu vitium ex inflammatione proueniens. Est & gemma propter colorem, à quibusdam apyrastes dicitur: Græci anthracion vocant. Nam athrax carbo dicitur Græcis. Dicitur & apyrotos pe. pro. fœ. gene. nomen gemmæ, eyn carfunckelstein.

Smaragdus.] Gemma viridis, cuius varia sunt genera. Hinc smaragdinus.

Trico.] A tricis, id est, capillis pedibus pullorum gallinaceorũ inuolutis. Inde extrico, expedio, et intrico. i. impedio, implico. Hinc Martialis: Sunt Apinæ tricæq́, & si qd vilius illis. Vide Chiliades Erasmi.

CAPVT XXXIII.

Carrus.] Et carrum à cardine quatuor rotarum, vel quod currendo sonet. Sed carruca genus vehiculi .i. currus. Hinc carrucarius, rĩ, qui carrucas agit.

Axis.] Proprie diametron mũdi significat, eum polum dicimus. Item stipes seu lignum teres, crica quẽ rota currus vertitur. Item totum cœlum, vt axem humero torquet, id est, cœlum sustinet Atlas ille vranophoros, id est, cœlifer.

Emissarius.] Qui ante exercitum emittitur. Item qui paratus est inuehi in aliquẽ. Item furtorum conciliator & internuncius, Asconio autore. Sed emissarius equus, vel aries dicitur, quod emissus sit in solitudinẽ, vel qui ad generandam sobolem emittitur.

Hinnio.] Proprium est vocis equorũ. Hinc hinnitus, us, das vvehelen. Hinc hinnus, hinni. Hinnulus diminutiuum.

Plasmo.] Figmentum aliquod efficio. Hinc plasma figmentum. Hinc plastes, plastice, ars, fœminini generis.

Acini.] Pe. cor. grana dicũtur vuæ, hæderæ, sambuci, tribuli, malipunici, hoc est, minutiorum arborũ fructicumve, quæ densius nascuntur: differunt à granis, baccis & corymbis. Alias dicta sunt.

CAPVT XXXIIII.

Augurium.] Diuinatio quæ per auium gestus edicitur, quod et augur dicitur. Hinc augurior, auguro, & auguror, diuino, augurium facio.

Phantasia.] Imago, visio rerum insidens animo. Phantasma. i. visum, quæ species vna, & nomen est eorum, quæ dormientes videre sibi videntur. Hinc phantasticus, a, um, imaginatiuus: ἀ φαντάζομαι imaginor verbo deponentali: accusatiuo iũgitur. Porro φαντασία, & φάντασμα, à φαντίζω ducitur, quod est imaginor. Cicero visum trãsfert, estq́ illud, quod animæ pars imaginatiuæ videre sibi videtur, generaturq́ ex impulsu extrinsecus oblato, quam assensio consequitur, vel dissensio, in quibus est opinio. Hactenus Lodouicus Viues.

Trepido.] Penultima cor. timeo, est & festinare. Verg. Dum trepidant, alæ saltusq́ indagine cingunt. Hinc trepidus, a, um, id est, pauidus, & trepidatio, pauor. Trepide aduerbium. Trepidulus, a, um, vt res trepidula. Trepidulus metu, &c.

Mercenarius.] ñ, qui mercedis gratia operã nauat, atq́ præstat. Est & adiectiuũ, vt virtus mercenaria dixit Lactantius li. vi. A merces, dis. Hinc mercedula.

Baptizo.] Intingo, immergo. Hinc baptismus, baptismum, baptisma, intinctio, & baptisterium, piscina: baptista, tinctor.

CAPVT. XXXV.

Litо.] as, sacrifico, immolo, facto deos placo, votumq́ impetro. Compositum eius perlito, id est, perfecte lito. Plinius: Mola falsa latent, qui thura non habent. Plinius in præfatione Naturalis historiæ.

Similago.] Penultima producta, idẽ quod simila, id est, farina alba, & flos seu delitiæ farinæ triticeæ: quæ & pollen, & pollio dicitur. Plinius: Similago ex tritico fit laudatissima. Hinc similagineus, a, um, vt panis similagineus, id est, triticeus.

Maxilla.] Non est diminutiuum à mala, vt putauit Priscianus. Sed mala à maxilla fit per detractionem mediæ literæ, vt docet Cicero li. de Orato. ad Brutum: pars in qua fixi sunt dentes, licet etiam de exteriori parte dicatur. Hinc maxillaris, id est, molaris, vt dens maxillaris, der stockzand.

CAPVT XXXVI.

Alleuo.] as, pen. corre. in altum tollo, vel de imo. Eiusdem significantiæ est subleuo. Sed alleuio, as, significat põdus aufero, diminuove, exonero. Hinc alleuiamentum. Alleuatio verbale. Alleuiare pro alleuare Calepinus sine autore.

Innouo.] Penult. corr. & renouo composita à nouo, quod est nouum facio, vt: Innoua signa, immuta mirabilia. Hinc innouatio, & innouatus, a, um, erneuvveren.

Prophcta.] Et prophetes masculini gene. vates & prædictor, qui futura nunciat. Hinc prophetia, vaticinium, prædictio.

Nidus.] Domicilium auium, vel cubile, quod mali sit nidoris & odoris, vt aliq́ autumant. Quandoq́ capitur pro ipsa aue, quasi continens pro contento. Vergi. Ipsæq́ volantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. Interdum vasis genus est à nidorum

rum similitudine. Et nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim tenentur. Hinc nidulus diminutiuum, nidifico, as, & nidulor, nidularis. Hinc adagium: Pennas vltra nidum extendere, paruæ auiculæ paruos extruunt nidulos.

CAPVT XXXVII.

Amicus.] ci, ab amando dicitur, & in re honesta est. Donatus: Amicus animi, amator corporis. Eius diminutiuum amiculus. Hinc multa adagia: Est amicus alter ipse. Amicorum omnia communia. Amicitiæ æqualitas, amico amicus, amicorum est monere mutuum. Hinc amicitia, amice, amiciter aduerbia. Verus amor, syncera fides, non fictus amicus. Hæc fiunt nulla languidiora die. Autor Martialis (vt puto.) Amicus, a, um, amabilis, e, &c.

Sodalis.] In rebus leuioribus, & fere in conuiuijs dicitur. Hinc sodalitas, & sodalitium, quæ significant collegium multorũ, seu conuiuium. Quicquid apud cyathos lepidi effudere sodales. Mensa digressos non meminisse decet. Flore sub hocroseo veneranda silentia sunto.

Sudes.] Pertica seu genus teli militaris, hoc est, paxillus igne torridus, contus, fustisq;. Vergil. Sudibusque præustis. Seruius vallus & sudes idem esse vult.

Agrarius.] a, um, quod ad agros pertinet, vt lex agraria. Liuius libro secundo: Tum primum lex agraria promulgata est. Item agrarius, qui agros possidet, substantiumm. Ruralis, e, idem.

Titubo.] Penulti. corre. vacillo, proprie pedibus insistere nequeo, svvancken. Transfertur & ad animum. Titubare quoq; dentes, & lingua dicũtur, vt titubat lingua. Vide Quintilianum, & Lactantiũ de ira dei. Si verbo titubarint. Titubare, & peccare, titubabatus participium. Vergil. v. Aneidos: Titubata vestigia, titubanter, titubatio, & titubantia, vt titubantia oris, stacklung.

Sophistice.] Hoc est, callide, fraudulenter aduerbium, à sophista, qui sophiæ, id est, sapientiæ calumniator est. Hinc sophisticus, vt ars sophistica. Et sophisma commentum, fraus, deceptio, cautela. Sophistice, es, ars ipsa.

Cholera.] Ira, bilis. Hinc cholerici, bilioſi dicuntur. Cholericus, a, um, vt cholerica tormina.

Crapula.] Vini superfluus potus est: sicuti gula cibi. Liquet aũt (inquit Galenus in quinto Aphorismorum) oẽm noxam ex vino factam à Græcis κραιπάλην, id est, crapulam nominari, quod caput concutiat. Hinc crapulor, aris, crapulatus. Obsoletum verbum. Crapulam exhalare. Crapulam edormiscere, eleganter dicimus.

CAPVT XXXVIII.

Medela.] Medicina, medicamen, & medicamẽtum idẽ sunt, id significãt quo quis curatur, Græcis antidotum, pharmacõ dicitur. Hinc medicus, Græcis Iatros, Iatria, medicina. Medico, as, or, aris, medicatus, a, um. Medicata ficus, medicata pocula, medicatissima res. Medicatio verbale, medicus, a, um, vt medica manus, lingua, quã habet canis. Medica, cæ, herba, guldin steynklee. Medicinalis, e, medicinæ, arum, scholæ, medicabilis, e, medicamentarius, a, um, medicamentosus, a, ũ. Meditrina dea, à medendo dicta, meditrinalia, orum, dies quo solebant vinum nouum, & vetus libare, & gustare medicamenti ergo cum certis cæremonijs, & ritibus.

Vnguentarius.] ij, qui vnguẽta, aut cõficit, aut vendit. Græcis myropola, pharmacopola dicitur, pen. prod. Est & adiectiuũ.

Consolor.] Penultima producta, solatium præsto. Hinc consolatio, & consolabilis, e, consolatorius.

Aratrum.] Dictum est ab eo quod eruat & aret terram, vt centum aratris vertere terram. Aratrum circunducere, aratra extrahere, ab aro, as. Hinc aratio, aratiuncula, arator, aratro, as, arabilis, e.

Sulcus.] Proscissio terræ. Proprie vero significat quicquid aculeatum in longitudine est. Hinc bisulcus, trisulcus, vt telum trisulcum. i. trifidum. Conradus Celtes: Ante meam faciem tribuis mihi candida verba. Post me serpentis lingua trisulca sonat.

Architectus.] Et architector, faber principalis, qui fabricandi artem habet, & structuris ædificiorũ præest. Per translationem, vt architectus deus, architectus legis. Beatæ vitæ architectus. Princeps & architectus sceleris. Architectus verborũ, architecton, onis, idẽ. Architectonicus, a, um, architector, aris, architectonice, es, ars ipsa. Architectura, de hac vide Vitruuium.

Incus.] cudis, pen. prod. in obliquis, instrumentum ferreum, in quo aliquid cuditur. Horatius: Et male tornatos incudi reddere versus. Hinc incudo, onis, qui super incudem quicquàm fabrefacit.

CAPVT XXXIX.

Prophetа.] Vates, futura prænuncians, prædictor.

Versutia.] Calliditas, astutia. Hinc ver-

sutus homo,callidus,versute.Versutiloquus coacta compositio est,qui versuta loquitur, inusitatum.

Parabola.] Similitudo, comparatio. Cicero collationem vocat.

Libanus.] Montis nomen, & sæpe numero pro thure ponitur. Libanotis, rosmarin.

Exceptorium.] Ab excipio, quod aliquid excipit, vt aquarum receptaculum. In sacris tantum Bibliis legitur. Sed exceptio, exceptitius,a,um, excipulum, Latinissima sunt ab excepto,as.

Placor.] A placo, as, est mititas, seu placiditas, propiciatio, mansuetudo. Hinc placator.

Cataclysmus.] Græca est dictio,Latine inundatio,diluuium, & eluuies, siue eluuio,eluuionis,aut diluuies dicitur. A κατακλύζω, quod est demergo.

Botrus.] Vuæ racemus est, Græce βότρυς. Hinc racemosus,a,um. βοτρυώδης, racematim,aduerbium, βοτρυδόν, & racemulus diminutiuum, βοτρύδιον, καὶ ἐπιφίλλιος.

CAPVT XL.

Occupatio.] Ab occupo,as,labor, negocium. Hinc occupatiuncula diminutiuum. Et occupatus homo,negociosus, & labore detentus.A quo occupatitius ager dicitur, qui desertus à propriis, ab aliis occupatur.

Adinuentio.] Studium,machinatio:dictum sæpe in Psalterio.

Hyacinthus.] Tetrasyllabon,floris nomen purpurei coloris, lapidis precioſi quatuor syllabarum. Hinc hyachintinus penul. cor.violbrun, geferbt vvie eyn lacinth.

Crudus.] a,um, recens,atq; acerbum, vt crudum vulnus.Et crudum dicitur quod non est coctum. Et crudi cibi indigesti, & nondum concocti in stomacho. Item crudus dicitur, qui est truci aspectu. Hinc cruditas. Distichon M. Iacobi Horlini:Cruda, Machaonia quæ non curantur ab arte, Vulnera, cultello sunt resecanda truci.

Paradisus.] Hortus,pomarium.Hinc paradisiacus, a, um.

Melodia.] Dulcis cantus,seu melleus. Melos neut.gene.indeclinabile,schall,ton, klang. Melodes, vvole singende, melicus, ci, senger.

CAPVT XLI.

Mors.] Priuatio vitæ. Platonici sic diffiniunt: Mors est animæ, corporisque dissolutio.Distichon:Qui mortis meminit,fallacis gaudia mundi Perfacile temnit cœlica regna petens, M. Iacobus Horlinus autor.Hinc morior,mortalis,emortuale,quod ad mortuos pertinet, vt emortualis dies.Item mortuum mare, lacus est Syriæ, q nihil viuum gignit.Mortiferus,a,um.

Thesaurus.] Et thesaurum,est,vt Paulus Iurisconsul.inquit,vetus quædam depositio pecuniæ,cuius non extat memoria. Hesiodus:Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis.Hinc thesaurarium, locus: & thesaurizo, congrego.

Erubesco.] Erubeo, & verecundor. Hinc erubescentia,Erubescere ora alicuius.

Synagoga.] Congregatio,coadunatio. Et pro re, locoque ponitur.

Socius.] Dicitur quod sit eiusdem sortis. Sunt autem socij, qui pari consilio,& autoritate rem simul aggrediuntur. Comites vero itineris sunt. Sodales eiusdem collegij. Hinc socialis,& hoc sociale, quod est sociorum, vt bellum sociale, dictum est Marsicum. Societas quasi participatio. Socienus olim dicebatur socius. Obsoletum. Plauto teste: Socio,as, id est,iungo. Sociabilis, sociabile, socialitas, sodalitas, sodalitium.

Discubitus.] us, ab discumbo,is,quod est in diuersis locis accumbo, id est, sessio,& accubitus. Hinc discubitorius lectus apud Plinium, super quo discumbebant antiqui cœnaturi.

CAPVT XLII.

Duplico.] Duplicem facio, gemino, vt duplicare numerum. Interdum augeo. Vergilius: Et sol crescentes decedens duplicat vmbras.Hinc conduplico, & reduplico. Duplex significat duo, quandoque latum. Vergilius: Duplici aptantur dentalia dorso, à quo duplaris numerus dicitur, in quo minor bis numeratur. Hinc dupliciter, & duplicato aduerbia.Opinionem de se duplicare, duplicare vires suas, duplicata verba, & cætera.

Statera.] Libræ genus, absque bilancibus.

Sanguinare.] Est sanguine manare. Quintilianus in declamationibus:Tum repetitis sanguinare planctibus iam conualescentes lacerti, bluoden. Hinc sanguinolentus, a, um, sanguinarius, a, um, sanguinalis, sanguinale, sanguisuga, alias hirudo, omnia à sanguis,sanguiculus, sanguiculi. Sanguis hœdi, vel suis in cibum formatus. Sanguineus, a, um.

Appen-

Appendo.] Suſpendo, quaſi ad aliquid pendo, vt appendi vuam ad tigna. Et appendere, eſt ad lancem ſtateramq; librare, ponderare, vt hoc loci. Item ſignificat etiam num iuxta dare. Et adiungere, vt appendix, & appendicula, appenſio. Appenſus participium.

Abyſſus.] Aquarum immenſa profunditas, gurges, barathrum, tiepff, der drichter.

CAPVT XLIII.

Altitudo.] Ab alto, nomen eſt menſuræ, & ſignificat partem ſuperiorem, & infernam, hoc eſt, ſummitatem, & infimitatem. Sicut altum, ſummum, & imum: vt altum cœlum, altum mare. Altiſonus, altiſonans idem. Altiuolans, altiuolus, a, ũ.

Aduro.] Compoſitum ab vro, aduro, deuro, comburo, à quibus aduſtio, exuſtio, deuſtio, combuſtio, eiuſdem fere ſignificationis. Sed peruro, valde vro.

Luna.] A lucendo dicta, quod noctu luceat. Diminutiuum lunula. Hinc adagium: Quarta luna nati, dicuntur infortunati, & infelices. A luna, lunaris, & lunare. Lunaticus morbus. Lunatus, a, um, vt falx lunata, illunis, e, obſcurus, cæcus, vt nox illunis, cum non ſplendet luna, Politianicum vocabulum.

Arcus.] Hoc loci pro iride ponitur.

Notus.] Ventus meridionalis, auſter dictus: νότος enim Latine humor dicitur. Sed nothus per th. qui ex vxore non legitima natus eſt, dicitur ſpurius, manzer: & corripit primam. Vergilius: Suppoſita de matre nothos furata creauit. Sed notus, a, um, notius eſt, quàm & hic ſcribam.

Cryſtallus.] Fœmi. gene. & cryſtallum neutri, lapidis & gemmæ genus, qui ex gelu vehementiore concreto naſcitur. Hinc cryſtallinus pen. cor. Martial. Frangere dũ metuis cryſtallina, frangere peccas.

Bellua.] Beſtia eſt, atque brutum, & immanis fera, quaſi bellum gerens: à quo belluinus, vnde belluinam rabiem, & belluinũ furorem dicimus. Item bellutus, a, um, vt belluta tapetia, quo veteres vſi ſunt: pro eo quod eſt belluæ ſimilis.

CAPVT XLIIII.

Glorioſus.] a, um, eſt gloria plenus, inclytus, clarus. Interdum in malum, qui ſe inaniter iactitat, vt ille glorioſus miles, Thraſo Terentianus.

Enoch, vel verius Hanoch.] Interpretatur dedicatus, habes de eo Geneſis v.

Paradiſus.] Hortus, pomarium.

Abraham.] Interpretatur pater multarum gentium: dictum eſt in Gene.

Iſaac.] Filius Abraham, riſus interpretatur.

Iacob.] Qui & Iſrael, ſupplantator.

Iuſiurandum.] Eſt affirmatio religioſa, vt inquit Cicero lib. tertio Officiorum: Quod autem te affirmante, quaſi deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.

CAPVT XLV.

Monſtrum.] A monſtrando miraculum dictum eſt, quod aliquid ſignificando demonſtret. Et eſt omne contra naturam. Hinc monſtrum alere prouerbio dicimus, vbi quid occulti vitij latere ſignificamus.

Placo.] Mitem ac placidum facio, propicio. Hinc placabilis, propiciabilis. Compoſitũ cõplaco pen. prod. Hinc placatio, placor, & placator. Placidus, a, um, placide.

Lenitas.] Et tudo, mentum, quæ idem ſignificant, manſuetudinem, ſuauitatem, placationemque. Hinc leniter, moderate, ſuauiter, omnia à lenis.

Zona.] Cingulum, quo cingimur: hæc & lorum, & baltheus dicitur. Martialis: Longa ſatis nunc ſum, dulci ſed pondere venter Si tumeat: fiam tum tibi zona breuis. Hinc adagium: Zonam perdidit. Vide Chiliades Eraſmi.

Tintinnabulum.] Et tintinnale, æneum inſtrumentum, alij campanellam, vel nolulam vocant. Iuuenalis: Et tintinnabula dicas Pulſari nemo turbas, nomen à ſono tintin, factitium.

Mitra.] Dictio barbara, qua ſignificatur capitis ornamentum, infula, vel galerus dici poteſt. Apud Perſas ſol dicitur. Diminutiuum mitella, qua Vergili. vtitur. Reliqua explicata ſunt.

CAPVT XLVI.

Iesus Naue.] Filius Nun, id eſt, Ioſue, expoſitum eſt ſuo loco.

Succeſſor.] A ſuccedo, qui alteri, vel dignitate, vel honore, aut loco ſuccedit. Hinc ſucceſſio, & ſucceſſus, euentus.

Rhomphea.] Gladij genus.

Vndique.] Aduerbium loci, de omni loco, allenthalben her. Cum vndique homines nequiſſimos conquiſiſſet. Vndiq; aliquem proripere & verberare. Vndiq; referta bonis eſt vita, ego verius dicerem malis.

Prophetia.] Futuri prænunciatio, vaticinium, prædictio.

CAPVT XLVII.

Bigas,

Gigas.] Altissimæ staturæ vir, & terræ filius dicitur. Hinc giganteus, a, ũ, penult. producta.

Modulus.] Diminutiuum à modus, & ponitur pro ipsa compositione in cantu, qui etiam modulamen dicitur. Hinc modulor, aris, modulator, modulatio, modulatus participium, modulate aduerb.

Aenigma.] Obscura allegoria, vel quæstio. Hinc ænigmatistes, & ænigmaticus, a, um.

Insula.] Terra quæ vndiq; aqua clauditur. Diminuti. eius insulula. Hinc peninsula, quæ quasi insula est. Insularius, a, um, insularis, e.

Aurichalcum.] Ex auro & ære dictũ est, quasi fit æs aureum, habet enim colorem auri. Dicitur & orichalcũ, quia in locis montosis inuenitur. Aurichalcum pro nummo apud Plautum, moeſs, oder kupffer.

Redundo.] Significat superabundo, supereffluo. Et redundare est, refluere, seu recipere. Plautus: Hoc facinus in tuum redundabit caput, id est, recidet. Hinc redundans participium. Redundatio verbale, vt redundatio stomachi. Redundantia, æ.

CAPVT XLVIII.

Facula.] Diminuti. à face, quæ Græce lampas dicitur, est parua fax, incisus fustis. Fit autem ex piceis arboribus præcipue, siue ex arundinibus. Hinc dicimus fax accusationis, faces ferre ex Capitolio, faces seditionis, fax corporis. Facularius Calepinus sine autore.

Pernicies.] Mors à perneco: Græce panolethria. Hinc pernicioſus, a, um, hoc est mortifer, & pernicioſe aduerb. Leno pernicies communis adolescentium. Cum detrimento bonorum, & cõmuni omnium pernicie. Pernicialis, e, perniciabilis, e. Perniciosius de Repub. mereri.

Sina, Oreb.] Montium nomina suo loco interpretata, & notissima.

Turbo.] Ventus impetuosus, & tempestuosus, alia significata dicta sunt.

Lenio.] is, mulceo, placo, imminuo, poliove. Interdum est consolari. Hoc verbum etiam lenibo in futuro facit. Propertius: Lenibunt tacito vulnera nostra sono. Hinc lenis, e, leniter, lene aduerbia. Lenitas, lenitudo, lenimentum.

Pertimeo.] Et pertimesco, valde metuo, & timeo, vt: De suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt. Pertimescitur passiuum. Cicero: Id etiam in leui persona pertimescitur.

Perpaucum.] Admodum parum, nõ multum, & valde pauculum.

Rupes.] Fœminini generis, proprie de montibus dicitur. Sunt præruptæ partes terræ, ob altitudinem, ac procliuitatem inaccessæ. Hinc Rupefortis cognomen, imo epitheton Guidonis ab Polydoro Vrbinate positum. Hinc rupicapra, eyn gemss.

Rabsaces.] Princeps & dux regis Sennacheribi Assyriorum, de Lachis in Hierusalem ad Ezechiam missus. iiij. Reg. xviij. & ij. Paralipom. xxxij. Esaiæ xxxvi. Et interpretatur magister, vel præpositus bibentium, siue multum bibens, vel osculans, aut magnus saccus, Ieremiæ xxxix.

CAPVT XLIX.

Iosias.] Rex Iuda, laude dignissimus, qui dominum quæsiuit à pueritia. De eo habes iiij. Reg. xxij. & ij. Paralipo. xxxiij. & domini oblatio interp̃tatur, verius, ignis domini, aut vrens dominus. Rex Iuda filij Amon filij Manasse. iij. Reg. xxij.

Pigmentarius.] Qui facit vel vendit pigmenta. Vide in Exodo. Est & adiectiuũ.

Diuinitus.] Aduerbium, significat à diuinis, siue à deo: sicut humanitus, ab humanis rem demonstrat. Sic & cœlitus, &c.

Adipiscor.] Significat assequor, obtineo, consequor. Item indipiscor. Aliquando adipiscor significat conuenio, peruenio, quando scilicet cum persona iungitur, vt palmam adipisci. Consequi & adipisci idem sunt, assequi & adipisci. De eadem causa bis iudicium adipiscier. Adipisci ius suum, adipisci nuptias, quempiam adipisci. Adipiscor in passiuo significatu aliquando reperitur. Cicero: Eãdem accusant adeptam. Adeptus participium, adeptio verbale.

CAPVT L.

Suffultio.] Sustento, munio, fortifico. Varro: Vt maioribus perticis suffultæ vites, auras non pertimescant, vnder stuitzen.

Vernus.] a, um, quod est veris, vt verna temperies, vernus dies, à q̃ verno, as, pullulo. Vernalis, & le, verni flores, vernatio, vere nouo, primo idem. Ver sacrum in quo notas, & sacra & ludos faciebant.

Amictus.] Vestis q̃ superponitur aliis vestibus: pallium dicere possumus. Tibull. Fruſtra iã vestes, fruſtra mutantur amictus. Item amictus participium, i. vestitus.

Ductilis.] Et hoc le, quod facile ducitur, attenuaturq;. Vnde æs ductile dicimus.

Sichi-

Sichimis.] Media corr. dictum est in Genes. Hinc Sichimitæ penult. produ. à Sichem, Sichima, Sichimi idem, humerus siue pars, aut matutina itio interptatur. Metropolis Samariæ in tribu Manasse, &c. Gene. xij. Iosue xx. Acto. I.

Hierosolymita.] Pen. prod. cõmunis generis, qui vel quæ ex Hierusalem est.

CAPVT LI.

AEstuatus.] a, um, hoc est, crematus, exustus: ab æstuo, as, quod est ferueo, flagro. Aliquando est fluctuo, agitor. Hinc æstuosus, a, um, calore plenũ, æstuaria loca.

Palam.] Aduerbium ad omnia refertur, & significat manifeste, & coram pluribus. Coram ad personas tantum. Hinc propalam eiusdem significationis. Palam & clam contraria.

Præcox.] Pen. cor. in obliq. omnis generis, quod & præcoquus. Martialis: Illia maternis fueramus præcoqua ramis. Nunc inadoptiuis persica cara sumus. Dicitur autem præcox fructus, qui præter morem cæterorum matureſcit, vt præcox vua, præcox ficus, præcocia poma. Contrarium serotinus, a, um.

Colluctor.] Compositum à luctor, est simul luctari. Hinc colluctator, & colluctatio. Lactantius: Nam & ille colluctator, & aduersarius noster, scis quàm sit astutus, idẽ ipse violentus.

¶ Libri Ecclesiastici
FINIS.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONymi ad Paulam, & Eustochium in translationem Esaiæ explicatio.

NEmo cum prophetas versibus viderit esse descriptos.] Et prosæ orationis esse versus hinc liquet, nec enim omnis versus est carmen.

Metrum.] Mensura. Et quoniam mensuratur versus à nostris dicũtur metra. Hinc fiunt per cõpositionem. Monometrum, q̃d duobus pedibus constat. Dimetrum, quatuor. Timetrum, sex. Tetrametrum, viij. Pentametrũ, x. Hexametrũ, xij. A q̃ metricus, a, um, pe. cor. q̃d ad metrũ pertinet, vt ars metrica, leges metricæ, quæ Græcis stichologia dicitur: & stichologus versificator.

Demosthenes, Tullius.] Duo viri eloquentissimi. Alter Græcus oratorum maximus, & facile princeps, & Latine robur populi dicitur. De eo Hieronymus inquit: Eum plus olei quàm vini expendisse, & omnes opifices nocturnos semper vigilijs præuenisse. Hinc Demosthenicus, a, ũ, vt lucerna demosthenica, & phrasis. Alter, scilicet Marcus Tullius Cicero, Latinorum summus. Hinc Ciceronianus, seu Tullianus, vt: Lepos Ciceronianus, eloquentia Tulliana. Ciceronianum nomine legi librum ab Erasmo æditum elegantissimum.

Per cola & commata.] Id est, per membra & incisa, vel incisiones.

Prosa.] Oratio dicitur soluta. Sed ligata est metrica. Hinc prosaicus, a, um, vt prosaica oratio.

Disertus.] a, um, à differo, is, est is qui probe differit, qui vel probatissimis verbis exuberat. Eloquens, cuius oratio est grauibus sentẽtijs referta, & ornatis distincta verbis. Vnde M. Antonius apud Ciceronẽ ait, à se disertos visos esse multos, eloquentem vero neminem. Hinc Horati. Fœcundi calices quem non fecere disertum? Hinc diserte aduerb. Dissertitudo insolens, dissertabundus, qui dserit à differo vel disserto, as.

Esaias.] Pen. cor. non tantum prophetа, qui futura vaticinatur, sed & Euangelista qui euangelij mysteria, hoc est, arcana scripsit, dicendus est. Vide capite primo.

Ad liquidum.] Hoc est, manifeste, pure, clare. Dicimus & liquido aduerb.

Historia.] Eyn geschicht. Narratio est, ab ἱστορέιν, q̃d spectare, & cognoscere significat. Hinc texere historiam, est narrationem rei gestæ cõponere. Historicus, a, um. Et historicus substant. scriptor historiarum, hic & historiographus dicitur. Historialis, e.

Ethnicus.] Gentilis, ab ἔθνος, quod gentem, nationem significat. Hinc ethnearches, gentis princeps, ethnearchia principatus, vel præfectura gentis.

Sanctum dare canibus.] Et margaritas porcis, Euangelica, & Christi Adagia sunt, notissima, vel talpis perspicua.

Editio.] Publicatio, ab ædo quod est emittere, promere, in lucem dare, manifestare. Sic dicimus aliquem ædidisse librum. A q̃ æditores ludorum, exhibitores dicuntur.

Morsus.] Huius morsus, mas. g. nomẽ, modo pro dentium læsione, modo pro maledicentia ponitur, vt hoc loco. Morsibus. i. maledicentijs, & obtrectationibus, vt: Viperinus

perinus morsus. Hinc morsiuncula diminu. Mordax, mordax homo, canis, folium. Vis pruritu mordax, mordacissimus superlati. mordacitas, mordicus penult. corre. aduerbium. Græce ὀδαξ.

Prudens, vel sciens in flammam mittere manum.] Pro eo vtitur hic diuus Hieronymus, quod est, sciens expono me discrimini, malisque obiicio. Sumptum videri potest ab historia Mutij Sceuolæ. Extat & apud Ciceronẽ. Vide Paræmiographũ.

Collatio.] A confero, quod multa significat, est comparatio hoc loci, vt facta collatione, id est, cum alterum cum altero contulerint, tum demũ certius diiudicare possunt, quid verius sit. Collatus participium, vt collata omnium vota in vnius salutem. Collatis viribus, collatus, us, collatio, diatriba Græce, collator.

Oraculum.] Responsum diuinum est, ab ore dictum, vt inquit Priscianus. Cicero ex eo dictum putat, quod insit his deorum oratio. Interdum pro templo ponitur. Ex oraculo dici putare. Hæc ex oraculo Apollinis Pithij ædita tibi puta, nihil potest esse verius. Oraculo ædidit deus, petere oraculum à deo. Item oraculum æditum est, eas, &c.

DICTIONVM QVARVNDAM in Esaiam explicatio.

CAPVT I.

Visio.] Seu visus, ipse videndi actus. Ponitur interdum pro eo quod videtur. Visiones etiam phantasiæ dicuntur. Præterea visa, somnia dicuntur nocturna, siue diurna phantasmata. Hic pro prophetia videtur sumi. A videre multa.

Esaias.] Penult. corre. ita docti proferunt, filius Amos fuit, non vt plerique autumant, tertius duodecim prophetarum, sed alius, diuersisque apud Hebræos scribuntur literis. Iste primam & extremam literas habet Aleph, & Zade. Ille Ain & Samech: & iste secundum quosdã interpretatur fortitudo, siue robustus: ille populus durus, vel grauis, de quo in Amos propheta plenius, auspice deo, dicemus. Interpretatur aũt Esaias Salua tor domini, Iuda confessio, Hierusalem visio pacis. Osias fortitudo domini. Ioatham domini perfectio. Achaz tenens, siue robustus. Ezechias imperium domini. Porro de Esaia sic Hieronymus. Esaias in Hierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit, sepultusque est sub quercu Rogel iuxta tranſitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere. Sic Eusebius: Manasses impius Esaiam interfecit, statuamque suam posuit quinque facies habentem. Item Hieronymus ad Paulam & Eustochium, Esaiam nobilem fuisse virum scribit, disertum, & vrbanæ eloquentiæ, nec habentem quicquàm in eloquio rusticitatis admistum, nec eum tam prophetam dicendum, quàm Euangelistam. Prophetauit in Hierusalem & Iudæa. Serratus est à Manasse rege Iuda socero suo, vt Hebræi ferunt, serra lignea. Vnde quod ad Hebræos vndecimo de sanctorum supplicijs legitur, serrati sunt, ad Esaiam referri solet. Cauſſas cur sit occisus, recenset Hieronymus libro I. Commentario, in hunc prophetam.

Sceleratus.] Is dicitur in quo est scelus constitutum, aut commissum. Sed scelestus, & scelerosus, qui autor est sceleris.

Abalieno.] Penultima producta, remoueo, abstraho. Hinc abalienatus dicitur, quem quis à se remouerit. Alienatus vero q alienus factus est.

A planta pedis vsq; ad verticem.] Id est, ab imo vsq; ad summum, ab extremis vsq; ad primos.

Fotus.] Participium à foueo, es, hoc est, aspersus, mollitus, mitigatus. Sed fotus, us, substanti. Ambrosius lib. I. Offic. Radices arborum, aut vrantur frigore, aut fotu solis virescant.

Deuoro.] Penultima corre. vorando deiicio. Refertur & ad alios sensus. Hinc deuorator, trix. Deuoratio in sacris tantum legitur Biblijs.

Vastitas.] Vastitudo, vasticies idem, à vasto, as, id est, magno: quandoque pro feroci, & deserto, quandoque pro destructo ponitur.

Hostilis, & hostile.] Penultima prod. idem quod hosticus, quod est hostis, vt hostilis vastitas, & hostica rabies. Hinc hostire verbum, vt ait Nonius, quod est comprimere & recedere: est & ferire autore Festo, est quoque æquum reddere, tum compensare, & æquum beneficium rependere: vnde redostire, & hostimentum. Plautus: Quin permitto, inquam, hostire contra, vt merueris, id est, æqua reddere, vt exponit Marcellus. Idem Plaut. in Asinaria: Par pari hostimentum datum est, opera pro pecunia. Eo verbo vsus

bo vsus est diuus Augustinus libro iiij. de Ciuitate dei cap. viij.

Tugurium.] A tegendo dictum, rustica habitatio, tecta ex vlua palustri. Hinc tuguriolum, casula & gurgustiolum.

Cucumerarium.] Locus in quo sunt cucumeres. Pro tugurio Cyprianus posuit. Nam in vineis & cucumerarijs fiunt custodiaria, vt videmus quasi gurgustiola temporaria.

Quo.] Aduerbium interrogandi. i. ad quid? vel in quem vsum? Super quo, verius in quo. Horat. Quo mihi fortuna, si nõ conceditur vti? Sic & hoc loci: Quo mihi, &c.

Holocaustum.] Sacrificium totum exustum.

Neomenia.] Latine nouilunium.

Cetus.] Cum diphthongo, conuentus seu congregatio est.

Calende, arum.] Primus dies mensis, qua solebat populus Romanus vocari in Capitolium.

Coccus.] Sumitur pro purpura. Coccum vero est rubens gramen in maxima laude, vulgo granum dicitur. Hinc coccinus, a, um, penult. correpta, color purpureus. Coccina vestis, coccinea.

Scoria.] Metallorum purgatio, quasi fex. In Hebræo habetur sigim, rubigo videlicet metallorum, siue purgamenta, & sordes, quæ igne excoquuntur. Interdum ponitur pro cura & passione.

Excoquo.] Penulti. corre. perfecte coquo, & digero, hic pro exuro ponitur. Excoquere malũ alicui dixit Plaut. metaphorice.

Caupo.] Tabernarius, id est, ciborum potuumq; venditor. Hinc cauponor, aris, caupona, cauponaria, cauponula, cauponius, a, um, vt puer cauponius.

Stannum.] Plumbum album, Græce cassiteros penult. cor. zyñ. Hinc stanneus, a, um, vt vasa stannea.

Antiquitus.] Et antique aduerbia tẽporis, pro vetuste. Antiquus, a, um. Antiquiora Dipthera adagium: Antiquitas denominatiuum, antiquarius, a, um, antiquo, as, antiquatio.

Terebinthus.] Arbor nigrum lignũ, cum splendore proferens. Hinc terebinthina resina, quam nos terementinam appellamus. Symmachus hic quercum interpretatus est.

Stupa.] Linum vile, quod lini cortici proximum est, vverck. Hinc stupeus, a, um, vt funis stupeus, vincula stupea. Pro fauilla stupæ Symmachus ἀποτίναγμα interpretatus est, quando stupa pectitur, & quicquid sordidum habet, proijcitur. Dicitur & stipa, stipæ.

CAPVT II.

Conflare.] Est simul flare, proprie ventorum est, cum sunt diuersi. Multa significat, videlicet signare, concitare, contrahere, vt conflare inuidiam, conflare æs alienum, congregare, vt conflare populum, conficere, creare, vt conflare ex nihilo. Vergilius: Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem, id est, cuduntur, fabricantur. Hnc conflages, & conflatile. Conflator, conflatorium, conflatura auri.

Vomer.] Vel mis, dictus quod terram vomat, aratri ferreum instrumentum, quo terra proscinditur, à vomo, is, ere.

Philistiim.] Pro Philistijm semper Septuaginta alienigenas interpretati sunt, id est, allophylos, nomen commune pro proprio, quæ est hodie gens Palæstinorum, quasi Philistinorum, quia p. literam sermo Hebraicus non habet, sed pro ea φ. ph. Græco vtitur.

Cedrus.] Arbor maxima, quæ in ædificijs vtilitatem præstabat. Hinc cedrinus, a, um, & cedreum oleum. Persius: Et cedro digna locutus.

Quercus Basan.] Quas Aquila δρυὰς, Symmach. & Theodotio βαλάνους interpretati sunt, arbores glandiferas nouimus. Sed Basan regio est Arabiæ, cui imperat Og, qui appellatus est rex Basan, & interpretatur ignominia.

Naues Tarsis.] Pro Tarsis, quod omnes quidem transtulerunt similiter, soli Septuaginta mare interpretati sunt. Hebræi putant lingua propria sua mare appellari. Habuit & Iosaphat naues quas mittebat in Tarsis, sed contritæ sunt in Asiongaber. Habuit & Salmon quæ ibant in Tarsis, &c. De his nauibus in Psal. legimus. Et de ijs idem Esaias loquitur. Iosephus Tarsis vrbem Ciliciæ, Tarsum arbitratur. Alij regionem putant Indiæ. Melius autem est, Tarsis, vel mare, vel pelagus absolute accipere. Hactenus diuus Hieronymus.

Idolum.] Latine simulacrum.

Vorago.] Barathrum dicitur, quod in eam cadentia non emergant, sed deuorari videantur. Metaphoricos, Vorago patrimonij. Voraginosus, a, um, vorax, omnia à voro, voras.

Talpa.] Est animal absq; oculis, quod semper terram fodit, & humum egerit, & radices

dices ſubter comedẽs, frugibus noxium eſt, quod Græci ϰαπάλακα vocant. Hinc adagiũ: Talpa cæcior, id eſt, Tireſia, Hypſæa, & Leberide, cæcior. Vide adagia.

Veſpertilio.] Nocturna auis, quæ congruum ab eis nomen accepit νυκτερὶς, eo ꝙd in nocte volitet, paruum animal eſt, & muri um ſimile, non tam voce & cantu reſonans, quàm ſtridiore, quod cum videatur volitare lucifugum eſt, & ſolem videre non patitur.

Fiſſura.] Eyn ſpalt, ſchrunden, à findo, ſciſſura terræ, & hiatus eſt, Græce chaſma dicitur, à quo fiſſile, is, vt lignum fiſſile. Fiſſus, us, fiſſio verbale.

Cauerna.] Dicitur, quia caua, Græce crypta, hoc eſt, concauitas quædam terræ vacua, atque obſcura. Vnde cauernoſus, a, um, vt lapis cauernoſus, qui & tophus dicitur. Item cauernæ pro auribus. Cauernula diminuti. radix cauernoſa.

CAPVT III.

Dominator.] A dominor, qui imperium gerit. Inde fit dominatio, & dominatus, us, & dominium, dominatrix verbale, dominans participium, quo vſus eſt M. Iacobus Horlinus eleganter. Plena hodie laus eſt euertere pocula Bacchi Poſſet vel im modicum fauce vorare merum. Bacchus ſceptra tenet dominans proſcriptus Apollo Exulat: & nullum poſſidet orbe locum. Dominari, aliquando paſſiue capitur. Dominatus plural. nume. eyn herrſchafft.

Principem ſuper quinquagita.] Synecdoche, à parte totum. Quomodo enim centuriones vocantur, qui centum præſunt militibus: & chiliarchi, qui mille, quos nos tribunos appellamus: ſic quinquagenarij, decani, aut decuriones: Græce pentecontarchi, hecacontarchus, qui centum præfectus eſt, & penteconter, qui ductor eſt quinque hominum.

Architectus, vel ctor.] Architecton maſc. gene. idem, princeps fabrorum lignariorum. Hinc architectura, & architector, aris, compono. Architectonicus, a, um, architectonice, ars ipſa.

Myſticus.] a, um, ſecretus, arcanus, occulto. A noſtris figuratum appellatur. A myſta, vel myſtes, myſterium.

Effeminatus.] a, ũ, mollis, laſciuus, muliebris, ſicut Mileſij fuere, ab effœmino, as. Effœminate aduerb.

Tumultuor.] Tumultum, & perturbationem facio. Hinc tumultuanter aduerbium, &c.

Domeſticus.] a, um, quod ad domum pertinet, vt domeſtica negotia. Aliquando dicitur manſuetus, mitis. Et hi domeſtici dicuntur, qui ex eadem domo ſunt, & nobiſcum habitant. Hinc domeſticatim aduerbium.

Medicus.] Qui mederi ſolet, Græce iatros appellatur: reliqua explicata ſunt alibi.

Exactores.] Dicuntur qui pecunias extorquent, & exigunt. Hinc exactio, ipſiſſima extorſio. Theodotio δανείσας. i. fœneratores interpretatur. Ab exigo, is.

Depaſtus.] A depaſco, vt bos agrum depaſtus eſt, qui cibum ex agro ſumpſit. Item depaſtus ager paſſiue, hoc eſt, paſcendo conſumptus. Depaſta arbor, depaſtio verbale, depaſcor deponens, vt beluæ depaſcuntur ſata.

Attero.] Penultima correpta, eſt ad aliquid tero, frico. Aliquando ſignificat vehementer tero, frango, ad terram traho, aut valde rodo, vt hic. Vnde attritio. Et attritus, us, idem, vt ex attritu arborum. Attritus calcea mentorum ſedis vitia & attritus.

Lunula.] Diminuti. à luna, ornamentum mulierum, ad ſimilitudinem lunæ, quaſi bullulæ dependentes.

Torques.] Circulus aureus, flexilis, ob tortus, colli ornamentum, & ſummi pectoris, eyn gulden halſsbandt. Dicitur & torquis, ſæpe explicatum.

Monile.] Pen. prod. gutturis ornamentum, quod de collo pendere ſolet virginum, Græce ormiſcos nuncupatur.

Armilla.] Brachiorum ornamentum. Hinc armillatus, a, um.

Mitra.] Capitis ornamentum, quæ & infula, & galerus pontificis bicornis. Hinc mitella diminut. Mitratus, a, um.

Diſcriminale.] Acus eſt, quæ crines diuidit, ad concinnandum caput. A diſcrimino, as. Hinc diſcriminatus participium, diſcriminatim aduerbium. Diſcerniculum, li, eyn pfriembd.

Periſcelis.] Crurum tegumentum, nam hac voce vſus eſt & Horatius, à περὶ, quod eſt circa, & σκέλος crus, quod crurum partem tegat, eyn beyngezierd, generis fœmini.

Murenula.] Ornamentum colli flexuoſum, murenarum piſcium inſtar, & catena ex auro, quibus matronæ condecorantur.

Olfactoriolum.] Diminutiuum ab olfactorio, vaſculum in quo portantur odorifera, eyn byſemknoeplin, ex argento plerunque fit, vel deaurato, alij paſtillos vocant, vel todiſchos. Ab olfacio, is, olfactus, us,

us, olfacto, as, frequentatiuum.

Annulus.] Digitorum ornamentum à circuitu sic vocatus, Græci dactylon nominant. Eius diminutiuum annellus. Hinc annularis, e, ad annulum pertinens, vt annularis digitus. Annularius ij. substãtiuum, faber est annulorum. Annulatus, a, um.

Gemma.] Oculus primus quem vitis emittit, vt: Turgent in palmite gemmæ. Etiam lapillus est preciosus. Hinc gemmula diminuti. Gemmo, as, gemmasco, cis, gemmatus, a, um, gemmeus, a, um, gemmifer, a, um, vt aquæ gemmiferæ, amnes gemmiferi. Gẽmosus Apuleius dixit pro gemmis onusto, vel ornato. Gemmans, tis, vt gemmantes alæ pauonis.

Mutatoria.] Et pallia, quæ significantius Symmachus transtulit, ἀναβόλαια, ornamenta sunt vestium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur. Pro lintheaminibus Lxx. perspicua Laconica interpretati sunt, volentes tenuissimas significare vestes. Et acus, & specula, & sindones, &c. Acus habent mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & in sparsos dissipentur capillos. Habent & specula, quibus considerant vultum suum, & si quid deesse viderint, addũt ornatui. Habent sindones, quæ vocantur amictoria, & vittas qbus crines ligantur, harsnoeer, quas appellant Gręci tænias. Habent & theristra, quæ nos palliola possumus appellare, teutonic. kyddelen.

Crispans.] Omnis gener. à crispo, as, quod est moueo. Silius: Non illis solitũ crispare hastilia campo. Crispanti crine, id est, obtorto, reflexo, vti calamistro solent fieri. Crispus, a, um, vt crispus capillus. Crispiores iubæ leonum, crispum folium, crispum lignum, crispa abies. Crispulus diminut. crispans buxum. Crispisulcans fulmen vocauit Cicero in Topicis, obsoletum.

Caluitium, vel caluities.] Defluuium capillorum est, Græce cranium dicitur. Hinc adagium: In cranio dolium vertere. Quemadmodum de Diogene legimus. A caluus, calua, æ, caluaria, æ, idem. Caluaster, caluata vinea, caluitium loci. Calueo, es, calui, duabus syllabis, caluesco, is, caluefio. Sed caluo, is, calui, caluere, id est, decipere, cuius passiuum apud Salustium, calui ratus, id est, decipi. Caluor, calueris, deponens, est frustrari, obsoletum verbum.

Fascia.] Genus ligaturæ, qua pueri, vel aliud quid ligari solet, &c. Item fasciæ dicũtur zonæ, siue plagæ. Fasciola diminuti. fascio, as, are, mit binden verbinden.

CAPVT IIII.

Septem.] Septenarius, & denarius numerus propter sabbatum, & decem præcepta legis, Iudæis familiaris est, & ideo hoc frequenter abutũtur, licet iuxta Hebræi sermonis ambiguitatem, qui verbum Sebae, nunc septem, nunc plures, nunc iuramentũ interpretantur, possit in hoc loco non septẽ significare, sed plures. Hoc secundum literam. Porro omnia numeris constare existimauit Pythagoras Samius, quem Plato secutus est. Numerorumq́ mysteria tam mysteriose tradiderunt, vt etiam iniciatos ipsos videantur voluisse celare, nedum profanum vulgus. Scriptores nostræ pietatis, Græci, Latiniq́ sacramenta in numeris esse permulta existimarunt. Hieronymus inter omnes plurimum tribuit religioni numerorum, qui etiam nonnullos progenitores esse in stemmate Christi ab Euangelista prætermissos ait, vt ad numerum omnia congruerent. Numerus quippe Senarius: Hæc est perfectio numeri, vt suis omnibus partibus compleatur. Quales Arithmetici paucissimos inuenerũt, talis est Senarius intra x. & xxviij. intra centum. Hic enim constat xiiij. & vij. & iiij. & ij. & vnitate. Hierony. in Ezechielem Senarium numerum sacramentum creaturarũ continere scribit. Medietas, an quarta, an tertia, an quinta, sexta, septima, &c. Quatuor enim ex nouem, neq; medietas est, neq; tertia, neque quarta, & sic vsq; ad nonam, quo vlterius nonarius numerus non progreditur. Minima enim pars, quæ quota sit, dici potest, est de nomine ipsius numeri dicta, vt duodecima, in xij. vicesima in xx. & ea semper est vnitas. Hoc genus partis aliquotam nostri vocant. Euclides libro septimo sic distinguit, vt partem aliquotam partem tantum nominet, non aliquotam vero partes. Duæ enim eius diffinitiones hæ sunt, tertia & quarta. Pars est numerus numeri minor maioris, quando dimetitur maiorem. Partes autem quando non metitur. Sic sunt vsi veteres his nominibus. Præterea numerum septenariũ magnæ religionis mysterijque fuisse ostendunt Iudæi, qui propter diem sabbati multum eum venerabantur, vt Hieronymus scribit in Esaiam, & gentiles cuius potentiam Aulus Gellius libro tertio, & æmulus eius Macrobius libro primo in Somnium Scipionis persecuti sunt, quantum in cœlo, quantum in mari, quantum in hominibus valeat. Pythagorici hunc numerum, vt Chalcidius

inquit, laudabant tanquàm optimum & naturalissimum, & sufficiẽtissimum: & in Christiana religione magna sunt mysteria septenario numero cõclusa. Par numerus, inquit Euclides, est qui bifariam diuiditur. Impar qui bifariam non diuiditur. Ternarius non modo non bifariam, sed nec in vllos potest numeros diuidi. Vnitas enim numerus non est. Quaternarius in geminos distinguitur, qui etiam per vnitates sectionem recipiunt: & primus qnaternarius duas medietates nactus est, vt ait Macrobius, qui eadem ratione septenarium commendat, qua Augustinus ex duabus partibus libro vndecimo de Ciuitat. dei cap. xxx. & xxxi. Hactenus Lodouicus Viues.

Tantummodo.] Id est, solum vel solummodo, pen. cor. aduerb. alleyn.

Sublimis.] e, in altum eleuatus. Hinc: E sublimi despicere. A quo sublimitas, exaltatio.

Germen.] Id quod ex arborum oculis nascitur, surculus prægnans, à generando dicitur generationis principium. Hinc germinare, & germinascere, germinatio, germinatus, us, idem.

Residuus.] a, um, relictum, quodque superest.

Abluo.] is, est lauo, mundo. Lactanti. lib. iiij. Apparet Iudæos nullam aliam spem habere, nisi se abluerint sanguine. Hinc ablutio, & cætera.

Umbraculum.] Locus in quo est vmbra.

CAPVT V.

Patruelis.] A patruo. Sunt enim patrueles patruorum filij. Hoc loco Aquila, πατράδελφον. i. patruum, vel patruelem interpretatus est.

In cornu.] Hoc est, in loco pingui, siue vberi, πίων enim vtrunq; significat.

Sorek.] Symmachus electam interpretatus est, non verbum e verbo. Aiunt eñ Hebræi sorek genus esse vitis optimæ: q̃d vberes fructus faciat, atq; ꝑpetuos. Deniq; sorek à quibusdã καλλικάρπος interp̃tatur, q̃d nos in pulcherrimos fructus vertere possumus.

Labrusca.] Vitis genus agrestis, quæ erratica dicitur, quod in terræ marginibus & sepibus nascatur. Aquila σαρπίας, id est, fructus pessimos interpretatus est: Symmachus ἀτελῆ, hoc est, imperfectos: Lxx. & Theodotio ἀκάνθας, id est, spinas. Labrusculum dixit Vergilius in Culice.

Sepes.] Et seps, sepis, fœmin. generis, quæ obiectum introitũ prohibet, eyn zaun. Hinc sepio, is, & septa, orum. Septum, ti, substantiuum, vt septum transuersum. Sepimentum, ti, à sepio, is. Dicimus: Septus comitatu. Septa ab armatis pubes. Septus opibus contra conscientiam. Septus charitate.

Laguncula.] Diminut. parua lagena. κεραμίῳ, id est, laguncula, pro soli Lxx. transtulerunt, omnes alij batum interpretati sunt, quod Hebraice dicitur bath, mẽsuræ genus.

Cithara, lyra, tympanum, tibia.] Musicorum genera sæpe explicata sunt, & notissima.

Sicera.] Omnis potus, qui inebriare potest, & statum mentis euertere, Hebraicũ est. Aquila & Symmachus ebrietatem interpretati sunt. Lucæ I. dilucide reperies explicatum.

Morticinum.] Exangue, corruptum, per se mortuum, non mactatum.

Corrigia.] Lorum est, Græce ἱμάς dicitur.

Silex.] Lapis durus, ex quo ignis excutit. M. Iacobi Horlini Tetrastichõ: Dura silex clausum crebris vomit ictibus ignem. Effundũt largum pręla onerosa merum. Desidiam ignauæ mentis labor effugat ardens. Euertunt mores ocia pigra bonos.

CAPVT VI.

Seraphim.] Interpretantur ἐμπρηστὴς, quod nos dicere possumus incendentes, siue comburentes. Cherubim vero multitudo scientiæ. Hoc loco cõsidera, candide lector, Hebraici characteris idioma, quod omnia quæ in im syllabam finiunt, masculina sint, & pluralia, vt hic Seraphim, & Cherubim. Et quæ in oth. fœminina, & pluralia, vt sabaoth exercituum, virtutum, &c.

Calculus.] Lapillus est, & plura alia significat. Hic à solis Lxx. ἄνθραξ, id est, carbunculus interpretatur. Hinc calculosus, a, um, vt homo calculosus. Calculator, calculatrix verbalia. Calculi, pro difficultatibus. Plinius Iunior.

Usquequo.] Aduerbium, id est, quamdiu.

Desolor.] Penultima prod. & desolo, as, significat destruo, seu de soliditate deijcio, demolior. Vergil. Vidimus ingentes & desolauimus agros. Hinc desolatio, desolatus, a, um, desolatorius, a, um, à solus deriuãtur.

Terebinthus.] Arboris nomen, nigrũ habentis lignum, fœmin. gene. eyn terpentinbaum. Hinc Resina Terebinthina terpentin.

CAPVT VII.

Rasin.

RAsin.] Rex Syriæ. ij. Paralipom. vicesimo octauo legimus Rasin regem Damasci, victo Achaz, multos de Iudæa Damascum transtulisse.

Phacee.] Filius Romeliæ rex Israel, & decem tribuum, quæ appellabantur Israel, hic regnabat in Samaria, &c.

Jasub.] Filius Esaiæ, qui interpretatur relictus, atq; conuertens.

Fullo.] A fouendis aqua calida vestibus dictus est, eyn vvalcker. Sunt enim fullones, vt Vlpianus Iurisconsultus diffinit, qui curanda, poliendaq; vestimenta accipiunt, quorum ars fullonia appellatur. Fulloniæneæ. Plinius libro xxvij. cap. x. Fullonicus, a, um, idem quod fullonius.

Titio.] Semiustus torris, nec penitus extinctus, teutonice eyn brant. Hoc loco duas caudas titionum, id est, torrium fumigantium, vocat Rasin regem Syriæ, & Phacee filiũ Romeliæ, regem Samariæ, &c.

Thabeel.] Interpretatur bonus deus, vt vel hominem hoc nomine, vel idolum demonstraret.

Virgo.] Hebraice Bathula appellatur, quæ in præsenti loco non scribitur, sed pro hoc verbo positum est almah, quod præter Lxx. qui posuerunt ἡ παρθένος, id est, virgo, omnes adolescentulam transtulerunt. Porro almah apud eos verbum ambiguum est, dicitur eñ adolescentula & abscondita, &c. Vide Hierony. super hunc locum.

Butyrum.] Penult. corre. bouis caseus, butter, ancken.

Emmanuel.] Per duplex mm. scribendum, & interpretatur nobiscum deus. Alij Immanuel scribunt, & forte rectius.

Frutetum.] Seu fruticeum, vbi crescũt, aut multi frutices sunt. Hinc frutetosus, a, um, frutico, as, fruticatio, fruticor, aris, fruticesco, fruticosus, a, um.

Nouacula.] Culter rasorius est.

Epres.] Rubus, siue spina dicitur, q̃d vehementer prehendat. Hinc veprecula diminut. & vepretum, eyn dornachtig ort.

Sarcio.] is, significat sarculis fodio, purgo: quod fit, cum segetes leuiter scalpendo, & rastris à noxijs herbis purgamus. Hinc sarculum, genus rastri, hoc est, crates illa dentata, quæ subtrahitur satis: à sarriendo, vel serendo, vt inquit Varro. Hinc sarculare, est sarculo fodere. Sarritor, sarritio, sarritura.

CAPVT VIII.

LIbrum grandem.] Lxx. pro libro grãdi, interpretati sunt τόμον καινὸν, καὶ μέγαλον. i. librum nouum, & magnum.

Urias.] Interpretatur lux domini.

Zacharias.] Memoria domini.

Barachias.] Benedictio domini, quibus testibus Christi natiuitas comprobatur.

Siloa.] Media corre. fons est ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, sed incertis horis, diebusque ebullit, &c. & sonat missum.

Magis Rasin, & filium Romeliæ.] Hoc est Phacee. Est autem sensus, quia populus decem tribuum magis voluit Rasin, & filiũ Romeliæ. i. Damasci, & Samariæ regibus esse subiectus, &c.

Emmanuel.] Interpretatur nobiscum deus. Alias Immanuel.

Irretio.] is, à rete fit, & significat retineo rete, quasi capio. Vnde irretitus, a, um, dicitur qui aliqua fraude, vel blanditijs, aut dolo, quasi rete captus est. Illecebris irretitus, cantiunculis irretitus, irretiuit veste furiali me inscium.

Python.] A Pythonio Apolline, quod is autor fuerit diuinandi. Sic scribimus sine h. in prima. Nam & in sacris literis legimus: Spiritum Pythonis. i. diuinatoris. Hinc Pythonissa (si probum est vocabulum) dicendum. Sed ego magis proba, & vsitata dictione Phœbades dicerem Pythonissas. Python, Pythonis tam mascu. quàm fœmin. nomen serpentis, quem Apollo interfecit. Ideo Pythius dictus. Pythia, ludi in honorem Apollinis instituti. Hinc illud Flacci. Qui cupit optatam cursu contingere metam Multa tulit, fecitq; puer, sudauit, & alsit. Abstinuit Venere, & Baccho, qui Pythia cantat.

Strideo.] Et strido. Vergil. Striduntq; caminis Stricturæ Chalybum. Et proprie dicitur, cum funes sonum faciunt, quamuis ad alia transfertur. Hinc stridor, oris, & stridulus, a, um. Stridor rudentum, stridor suis, stridoris horrendi gens. Sonum edunt paruuli stridoris.

CAPVT IX.

NOuissimo.] Tandem, vltimo, postremo. Nouissime aduerb. Quo ego interprete nouissime ad Lepidũ sum vsus.

Exactor.] Importunus petitor tributorum, pecuniarum, ab exigo, is. Hinc exactio, importuna illa extorsio. Exactus participium, exacte aduerb. Exactus, exactior, exactissimus, multa supersedeo.

Amodo.] Cum accentu in antepenultima, significat posthac. Apuleius: Nemo me àmodo tam mane egredientem solum videbit.

Lateres.] Media cor. lapides cocti, & indurati. Iuuenitur later, laterem (vt Laterem lauas, adagium, id est, frustra conaris) latere, & lateres tantum. Plautus: Latere firmior. Hinc lateritius, a, um, & laterculus diminuti. Et laterarius, qui lateres coquit.

Sycomoros.] Pen. prod. vt aliqui volunt, est caprificus, seu fatua ficus, fœ. ge. est arbor media inter ficum, & morum, à sycos, id est, ficus, & moros, stultus, a, vel morus, ri, arbore. Græci scribunt συκόμορον, arbor, & fructus eius, ficus est Aegyptia prædulcis sine granis. Nomen est compositum ex ficu, & moro, autore Plinio, & Dioscoride.

Hypocrita.] Simulator, fictus. Hinc hypocrisis, simulatio, fictio.

Saltus.] us, nemus, & sylua densior, & inuia. Hinc saltuari?, custos syluæ, saltuosus, a, um, saltim, & saltuatim aduerbia.

CAPVT X.

Condere leges.] Est statuere, & ferre, vnde conditores legum, Græci nomothetas, & deuterωtas vocant.

Diripere.] In malum est, cum significet diuersa diuerse rapere, vt fit in vrbiũ expugnatione. Sed deripio tam in bonum, q̃ in malum sumi potest. Hinc direptio, vt direptio sociorum. Direptor verbale.

Delonge, & alonge.] Composita à longe, habent accentum in prima, Calepino autore. Bebelius tamen aliter, & verius sentit de abusu linguæ Latinæ.

Internitio.] Mors, nex, pernicies: Græce panolethria dicitur. Dicitur & internectio. Hinc internectiuus, a, um, ab interneco, as, penulti. cor. internecinus, a, um, vt internecinum testamentum.

Charcamis.] Nomen ciuitatis. Pro Charcamis, Lxx. addentes de suo regionẽ, trans Babylonem interpretati sunt, & Chalane vbi ædificata est turris. Hoc loco sciendum, quod in Hebraico non habetur Chalane, sed Chalanno. Vltima enim huius nominis litera non est Iod, sed Vou: quæ literæ sola inter se distant magnitudine. Turris autem ædificata est in campo Sennaar, in quo erant Arphad, & Chalanno, & Babylon. Arabia autem non habetur in Hebræo, sed Hemath, id est, Epiphania.

Gannio.] is, proprie canum est, cum murmure, quasi plorando conqueri videantur. Inde gannitio, & gannitus, vti Gannitus Nereidum, gannitu incessere. Inde translatum ad homines. Terentius: Quid ille gãnit? quid vult? Obgannio, is.

Tenuitas.] A tenuis, e, macredo, macor, paupertas, à tenui, id est, mediocre, paruo, exiguo, paupere, &c. vt cauda in tenuitatem definens. Tenuitas fugit aciem. Aerarij tenuitas. Hinc tenuiter aduerbium. Tenuiculus, a, um, diminut.

Carmelus.] li, penultima producta, mons Galilææ, & alter iuxta Ptolemaidem, hoc nomen montis sæpe replicatum est.

Oreb.] Et Zebee principes Madianitarum, occisi sunt supra petram durissimam, id est, silicem, quæ Hebraice appellãtur Zur, ita vt ex petra, & rege qui in ea occisus est, locus Petræ Oreb nomen acceperit.

Madian.] Historia Madianitarum in Iudicum libro scripta est, Iudicum vij. & viij. & interpretatur ex iudicio. Hinc Madianita.

Aioth.] Interpretatur mos. Magron, gutturi, vel de fauce. Machmas, vile tributũ, siue de tactu.

Cursim.] Aduerbium significat currendo, & incursim, celeriter, vt cursim scripsi, id est, currendo, & celeriter, idem curriculo, vt cursim currere, sensim, & cursim dicere, contraria: Cito & cursim aliquid agere, cursim aliquid annotare, cursim & breuiter aliquid attingere, cursim legere.

Saba, Rama.] Nomina ciuitatum.

Hinnio.] is, equorum est. Hinc hinnitus, us, penultima producta. Hinnus, ni, & hinnulus, li.

Gallim.] Nomen ciuitatis, & montis, & sonat transmigratio eorum. Laisa, Anathoth, Medemena, Gebim, Nob oppidulũ, alia ciuitatum nomina vide apud diuũ Hieronymum.

Laguncula.] Parua lagena, vasis genus. Græce ceramion dictum est. Hebræis batus dicitur.

Condensus.] a, um, spissum, & vmbrosum, coactum à denso, as, quod est cogo, spisso. Hinc densitas, & tudo. Densus, a, um, vt densum & rarum, densior soboles, dẽsi facie. Densifico, as, denso, as, dẽseo, es, idem. Densatio verbale, dense aduerbium, densius & rarius contraria.

CAPVT XI.

Radit.] Dicta est, quod sæpe effossa parum per terram raditur, vt arbor melius fruticescat. Hinc radicula. Radico penultima produ. Et eradico, radifico, & radicitus aduerbium, id est, stirpitus, à radice & omnino. Pro radice Aquila, Symmachus, & Theodotio κορμὸν interpretati sunt. i. truncum: & pro flore, qui Hebraice dicitur nezer, germen transtulerunt.

Pardus.] Animalis nomen versicoloris, subinde explicatum.

Hedus.] Eyn bock, cum diphthongo, animal ex capra genitum. Hinc dimin. hœdulus, hœdillus, & hœdiculus. A quo hœdinus, a, um, pen. prod. vt caro hœdina, hœdinæ pelliculæ.

Mino.] as, significat duco, vt agasones, equos agentes, id est, bene minantes. Antiquitus etiam pro minari ponebatur: à quo minito, as, vt docet Priscianus frequentatiuum. Festus obsoletum putat.

Regulus.] Hic serpentis genus venenosi, quem basiliscum vocant. Alia alias dicta sunt.

Phetros.] Dicunt quidam Phetros, q̃ fuerit filius Abrahæ, ex Cethura, à quo terra sic dicta est. Phetros nomẽ regionis, quæ Arabia Petrea dicitur Esaiæ xi. & interpretatur buccella roris, aut persuasio, vel dilatatio ruinæ, vel distillationis. Phetrusim, idem pluralis numeri. Filius Mesraun. Gene. x.

CAPVT XII.

Furor.] Insania: quàmuis inter se differant, sicut Cicero libro tertio Tuscu. declarat. Itaq; nõ est scriptum si insanus, sed si furens esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt, inconstantiam sanitate vacantem, quæ tamen posset tueri officiorum, & vitæ communem cultum, atq; vsitatum: furorẽ autem rati sunt mẽtis ad omnia cæcitatem. Fit enim furor aliquando vitio valetudinis. Aliquando accipitur pro mente vi quadam diuina cõcitata, qualis est furor Poetarum, quem Enthusiasmum vocãt. Interdum pro nimia ira. Lucanus: Quis furor o ciues? quæ tanta licentia? Hinc furiæ, arum, furialis, e, furiosus, a, um, furiose aduerb. Furo, is, ere, furenter aduerbium. Furio, as, furiatus, a, um, furibundus, a, um.

Fiducialiter.] Aduerbium à fiducia, id est, confidenter, & cum spe, vel audaciter, audenter, fidenter Latinius dicitur, non tamẽ carpo translatorem.

Adinuentio.] Proprie est studium, diligentia, machinatio. Explicaui in Psalterio subinde. Adinuenio, is, pe. cor. ex ad, & inuenio, erfinden. Adinuentio, erfindung, in sacris tantum legitur Biblijs.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.] Nunc vocat Saluatorem, et de eius fontibus aquas prædicat hauriendas, nequaquàm de aquis fluminis Aegypti, quæ percussæ sunt: neque de aquis fluminis Rasin, sed de fontibus Iesu, id est, Saluatoris. Fontes Saluatoris, doctrinam intelligamus Euangelicam.

Magnifice.] Aduerb. à magnifico, as, q magna facit. i. excellenter, sumptuose, splẽdide. Hinc dicimus magnifice tractare aliquem, compellare, dicere, se efferre, incedere, accipere aliquem, viuere, loqui. Magnificus, a, um, magnificentia. Magnifice vtilis.

Sion.] Nomen arcis Hierusalem, mõtis, ciuitatis Dauid, & interpretatur specula. Hinc Sionius, a, um.

CAPVT XIII.

Israel.] Interpretatur videns deum, alias Iacob dictus: verius princeps dei.

Babylon.] Metropolis Chaldæorum cuius rex Nabuchodonosor, interpretatur confusio. Hinc Babylonicus, a, um.

Caliginosus.] a, um, à caligine, quod est tenebrosum & obscurum.

Torsiones.] Id est, tormina, à torqueo, cum dolore torquentur intestina, exulcerationes, Græce dysenteria dicuntur.

Stelle cœli.] Verbum Hebraicũ Lxx. ὡρίωνα transtulerunt. Hebræus, quo vtebatur diuus Hieron. arcturum interpretatus est.

Obryzum aurum.] Syncerum, delicatum, igne candefactum & exustum. Hebraice ophir dicitur. ὄβρυζον, ου, τὸ. Obryzum enim & Latine dicitur, & est aurum quod in coctione non minuitur, aut quod multipliciter excoctum est. Dicitur de purgatissimo auro. Sicut apud Tranquillum postulatum argentum. Dictum, teste diuo Hieronymo, quasi Ophirizum. Nam ex Ophir insula laudatissimum aurum euehebatur. Hactenus Petrus Gillius Albiensis in suo Lexico Græcolatino.

Damula.] Diminutiuum à dama, animal timidum.

Inclytus.] a, um, idem est quod gloriosus, clarus.

Struthio.] Et struthius, fœ. gen. auis corpore grãdis, grauisq; . Struthiocamelus.

Sirene.] arum, med. pro. Hebraice thannijm vocãtur, quas Hieron. aut dæmões, aut monstra quædã, vel certe dracones magnos interpretat cristatos, & volantes. Poetæ mõstra marina fingũt, Acheoli & Calliopes filias, ore, & pube tenus virgines, reliqua parte corporis pisces, Siculũ mare, & littus incolentes, quarum nomina fuere, Parthenope, Lygia, & Leucosia. Hinc adagia: Sirenũ cantus facile præterit, qui Vlyssem agit, id est, aures claudit. Quidam à σύρω, id est, traho per ypsilon scribunt, quidam per i Latinum. Dicitur in nominatiuo Sirẽ vel Sirena, fœmi. gene. fic scribitur, σειρήν, ηνος, fabulosa

mulier ſuauiter canens.

CAPVT XIIII.

ADuena.] Com.gen.verbale,ab aduenio,pe.cor,q non eſt ciuis, aut inquilinus,ſed externus:& proprie qui ex vno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt aduenæ dicũtur: Græce proſelytus dicitur, vt aduenæ dñ, volucres. Aduena mancipiũ figurate dicitur.

Concuſſio.] Id eſt,commotio, à concutio,quod eſt totum commoueo,quatio. Cõcuſſa motu terra. Concutiẽtes ſe corui. Cõcuſſus,huius concuſſus.

Abies.] Arbor dicta,quod præ cæteris arboribus longe eat. Hæc arbor pulcherrima in trabibus, vt inquit Plinius libro xvi. Huius diminutiuum eſt abiecula, Græce ἐλάτη dicitur. Hinc abiegnus, a, um, & abietarius, faber lignarius, qui & materiarius dicitur.

Tributum.] Varro pecuniã eam vult, quæ populo imperata erat, & tributum ſoluebatur. Feſtus dictum vult, quia ex priuato in publicum tribuitur. Hinc tributarius, a,um,qui ſoluendo obnoxius eſt. Tributus gene.maſc.apud Plautum,idem.

Sternor.] is,ſtratus,in futuro ſterneris, pen.pro.vt hoc loco. Sic detrahor, detraheris in futuro.

Lucifer.] *Stella Veneris cum antegreditur ſolem, cũ ſubſequitur Heſperus, hic pro* Satana, primo angelo ſpecioſiſſimo creato, capitur. Porro de Lucifero ſic Plinius libro ſecundo: Infra ſolem ambit ingens ſydus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſiſque cognominibus æmulum ſolis & Lunæ: præuiens quippe & ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit, vt ſol alter, diemq; maturans: contra ab occaſu refulgens nũcupatur Veſper, vt prorogans lucem, vicemq; Lunæ reddens. Quã naturam eius Pythagoras Samius primum deprehendit Olympiade circiter xlij. q fuit vrbis Romæ annus cxlij. largiore magnitudine extra cuncta alia ſydera eſt, claritatis quidem tantæ, vt vnius huius ſtellæ radijs vmbræ reddant. Itaq; & in magno nominũ ambitu eſt. Alij enim Iunonis, alij Iſidis, alij Martis deum appellauere. Hæc ille.

Stirps.] Origo,ge.fœ. de hominibus, de arboribus,truncus maſ.ge.eſt. Hinc ſtirpo,& extirpo, as,ſtirpitus euello, aufero radices. Stirpices,qui euellunt ſtirpes.

Hericius.] Animal ſic dictum, quod ſpinis horreat. Hic & herix dicitur,in ſepibus dumoſis & vineis per autumnum ſæpe diuerſatur,ein egel,dicitur & herinac eus.

Scopo.] as,& ſcopo,is,pſi,eſt ſcopis purgo. Hinc ſcoparij,miniſtri,qui pauimẽta ſcopis deuerrunt. Hinc ſcopæ diſſolutæ. Adagium. Vide Chiliades.

Philiſtea.] Paleſtina dicitur.

Agmen.] Caterua eſt hoc loci,vt agmẽ quadratum. Agmen cogere,carpere.

CAPVT XV.

MOab.] Prouincia Arabũ,in qua fuit Balac filius Beor, q conduxit hariolũ Balaam de Meſopotamia, vt malediceret Iſraeli,vbi & initiat⁹ eſt Beelphegor,Nume. xxij. & xxv. Huius metropolis ciuitas Ar, q̃ hodie ex Heb.& Græco ſermõe cõpoſita Areopolis nũcupatur,non vt pleriq; æſtimãt, quod ἄρεως,i. Martis ciuitas ſit, interpretatur autẽ Ar & ἀντίδικος, id eſt, aduerſarius.

Mabo,Medaba.] Ne moleſtum tibi ſit lector q̃ per hiſtoriæ viam gradior,vt enim hoc facerem quidam voluerũt. Subauditur autẽ hic,domus regia & vrbs Dibon ad idola quæ in æditis poſita ſunt aſcẽdit,ſuper Nabo,ſuper Medaba nobiles ciuitates. In Nabo eñ erat Chamos idolum conſecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor.

Triuium.] Et quadriuium, quàmuis pro loco in quo tres,vel quatuor ſunt viæ poni conſueuerit, ſumitur tamen quandoque pro loco frequenti, quo antiqui cõuenire ſolebant. Catullus: Omnibus in triuijs vulgetur fabula paſſim. Hinc triuialis,& hoc triuiale,vt Grammatica eſt ſcientia triuialis. Lingua triuialis, eſt vulgaris. Triuialiter, paſſim,vulgo,vbique.

Eſebon,Eleale.] Nomina ciuitatũ Moabiticæ prouinciæ,quorum Eſebon vrbs fuit quõdam regis Amorræorum,& interpretatur cogitatio.

Jaſa.] Vrbs Iaſa mortuo mari imminet, vbi eſt terminus prouinciæ Moabitarum,de ijs Hieremiæ xlviij. habes.

Expediti.] Pro verbo Hebraico hic poſito, Agla ἐξώμους, i. expeditos,& exertis humeris, Symmachus accinctos interpretatus eſt. Ab expedio,is. Hinc expeditus nomẽ ex participio. Expedite aduerbium: Expeditio verbale. Expedit imperſonale,in tertijs perſonis,pro vtile eſt.

Segor.] Quinta vrbs poſt Sodomã & Gomorrã, Adamam,& Seboim,q̃ad preces Loth parua ſeruata eſt. Appellaturq; Bala, i. abſorpta. Ipſa eſt,q̃ hodie Syro ſermõe vocat Zoora, Hebræo Segor, vtroq; paruula.

Per aſcẽſum Luith.] Intelligimus cliuũ eſſe itineris, quod ducit ad Aſſyrios, & per hoc

hoc captiuitatem significare.

Dzoniam.] Longum esset, si velim de singulis dicere, cum perspicuum sit, vel vrbium in Moab, vel locorũ esse nomina, quæ deserunt transmigrantes.

Nimrim.] Hoc oppidũ mare mortuũ est, salsis aqs, & ob hoc ipsum sterilibus. Hiere. xlviij. Aquæ Nimrim pessimæ erunt.

Viror.] Est viriditas. A vireo, es, viresco, is. Hinc viridis, e, viridans, tis. Viridariũ Græce pradisus, hortus. Viridarius, a, um. Viretum, siue virectum. Viridicatus, a, um.

Agallim, Elim.] Eadem prope omnia Hieremias scribit. Sunt autem vrbes, & loca Moabitarum, in quibus clamor & eiulatio capti populi describitur.

Dibon.] Ne quis scriptoris vitium putet, & errorem emendare, dum vult, faciat. Vna vrbs & per m & per b literã scribitur. Ex qbus dimon silentium interpretatur. Dibon fluens. Indito vtroque nomine, propter latices qui tacite fluant, vsq; hodie indifferenter, & Dimon & Dibon hoc oppidulum dicitur. Dibon interpretatur abundãs fluxus. Dimon, sanguinolenta, vel sterquilinium. Ciuitas in tribu Gad fita.

CAPVT XVI.

De petra deserti.] Hoc est, de Ruth, q̃ mariti morte viduata de Booz genuit Obed, & de Obed Iesse, & de Iesse Dauid, & de Dauid Christum.

Montem filiæ Sion.] Aut ipsam vrbẽ Hierosolymam interpretabimur, aut sacratius ecclesiam.

Consummatus est miser.] Pro misero in Hebraico legitur Sor, quod potest & vastator intelligi.

Arnon.] Rupes quædã in sublime porrectæ in finibus Amorrẽorum, inter Moab & Amorræos, interpretatur illuminatio eorum: verius arca dicitur.

Moab superbus est valde.] Superbus ille angelus ac per hoc inuidus. Esaiæ xiiij. In superbo natura vitiũ pius succrescit statim inuidentia, Sic enim se superbus diligit, vt neminem nõ priorem modo, sed ne parem quidem patiatur: quod cũ difficile factu sit, ibi continuo inuidia nascitur, ita fit vt etiã in maximis fastigijs, & supra quæ nihil fit, inuidentia reperiatur, cum fauor populi aliqua de causa in alium inclinat, & non totus omni tempore, & per omnia in principẽ feratur. Declarat Suetonius quemadmodũ Caligula omni generi omnium, etiã infimo inuiderit, alijs propter acclamationes populi, alijs propter admirationem generis vel formæ. Sic Saul Dauidi. Inuidit ergo dæmõ homini sibi in dignitate illa suffecto, & per hãc inuidiã mors introiuit in orbem terrarum.

Latibulum.] Proprie ferarum, quàm uis & de hominibus dicatur. A lateo, es, latibulare, pro latere, obsoletũ. Hinc latito frequenta. Latitatio verbale, latenter aduerb. latebra, latebricola. Latebrosus, a, um, latebrose. Latibulari, deponẽs, idem, obsoletũ.

Esebon, Sabama.] Sonat attollens altitudinem. Inter ea vix quingenti passus sunt, ait diuus Hieronymus.

Jazer.] Cum reliquis, vrbes quondam validissimæ, Assyrio pugnante succisæ, & interpretatur fortitudo eorum.

CAPVT XVII.

Damascus.] ci. i. Aram, quæ & ipsa regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria tenuit principatum, necdũ florebant Antiochia, & Laodicea, & Apamia: quas vrbes post Alexandrum, & Macedonum imperiũ auctas esse cognouimus. Vrbs est & metropolis Syriæ. Hinc Damascenus, a, um, vt Damascena pruna, kornkriechen.

Aroer.] Ciuitatis nomen, & myrice interpretatur, quæ proprie est arbor in solitudine, & salsa humo nascitur, & per hoc vastitas demonstratur.

Raphaim.] Vallis est latissima & potẽtissima, in qua solebant pauperes spicilegiũ agere, & gigantes fortes interpretatur.

Lucus.] Nemus arboribus dẽsum, deo sacrũ, à luceo per Antiphrasin. Hinc lucar p̃cium, quod ex lucis captatur. Alijs erogatio quæ in lucis fiebat. Lucaris pecunia quæ in luco erat data, & lucaria festa, quæ in luco Romani celebrabant.

Delubrum.] Locus in quo dei simulacrũ dedicatũ est. Accipitur pro loco ante aras, producit pe. vt Musarꝝ delubra colere.

Sicut aratra & segetes.] Quod pro aratris & aceruis Aquila trãstulerit, testam, & emir, miratur Hierony. Symmach. syluã, & amir. Lxx. Amorræos & Euæos. Solus Theodo. Hebraicũ verbũ posuit, hares & emir, quod apud nos emendatius legitur hores ehaamim. i. vomeres, & acerui segetum.

Labrusca.] Ein vvild vveinrab, genus vitis syluestris quæ erratica dicitur, explicatum est. Labruscum dixit Vergil. in Culice.

CAPVT XVIII.

Cymbalum.] Instrumẽtum musicũ, quod in sacris matris deum. i. Cybelis cum tympanis habebat. Verbũ Hebraicum Silegal, quod Symmachus sonitũ, Theodotio aues

tio aues interpretati sunt,Hieronym.in cym balum vertit, Aquila bis vmbram transtulit. Sed sciendum quod vmbra Sel dicitur, hic autem syllaba ipsa geminatur.

Legatus.] ti,qui legatione fungitur,vel qui Imperatoris vices tenet.Distichon incognito mihi autore:Dæmon quo poterat nulla ratione venire. Illuc legatos iussit adesse suos.Hinc legatio,functio illa. Legatiuum, tiui,legatum,ti,legatarius,a,ũ,legator, oris.

Papyrus.] Iuncus seu scyrpus est,à nostris charta, in qua scribimus. Lucanus lib. iij.Conferitur bibula memphitis cymba papyro.Hinc papyraceus, a, um, vt papyraceæ naues.Bibula papyrus quæ sorbet atramentum. Emporetica papyrus, vel charta,qua merces inuoluuntur.

Ramusculus.] Diminut.à ramo est,dicitur & ramulus.Columella teste:De ramulis anniculis eos ligato. Hinc ramosus, a, ũ, ramulosus,a,um,à ramulus,vt ramulosa folia.Ramale gene.neut. rameus,a,um.

Hyemare.] Est hyeme stationem facere,quod & hybernare dicitur. Hinc hyematio,est hyemis traductio,& transactio. Hyematus participium,vt hyematus lacus. Hyemalis,e.

CAPVT XIX.

PYthones.] Hariolos,augures,aruspices,diuinos,&c.fere idem pollent, sæpe explicata.

Agger.]Masc.generis proprie lapidum, aut terræ aceruus, qui facto vallo propius ponitur.Hinc aggero,as,penult. corre.i. cumulo. Per metaphoram, pro augere & aggrauare.Vergilius:Atq; aggerat iras. Aggerare arbores.Columel.Aggero,is,ssi,stum, pen.cor.vt: Bona aggerere ad aliquem.

Calamus.] Iuncus, papyrus. Hieronyait:Cum ab eruditis quærerem, quid hic sermo significaret,audiui ab Aegyptijs hoc nomine, lingua eorum omne quod in palude virens nascitur appellari.

Subtilia.] Pro subtilibus τὰ βύσσου, id est,Byssum interpretati sunt Lxx.quod & ipsum in sacerdotum vestibus texitur.

Alueus.] Licet multa significet,hic tamen pro fluuio ponitur, reliqua explicata sunt alibi sæpe.

Hamus.] Tragula qua pisces inescantur. Ouidius: Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,Omnibus vnca cibis æra subesse putat.Idem:Casus vbiq; valet semper tibi pendeat hamus. Quo minime credis gurgite piscis erit.

Flaccens.] A flacceo,es,quod est lãgueo, flacceſco,& cõflacceſco.Hinc flaccentia. i.languentia,vieta,teuto.vvelck.Flaccidus,a,um, flaccus,a, um, vt Horatius cognomine flaccus dictus est,ab auribus flaccidis.Flacco habere (inquit Sipontinus) id est, ad terendum habere.

Lacuna.] Est aquæ collectio, quam alij lamam,alij lustrã nominant.Hinc lacunula diminutiuum. Lacuna in pauimento, lacunam explere, prouerbialiter. Lacunosus,a, um,lacunatus,a,um,hol vvie eyn gruoben. Lacunar neut.gene.diminut.à lacus.

Taneos.] Genitiuus Græcus,à Tanis, ciuitate Aegypti celeberrima, de qua habes in Psalte.super hoc verbo:Campo Taneos.

Pharao.] Rex Aegypti, & recte dissipator,& diuisus,& in parteis varias separat? exprimitur.

Mẽphis.]Vrbs Aegyptia regia,magna & populosa,secunda post Alexandriam, & os,vel ex ore interpretatur. Hinc mẽphitis, & hoc mẽphite pen.prod.quasi patronymicum.Inde mẽphiticus,a,um. Martialis:Dat chartis agiles calamos memphitica tellus.

Vertigo.] Capitis morbus,hic & vertex dicitur,svvindel.Græci scotoma,siue scotomiam vocant.Hinc vertiginosus,a,um.

Ciuitas solis.] Heliopolis Græcis nuncupatur, reliquæ quatuor hic non exprimuntur.

CAPVT XX.

THartan.] Pro Thartan, Septuaginta Tanathan transtulerunt:& pro Sargõ, arna,quod quid interpretur scire non possumus.Neque enim falsorum nominum, falsas possumus etymologias fingere,ait diuus Hieronymus.Sunt autem nomina non Hebræa, sed Assyria, e quibus sonare cognouimus Thartã turturem dedit,vel superfluus, siue elongans.Sargon autem princeps horti,&c. Vide diuum Hieronymum.

Azotus.] ti, penultima producta,vrbs Syriæ. Hinc Azotius, a, um, vt viri Azotij, qui Azotum habitant.

Discalciatus.] Facere non possum, quin hic de calcio,is,& calceo,es,infarciam: tametsi altero raro vsos autores inuenio, semel cum accusatiuo eius rei, qua quis calciatur, apud Plinium libro xxxvi. reperi, sed pro impono dictum est.Sed vt intelligas vocabulum, discalciatus est is qui sine calceis, nudipes,& anypodetos ingreditur.

Lates.] A nitendo, vt quidam existimant.Ibi enim est caro firmior,& musculosior,quàm in cæteris membris. Horatius in

Ser.

Ser. Diffisa nate ficus. Harum tumor clunis dicitur. Iuuenalis: Ad terram tremulo descẽ dunt clune puellæ. Honor sit auribus.

CAPVT XXI.

TVrbo.] binis, ventus est tumultuosus. Sed Turbo, onis, proprium nomen gladiatoris. Horatius li. ij. Sermonum. Corpore maiorem rides Turbonis in armis

Aphricus.] Ab Aphrica, per phi vel f, vẽtus est, q ab Occidẽte flat cõtra Vulturnũ.

Depopulator.] Destructor, deuastator, & deprędator, à depopulor, aris, vt depopulator fori verbale masculinum. Depopulatio verbale, vt depopulatio prędiorum. Depopulare etiam legitur actiue.

Aelam.] Metropolis Persidis regionis. Item Aelam interpretatur adolescẽs, vel virgo, masculo. siue occultus, aut seculum. Filius Sem. Gen. x. Est & nomen regionis, Media alias, siue Bactriana dicta. Esa. xi. A quo Aelamitæ, principes Persidis.

Mede.] Alij libri Medeba habent, ciuitas in Mædia est, Babylon forte. Et interpretatur, aquæ doloris, vel ex Hebræo, & Syro, aquæ manantes. Vrbs Arabiæ.

Emarceo.] Est valde marceo, putreo, à quo emarcesco, emarcescis, quod tantum in sacris legitur Biblijs, pro marcesco. Emarcum tamen genus vuæ est.

Bige.] Bigarum per Syncopen, dictæ sunt quasi bijugæ, currus duobus equis vecti. Hinc bijugi, bijugesve equi dicuntur. Apud veteres tamen bigam legimus, trigam, & quadrigam. Bigas primũ iunxerũt Phrygij. Quadrigas Erichtonius. Bigatus, a, um, vt argentum bigatum, quod bigas impressas habet. Bigati equi.

Duma, seu Idumæa.] Duma sonat vel similitudinem vel silentium. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Esaiæ xi.

Seir.] Interpretatur pilosus, ac hispidus, aut hœdus, vel dęmon. Mons Idumęæ, qui ab Esau, huius montis accola, nomen accepit.

Arabia.] In nostra lingua vesperam sonat, quæ noctis & tenebrarum principium est. Vel vespertina interpretatur, &c. nomen regionis. iij. Regum x.

Dedanim, vel Dedan.] Potest autem Dedan, & grande iudicium interpretari. Verius, mamilla, vel dilectio earum aut patruę, vel iudicans. Nomen vrbis. Hiere. xxv. Dedanim idem, plural. nume. filij Dedan. Esa. xxi. Sed Dodanim, dilecti, vel patruelis somnus, vel mamilla dormientis interpretatur. Genesis x, à quo Rhodij.

Cedar.] Interpretatur tenebræ.

CAPVT XXII.

ARmamentarium.] Repositorium armorum est, & fere naualiũm: ab armamentis deductum, quæ sunt nauium munimenta & instrumenta, ficuti funes & vela, &c.

Hierusalem.] Quæ & Iebus & Aelia, visio pacis interpretatur.

Lacus.] Secundæ & quartæ inflexionis, locus profundus cum aquis perpetuis. Item locus continens mustum prælo expressum, Græce λάκκος, Latine lacus. Item trabs plana n ædificijs. Eius diminutiuum est lacusculus.

Gallus gallinaceus.] Est ipse gallus, ein hann, nõ capus, vt ille hallucinatur. Auis nocturna vigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno genuisse prouidentia diuina videtur. Hinc adagium: Lac gallinaceum, dicitur de raris inuentu.

Sobnas.] Præpositus templi, vel scriba, & interpretatur conuertere nunc, siue cõuersio, verius: Sede nunc, connectere nunc, captiua nunc, &c. Lxx. hoc loco transtulerunt, quæstorem & dispensatorem thesaurorum domus dei. Certe Sobi conuersio interpretatur, vel captiuitas, aut sessio, vel sedens. Filius Naas de Rabbath filiorum Ammon. ij. Regum xvij.

Pila] Est columna stans, formæ rotundæ & sphæricæ, Græci σφαῖρα vocant. Sic hoc loco capitur. Item vas concauum, in quo aliquid tũditur. Item follis, qua luditur. Hinc dicimus: Mea est pila, id est, ad me pertinet. Eius diminuti. pilula, & pilatim aduerbiũ, à pila pro columna, significat per pilas. Victruuius: Pilatim struuntur ædificia.

Eliakim.] Filius Helkiæ, & interpretatur resurgens deus, siue dei resurrectio. Helkiæ, id est, pars domini, siue portio domini, &c.

CAPVT XXIII.

TYrus, & Sidon.] Sidonis mediam producit, nomina ciuitatum in terra Chanaam. Tyrus lingua Hebræa Gor dicitur, et in nostrum sermonem trãsfertur, angustia. Sidon, venatio, siue venatrix. Hinc Tyrij & Sidonij dicũtur illarum vrbium populi. Tyrius, a, um. Hinc Phalecium carmẽ M. Iacobi Horlini elegans: Non vestis Tyrio colore tincta, Nec terso paries vel ære cultus, Verã dant homini beatitatem, Sed virtus bene literis polita.

Carthago.] Tyriorum colonia, vrbs Aphricæ celebris. Est & alia in Hispania, quæ epitheto ppetuo (id est adiectiuo) noua dicitur,

dicitur, ad differentiã Carthaginis Libycæ. Græci καρχηδὼν vocant, & carchedonius, Carthaginẽsis. Hic pro Carthagine, in Hebræo habetur Tharsis, quod omnes similiter transtulerunt. Tharsis autem interpretatur contemplatio, siue exploratio gaudĩ.

Citii.] orum, populi ex vrbe Citio quæ in Cypro sita est, vnde Zeno Citicus dictus. Citĩ nomine Italia intelligitur. Citĩ quoq; (quod Hebraice dicitur Chitthim) interpretatur mare congelascẽs. Itẽ Citĩ interpretãtur plaga consumata siue perfecta. Hæc D. Hieronymus super Esaia cap. xxiĩ.

Hic pro Phenice.] Apud Hebræos Sidon legitur.

Institor.] Pen. cor. mas. gene. negociator est atq; mercator, vt institor eloquentiæ per translationem. Institorius, a, um, vt ars institoria. Institia, æ, tenuis fascia apud Horatium & Ouidium.

Sabaoth.] Exercituũ interpretat, &c.

Chanaan.] Interpretatur fluctuãtes atque commoti. Hinc principes Chanaan, vetius mercator vel negociator, &c.

Sum.] Etymologiam nec nos potuimus inuenire, ait D. Hieronymus, & cæteri interpretes ipso, quo apud Hebræos scribitur nomine, transtulerunt ,Sĩm.

Exaro.] Penul. correpta, est perfecte aro. Sed per translationẽ significat scribo, vnde fit exaratio pro conscriptione, vt exarare multum frumenti. Exarare radices.

CAPVT XXIIII.

Mutuum.] Dicit ab eo, q̃d de meo tum fit, vel quia res, q̃ redduntur, mutãtur. Et proprie sine vsura, fœnus cũ vsura. Hinc mutuum dare & accipere, dictum alibi, vide Paulum Iurisconsult. & Maphæum.

Insanio.] Significat insanias facio, siue insanus sum, furo, vt amore alicuius insanire. Insaniturus dicit Cicero: Nec tamen insaniturum illum puto. Nisi ego insanio, stulte omnia & incaute agi iudico. Hinc insanus, a, um. Insanum, insane aduerbialiter. Insaniens, insanitas. Insanabilis, e.

Tympanum.] Instrumentum musicũ, mẽbrana obductum vtrinq;, intus vacuum, quod baculo pulsatur, eyn baukẽ. Hinc tympanistes, a, tympanistria. Tympanizo, as, tympanotriba, id est, tympanista. Tympanites, tis, hydropicus, tympanicus.

Conticco.] Taceo, sileo. Vergilius: Cõticuere omnes. Hinc conticinium noctis cõticentia, silentium. Conticesco, is. Artes conticescunt.

Oliua, olea.] Vtrumque pro arbore, & fructu capitur. Hinc Oliuetum, Oliuarius, a, um, vt Oliuariæ metretæ. Oliuina, næ, Oliuitas. Oliuo, as, Oliuum, ui, baumol. Oliuifer, a, um. Ab Olea, oleacus, a, um. Oleaginus, Oleagineus, a, um. Olearis, e, Olearius, a, um. Oleaster, Oleastrinum, Oleastellus diminutiuum. Oleatus, a, um. Oleitas, tatis, Oleosus, a, um, Oleum, oletum.

Racemus.] Pars botryonis, seu potius ipse botryon, qui & botrys more Græco, & botryus, hoc est, integer vuæ racemus. Hinc racematio collectio racemorum, & racemosus, a, um, racemis plenus, & racematus, a, um, q̃d racemos habet. Racemarius, ĩ, malleolus ex quo pampini pullulant, vel steriles, vel certe minus feraces, Columella.

Secretum meum mihi.] Alias Græce mysterium meum mihi, id est, arcanum.

Hinnio.] is, equorum est. Hinc hinnitus, us, ipse clamor, pen. pro. Alias dictum.

Cataracta.] Hic pro fenestra ponitur. Sed proprie suffusio, à fluore ex Græco Antylops & hypochysis nuncupatur, vel quia visum, vt opinor, impediat, nõ aliter q̃ cataractæ in fluminibus & canalibus liberũ decursum transuersæ positæ impediunt. Explicatum est alias fusius. Cataractæ Rheni. Itẽ cataractæ aues, quæ Diomedeæ dicuntur.

CAPVT XXV.

Amen.] Hebraicũ pro quo Lxx. transtulerunt γένοιτο. i. fiat. Agla fideliter. Item Christus in Euangelio: Amen, amen, id est, vere, vere. Frequentissime expositum.

Turbo.] Hoc loci ventus tempestuosus est, omnia turbans & demoliens.

Impello.] Est vi adigo, cõpello, vrgeo, instanter persuadeo, induco. Hinc impulsor, id est, instigator, quod fere in mala re vsurpatur. Impulso frequentatiuum, & impulsus, us, pro impetu, & impulsione.

Defecatus.] a, um, Nonio Marcello teste, dicitur omne purum, & inturbatum, atque sine sordibus, vt vinum sine fœcibus. Plautus in Alularia: Nunc defœcato demũ animo egredior domo.

Ordior.] diris, pen. pro. orsus, & orditus sum facit, teste Prisc. significat fari incipio, itẽ simpliciter inchoo, auspicor, incipio. Hinc exordiri telam prouerbialiter, est rem arte, consilioq; instituere, à textrina sumptũ adagium, vt altius ordiri, & memoriam repetere. Ordiri à capite. Ordiamur à facillimis. Ordiri fundamẽta ex depressiore loco. Orsus passiue. Orsus, huius orsus, verbale.

Moab.] Interpretatur hoc loci, de patre. Hinc Moabita & Moabitis, tidis.

Plaus

Plaustrum.] Currus, qd ex omni parte sit palã quod in eo vehitur, vt inquit Var. Hinc adagia: E plaustro loqui, est palam ac libere cõuitiari. Itẽ plaustra cõuitijs onusta, eodem alludit, significat tantum conuitiorũ, quantũ plaustro vehi possit. Aliud: Plaustrum bene perculit. Vide Chiliad. Erasmi.

Allisio.] Ab allido, penul. produ. id est, impingo, quod est interficiendi causa cõtra aliquid iacio. Vt allidere caput ostio, vel ad ostium. Allidi aliquis dicitur per Metaphoram, sich stossen. Allidi in re aliqua.

CAPVT XXVI.

Iuda siue Iudæa.] Interpretatur confessio, vel confessor, vtrumq; à confessione.

Antemurale.] Est vallũ & præsidium, imo propugnaculum ante oppidum defensionis ergo factum. Potest etiã dici Hieronymo teste circummurale, vernacule, ein bolvverck, in Bibliis tantum sacris legitur.

Sion.] Nomen arcis, vel montis, in Arabia, & sonat speculam. Hinc Sionius, a, um.

Callis.] Via callo perdurata. Vergilius libro octauo Aeneid. Rara per occultos ducebat semita calles, eyn tribner, vvolegebanter vveg, masc. gen. Hinc callescere obsoletũ, pro occallescere.

Præcordia.] orum, neutri generis pluralis numeri, proprie membranæ, quæ exta separant ab inferiore viscerũ parte, dicta qa cordi prætenduntur, vt Plin. li. xi, scribit. Et à Græcis phrenes dicuntur. Item quæ à Græcis hypocondria vocantur, à Poetis & Medicis Latinis præcordia appellãtur. Vide Celsum. Et præcordia vno nomine, exta in homine nuncupatur. Præcordia, antiqui diaphragmata Græce dictum vocabant.

Gigantes.] Proceræ staturæ homines, id est, impij & fortes & terræ filij à Poetis finguntur. Hebraice raphaim dicuntur. Sed rophaim apud Hebræos medici appellantur. Vide Diuum Hieronymum. Hinc giganteus, a, um, & gigantomachia, id est, pugna gigantum.

CAPVT XXVII.

Leuiathan.] Draco magnus. D. Hieron. inquit super hoc loco: Tradũt Hebræi diabolum. i. criminatorem, & calumniatorem, quod Græcum nomẽ est, Hebraice appellari Satan, hoc est, aduersarium. Appellaturq; te Belial, id est, apostata, prꝛuaricator & absque iugo. Qui draco proprie in Hebraico sermone appellatur Leuiathan.

Vinea meri.] Merum substan. ponitur ꝓ vino puro & solo sine aqua. Hinc merax, cis, & meracus, a, um, vt meraca potio, à quo meratior, ius, cissimum. Meribibulus qui vinum purum bibit sine aqua. Merus, a, um. Merobiba, æ, mere aduerbium. Merula, æ, auis, eyn amsel.

Delubrum.] Locus in quo dei simulachrum dedicatum est, & pro tẽplo sæpe ponitur, penultima producta.

Alueus.] ei, hoc loco pro riuo, flumine, hoc est, Euphrate ponit. Alibi sæpe dictũ.

Torrens.] is, pro torrẽte Aegypti Lxx. Rhinocoruram transtulerunt: quod est oppidum in Aegypti Palæstinæq; confinio.

CAPVT XXVIII.

Ephraim.] Dictæ decem tribus Israel. Loqtur hic sermo diuinus aduersum decem tribus, quæ regnabant in Samaria, & propter Hieroboam, qui de tribu Ephraim fuit. Et vocat eos ebrios, quia loco domini adorabant vitulos aureos in Dan & Bethel.

Vallis pinguissimæ.] Quod Hebraice dicitur gessemanim, de quo, vita comite, in Euangelio latius disseremus.

Sertum.] ti, corona e floribus, frondibusque inuicem digestis concinnata: & est substantiuum. Sed sertus, a, um, adiectiuum. Lucan. Accipiunt sertas nardo florente coronas. A sero, is, serui, diuisis syllabis, sertum, serere, fuegen, ordnẽ, zesammẽ setzen. Hinc sertus participium, vt serti flores, sertæ coronæ. Sertum, ti, ein krantz.

Mons diuisionum.] Hebraice pharasim dicitur. Monticulus dimin. montanus, montosus, a, um. Montuosus idem, tamen barbarum. Montigena, montiuagus, a, um.

Gabaon.] Olim metropolis Heuæorum, nunc villa eodem nomine ostenditur in quarto miliario Bethelis, & interpretatur collis. Hinc Gabaonitæ, Nathinæi dati sunt in seruitium templo.

Gith & Cyminum.] Infirmiora sunt, Hierony. autore, semina. Sed cyminum, pen. pro. veteres cyminũ dictitabant: nos cuminum dicimus y in v vertentes, est satiuũ syluestre, quaternis aut quinis foliis, kymmell. Persius: Et pallentis grana cymini. Gith vel git sine aspiratu, neu. generis, indeclinabile. Myropolæ nominant nigellam Romanam, sunst raden genant.

Sarrio.] Significat sarculis fodio, purgo: quod fit cum segetes leniter scalpendo, & rastris à noxijs herbis purgamus. Hinc sarculum, rastri genus. Sarritor, pe. prod. qui sarrit: sarritio, & sarritura, id est, purgatura: sartor, purgator, sartura, ipsa purgãdi actio.

Milium.] Genus frugis à mille dictũ, ob multitudinẽ acinorũ, vernacula lingua

nos hirsen vocamus. Indocti milicham nominant, quod constat ex India aduectum. Huius culmos lobas appellitant.

Vicia.] æ, grani genus, à vinciendo dicta quod capreolos habeat, vt vitis, quibus sursum versum serpit. Vernacule vvycken. Hinc viciarius, a, um, vt cribrum viciarium. Viciarium, ij, substantiuũ, eyn vvickenacker.

CAPVT XXIX.

Ariel.] Interpretatur leo dei, & pro ciuitate, quã Aquila interpretatus est πολίχνιον, hoc est, oppidulum siue viculum, in Hebræo legunt kiraath, id est, villam, & lingua Syra dicitur cartha, vnde & villa syluarum appellatur. Vide diuum Hieronymum.

Sphera.] Et sphærula diminutiue, circulus est & pila lusoria: quæ & follis. Hinc spheristerium locus balnei, specie rotũda, vbi varia exercitationum genera veteres exercuere. Item locus vbi luditur. Sphæromachia, pilæ lusoriæ certamẽ & palestra. Sphærica. cæ, genus est libi.

Agger.] Vallum & munimentum, ex lapidibus proprie & terræ coaceruatione factum. Hinc aggerare, id est, cumulare. Ad aggero, & exaggero, vt rem exaggerare, est eam vehementer & nimium extollere, augmentare. Sed aggero, is, pen. corr. ssi, stum, significat iuxta gero. Dictum alias.

Python.] Diuinum, hariolum, aruspicem, Aquila magnum interpretatus est. Sæpe explicatum. Hinc Pythonicus, a, um, &c.

Mussito.] Frequentatiuum à musso, as, quod est submissa voce loquor, & secrete, occulteq; quod celatũ velim, quasi murmuro. Hinc mussitatio, & mussitatores. Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentiũ est.

Libanus.] Pe. cor. mons Phœnicis, qui Hebraice Chermel dicitur. Et est in cõfinio Palæstinæ, atq; Phœnicis, Ptolomaidi imminens, licet & alius in scripturis sanctis, mons Carmelus appelletur, in quo fuit Nabal carmelus, homo stultus & iniquus, qui vxorem habuit Abigail, quæ mortuo viro nupsit Dauid. I. Regum xxv.

CAPVT XXX.

Ordiri telam.] Est rem arte, consilioque instituere, dictum est xxv. cap.

Tanis, Taneos.] Nomen ciuitatis Aegypti: alibi expositum, in Psalterio. Campo, Taneos, genitiuus Græcus à Tanis.

Hanes.] Autem vrbem Aegypti in alio loco non legimus: sed ex eo quod ait: Nuncij tui vsq; Hanes peruenerunt, intelligimus vltimam, iuxta Aethiopas & Blemmyas esse Aegypti ciuitatem, pro quo Lxx. interpretati sunt: Nuncij pessimi frustra laborabunt.

Regulus.] Genus serpentis est, Græco nomine basiliscus dicitur. Est et paruus rex, hypocoristicῶς, id est, diminutiue. Item auicula ab alijs regaliolus dicta, alio nomine trochilus, eyn koninglin.

Gibbus.] Tumor in dorso. Hinc gibber, & gibbosus, & gibberosus, a, um, qui gibbum habet.

Buxus.] xi, vel bussus, arbor exigua semper virẽs & tonsilis. Hinc buxeus, a, um, & buxetum. Dicitur & buxum neutro gen. Buxeus color, buxeus frutex. Buxosus, a, um, vt lignũ balsami buxosum. Dem buchs gleich.

Lagena.] Et lagenula, laguncula diminuti. genus vasis testacei: Græce ceramion.

Testa.] Et testula, frustum vasis fictilis, & cuiusque lateris. Hinc testaceus, a, um, & testatim, id est, cõminutim. Horatius: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

Ignículus.] Est diminutiuũ ab igne, à quo ignitabulum, ignis receptaculum, eyn feuvergetzavv. Hinc igneus, a, um, ignitus, a, um, pe. prod. Igneo, es, ignescens, igniarium, rij, brennholtz. Ignarius lapis, silex Calepinus sine autore. Ignipes, ignipotens. Ignispicium Plinius.

Malus.] Masculini gene. arbor nauis.

Μῖγμα.] Migma, Græce dicitur coitus, mixtio. Hieronymus. Sic de area comedent vt fuerit ventilatum, ne quid videlicet in cibo eorum mixtum sit palearum.

Thophet.] Id est, lata & spacioſa, geenna, & pro inferno ponitur.

CAPVT XXXI.

Rugio.] is, proprie leonis est, cum vocem emittit. Hinc rugitus, pen. producta. Compositum eius irrugio.

Sion.] Interpretatur specula. Sionius, a, um.

Idolum.] Latine simulacrũ. Hinc idolium, idololatra, com. gene. Idolothytum.

Vectigalis.] Et hoc le, pro tributario, vt hoc loci, frequenter ponitur. Sic prouinciæ, agri, homines, qui tributa persoluunt, vectigales dicuntur. Cicero libro iij. Offic. Quas ciuitates, &c. A vectigal.

Cuius ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem.] Ignis & lumen Hebraice eisdem scribũtur literis, videlicet Aleph, Vau, Res: quod si legatur Vr, ignem sonat, si Or, lucem. Hoc ideo dictum est, quia pro igne, quem solus interpretatus est Symmachus: Aquila

Aquila & Theodotio, lumen transtulerũt. Et pro camino potest legi clibanus.

CAPVT XXXII.

PResum. ante alios sum, vt homo aliis animantibus præest .i. ea superat, & antecedit. Et præesse, est præfectum esse.

Prominens. A promineo, quod est quasi ante, vel extra in longum maneo, hoc loco pro in alto manente ponitur, vt prominens collis tegebat. Prominentes venæ.

Balbus. Qui impeditæ est linguæ, et obscure loquitur. Persius: Rancidulum quidam baiba de nare locutus. Hinc balbuties, vel balbutia & balbutio. Sed blesus, & diminutiuum blesulus, qui in sermõe tardus est, à blatero, vel qui in pronunciatione aliquã excludit literam. Iuuenalis pro titubãte posuit. A balbo adagium manat: Balbus balbum rectius intelligit, id est, barbarus barbari orationem.

Fatuus. Insipiens, stultus. A quo fatuitas. Hinc adagium Euripidis in Bacchis: μωρὸς μωρὸς λέγει, id est, stulta enim stultus loquitur. Nam fatua fatui oratio est.

Concinno. as, hoc loci compono est, alias dictum. Cõcinnator, concinnentia, cõcinnitas, tudo. Concinne aduerbium. Concinnatio verbale.

Opulentus. a, um, est opibus plenus. Hinc opulentia, diuitiæ, dicitur & opulentitas. Augustinus: Quasi quod opulentitatem reuerearis. Item opulens, idem quod opulentus. Opulento, as, dito, & opulesco, ditesco. Opulenter aduerbium.

Onager. Asinus syluester & rurestris. Sæpe explicatum.

Charmel. Vel Chermel Hebraice, Carmelus mons est.

CAPVT XXXIII.

BRuchus. A broscho Græco verbo, quod est comedo, vermis genus volucris, diuersum à locustarũ genere, ein raup, graswvorm.

Elangueo. es, à quo elanguesco, quod est valde infirmus fio. Salustius pro effœminor posuit. Neq; tamen elanguit cura hominum ea mora. Differendo deinde elanguit res.

Libanus. Hoc loci pro templo ponitur, de Libani lignis facto.

Obsordeo. es, obsordere, pe. prod. in infinitiuo, compositũ à sordeo, es, quod est sordidum fieri, vel obsordescere, obsoletum verbum est. Sed sordesco, sordidus fio. Hinc sordidus, a, um. Et Metaphorice, schẽdlich kark. Sordidulus dimi. Sordido, as, besudlẽ. M. Iacobus Horl. Sordet laus propriis q̃ prodit vana labellis, Sola peregrino quæ venit ore placet.

Saron. Omnis iuxta Ioppen, Liddãque appellatur regio, in qua latissimi campi, fertilesq; tenduntur.

Basan. Quoq; regio trans Iordanem est, quam duæ & dimidia tribus possederũt, quæ interpretatur vberrima, & pinguis, & Carmelus de quo supra diximus.

Hypocrita. Qui aliud est, & aliud simulat, hoc est, aliud opere agit, aliud voce põtendit, i. simulator. Hinc hypocrisis, simulatio. Hieron. autor super Matthæum.

Dissertitudo. Linguæ concinnitas, atque ornatus, à disserto, tas. Hinc dissertatio ipse dissertãdi actus. Dissertabundus, qui disserit. Dissertus, a, um, disserte aduerbium.

Remigium. Ipsa remorum agitatio, & remigatio. Aliquando ponitur pro remigum multitudine. A remex, gis, m. ge. Hinc remigero, as, pro remigrare, apud Plautũ, obsoletum. Remigo, as, remigatio verbale. Remulcus, ci, ein nebennachlin. Hinc remulco as, verbum minus vsitatum, vt nõ remulco, sed plena vtor velificatione.

Trieris. Pen. pro. Græce fic τριήρης, id est, triremis, nauis magna, quæ Græce durachon, à tribus sessionibus dicta, ad quas solent contumaces & refractarij mitti. Hinc trierarchus, præfectus trieris.

Malus. Nauis arbor est, prima prod. Sæpe dictum, masbaum.

CAPVT XXXIIII.

IDumea. In lingua nostra sonat terrenam. Sæpe dictum.

Bosrach. autem in lingua nostra munitam sonat, atque circundatam, siue firmatam. Hæc iuxta Iesum & Hieremiam non in Edom, id est, Idumæa: sed in terra Moab inuenitur.

Unicornis. Mas. gen. siue vnicornius, & vnicornium inflecti potest, animal vnicũ in fronte cornu longum gerens: Græce Monoceros dicitur. Item rhinoceros. Vnicornis, & hoc vnicorne adiectiuum.

Onocrotalus. Pen. corr. auis cygno, id est, olori similis, in desertis locis viuens: Explicatum alibi latius.

Ibis. Auis Aegyptia, q̃ duplex est. Altera nigra tota. Altera ciconiæ non absimilis. Ab huius auis similitudine, ibis pro inuido ponitur. Vnde Ouidi. librũ in Ibin scripsit, hoc est, in inuidum & osorem suum.

Perpendiculum. Linea laterum æqualitatem à summo ad imũ latitudine pro-

bans, ait Asconius: instrumentum materiarijs, seu cæmētarijs notissimū. Hinc dicimus: ad perpendiculum, ad amussim, Adagia.

Ortica.] cæ, pe. pro. herbæ genus vrentis, vernacule nessel. Etiam piscis nomē est. Græce ἀκαλήφη, dicitur herba, & animal marinū, à q̄ abstinuisse Pythagoras narrat, qm̄ Hecatæ sacrū foret. Vide Chil. Eras. A fabis abstineto, & à piscibus abstineto.

Paliurus.] Herba spinosa & aspera. Vergil. Carduus & spinis surget paliurus acutis. Est & nomē arboris in Africa, & nomen paludis in eadem. Sed Palinurus, promontorium Siciliæ, bis meiens Latinis dicitur. Martialis: Minxisti Pauline semel currente carina. Meiere vis iterum, sic Palinurus eris, id est, vocaberis bis meiens.

Onocentaurus.] Animal mōstrosum à parte superiori hominis speciem habens, ab inferiori asini formam præfert, genus est spectri, ein gattung gespansts.

Lamia.] æ, Hebraice Lilīth dicitur, & à solo Symmacho trāslata est lamiatquā qdam Hebræorū Erinnyn. i. furiā suspicantur. Verum Lamię mulieres, q̄ strigum instar infantium sanguinē sugunt, siue ipsæ striges. Politissimus ille Augelus Politi. de Lamia libellum egregiū ædidit, vbi dicit eas habere oculos (ex Plutar. illo Chæronæo probans) exēptiles, hoc est, q̄s sibi eximant, detrahantq̄, cū libuit resumant, atq̄ affigant. Mihi quidē etiā puerulo, genitrix mea sæpe narrabat esse aliquas in solitudinibus Lamias, quæ plorantes glutirent pueros. Maxima tunc mihi formido Lamia erat, maximum terriculum. Hęc omnia hic posita, Onocētauri, & pilosi, & lamia, gentilium fabulæ, & Poetarum figmenta describūt, eyn nachtfrauv, oder gallstervveyb, & animal muliebri facie, pedibus equinis, & Stryx.

CAPVT XXXV.

Saron.] Omnis cādor, cultus dei, & circuncisionis scientia, & loca vberrima, atque campestria, Saron appellantur, ait diuus Hieronymus hoc loci, dictum xxxiij. cap.

Stagnum.] A stando, aqua stās. Hinc stagno, as, stagnum facio, aquam contineo. Stagnare terram dicimus. Stagnatus, a, um, vt stagnata terra. Compositum restagno, as, verlauffen. Restagnatio verbale, vberfluss.

CAPVT XXXVI.

Sennacherib.] Assyriorum rex.

Rabsaces.] Eius Sēnacheribbi dux exercitus pe. pro. Lachis loci nomē. Historia manifesta est, & interpretatione non indiget, pleniusq̄ in regū & dierum volumi-

nibus hæc eadem scripta referuntur. iiij. Regum xviij. ij. Parali. xxxij. Videto optime lector diuum Hieronymum super hoc loco.

Baculus arundineus.] Infirmus est, & nullo robore constans, facile confringitur, nulloq̄ labore. Dicitur & baculū, li, neuge. ein stack. Hinc bacillus, & bacillū dimin. Sed bacelus, li, aliud est, vt baceli similis, aut bacelus es. Adagia in Cinædos, ac parum vigros dicta. Vide Chiliades.

Sobna.] Vnde errant qui Sobnam, q̄ nunc cum Eliakim, & Ioahe, ad Rabsacen egreditur, eundē putant, qui & supra xx. cap. p̄positus templi ponitur. Hic aūt Sobna scriba, hoc est, γραμματεύς. i. scriba appellatur.

Hemath.] Id est, Antiochia, alij Epiphaniam putant. Arphat. i. Damascus, loci nomen. Et Sepharuaim in plu. numero pro nomine locorum, hic aliter pro ciuitate accipitur. Hoc ostēdit dūs hisce verbis, q̄ omnibus his dijs Samaria seruiuerit, & idcirco capta sit.

CAPVT XXXVII.

Saccus.] Et sacculus dimin. culeus est, dictus (vt quidam volunt) à sago, q̄d est genus vestis: vnde & saccellus, quo significatur marsupium, vt saccus frumentarius, saccus vinarius, qui & vter, quo vina portantur, vel vini feces colātur. Hinc saccularius, ij, eyn betrieger, dieb, sackman. Sacconia, ein vvusch lumpen. Saccaria, æ, saccarius, ij, sack trager. Saccinus, a, um, in Biblijs tantum saceris legitur. Sacciperium, sacciperij, ex sacco, & pera composuit Plautus. Ineptum est.

Si quomodo.] Duæ dictiones, id est, si aliquo modo. Sed quomodo aduerbium, q̄dam volunt esse ablatiui casus, & separatim legendum, sic, quo modo, vna dictio significat quemadmodum. Quoquomodo, id est, qualicunque ratione, vtcunq̄, qualitercunque, quomodocunq̄, gott gabe vvie. Quomodonam? Cicero: Quomodonam mi frater de nostris versibus Cæsar? vvie doch? aber vvie.

Lobna.] Nomen est ciuitatis, quæ & Iobni, & interpretatur Luna, albedo, thus, & later.

Lachis.] Etiamnum nomen ciuitatis, et sonat ambulans, vel tibimet existens.

Tarach.] Regis nomē Aethiopiæ, & sonat exploratorem, obtusum, vel legis hebetudinem.

Bozan, Haran, Reseph.] In numeratione autem harum gentium, vel ciuitatum ponit Ana Aua, quas Lxx. miscuerunt dicentes Anaueaua: coniunctionemq̄, &, id est, vou inter duas gentes, Ana & Aua, lingua

posues

posuere Hebræa, vt ignorantibus vna gens videatur, aut ciuitas. Manifesta transcurrimus, vt in dubijs immoremur. Pugnasse aũt Sennacherib contra Aegyptios, & obsedisse Pelusium, Tarachamq; venisse in auxilium, narrat Herodotus, & plenissime Berosus, Chaldaicæ scriptor historiæ, quorum fides de propriis petẽda est libris. Siquidẽ Gozã interpretatur tonsio, vellus siue transitus. Aran, consecratus, siue ira. Reseph lithostroton. i. lapide stratum. Eden, voluptas siue delitiæ, aut tẽpus. Emath, ira, indignatio, vel calor. Ana, cantans, pauper vel motus.

CAPVT XXXVIII.

Horologium.] Est quo dies horis diuidũtur: quorum quædam solaria appellantur, quod ex solis vmbilici, qui gnomon vocatur, vmbra horæ cognoscerẽtur. Id primus Anaximenes Milesius excogitauit: quædam clepsydræ. Nostra tempestate horologia, & quidem publice ex ferro rotulis denticulatis, & ponderibus libratis miro artificio producuntur ad distinguendas horas, & campani æris, quod tintinnabulum antiqui sonitu significandas inter Automata, quæ per se mouentur numeranda. Sunt & arenaria, excitatoria, cubicularia, viatoria, pensilia, &c. horologia. Vide Mariũ Grapaldum de partibus ædium.

Cataplasma.] Emplastrum siue malagma: quod constat ex floribus eorumque furculis, & axungia, eyn plaster. Hinc factum hoc loci cataplasmare verbum, est cataplasma vulneribus superponere, modo receptum sit.

CAPVT XXXIX.

Merodach, Baladam.] Filius Baladam, rex Babylonis, quẽ patrem fuisse Nabuchodonosor Hebræi autumant, teste Hieronymo.

Cella.] Dicta à celando, autore Seruio, quod in ea res celentur, quas volumus esse occultas, à quo cellula. Monostichon Angeli Politiani: Cellula sum domini conscia delitijs. Hinc cellatim, id est, abscondite. Plura alia transeo.

Apotecha.] Pen. prod. taberna vinaria proprie dicitur, non vt indocti putant, vnguentaria, quæ myropolium dicitur.

Supellex.] Est domesticum patrisfamilias instrumentum, vt exponit Vlpianus Iurisconsultus, vestibus inter cætera subtractis. Persius: Tecum habita vt noris quã sit tibi curta supellex, hausraat. Supellecticarios, esse seruos q sint in supellectile, nescio vnde Calepinus annotarit.

Palatium.] Aula regia dicitur, seu domus imperatoria, ampla, superbaq;.

CAPVT XL.

Duplicia.] Iuxta historiã recepit Hierusalem de manu dñi duplicia peccata sua. Semel à Babylonijs, secũdo à Romanis. A duplex multa quæ supersedeo.

Spiritus.] Hoc loco pro vẽto capitur.

Fetus.] us, plenus, grauidus, vt loca fœta, mulier fœta. Composita sunt confœtus, vt confœtus sus. Defœtus & effœtus. Hinc fœtuosus, a, um. Fœtura, id est, genitura, fœtifico, fœto, fœtas. Superfœto, as, vti lepores, Plinio teste.

Pugillus.] Hypocoristicon, id est, diminutiuum, significat paruum pugnum, ein handtvoll.

Palmus.] Manus extensa est, & mensuræ genus. Et est duplex, maior & minor. Maior digitorũ xij. Græce Spithame vocatus. Minor iiij. palestes Græce dictus. Dicitur & palmum neutri generis, ein hãdbreit. Hinc Palmarius, a, um. Palmarium spaciũ, Palmaris, e, palmipedalis, e.

Situla.] Vrna & vas ad hauriendum aquam. Item cista sortitia, in qua suffragia colligebãtur. Diminutiuum eius sitella, qua Cicero vtitur pro Cornelio. Situlum barbatũ, vas aquarium, humile & concauum. Festus.

Momentum.] Significat exiguum tẽporis indiuisibile, quod Græci atomon vocant. Hoc veteres etiam momen nominabant. Lucanus: Momine si à paruo possunt impulsa moueri: hic pro ligula bilancis videtur accipi. Hinc momentarius, & momentaneus, a, um.

Nihili.] Indeclinabile, gen. omnis. i. nehili quidem, vilis, nullius q; precij, aut vtilitatis, vt homo nihili. Nihili facio. Dicitur nihil, & per Syncopen nil. Item nihilum, nihildum. i. nondum. Nihilominus, non minus, nihilosecius. Item nihil pro non, aduerbialiter. Nihil circuitione vsus es.

CAPVT XLI.

Cudo,] is, significat ferio, fabrico. Vnde incus, incudis, pe. pro. dicitur quod illic aliquid cudamus, feriamus. Pecunia cuditur. Metaphoricè carmina cuduntur. Hinc cuso, as, frequentatiuum. Cudere nummos, vel argentũ. In me hæc cudetur faba, adagiũ Terẽtianũ, hoc est, in me malũ hoc recidet.

Glutinum.] Quod & glutẽ, colla dicit Græce. Hinc glutinosus, a, ũ. Glutino, as, cõiungo, ferrumino. Glutinamentũ, cõpactio, cõiunctio, & ferruminatio. Glutinator, ris.

Rostra ferrana.] Hoc est, diuidentia,

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAN

perq; medium secantia. Rostrum siquidem non solum de auibus, sed de reliquis quoq; animantibus, & de ipso homine dicitur, eyn snabel. Hinc rostellum, paruum rostrū. Rostratus, a, um, vt rostratæ naues. Rostratus impetus, qui fit rostro. Rostrās vomer apud Plinium rostrum impingens.

Auxilior.] Indifferenter vel genitiuum, vel datiuum regit, vt auxilior tui, vel tibi, v trunq; hoc in capite ponitur. Hinc auxiliū, hilff. Auxiliaris, e, vt amicus auxiliaris. Auxiliarius, a, um.

Plastes.] Fictor, qui & figulus. Hinc plastice fictoria, seu figlaria ars. Plasma figmentum. Plasmo, fingo, plasmatum, ti.

Euangelista.] Vel Euangelistes, Euangelij concionator est, quem prædicatorem quidam nominant. Euangelizare in Bibliis tantum sacris legitur.

CAPVT XLII.

PRofero.] Palam facio, prodo, pronuncio, dico. Aliquando significat protendo, prolato. Hinc prolatio, est pronūciatio. Plautus: Quantum vis prolationū, dummodo, &c. verlengerung, erweiterung.

Calamus.] Canna est, & arundo. Quassatus, à quatior, id est, confractus. Et linum fumigans, siue vt cæteri transtulerunt, obscurum atq; tenebrosum: sic diuus Hieronymus. Videto ipsum diuum Hieronymū.

Turbulentus.] a, um, commotus, iratus, turbidus, non clarus, tumens, contentione plenus. Hinc turbulente aduerbiū. Turbulento, as, Apuleius, inusitatum.

Direptus in prædam.] Hoc est, captus, & abductus, à diripior. Hinc direptio, i. præda, & abductio. Direptor, à diripio, is.

Cedar.] Interpretatur tenebræ.

πέτρα.] Petra & petrus, saxum. Item loci nomen. Petrinus, saxeus. Petreis et petrodes saxosus. Petrophorus, ex saxis laqueatus. Petroo, id est, lapido.

CAPVT XLIII.

IAcob.] Sonat supplātatorem, Israel videntem deum, vel rectius principem dei.

Aegyptus.] Regio Aphricæ, vel saltem proxima, & interpretatur tenebra.

Aethiopia.] (Vt autor est Ambrosius libro de Paradiso) vilis & abiecta, Latina interpretatiōe significatur: Ab Aethiope Vulcani filio, cui præfuit, sic dicta, vt ait Plin. Porro Chus ab Hebræis Aethiopia est dicta. Hieron. Hæc etiam Atlantia est appellata, ab Atlante & Aethiopia post, vt quidam volūt, ab Aethiope Vulcani filio, sed magis crediderim de colore et exustiōe esse dictos. Nam **αἰθίοψ** etiam in soluta oratione apud Græcos est **μέλας**, i. niger. Aethiopiā antiqssimus scriptor Homerus duplicē fecit, Odyssææ l. dicens. Hæc solē spectat surgentem, ast illa cadentem. Est & Aethiopiō regio in Eubœa insula. Hinc adagia: Aethiopem lauas, vel dealbas, hoc est, frustra laboras, inaniter conaris. Idem pollent: laterem lauas, & elixas, aranearum telas texis. Item Aethiops ex vultu non albescit, de iis dicitur, qui nūquàm mutaturi sunt ingenium. Quadrabit cum illo Theologico. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cū didiceritis malum, Hiere. xiij. Item Aethiopē ex vultu iudico, cognosco, hoc est, præfert quisque aliq̄ signo, cuiusmodi sit moribus. Præ se fert enim Aethiops, nigrore vultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore, patriam suam. Nam vestē mutare potest Aethiops, faciem non potest.

Saba.] Ciuitas regia Aethiopiæ. Hinc Sabæus, a, um, vt thus Sabæum.

Aquilo.] Ventus dictus à vehementissimo volatu, instar aquilæ. Hic Boreas à Græcis dicitur, siccus & frigidus. Hinc aquilonaris, e, id est, borealis.

Auster.] Ventus meridionalis, Græce notus dicitur, nebulosus atque humectus. Hinc australe, & austrinum. Australis plaga. Austraria, insula in Oceano Septentrionali, alias Glesseria. Austro, as, humecto apud Plautum, obsoletum. Austrum, ri, rotarum radius. Sipontinus autor.

Calamus.] Hic pro arbore aromatica capitur à similitudine calami vsualis, simulans gustu calamum.

Internecio.] Mors, vitæ priuatio: Græce panolethria dicitur: ab interneco, penult. correpta, occido, interficio. Hinc internecti uus, quod ad internetionem pertinet. Vnde internectiuum testamentum dicitur, ob q̄d dominus eius necatus est. Internectiuū bellum. Internecinus, a, um, melius, vt internecinum testamentum.

CAPVT XLIIII.

PLasta.] Vel plastes, vtrunq; recte, Latine fictor siue figulus. Subinde dictum.

Lima.] Instrumentum fabrile, qua ferrum, aut aliquid aliud teritur. Hinc limo, as, id est, polio, & superflua detraho. Limatus, a, um, & limatulus diminuti. Item delimatulus. Limatura, scobs, & puluisculus. Limate, & limatim aduerbia.

Lassesco.] Id est, lassus fio, à lasseo, es, quod est lassus sum. Hinc lassus, a, um, fatigatus,

tus,& lassitudo,molestia ex labore susceptа. Hinc adagium: A lasso rixam quærere.

Norma.] Fabrorum instrumentũ,quo omnia dirigunt,metiunturq;, quæ & regula dicitur.Hinc normatum,id est, regulatũ, & directum.Abnorme,& enorme.

Runcina.] Penultima producta apud Plinium maior ferra est, qua fabri materiarij secant arborum moles, subiectis cantherijs. Cantherius autem est equus exectis testibus, vt hoc differat cantherius ab equo,q̃ mаialis à verre, capus à gallo,veruex ab ariete. Runcina est etiam ligo ad dumeta excidenda.Præterea Runcina putabatur dea quę runcationi præesset. Augustinus lib. iiij. de Ciuitate dei cap.viij. Meminit huius Varro in lingua Latina:Runcare est euellere. Hinc auerruncare,& auerruncassere apud veteres, id est,auferre,amoliri,& Auerruncus deus,q̃ mala alio auerteret. Cõposita à runco sunt abrunco,derunco,& erũco,præter duo prædicta vetera. Rũcari proprie segetes,vel herbæ dicuntur.Hinc runcatio,est euulsio.Columella lib. ij. Frequentem tamen exigunt sarritionem, & runcationem, vt herbis liberentur.

Circinus.] Instrumentum quo circuli vertendo designantur. Vulgo sextus dicitur.

Ilex.] Per simplex l. & generis fœminini,arboris genus, Græce schinos dicitur. Sed illex,cis,communis generis, qui sine lege,vel extra legem viuit. Plautus in Persa: Impure, inhoneste viuit illex.

Pinus.] Arbor, tam masculini, quàm fœminini generis,& tam quartæ,quàm secũdæ inflexionis est.Hæc & pinea dicitur.Hinc pineus,a,um,& pinetum.

CAPVT XLV.

Cyrus.] Regis nomen Persarum atq; Mędorum. Candide lector hoc loci legito diuum Hierony. precor, & scitu dignissima offendes: ego breuitatis caussa transeo, interpretatur venter. Hebræi Choresch dicunt.

Roro.] as,humorem, roris instar, paulatim demitto.Hinc irroro,as,compositum, penult.prod. id est, madefacio,spargo.Item ros, rorulentus,a,um, roresco, is. Terra rorescens, getauvvet. Roratio verbale. Item roratio,das reisen in der bluot.

Samia.] Vasa fictilia, egregie ex creta fabricata, ab insula Samos Icarij maris,& alia prope Ithacam,quæ altitudo,summitas interpretatur, dicta. Hinc samius, a, um, samium, Irden geschirr, ex Samo insula. Samiolus, a,um, diminut.

Sabaim.] Hoc loci, qui sequuntur historiam, dicunt Aegyptum, & Aethiopes, gentesque Sabaim, quæ trans Aethiopiam est, seruisse Cyro, & ei gentes vltimas fuisse subiectas.

Manica.] cæ, pars vestis qua manus teguntur. eyn ermel, oder armschiene, à manus deriuatur. Hinc manicatus, a, um, vt manicata vestis. Etiam dicuntur manuum vincula, vt hoc loco. Item thecæ sunt ferreæ quibus brachia, & manus contra hostium iniurias muniuntur, eyn yseren hensche.

CAPVT XLVI.

Confractus est Bel.] Id est, cecidit, destructus, & conquassatus est. Bel idolum quod Græci Belum, id est, Saturnum vocant. Cuius tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas hostias, captiuorum, ignobiliumque mortalium,sed & suos liberos immolarent. A cõfringo, is. Hinc confractio in Biblijs. Confringere tesseram hospitalem apud aliquem. Adagium: Confringere rem, consilia, iura. Confracta nauis est illis. Confragosus,a,ũ, vt confragosa loca.

Nabo autem.] Et ipsum idolum est quod interpretatur prophetia, & diuinatio, quam post Euangelij veritatem in toto orbe conticuisse significat. Siue iuxta Septuaginta Δαγών, qui tamen in Hebraico non habetur. Et est idolum Ascalonis, Gazæ, & reliquarum vrbium Philistijm.

Vsque ad canos.] Id est, senium, & senectam. Vsque ad lassitudinem, vel defatigationem. Vsque præpositio, biss. Vsque ad pridie Calend. Maias. Vsque ad aras. Adagium. Romam vsque, vel ediuerso. Vsque à pueris. Vsque à Romulo. Vsq; ab stirpe, & cætera.

Aurifex.] Faber aurarius est, qui auri laborandi artifex est: Græcis chrysocopus dicitur.Sicuti argyrocopus faber argentarius. Hinc aurificina penultima producta,pro aurificis officina. Aurifodina, aurifur, aurifer,a,um, auriger,a,um, aurilegus,id est,aurifur. Calepinus. Aurosa arena, apud Lampridium in Heliogabalo legitur.

Sion.] Montis nomen in Arabia,& arx Hierosolymitana, & interpretatur specula.

CAPVT XLVII.

Denudo.] as, penult. prod. spolio, nudum reddo, discooperio, reuelo: fere idem omnia pollent. Hinc denudatio, denudare à pectore. Spoliare atq; denudare scientiam iuris ciuilis ornatu.

Ignominia.] æ, nominis nota est, & dedecus. Hinc ignominiosus, a, um, vt fuga ignominiosa. Ignominiosa ac barbara appellatio. Ignominiatus apud Gellium, pro ignominia notato. Insolens est.

Maleficium.] Et maleficentia, damnũ iniuria, facinus, & pro incãtatione ponitur. Hinc maleficus, & malefica, à malefacio quidam male facio separatim scribunt. Malefactum, malefactor, in Bibliis tantum. Maleficum frondibus animal capra, malefica vis, maleficiose aduerbium.

Augur.] Diuinator, hariolus. Hinc augurium, diuinatio, per auiũ gestus edicitur.

Supputo.] Est numero, calculo. Hinc supputatio, est ipsa numeratio. Item vnden abschneyden, à puto. Rationem supputare, rechnen.

CAPVT XLVIII.

Constabilitus.] A constabilior, est firmatus, fundatusq;. Constabilio, is, constabilire, besteten, verſicheren, vvol bevvaren.

Repente.] Aduerbium, significat subito, statim, cito, illicet. Hinc repentinus, a, um, penult. prod. subitarium. Derepente, vna est dictio, von stundan.

Infreno.] as, à fræno compositum, significat contineo, cohibeo, moderor, rego, domo. Infrænatus participi. infrænus, a, um.

Excoquo.] Media correpta, significat perfecte coquo, digero, exuro, vt excoctum aurum dicimus. Hinc excoctio. Excoquere malum alicui dixit Plautus Metaphorice.

Mensus est.] Id est, mensurauit, appendit, à metior, metiris. Hinc mensus participium, mensio verbale, mensor, mensores, finitores.

Gurges.] Fluminis profunditas, in qua aqua vertitur. Vergilius: Nantes in gurgite vasto. Gurges imus, gurges, & vorago patrimonij.

CAPVT XLIX.

Sagitta.] Iaculum, quod arcu, & balista emittitur, quod satis longe agatur. Hinc sagittarius, a, um, & substantiue, qui sagittas iaculatur. Sagitto, as, in Bibliis tantum. Sagittarius, signum cœleste.

Pharetra.] Theca, & repositorium sagiptarum. Et qui eam ferunt, pharetrati nominantur. Sipontinus.

Structor.] oris, à struo, is, qui extruit, & ædificat, seu aliquid ordinat, vt structor mensæ, est cellarius ipse. Martialis: Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ. Hinc structilis, & hoc le, & structura, ædificium. Structores annonæ, columnæ structiles. Strues, struices. i. extructiones. Festus.

Mustum.] Non solum vinum nouum dicitur, sed etiam quicquid nouum est. Hinc musteus, & mustaceus, a, um, legitur secundum Probum, libi genus suaue. Martialis: Musteus est propera, charos ne differ amicos. Nam mihi cum vetulo est petasone nihil. Mustarius, a, um, vt mustarius vrceus, poma mustea, musteus liber, & caseus musteus, mustulentus, a, um.

CAPVT L.

Liber repudij.] Repudium recusatio est, quod fiat ob rem pudendam. Differtq; à diuortio, quod repudiari futurum matrimonium potest. Hinc repudiare est matrimonium dirimere: Fusius explicabo vita comite, Matthæi decimo nono capite. A repudio, as, repudiatio supplicum. Repudiosus, a, um, apud Plautum, vt repudiosæ nuptiæ, obsoletum.

Creditor.] Is est, cui debetur ex quacunque actione, vel persecutiõe, vel iure. Vide Caium Iureconsultum de verborum significatione. Hinc creditum appellatur id quod nobis debetur. Credulus, qui omnia credit, & credulitas. Creditur impersonale. Plautus: Creditur tibi. Credibilis, e, credibiliter aduerb. Cicero: Non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem.

Lassus, vel Lapsus.] Vtrunq; legimus: Si lassum, fatigatum, & fessum: si lapsum, collapsum, putamus. Haud dissimile est Adagio Hieronymiano ad beatum Aurelium Augustinum: Bos lassus fortius figit pedem. Alij legunt: Bos lapsus. Vide Parœmiographum Erasmum.

Vello.] Significat extirpo. Vellit, id est, mouit. Vergilius: Postesq; à cardine vellit. Hinc vellico, as, frequentatiuum, vt vellicare barbam, vellicare aures, est admonere, exhortari. Adagium: Vellere linum, comã, munimenta, vallum, sepulchra. Vulsus, a, um, vulsus participium. Vulsura, æ, rupfung. Vellicatus, us, vt aurium vellicatus. Composita sunt: Auello, euello, conuello, & cætera.

CAPVT LI.

Petra.] Saxum. Hinc petrosus, a, ũ. Sed petra erat Christus. I. Cor. x. Petricosus, a, um.

a,um. Petrones, olim dicti sunt rustici, & duri hoïes. Plautus. Petrea, pars Arabiæ, &c.

Cauerna.] Dicitur quia caua, Græce crypta dicitur, hoc est, concauitas quædam terræ, vacua, & obscura. Hinc cauernosus, a, ũ. Et cauernula diminutiuum. Caua cauerna, Græca figura dictum à Vergilio. Radix cauernosa. Cauernæ pro auribus.

Ozix.] Animal quod præcipue in Getulia nascitur, fertur contra stare & contueri solis radios, caniculamq; adorare. Est ex caprearũ genere, de quo in Deuteronomio dictũ est. Et Columella lib. x. eius meminit. Pro beta semicocta, vt Lxx. habent, reliqui interpretes orygen captum & illaqueatum, transtulerunt: qui Hebraice appellatur thot quod genus bestiæ nascentis in eremo, inter munda animalia in Leuitico & Deuteronomio ponitur. Pro quo Lxx. Syra lingua opinati sunt Thoreth, quę dicitur beta. Hoc de nomine Hieronymus.

CAPVT LII.

Sion.] Quæ interpretatur specula, eo quod in monte sita sit, arx vocatur, reliqua autem vrbis pars Hierusalem dicitur, id est, pacis visio, quæ prius appellabatur Hiebus, & Salem, & Aelia. Hinc Sionius, a, um.

Assur.] Iudææ ciuitas, quam ædificauit Salomon. Quo nomine dictus est filius Sem, hinc Assyria dicta, teste diuo Augustino lib. xv. de Ciuitate dei.

Iugiter.] Aduerbium, id est, assidue, continue. A iugis, e, vel iugum, iugi. Hinc multa.

Inglorius.] a, um, quod est sine gloria, & ignobile. Cui contrarium est inclytum, & glorioſum, vt inglorius militiæ. Inglorius & ignobilis. Honoratus & inglorius contraria. Noli quærere gloriam & non dolebis cum inglorius fueris.

CAPVT LIII.

Nouissimus.] a, um, superlatiuum, quod pro vltimo poni consueuit, quia quæ recenter fiunt vltimum locum habent. Hic pro contemptissimo, despectissimo, & extremo ponitur.

Liuor.] Vestigium, & nota est, quæ ex flagello fit. Aliquando colorem nigrum significat. Et sæpe pro inuidia ponitur. Hinc liuidus, a, um, liueo, es, & liuesco, is, liuidulus. Vada liuida, liuorem contrahere.

Dispertio.] is, & dispertior, iris, vtrunque recte, significat distribuo, & diuido in partes. Dispertitus participium.

Sceleratus.] In quo est scelus constitutum & commissum, dicitur. Sed scelerosus est, autor sceleris. Hinc scelero, as, polluo. Vergilius: Parce pias scelerare manus. Item sceleratus, a, um, adiectiuum, vt frigus sceleratum, campus sceleratus, audacia scelerata, hasta scelerata. Scelerate aduerbiũ. A scelus, sceleris, sceleſtus, a, um, sceleſte aduerbium.

CAPVT LIIII.

Tentorium.] Tabernaculum, quod ibi vela, vel aliquid velorum tenduntur, vel ipsa potius velamina, contra cœli iniuriam. Olim e pellibus fiebant, fixis in terram clauis, & paxillis. Tentoriolum diminutiuum, zeltle, à tendo, is, ere, manat.

Noe.] Filius Lamech, vir iustus atque perfectus, & in eo humanum seruatum est genus, Genesis octauo & nono capite. Dictus Noah.

Sapphirus.] ri, penultima producta, gene. fœmi. lapis, & gemma preciosa, coloris aerei. Hinc Sepphirinus, a, um, vt lapis Sapphirinus.

Iaspis.] Generis masculi. lapis preciosus, qui à Plinio, de Græco in Latinum, viridis gemma interpretatur, crassi coloris, eyn Iaspen. Hinc Iaspideus, a, um, vt Iaspidea gẽma. Iasponyx nomen gemmæ.

Accola.] Communis generis, vicinus, aduentitius, quod adueniens terram colat, id est, habitet: vt accola montis, accola Padi, accola campi. Vergilius libro septimo Aeneidos: Amnisque vadosi Accola Vulturni. Ab accolo, is, penultima correpta. Hinc accolens, tis, participium.

CAPVT LV.

Crassitudo.] Et crassities, pro pinguedine ponitur. A crassus, a, um, crassamen, crassamentum. Gellius: Surculi erant pari crassamento. Crassesco, is. Nec crassescat in nubes. Crasse aduerbium. Intrinsecus & extrinsecus crasse picari. Columella.

Saliuncula.] Videtur diminut. à saliunca, quæ est herba, e terra statim exiliens: folioſa quidem, sed breuis, vt inquit Plinius li. xxi. & quæ necti non possit, radici cohæret. Diuus Hieronymus hoc loci ponit σώθη q̃q; & κονίζη. Stibe, vilissimus stipes, & inutilis stirps est. Conise herba vilissima, & amara, odorisq; pessimi & teterrimi. Symmachus vratică vertit. Vtcunq; se habeat noïm proprietas, hoc dicendũ est, q̃d mala vertãtur in bona, & pro vitijs nascantur virtutes, &c. A salix. Hinc salignus, a, ũ, saligneus idem. Salicetum, & per Syncopen salictum.

Lypa-

Lyparissus.] Abies, myrtus, arbores, odoris optimi, & in varia opera necessariæ, sæpe explicatæ sunt.

CAPVT LVI.

EVnuchus.] Penult. prod. Latine cubilis custos interpretatur. Hinc eunucho, as, pro castrare. Obsoletum. Eunuchizo autem Græcum est.

Aduena.] Externus proprie, qui ex vno longinquo loco in aliquod oppidum venit: Græce proselytus dicitur. Hinc aduentitius substantiuum. Et adiectiuum, vt morbus aduentitius, aduentitia bona, aduenæ vocres, aduena mancipium, aduenæ dij. Peregrinus & aduena idem.

Specula.] Locus æditior, & eminens, vnde aliquid longe videri & speculari potest. Hinc speculator, qui e specula aspicit, vel in bello ante exercitum explorandi gratia mittitur. Speculatrix verbale. Specula, læ, diminut. à spe. Speculæ, arum, zinnen, mœnia sunt. In speculis esse. Ex specula prospectare tempestatem futuram. Sed speculum, li, eyn spiegel, alias.

CAPVT LVII.

AVguratrix.] Quæ & augur generis communis, est diuinatrix, quæ & pythonissa, modo dicendum sit, vocatur. Pro fœmina auguria captante, in sacris legitur ab augur, auguraclum, auguralis, e, auguratio verbale. Auguratus, us, augurium, ij, auguro, as, augurari opinione. Augurato aduerbium.

Adulter, & adultera.] Componi videntur ex ad, & alter, seu altera, quod ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. Hinc adulterium proprie cum nupta fit. Græce mœchia, & mœchus adulter dicitur. Item adultero, & or, est vitio, & maculo. Et adulterinus, a, um, penult. prod. vt clauis adulterina, eyn ditterich. Hinc adulterio, onis, pro adulter, obsoletum. Nonius: Adulterat? nomen ex participio, gefelscht. Adulter sororis Clodius. Odore pardi coitum sentit in adultera leo. Plinius: Vt scias etiam de brutis dici. Cõmittere adulteriũ, adulteria mercis.

Fornicaria.] Mulier sub fornice se prostituens. Iuuenalis: Lenonum pueri quocũque in fornice nati. Hinc fornicor, aris, & fornico, as, id est, meretricor: & fornicarius, a, um, adiectiue, & substantiue, qui & fornicator. Item fornicatio, meretricatio est. Paries fornicatus, cui opponitur solidus.

Pigmentum.] Stibium illud & cerussa, fucus, pfimmythium, quo vtuntur mulieres ad faciem venustandam, angestrichne farb. Pigmenta per translationem, pro coloribus rhetoricis. Item dicuntur mendacia & fraudes. Pigmentarius in Bibliis pro pharmacopola videtur. Nec ibi legimus.

Flatus.] us, à flo, as, pro spiritu, & flatus, ventus, qui & ipse spiritus est. Hinc flatus ventris est ille ventulus male olens. Hinc non est turpe medico coram ægroto æthontem agere, id est, crepitum, seu flatum emittere. Sed crepitus ventris sonus est. Hinc flatores antiquitus tibicines dicebantur. Flabilis, e, lufftig.

CAPVT LVIII.

PVgnus.] Manus clausa, eyn fausst. Hinc pugillus, eyn hand voll, vt mundum pugillo continens. Sed palmus manus extensa est, eyn flach handt. Pugnis & calcibus conscindere aliquem. Pugnis contendere, vel certare.

Contorqueo.] es. Vergilius libro primo Georgicon: Protulit insano contorquens vertice syluas. Fluuiorum rex Eridanus, id est, euertens, aliter tamen hic contorquere circulum dicit. Hinc contortus, a, um, contortulus diminutiuum. Cicero: Qui contortulis quibusdam conclusiuncu lis effici volunt non esse malum dolorem. Contorsio, contorte aduerbium. Contortuplicata verba dixit Plautus, pro confragosis, nimium licenter.

Colligatio.] A colligo, quod est simul ligo. Hinc colligationes, id est, fasciculi. Septuaginta manifestius transtulerunt, obligationes violentarum cautionum: quas nostri verbi ambiguitate decepti συναλλαγμάτων, id est, commutationes, pro chirographis interpretati sunt. Vide diuum Hieronymum quid significent.

Catena.] Dicta est quod se capiendo teneat. Alij torquem auream hic interpretati sunt. Hinc catenula, & catenatus, a, um. Catella, vel catellum neutri generis, eyn kettlin. Cateno, catenas, vt catenatus ianitor, portæ adiacens canis. Catenata lagena. Labores catenati, per translationem. Hamus catenatus, catenatio.

CAPVT LIX.

FOr, aris.] Est loqui. Hinc fatur, id est, loquitur, vt hic. Faris, vel fare, à fero deductum est, du redest: Nihil enim aliud est fari, quàm ferre, id est, loqui, reden. Hinc fandus adiectiuum. Fator, fataris, fatari, multa fari. Calepinus: Effatur caret prima persona. Composita sunt, Adfari, effari,

effari,præfari,profari,cũ ſuis nepotibus. Vide Daſypodium,& Petrum Cholinum.

Conſotus.] a,um,penult.prod.à conſoueo:quod eſt ſimul nutrio, vt oua confota, id eſt,fortiter excluſa.

Regulus.] Hoc loci ſerpentis genus, qui & Baſiliſcus. Alias dictum.

Vaſtitas,vaſtitudo,& vaſtities, & vaſtatio.] Fere idem ſignificant,id eſt, ferocitas,magnitudo:et à vaſto,as,id eſt, magno, feroci,&deſerto. A vaſtus,a,um. Hinc vaſte, vaſtius,vaſtiſſime aduerbia. Vaſtificus,a,um, vaſtatio verbale.

Aporior.] Conuitior,& quaſi pauper abijcior. Hinc aporia,penuria,indigentia, dictum in Eccleſiaſtico. Aporior,aris, ſignificat modo hæreo,conſilij inops ac perplexus ſum, modo ad ſummã anguſtiam redigor, modo indigeo. Hinc aporia, dubitatio, vel indigentia,& conſilij inopia.

Amodo.] Cum accentu in antepenulti. ait Ambroſius Calepinus, ſignificat poſt hac. Apuleius: Nemo me amodo tam mane egredientem videbit ſolum.

CAPVT LX.

Camelus.] Notum animal eſt, paſcitur inter armenta. In oriente duo ſunt genera,Bactriæ,& Arabiæ:differunt,quod illa bina habent tubera in dorſo, quos vulgo Dromedarios, & à luculentis ſcriptoribus Dromades, à velocitate currendi dicuntur. Nam dromos, Latine curſus dicitur.

Madian,& Epha.] Regiones ſunt trans Arabiam fertiles camelorum, omniſq; prouincia appellatur Saba. Vnde fuit & Saba regina,quæ venit ſapientiam audire Solomonis. Quippe Madian interpretatur hoc loco iniquitas: Epha reſolutus,ſiue effundens. Saba,conuerſio,vel captiuitas.

Cedar.] Autem regio Sarracenorum eſt,qui in ſcriptura vocantur Iſmaelitæ.

Et Nabaioth.] Vnus eſt filiorum Iſmael,ex quorum nominibus ſolitudo appellatur,quæ frugum inops, plena eſt pecorum. Nam Cedar tenebræ interpretatur: Nabaioth, prophetiæ.

Naues maris.] Hebræi Tarſis dicunt, de quibus in viſione Tyri plenius dictum eſt.

Libanus.] Penult. cor. mons Phœnicis eſt excelſus, arboribus conſitus. Etiam arbor eſt thurifera,tam in maſc.quàm in fœmi.gen. vnde pro thure accipitur. Hinc libanotis,roſsmarin. Libanochnes, vel vt alij legunt apud Plinium Libanochros, gẽma eſt.

Abies, Buxus, Pinus.] Arborum noïa ſubinde explicata. Lxx. cypariſſum & pinũ, & cedrum,aut iuxta Aquilam,abietem,thaadaar:& thaaſſur, vel iuxta Theodotionem, prati thadaar,& theaſſur, ſimul eſſe cædendas,vt ædificetur templum Sion.

CAPVT LXI.

Medeor.] eris,eſt idem quod medico, as,& medicor. Et quandoque gignẽdi caſui iungitur. Inuenitur etiamnum medetur impersonale. Huius compoſita ſunt immedeor,& remedeor, & teſte Capro remedior, aris, per i, à quo medicus, medela, medicina,medicamen,medicamentum,medicatio,medicatus,a,um,medicus idem,medica,cæ, herba, guldin ſteynklee. Medicinalis,e,medicabilis,e,medicamentarius ij.medicamentoſus,a,um. Meditrina,dea à medẽdo dicta. Meditrinalia,orum, dies quo ſolebant vinum nouum,& vetus libare, & guſtare medicamenti cauſſa, cum certis cerimonijs.

Indulgentia.] Quæ & indulgitas,Siſenna. Baſſus aſſidua indulgitate victus, ab indulgeo,es,ſit, venia eſt,& quandoque cõniuentia patrum in filios. Mantuanus: Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos. Theologi abuſiue vocant donatiua venialia & condonationes,Pontificum indulgẽtias, ab indulgeo,es. Hinc indulgens, nomen ex participio. Plinius: Nutricem indulgentiorem eſſe,quàm matrem ſæpe conuenit. Indulgenter aduerb. indulgitas pro indulgentia, obſoletum.

Monile.] Penult. prod. ornamentum gutturis, quod ſolet de collo virginum pendere: Græce ormiſcos nũcupatur,id eſt,paruum monile. Nam ὅρμος monile eſt, ὅρμίσκοι, monilia.

CAPVT LXII.

Sion.] Arcis,ſeu montis nomen in Arabia, & interpretatur ſpecula.

Lampas.] Græca dictio eſt,Latine fax, ignis, aut ſolis ſplendor. Et ſubinde pro inſtrumento,in quo ignis in oleo lucet, ſumitur,quæ lucerna dr. Offendo & lampada,lãpadæ,ab accuſatiuo Græco lampada.

Diadema.] Græcum eſt vocabulum,id eſt,amiculum,quo caput regis obligabatur: à διαδέω, quod eſt obuincio,obligo. Hinc diadematus,a,um.

CAPVT LXIII.

Edom.] Quippe in linguam noſtram, & terrenus,& cruentus exprimitur,alibi explicatum.

Boſrah.

Bosrah.] Multi pio errore lapsi, inqt Hieronymus, putant de carne domini intelligi, id est, Bosor: quod verbum, si carnem significat, scriberetur per mediam literam sin, nunc autem per Zade, s. stridulum scribitur & interpretatur firma atq; munita. Sciendū quoq; quod iuxta historiam Bosrah non sit in Edom: sed in Moab.

Stola.] Apud veteres quicquid tegebat dicebatur: hoc est, indumentum & vestis: Græcis στολή. Tibullus: Impediat crines, nec stola longa pedes. Et stolatum, matronale, & honestum dicimus. Stolatus, a, um, vt mulier stolata, die eyn schauben antregt.

Polluo.] Inquino, fœdo, maculo, scelero. Hinc pollutio, & pollubrum, vas trulleum, quo manus lauamus, eyn handbeckē.

Impingens.] Ab impingo, is, id est, impellens, illidens, ab in & pango, vt pugnū impingere, vulnus impingere, impacti fluctus, impingere dicam alicui, nauem pingere. Impingi passiuū, impactus insulis fluui⁹.

CAPVT LXIIII.

Dirumpo.] Vel dirumpo. Compositum à rumpo, quod est frango. Hinc diruptio, fractio. Diruptus participium, vt diruptus homo, ludum dirumpere, & societatem, dolore dirumpi dicimus.

Ecustio.] Ab exuro, is, idem quasi combustio.

Menstruatus.] a, um, quod menstruum patitur. Vnde menstruatam mulierem dicimus. Sed menstrualis, idem quod menstruus, vt menstruales epulas dixit Comicus ille Plautus. Menstruum spatium, menstrua cibaria.

Allido.] Penulti. prod. compositum ex ad, & lædo, docti scribunt adlido, significat impingo. Hinc allisio, id est, impactio, in sacris legitur: Allidi in re aliqua. Allidere caput ostio, vel ad ostium.

CAPVT LXV.

Expando.] is, significat extra pando, explico. A quo expassum. i. extentum, vt velum expassum est explicatum. Aperire florem, & expandere dicitur rosa. Expandunt alas aliquæ aues. Expanditor verbale, vt expanditur amnis, vberlauffen.

Later.] Lapis est coctus. Hinc adagio teritur: Laterem lauas, de frustra conanti. Item lateritius, a, um, quod est ex latere factum, vt paries lateritius. Laterculus diminuti. eius. Laterarius ij. Lateraria, æ, officina. Laterarium, genus tigni Vitruuio libro decimo cap. xx.

Jus.] Inter cæteras significantias & liquorem eorum significat quæ coquuntur. Terentius: Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Hinc iuscum, siue iuscum, cibarium liquidius, quod vitellis ouorum, omphatio, iure pingui, croco & cinnamo conficitur, à quo iurulētus, a, um, quod est iure plenum. Apuleius iussulentum, non iurulentum formauit, dicens: Quisque piscium, aut iussulentus optime sapit. Cibus iurulentus.

Botrus.] Vel botrys dici potest racemus vuæ integer, qui & botryon: & pro vua sæpe ponitur. Botillus diminut. eius est.

Vallis Achor.] Id est, turbationis ac tumultus. Nomen accepit, in qua quondam maledictio fuit atq; supplicium. De qua & in libro Iesu filij Naue legimus vij. capite, quod ibi interfectus sit Acham, & cætera. Vide Hieronymum.

Amen.] Dictio Hebraica, significat fideliter, fiat, vere, frequentissime expositum. Item Amen, Cholinus inquit, dictio Hebræa, quæ vere, aut veritas significat, quæ seruit cum aliquid confirmandum est.

CAPVT LXVI.

Excerebro.] as, significat cerebrum excutio, vt hoc loco in Bibijs legitur.

Illusio.] Ab illudo, derisio est, & vituperatio interdum. Vnde illusor, est derisor, qui alium Naso suspendit adunco. Horat. autor. Illusus participium, verspott.

Tremo.] is, commoueor, agitor, paueo, timeo, à quo tremisco, id est, tremore concutior, & tremefacio: sicuti sonat. Hinc tremor, tremebundus, a, um, abunde tremens. Tremendus, tremefacio, tremefactus, a, um, vt tremefacta libertas.

Parere.] Tertij ordinis penulti. correpta. Et pario, paris, peperi, partum, & paritū quartæ inflexionis, est fœtum emittere, proprie ad fœminas pertinet. Parturio à pario, in pariendo laboro. Hinc partus, a, um, & partus, us, ipse pariendi actus, quæ & partio dicitur. Sed parere penult. producta, parui, paritum, est obedire, obsecundare, obtemperare, etiam apparere. Hinc parens nomen ex partici. Cicer. Parētiores habuerūt exercitū.

Aphrica.] Lidya, Italia, Græcia, nomina regionū notissima. Diuus Hieronymus hoc loco dicit: Tharsis lingua Hebræa mare appellatur. Phud, siue Phul, Libyes, omnisque Aphrica, Lud autē Lydos vocant. Mosoch, Cappadocas, vltimus filius Aram, id est, Syrorum Damasci, qui appellatur Mesinos rectius Meonas transferimus. Thubal autem siue Thobel, aut Italia interpretatur, aut Iberia,

ria, hoc est, Hispania, ab Ibero flumine: vnde & hodie Hispania appellatur Celtibria. De quibus pulchre Lucanus: Gallorũ Celtæ miscentes nomen Iberi. Quos nos possumus Gallohispanos dicere. Græci autem q sermone Hebraico appellantur Iauan Ionas significant, vnde & Græci Iones, & mare Ionicum. Videto pie lecto Diuum Hieronymum hoc loci.

Lectica.] æ, penultima producta cathedra & sedes, qua ferebantur diuites & potẽtes, in qua puluinar, & lectulus stratus erat: Græce hexaphorum, quod à sex seruis portaretur. Hinc lecticula diminutiuum & lectarius, qui lecticam defert, m. g. eyn bettraeger. Lecticariola, quasi parua lecticula. Martialis: Omnia à lectus, lectulus, lectisternium, lectisterniator.

Carruca.] Genus vehiculi, id est, currus. Hinc carrucarius, qui carrucas agit. Sed carrucarius, a, um, quod ad carrucam pertinet, vt mulas carrucarias dixit Pompeius. Carruca videtur diminutiuum à carrus, vel catrum, eyn karr.

¶ Esaiæ prophetæ
FINIS.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYmi in Hieremiam explicatio.

Hieremias propheta.] Et in hoc bona pars Hieronymiani laboris intercidit, nec versuum manet distinctio, nec distinctio visionum. Et Baruch additus est, quem ille prætermiserat.

Prologus.] Proloquium, præfatio, siue procœmium: proponit enim narranda. Hinc prologium, principium, quasi proloquium. Plautus: Exanimauit me prologio suo.

Anathotites.] Penultima producta, fuit enim de Anathot, qui est vsque hodie viculus tribus ab Hierosolymis distans milibus.

Alphabetum.] Ex duabus primis literis composita Græcanicis dictio, Barbari Abcdarium vocãt. Hinc analphabetus, indoctus, amusus, quasi sine literis, acosmos. Abecederarius, der den alphabet nach ordnet. Calepin. autor. Abecedaria tabella, ex qua discitur alphabetum.

Mensura.] Instrumentum, quo metimur. Hinc mensurare est, metiri, mensuratio, & mensurnus à mense tamen manat, vt diurnus à die. Et metrum mẽsura est. Hinc versus, quoniam mensurantur, metra dicuntur. Mensurabilis, e, pro dimensionis capaci barbare dicitur.

ALTERIVS PROLOGI EXplicatio.

De Ioakim, & Ioachim.] Dictum est alibi, & vita comite dicemus in Matthæum primo capite plenius.

Olda:] Mulieris nomen prophetidis.

Tesseradecas.] Dos. vel vel dis, in genitiuo: sic debet, & scribi, & legi, cũ a in omnibus casibus, non tesseredecas, vt Gotthi fantur. Græca dictio est composita à tessara, quatuor & decas, decem, id est, quatuordecim. Iam treis tesseradecades faciunt quadraginta duo. Supputa si vis. Tessaraconta, quadraginta. Tessaracostos quadragesimus.

Porphyrius.] Nomen viri proprium, quo noïe dictus est philosophus Christianis inimicissimus, & capitalis hostis, à Porphyra, id est, purpura nomẽ sortitus ẽ. Hinc alia transeo.

Taphnis.] Vrbs Aegyptiorum maxima. Alias Tanis, Taneos dicta.

Obrutus.] a, um, media correpta ab obruor, vt obruor literis, molestijs, laboribus, id est, nimium occupor, operior, distringor, &c. vt: Obrui copia sentẽtiarum, obrui magnitudine negotij, tanq̃ fluctu.

Occumbo.] Significat morior, seu necor. Refertur etiam ad solem cum occidit. Interdum pro ferior seu afficior, eo quod additur morte. Cicero: Qui pro patria morte non dubitaret occumbere. Occubitus pro occasu inusitatum.

Dudum.] Quasi diu aduerbium temporis, dum eandem vim habet quàm iam dudum, &c.

Defugatus.] Expulsus & in fugam cõuersus. Defugio, is, penultima correpta, vt defugere inimicitias, autoritatem, munus, administrationem Reipublicæ.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Hieremiam explicatio.

CAP. I.

Ieremias.] Filius Helkiæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathot: hic cognomento Anathotites dictus, & interpretatur ὑψηλὸς κυρίου, id est, excelsus domini. Hic vaticinari cœpit decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, vt idem ipse initio sui operis profitetur. Eusebius in decimum annum reijcit initium prophetiæ illius, prædixitq; venturam cladem Iudæ, vt ipse in volumine suorum vaticiniorum declarat. De Hieremia, & captiuitate, excidioq; Iudææ gentis ad hunc modum scribit Alexander Polyhistor. Temporibus, inquit, Ioachim Hieremias prophetauit, qui missus à deo, cum Iudæos aureo simulachro, cui nomen erat Baal, sacrificantes reperisset, futuram eis propter hoc calamitatem prædixit: vnde Ioachim viuum iussit cremari. Illum autem dixisse foueas ipsos à rege Assyriorum captos iuxta Tigridem, atque Euphraten, eisdem lignis facturos. Hæc Nabucodrosorum Babyloniæ regem audiuisse, ac Stibare Medorum rege in auxilium adducto, centum & octoginta peditum, equitum centum & viginti milia ducentem, ac decem milia curruum, primo Samaritanas omnes vrbes, Galilæam, Scythopolim, & Galatidem euertisse, deinde Hierosolymam, & Iudæorum regem Ioachim viuum cepisse, & aurum, argentum, æs, cæteraq; omnia, quæ in templo fuerant, arca excepta, & tabulis, in Babylonem asportasse. Arcam, inquit, Hieremias detinuit: Sic ille. Hic Hieremias cum tribu Iuda, & Beniamin in Aegyptum abijt, obijtq; in Tanis Aegypti obrutus lapidibus, vbi ab indigenis colitur ob vim præsentaneam contra serpentum ictus.

Ah, ah, ah.] Aspiratur & interiectio est, modo admirãtis. Plautus: Ah quid ais? Modo dolentis seu commiserantis. Modo ridẽtis: & duplicatur triplicaturq; interdum, vt hic, & apud Terentium: Ah ah ah, perij defessa iam misera sum te ridendo.

Aquilo.] Ventus velocissimus, Græce Boreas dictus, siccus & frigidus.

Pandetur.] Id est, manifestabitur, à pãdo.

CAP. II.

Miserans.] A miseror, id est, compatiens, dicitur & misereor.

Carmelus.] li, montis nomen subinde explicatum. Hebraicæ Chermel dicitur, & in lingua nostra sonat cognitionem circumcisionis.

Baal.] Numero singulari, inquit Hieronymus, & Baalim pluratiuo, eadem idola nominantur.

Discepto.] as, significat disputo, contendo, discordo. Aliquando, moderor, compono. Hinc disceptator, rei sententiæque moderator, teste Tullio, & disceptatio, verbale. Disceptator domesticus, arbiter ex compromisso. Disceptatrix. Disceptatio, causa, & lis. Disceptatio, pro arbitratu & cognitione, & pro iudicio. In disceptationem dicendi, & controuersiam vocare.

Cethim.] Insulas, vel Italiæ, vel occidentalium partium debemus accipere. Cõparationem facit eius rei, quæ incomparabilis est.

Cedar.] Autem regio est solitudinis, & Ismahelitarum, quos nunc Sarracenos vocant, & tenebræ interpretatur.

Vernaculus, vernaculi.] Est omne quod domi nostræ nascitur, vel in nostra patria est. Vnde vernacula lingua dicitur vel seruilis, vel plebeia, quam nos maternam, natiuam, & theutonicam nuncupamus. Sed verna communis generis, seruus ex ancilla natus. Eius diminutiuum vernula. Dicimus enim verna puer, verna puella. Signat enim quicquid domi nostræ nascitur. Vernaculæ volucres, vernaculi artifices.

Memphis.] Aegyptiorum regia est vrbs ab Ogdoo rege ædificata. Hinc memphiticus, a, um. Martialis:
Dat chartis agiles calamos memphitica tellus. Memphitis, e, idem penultima producta in genitiuo memphitidis, vel memphitis. Memphi, populi, Memphim habitãtes.

Taphnis.] Eiusdem regni Aegyptij vrbs maxima, teste Hieronymo, alias Tanis dicta.

Constupro.] Penultima producta, significat violo, stupro. Cicero libro quarto ad Herennium. Qui violasset ingenuam, matrem constuprasset. Hinc constupratio est violatio. Constuprator, verbale. Constupratum iudicium. Constuprare matronas.

Sihor.] Sic habet Hebraicum. Alij Seor habent. Porro Seor, ait Hieronymus, nos turbidam interpretati sumus: quod verbũ Hebraicum significat, pro quo communis æditio Geon habet. Vide autorem.

Rumpo.] is, est frango. Verg. Rumpamus iuuite tua vincula. Rumpere silẽtium, est diu tacita proferre. Rumpere vocem, est loqui. Rumpere moras, est auferre. Ille rumpitur inuidia. Rumpatur quisquis, rumpit

pitur inuidia. Hinc ruptio & ruptura. Ruptus participium, vt: rupta pacis fœdera. Ruptor, oris. Rumpi, rumporum, qui & traduces dicuntur.

Nitrum.] Vt quidam putant à nitria, vbi nasci solet, dicitur, salis genus quidam putant. Ex nitro medicinæ fiunt, & sordes vestium corporumq; lauantur, vt hoc loco, vernacule salpeter. Hinc nitrosus, a, um. Nitraria, æ, est locus vbi crescit nitrum. Nitratus, a, um, vt nitrata aqua.

Borith.] Pro herba Borith, quam nos prout in Hebræo posita est vertimus, ait Hieronymus, Lxx. transtulerunt πόαν, vt significarent herbam fullonum, quæ iuxta ritum prouinciæ Palæstinæ, in virentibus & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eandem vim habet, quam nitrum. Nitrum autem nostrum, & herba fullonis est.

Fascia.] Genus ligaturæ, qua pueri in cunis, vel aliud quid ligari solet, eyn vviegē bendel. Hic pro pectorali ornamento tegumentoq; poni videtur. Hinc fasciola. Dicimus fasciæ orbis, pro ijs quas Astrologi zonas vocant. Fascia lecti. Fascia pectoralis. Fasciæ iunci. Plinius. Fascia, apud Iuuenalem, pro nube fasciæ simili. Fascio, as, are, mit byndem verbinden.

CAP. III.

Amatores.] Siue pastores. Verbum enim Raijm, quod quatuor literis scribitur, scilicet Res, Ain, Iod, Nem finali, & amatores, & pastores vtrunque significat. Et si legamus Raijm amatores significat, si Roim pastores.

Latro.] Dictio qua significatur viarum obsessor, qui publice vel per vim furatur, eo quod à latere adoriatur: vel à latendo, quod latenter insidietur. Pro latrone, siue cornice, in Hebræo scriptum est Arabi, qđ potest, & Arabas significare, quæ gens latrocinijs dedita, vsq; hodie incursat terminos Palæstinæ.

Frons.] Indicium animi præse fert. Est enim tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis symbolum, signumq;. Cæcilius masculino genere protulit, hilaro fronte, tristi corde. Hinc perfricare frontem, est pudorem exuere. Præterea, os, & facies, & frons pro pudore capitur. Hinc perfricare faciem apud Plinium: &, perfricare frontem apud Quintilianum ex Caluo, pro excutere pudorem. Lucanus.

Nec color imperij, nec frōs erit vlla senatus.

Huc pertinent etiam illa, quod effrontes appellamus inuerecundos. Et qua fronte audes hæc facere? Quod enim Horatius dixit: Clamēt periisse pudorem Cuncti pene patres. Id Persius imitatus. Exclamet, inquit, Melicerta perisse Frontem de rebus. Item illa. Quo ore obiurgabis filium? Et os impudens, os durum, os ferreum, cum impudentiam indicamus. Ouidius: Non tibi plus cordis, sed minus oris adest, id est, non plus audes, aut sapis, sed minus pudet.

Auersatrix.] Quæ auersatur aliquem. Præuaricatrix, quæ transgreditur seu præuaricatur. Vide Diuum Hieronymum hoc loci, si iuuat. Ab auersor, aris. Auersator. Auersatio, verbale.

CAP. IIII.

Noualc. lis.]. Paulus Iurisconsul. dicit terram esse proscissam, quæ anno cessat. Varro, quæ intermittitur: à nouando, noualis ager. eyn braachacker.

Predo.] Qui prædatur, hic & prædator, id est, populator. Cuius diminutiuum prædonulus à Catone vsurpatur.

Heu.] Interiectio dolentis, iungitur accusatiuo pronominis. Terentius:

Heu me miserum.

Per exprobrationem vero iungitur nomini. Vergilius:

Heu stirpem inuisam.

Et cum nominatiuo. Idem:

Heu pietas, heu prisca fides.

Interdum geminatur, & nulli casui seruit. Vergilius: Heu, heu quid volui.

Nonnunquàm triplicatur, vt hoc loco. Ali quando etiam dicitur eheu. Aspiratur sicut hei eadem ratione.

Dan.] Tribus iuxta mōtem Libanum, & vrbem quæ nunc dicitur Paneas, & interpretatur iudicium.

Post tribū Dan.] Succedit terra Ephraim, per quam venitur Hierusalem, & interpretatur vbertas Ephraim.

Pelles.] Hoc loco pro tentorijs & tabernaculis, quæ ex pellibus olim fiebant, ponuntur, gezelt. Hinc dicimus: Sub pellibus. Pellicula, diminutiuum. Pelliceus, a, ū. Pelliculo, as. myt fel vberziehē. Pellio, onis,. ein Kurſner. Pelliris, galerus ex pelle factus. Pellitus, a, um, myt peltz gefutert.

Stibium.] ij, siue stibi absolute, ceruſſa est & pigmentum, quo mulierculæ facies pingunt: Græci psymmythion vocant. Vulgo Antimonium.

Coccinum.] Purpureum colorem significat, qui & spadicus, & phœniceus & roseus vocatur: à cocco quod granum significat.

CAP. V.

FAlso.] Aduerbium, nõ vere. Saluſtius: Falſo queritur de natura ſua genus humanum. Falſe idem. A falſus, a, um. Hinc fallo, is, fallens, falſum, n. g. falſarius, ij, falſitas, falſidicus, falſificus, falſiiurius, falſiloquus, falſimonium, pro fallacia apud Plautum. Fallax oĩs generis, fallacia, fallaciter aduer. fallacioſus, a, um.

Pardus.] Animal variis maculis diſtinctum, cuius fœmina pardalis dicitur.

In ventum loqueris.] Siue vento loqueris, adagium, pro eo quod eſt, inaniter & fruſtra loqueris. Nam ventus omnia diſſipat, cogitq; euaneſcere.

Emiſſarius equus.] Qui ad procreandã prolem emittitur, cuius hinnitus in tali libidine, χρεμετίσμ῱ appellatur à Græcis, ab emitto, is. Emiſſio, vt: Emiſſiones tormẽtorum. Emiſſarius eſt inquietus hõ. Emiſſarius curſor, louffer. Emiſſarius palmes, eyn ſchoſs. Emiſſarium, ij, eyn vaſſer auſsganck.

Auceps.] Qui vel quæ aues capit. Hinc aucupium & aucupatio, ipſa auicularum captio: aucupor aues capio. Metaphoricos, artificio quodam & ſolertia quæro, venor, vt: aucupor laudem. Hinc aucupatorius, a, um, vt aucupatorij calami viſcati, & amites, quibus aues decipiuntur, voegel kloben.

Pedica.] Penultima correpta, à pede, laqueus eſt, quo pedes illigantur. Vergili. Tũ gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. eyn fueſsſtrick. A pede multa manant quæ tranſeo.

CAP. VI.

FIlii Beniamin.] Hieruſalem in tribu Beniamin ſitam, nulli dubium eſt, nemo ignorat, cui vel pectus quidem ſapiat.

Thecuam.] Quoq; viculum eſſe in monte ſitum, & xij. milibus ab Hieruſalem ſeparatum, in confeſſo eſt. Inter hos alius vicus eſt, qui lingua Syra & Hebraica Bethacerẽ nominatur, & ipſe in monte poſitus. Beniamin quippe interpretatur filius dexteræ. Thecua tuba, Bethacerem filia vineæ.

Vindemiator.] A vindemio, qui vina, & vuas colligit. Cuius nominis de ſyllaba corripitur metri cauſa. Horatius in Sermo. Vindemiator & inuictus cui ſæpe viator. Ouidius vero detraxit a, dicens: vindemitor, libro Faſtorum. At non effugiet vindemitor hoc quoque cauſam. Vindemia, vindemiæ. Vindemialis, vindemiale. Vindemiatorius, a, um.

Cartallus.] Caniſtrum eſt, eyn Koerbſyn. Græce ſic κάρταλλ῱, ŏ, ſcribitur.

Thus de Saba.] Quod thura de Saba veniant, nemo dubitat: Vnde & illud Vergilianum: Centumq; Sabæo Thure calent aræ. Calamum autem, quod Hebraice dicitur Kanah, pro quo Lxx. & Theodotio, cinnamũ tranſtulere, de terra venire longinqua propheticus ſermo teſtatur, vt intelligamus Indiam, de qua per mare rubrum plura veniunt aromata.

Sufflatorium.] Caminus ſeu fornacula conflatorum, ſeu argentariorum, in q̃ aurum & exurunt, & probant: quod ſignificantius Græci φυσάτηρα nuncupant. A ſufflo, ſufflas, vt: Buccis ſufflare. Hinc ſuflatio, verbale. Sufflatus, ſufflatus. Sufflatorium, eyn blaſs balch. Sufflamen neutri generis.

CAP. VII.

BAalim, & Baal.] Eadem idola nominantur Hieronymo teſte.

Silo.] Locus vbi primum fuit tabernaculum dei, dictum Pſalmo lxxvij. & .i. Regum quarto.

Ephraim.] Terra poſt Dan, per quã venitur Hieruſalem, & vbertas interpretatur.

Obſiſto.] Idem, quod reſiſto, & contraſiſto. Obſtitum veteres modo pro violatum, modo pro obliquum dixerunt, vt obſiſtere opinionibus. Obſiſti illi non põt.

Obſto.] Obſtatum, ſignificat contraſto. Curtius. Obſtant oppido gemini colles. Aliquando ſignificat reſiſtere, aduerſari, impedire. Terentius:
Quid enim obſtat, cur non vere fiant?
Hinc obſtaculum impedimentum ab obſto. vt: Paululum negocij mihi obſtat. Obſtaturus Quintilianus dixit. Vides quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.

Conſpergo.] Eſt perfecte ſpargo, apud Columellam libro tertio. Stercore vel palea conſpergito humum ante brumam. Hinc conſperſio pro farina aqua comſperſa. Teig.

Placenta.] Libum farinaceum, Græce placus dicitur. Cognomentum meum. Patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem cum farina, vt faciant χαῦώνας, id eſt, placentas.

Tophet.] Quæ eſt in valle filiorum Ennon, illium locum ſignificat, qui Siloe fontibus irrigatur, & eſt amœnus & nemoroſus, plenuſque delitijs, & interpretatur

lin

lingua Hebræa, latitudo, geenna & infernus est.

Ennon.] Vel Hois nomen, vel gratiam sonat. Traduntq; Hebræi ex hoc loco appellatam Gehennam. Alij Hennon scribunt.

CAP. VIII.

Sterquilinium.] Locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum. Illuuies & immunditiæ. Columella libro primo. Sterquilinia duo sint. Sterquiliniũ, lenonem vocat Plautus, vnflat.

Miluus.] Seu miluius. Horatius: Suspectum miluius hamum. Quantum non miluus oberret, de diuite dicitur adagium. Hic miluinus, a, um, vt miluinæ plumæ. Miluinus pullus. Miluini oculi.

Stylus.] Cum y. Pythagorico, seu Græco ypsilon, dici potest columna. Vnde epistylium capitellum quod super columnam locatur. Stylus etiamnum dicitur modus loquendi, & phrasis, seu filum orationis. Terentius: Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.

Dan.] Tribus iuxta montem Libani, & interpretatur iudicium.

Resina Galaad.] Resina humor ex arboribus defluens, in ijsdem residens. A quo resinatus, a, um. Iuuenalis corripit si. Quid enim resinata iuuentus? Galaad vero mons est à quo ciuitas in eo condita, sortita est nomen. Hinc non solum in præsenti loco, sed & in multis alijs testimonijs scripturarum, inuenimus resinam Galaad pro pœnitentia poni. Resina terebinthina. Resinaceus, a, um. Vinum resinatum. Resinosus, a, um.

CAP. IX.

Solitudo.] A solus, quod lingua Oscorum totum significat. Nam qui vnus est, totus est. Hinc solitudo, quæ & solitas à veteribus dictitabatur, id est, desertum: Græce eremus. Hinc solitarius, a, um. Solitus, a, um. Solitudo hominis, puerorum. Solitudo ab oratoribus in foro. Solitudo ante ostium.

Diuersorium.] Hospitium est meritorium, in quod diuertant homines. Diuersoriolum diminutiuum. Diuersorius, a, um. Taberna diuersoria. Diuerticulum.

Conflare.] Est igne examinare, probare, exurere, & excoquere. Hinc conflator, conflatio, conflages, & conflatorium, dicta sunt.

Baalim.] Pluratiuo numero nomen Idoli, quod & Baal dicitur.

Lamentum.] Et lamentatio, à lamentor vel lamento, id est, fletus, tristitia, lachrymæ, est ægritudo cum eiulatu.

Ouidius:

Interdum lachrymę pondera vocis habent.

Hinc lamentabile, lamentabilis. Lamentas, pro lamentationibus scripsere veteres.

Deforis & aforis.] Penultima correpta compositа à foris, in Genesi explicata.

Attonsus.] a, um, participium ab attondeo, attondes, quod est perfecte tondeo, id est, coma abscisa. Plautus: Sed vtrum strictim me attonsum esse dicam, an per pectinem nescio. Hinc intonsus, id est, capillatus. Item tonsi montes, homo tonsus. Tonsa oliua. Item tonsus nomen, idem quod tonsio, & tonsura, tonsor, tonstrix. Et tonsæ oues, tonsorius, a, um, tonsile buxum. Itẽ tonstrina, officina tonsorum.

CAP. X.

Ascia.] Instrumentum fabrile, Hieronymus genus ferramenti interpretatur, quo lapides dolantur: Græce λαξευτήριον, id est, dolatorium dici potest. Hinc ascicula diminutiuum. Ascio, as, are. zymmeren. Ascio, Calep. ex Columella annotat, pro perfecte scio.

Ophaz.] Septem nominibus apud Hebræos appellatur aurum, quorum vnum Ophaz dicitur, quod nos dicere possumus obryzum, vt splendeat in superficie idolorum, quod intrinsecus lignum est vilisque materiæ. Nam ὄβρυζον, obrisum, sic enim Latine dicitur, & est aurum quod in coctione non minuitur, aut quod multipliciter excoctum est. Dicitur de purgatissimo auro. Sicut apud Tranquillum postulatum argentum. Dictum teste Hieronymo quasi Ophirisum, nam ex Ophir insula laudatissimum aurum euehebatur.

Plane.] Aduerbium, id est, certe manifeste. Quandoq; omnino.

Struthio.] Et struthius auis corpore grandis, grauisq;. Hinc struthiocamelus.

CAP. XI.

Pactum.] Quandoq; participium est à paciscor. Quandoq; nomen, vt hoc loco. Et est Tullio definiente, quod inter aliquos conuenit, vt iure præstare dicatur: quod & pactio dicitur, id est, duorum pluriumve placitum, & consensus, vt inquit Vlpianus.

pianus. Notandum est autem, quod verbum Berith Aquila & Symmachus semper pactum, Lxx. Theodotio, testamentum interpretati sunt. Hinc pactus participium,
Vt pactæ cum hoste induciæ,
Pactam rem habeto.
Has tibi nos pactis legibus dare iussit.
Pactitius, a, um, vt Cessatio pugnæ pactitia. Pacto, ablatiuus, eo pacto, alio pacto, nullo pacto, id est, modo. Pactio, verbale. Pactor, pactoris.

Amen.] Id est, fiat, hoc loco.

Libo, libas.] Est sacrificare, immolare, facere vitulos, vt ait Vergilius in Bucolicis, id est, litare.

Frutetum.] Seu fruticetum, vbi multi frutices sunt, vel crescunt.

Sabaoth.] Sonat exercituum, militiarum.

Anathot.] Viculus, seu oppidulum, quod interpretatur obedientia. Hinc Hieremias Anathotites dictus, id est, obediens.

CAP. XII.

PEdes.] tis. miles qui pedibus militiam exercet, sicut eques qui equo velitatur. Hinc peditatus, us, peditum copiæ: sic ut equitatus, us, equitum copiæ. Pedester qui pedibus. Equester qui equis iter facit. Hinc oratio pedestris, id est, prosa & soluta. Pedestres copiæ. Item Equestris, e, vt Equester ordo, Equestria, loca in quibus sedebēt equites.

Iordanis.] Fluuius in Iudæa eximiæ suauitatis, ad radices Libani oritur.

Discolor.] Et versicolor diuersi coloris. Concolor eiusdem coloris. Decolor, quod est colore vitiato, & habent omnia penultimā correptam, à color, oris. Et rerum discolor vsus.

Demoliti sunt.] A demolior, id est, diruerunt, destruxerunt, & vastarunt. Demoliri domum. Demoliri culpam de se. Demolitio, verbale, vt demolitio statuarum.

Baal, & Baalim.] Nomina sunt idolorum.

CAP. XIII.

LEmbare.] Cinctorium est, & tegmen quo pudenda teguntur, à lumbus. Hinc lumbago morbus lumborum. Et elumbus, a, um, vel elumbis, & elumbe. Lumbulus diminutiuum. Lumbifragium, nomen à Plauto fictum, ictus circa lumbos.

Contenebrescō.] contenebrescis. Compositum à tenebresco, quod est obscurus fio. Sed tenebricor, significat tenebras facio. Hinc tenebricosus, a, um, & tenebrio, nebulo est, & lucernarius canis. Contenebrare, neutrum verbum. Varro. Pascunt quoad contenebrauit.

Aethiops.] Qui vel quæ ex Aethiopia est. Hinc Aethiopicus, a, um, vt cutis Aethiopica. Item Aethiopus, a, um, dicitur iuxta Seruium, & Aethiopissa. Aethiopis, nomen herbæ magicæ

Pardus.] Animal varium, cursu velocissimum. eyn pantherthier.

Hinnitus.] us, ab hinnio, hinnis, equorum est clamor, & sonitus.

CAP. XIIII.

OBscuratus.] a, um, ab obscuro, obscuras, id est, contenebratus, obfuscatus, & absconditus. Hinc obscuritas. Obscurus, a, um. Obscure aduerbium. Obscuratio verbale, vt obscuratio solis.

Onager.] Asinus syluestris est, atque agrestis, & ruralis, agrarius.

Colonus.] A colendo, id est, habitando, terrasve aptando. Hinc Coloniæ gentes ad habitandam aliquam terram missæ.

Holocaustoma.] Sacrificium totum combustū, sic interpretatur. Holocaustum, holocausti.

Ah, ah, ah.] Interiectio est, modo admirantis, modo dolentis & commiserantis vt hic, modo ridentis. Dictum alias.

Falso.] Aduerbium, id est, non vere, mēdaciter, falsè idem.

Vaticinor.] Significat diuino. Hinc vates, pro poeta & diuinatore, & vaticinium prædictio.

CAP. XV.

MOses.] Sis, & Mosi, sicut Achilles, Achillis, & Achilli nomen inclyti Iudæorum ducis dicitur & Moses. Item & Moseus, Moyseus, & interpretatur ex aqua saluatus.

Samuel.] Leuita fuit non sacerdos, ait Hieronymus: & interpretatur nomen eius deus. Hunc enim legimus iræ domini pro populo restitisse, & iam impendentem auertisse sententiam.

Manasses.] Filius Ezechiæ regis Iuda, & interpretatur obliuio. Hinc Manasseus, a, um, vt oratio Manassea.

Ventilabrum.] Ait Calepinus, instrumentum quo aliquid ventilatur, quod & vannus dicitur, eyn vvan. A ventilo, as. Hinc ven-

ventilatio,ventilator verbalia, vt naturæ vẽtilator,ventilatores,cauckler.

Septem.] Diximus alibi verbum Hebraicum Seba,vel ſeptem, vel iuramentum ſonare,vel plurimos. Vnde & diuerſa eſt interpretatio. Hinc ſeptangulus,ſeptempedalis,e,ſeptemuir,ſeptemuiralis,e,ſeptemuiratus,us. Septenarius,a,um,ſeptemdecim indeclinabile. ſeptemplex, cis. ſeptennis, e. ſeptentrio, onis. ſeptentrionalis, e. ſeptenus,a,um,ſepties aduerbium. ſeptimus. ſeptimum conſul. ſeptingenarius,a,ũ. ſeptingenti,æ,a,ſeptingenteſimus,a, um. ſeptuaginta.ſeptuagenus,a,um.ſeptuagies, ſibentzich mal.ſeptuplus,a,um.

Tueor.] Pro defendo, ſecundæ inflectionis,Sic hoc loco,tuere mediam producit in imperatiuo. A quo tutus: quàmuis tuitus eius participiũ ſit,quo vſus eſt Quintilianus in declamationibus: Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam. Tuor vero eris pro video,tertij ordinis corripit.Et tria compoſita habet,contuor,intuor, & obtuor:à quibus contutum, intutum, & obtutũ fiunt infinita à tueor, tuto,as. pro tutari. Antiquum.Plautus. Tutor,aris. frequent. Tutor,oris.Tutorius,a,um. tutela. tutelaris,e. vt deus tutelaris. Tutelarius, ij, ein ſcheffner.Tutamẽtum, Tuitio verbale eſt, Tuitio ſui.Cicero.Tutus,a,um.tuitior, tutiſſimus.Tuto aduerbium.

CAP. XVI.

Stirps.] Generis fœminini. Cum de hominibus dicitur, originem ſignificat. Cum vero de arboribus pro trunco maſcul.gener.eſt.Hinc ſtirps,& extirpo, radices aufero. Extirpare vitia, eſt funditus tollere,ſtirpitus aduerbium ſignificat radicitus,funditus.Hinc ſtirpeſco, is. ſtirpices Calepinus,ſine autore,qui ſtirpes euellunt.

Mors.] Eſt animæ corporisq; diſſolutio.Mors etiam dea à gentibus putata.Inflectitur quoque in pluratiuo numero, vt hic mortibus.Et Auguſtinus libro primo de Ciuitate dei. Multi multarum mortium fœda varietate conſumpti ſunt. Horatius: Mors vltima linea rerum eſt. Hinc multa quæ tranſeo.

Caluitium.] Eſt caluities,defluuium capillorum eſt & crinium: Græce φαλάκρωμά, ſiue cranium dicitur caluaria. Caluitium loci,à calua,æ,eyn heuptſchedel &c.

Piſcor.] Eſt piſces venari: à quo expiſcor,aris,diligenter quæro, indago, lucrifacio.Hinc adagium:Piſcari in aere,venari in mari.In eos quadrat,qui fruſtra moliũtur. Hinc piſces,& piſciculus,piſcarius,us. piſcatio ipſa:piſcatorius,a,um. piſcarius adiecti. & ſubſt.piſcaria,locus vbi piſces vendũtur: piſcoſus,& piſculentus,piſcinalis,& le.piſcina,piſcinarius,& piſcifer,Græce ichthyophorus, & ichthyopola, piſcator, Ichthyopolium,forum piſcarium.

CAP. XVII.

Stylus.] Siue ſtylum cum y Græco,licet quidam cum iota ſcribant, ferreum inſtrumentum quo exaratur.Dici poteſt & columna.Eſt & modus dicendi,phraſis,character, filum orationis: vt vertere ſtylum, acuere ſtylum. Hinc Epiſtylium, columna eſt.

Adamantinus.]a,um.pen.cor.contra vulgi morem,tàm in proſa,quàm ſoluta oratione. Sed adamantæus pe. pro. Ouidius lib.vij. metamorph. Ecce adamantæis Vulcanum naribus efflant.

Lucus.]Per antiphraſim,nemus arboribus denſum.Dicitur etiam lucus,us.pro luce. Terentius: Cum primo lucu, id eſt, prima luce.Hinc luculus, & lucellus diminutiua eius.

Myrica.]Pe. prod. genus humilis virgulti in Italia, alio nomine tamaricas dicitur. Vergil. Non omnes arbuſta iuuant humilesq; myricæ,Heyde. Hinc myricinus,a, um.penul.cor.vt reliqua,puto.

Prauum eſt cor hominis.]Septuaginta eſt hæc interpretatio:Graue cor per omnia, & quis cognoſcet eum. In Hebræo vero ſic ex Hieronymo:Prauum eſt cor omnium & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Symmachus verba Lxx.apertius poſuit.Inſcrutabile cor omnium,vir autem quis eſt, qui inueniat illud? Lxx. enim βαθεία, ἢ καρδία dixerunt,quod eſt profundum cor.

Salſugo.] Appellatur in ſalinis tota liquida, & marina aqua ſalſior. Etiam dicitur humor cum ſapore ſalis,bickel,vocatur etiam alio nomine ſalſilago, autore Plinio.

Perdix.] Huius perdicis, fœminini generis,auis nota à perdendo, eyn rebhun, dicta.Alibi copioſe explicatum.

CAP. XVIII.

Rota figlaria.] Eſt trochus ille, quo plaſtes & figuli formant & plaſmant fictilia vaſa,eins haeffners radt. Hinc rota fortunę dicimus.Rotula diminutiuum.Rotare, Rotundus,a, um. Rotunditas. Rotundo,as.Rotunde aduerbium.

Mix Libani.]Tale qd & illud Vergilia

num ſonat. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Quã noſtro illius labaſ pectore vultus. Et in alio loco: In freta dũ fluuĩ current, dum montibus vmbræ Luſtrabũt, conuexa polus, dum ſydera paſcet, Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt &c. Summa, hoc eſt, nunquàm.

Sibilus.] In ſingulari ge. maſc. In plurali maſcul. & neutri. Fit autem ſibilus ore, vt equi, boues, & huiuſmodi, ſi ad bibendũ ducantur. Quod tamen & de vẽto, & huiuſmodi dicitur. Hinc ſibilo, as, eſt ſibilum facio. Hinc exibilo, explodo. Sibilo conſectari aliquem. E ſcena ſibilo. i. explodo. Sibilo ſignum dare. Plauſus & ſibilus contraria.

Repente.] Aduerbium, ſignificat ſubito, mox, ſtatim, ilicet, actutum, & ſimilia. Hinc repentinus, a, um. quod eſt ſubitariũ. Hinc derepente, vna eſt dictio, aduerb.

CAP. XIX.

LAguncula.] à lagena. vter, ſeu vas teſteum. Græce ceramion. Lagũcula parua. Plinius.

Tinnio.] is. proprie de metallis dicitur, cum ex eorum pulſu ſonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannũ, orichalcum & huiuſmodi. Hinc tinnitus, us, & tinnulus, a, um. vt vox tinnula. tintino, as. tintinnabulum inſtrumentum æreũ, quod nolam vocant, eyn ſchell. tinnimentum, ti, idem quod tinnitus. Tintinio, is. Obſoletum idem quod tintino, quo Catullus vſus eſt. Tinnunculus. li. genus accipitris.

Baalim.] Idoli nomen, quod & Baal.

Doma.] is. tectum domus. Nam in Aegypto, & Palæſtina, tecta ſunt plana, quæ Romæ vel ſolaria, vel mediana vocitantur, tranſuerſis trabibus fabrefacta.

CAP. XX.

PHaſbur.] Filius Emmer ſacerdos. Pro quo Lxx. trãſtulerunt Phaſchor, qui interpretatur oris nigredo.

Neruus.] Tormenti atq; vinculi genus eſt, de quo etiam in Actis Apoſtolorũ legimus, quando apoſtoli Paulus & Silas in carceris cuſtodiam dati ſunt, Actorum xvi. Pro neruo, id eſt, cippo, Lxx. & Theodotio vertere, cataracten. Symmachus baſaniſterion, ſiue ſtrebloterion, quod vtrumque tormenta ſignificat. A neruo fit neruoſus, a, um. Et eneruo, as, are. Hinc eneruus, a, ũ. & eneruis, e. A neruus, neruulus diminut. Neruiceus, a, um. vt neruicei funes. Neruoſus, a, um. Neruoſitas. Neruoſe aduerb.

Emmer.] Verbum ſonat, de quo ſæpe nigredo generatur, non parentis vitio, ſed ſcelere degenerantis. Tormentum autem, quo cruciatur propheta, videtur in parte dextera, quod interpretatur Beniamin, & in porta ſublimi, quæ non veritatem indicat, ſed iniuſtam Pontificis poteſtatem. Hæc Hierony.

Beniamin.] Id eſt, dexteræ filius.

Subſanno.] as. ſignificat irrideo, à ſanno, vel ſanna, & conſtruitur cum accuſatiuo. Hinc ſubſannatio, quæ proprie rugata fronte, & contracto naſo exprimitur. Perſius: Poſticæ occurrite ſannæ. Sannio, ſannionis.

CAP. XXI.

PHaſbur.] Supra pontifex Phashur, ſiue phaſchor, qui percuſſit Hieremiã, patrem habuit Emmer. Hic autem phaſhur filius eſt Melchiæ. Hoc idcirco, ne quis eundem putet.

Vaſa.] Hoc loci arma vocantur, & inſtrumenta bellica. Vaſa magnifice cælata. Vaſa vinaria, vaſa colligere, vaſa conclamare, auſzſchreyen, das man vveiters ziehe. vaſarium, rij, vt veſtiarium. Vaſum, ſi. neut. g. teſte Gellio. Vaſculum dimi. vaſcularius, ij. eyn goltſchmit der ſilber ſchir macht.

Chaldei.] Populi Chaldææ regionis, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxad inſtituit, & à ſe Arphaxatæos nominauit, teſte Ioſepho.

Eruo.] Penulti. corre. ſignificat extrahothic pro liberare, eximere ponitur. Interdum eſt in totum deſtruere. Lactantius lib. octa. Eruentur funditus ciuitates. vt eruere oculum. ex tenebris eruere, curam eruere. Eruere memoriam alicuius rei ex vetuſtate annalium.

Pro habitatrice vallis ſolidæ, atq; campeſtris.] Lxx. tranſtulerunt, in valle Zur campeſtri, pro quo Symmachus petram. Theodotio obſeſſam. Aquilæ prima æditio, ſolidam, ſecunda Tyrum. Zor eñ, ſiue Zur lingua Hebræa, & Tyrum, & filicem, & coarctatam ſonat. Vide diuum Hieronymum eo loci.

CAP. XXII.

LOqueris.] Futuri eſt temporis, & penul. prod. à loquor. Hinc locutio, loquela, loquentia, loquacitas, loquaculus, locutulei dicũtur rabulæ, & blaterones in verba procliues. Hinc loquitor, aris, freq. Loquen-

quens,tis, particip. Locutor siue loquutor. Loquax,loquaciter aduerbium.

Galaad.] Pars montis Libani æditior, quam possedit dimidia tribus Manasse trãs Iordanem, vt scriptura cõmemorat. Gene. xxxi. nomen accepit σωρός. i. tumulus testimonij, aceruus, tumulus sepulchralis.

Cedrus.] dri, f. g. arbor maxima, quę ad ædificia vtilitatẽ præstat. Vnde hic dicuntur laquearia cedrina, trabes & tigna permaxima e cedro facta. Hinc dicimus: Cedrũ incendere. Cedro digna dicuntur q̃ promerẽtur immortalitatem, vt: Cedro digna locutus. Cedris, cedridis, fructus cedri. Cedrum, succus cedri. Cedratus & cedrinus, a, um.

Cenaculum.] A cœna nomẽ adsumpsit locus ad cœnandum aptus: ad quem, Festo teste, scalis ascenditur. Solent tamen cœnatio & cœnaculum & diæta accipi pro loco, in q̃ æstate cœnatur, ein sommerhaus. Hinc cœnula dimin. Cœno, as, cœnatus vt pransus, vt lotus. Cice. Cœnato mihi epistola illa est reddita. Cœnaturire, cœnitare, cœnati uncula dimi. Cœnacularia, æ, vnde cœnaculariam facere. Cœnacularius, ij, cœnatoriũ, pro veste cœnatoria. Cœnaticus, ad cœnam pertinens. Obsoletum, cœnipeta, qui cœnas aliorum captat. Sipontinus autor.

Fenestram aperire.] Prouerbialiter, est alijs ansam, occasionemq; peccandi prębere. Hui quantum illi fenestram aperuisti ad nequitiam? inquit Terentius in Heautontimorumeno. Verum hoc non nisi in malã partem, illud etiam in bonam. Aperire ianuã. Plinius Suetonio Tranquillo: Atq; adeo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit.

Sinopis.] dis, ge. fœ. pe. pro. zinober, color quidam natiuus, seu rubrica dicitur, q̃ primo ad Sinopem vrbem inuenta est. Victruuius libro septimo Architecturæ rubricam Sinopicam appellauit, de qua Strabo li. xij. Hinc sinopizin, est lasciuire, à Sinope scorto nobili, vel à Sinopensiũ moribus tractũ adagiũ. Sinopicus, a, um, vt Sinopica rubrica, zinober, ein gattung roder farb.

Conferre.] Hoc loco est æquare & similare, à quo collatio: quæ Græcis diatribe dicitur. De hoc innumerę dicendi formulæ, vt pedem conferre, capita conferre, &c. Hinc collatus participiũ, vt collatis viribus, collatis signis. Collatus, us, collator, oris, ỹbale.

Basan.] Et Libanus nomina regionũ, & montium trans Iordanem, Diuo Hieronymo teste. Sunt sæpe dicta.

De Joakim.] Filio Iosiæ regis Iudæ, et Iechonia, deo optimo maximoq; auspice in Matthæo copiosius dicemus. Hoc tantum hic infarciendum, quod de Iechonia factũ nemo dubitat. Iechonias interpretatur domini præparatio, cui in præsenti loco prima syllaba Ie, id est, domini nomen aufertur, & Chonias, vt subaudiatur perditioni, & interitui præparatus. Vide Hieronymum.

CAPVT XXIII.

Vocabit eum dominus iustus.] Si iuxta Lxx. vocauerit eum dominus, appellabitur Iosedech, id est, dominus iustus. Si secundum Hebraicum, qui dixerunt: nomen eius vocabunt, dicetur dominus iustitia nostra. Hoc enim significat Hebraicum, proquo Symmachus, domine iustifica nos.

Madidus.] a, um, à madeo, es. i. liquore respersus. Hinc semimadidus exiguis nimbis dicit Colu. li. ij. Hinc madens participium, vt madens sanguine vestis. Madefacio, madefacis, madefio, madido, as, madifico, as. Mador, madoris.

Aruum.] Vel aruus, ui, mas. gen. vt frugifera, & ferta arua Asia tenet. Aruæ, arum, dixerunt veteres. Aruo, as, are. Etliche kreuter, als zubelen in ein furt ynlegẽ, vnd yngraben. Ab arando dictum, ager aratus, necdũ satus, qui tamen sementi datur.

Samaria.] Nomen est regionis, vt hic, & ciuitatis, vt alibi: & custodiam sonat. Baal vel Baalim, nomen idoli, quod colebãt in ibi sacerdotes & prophetæ Samariæ: quicqd loquebantur, prophetabant in Baal idolo, videlicet dæmonibus consecrato.

E vicino.] Duæ dictiones sunt: & significat e propinquo et prope. A quo vicinus, qui eundem colit locum, & prope domum nostram habitat. Hinc vicinitas, vicinia, & vicinium idem. Horatius de Plano: Vicinia rauca reclamat. E longinquo contrarium, von vernis.

CAPVT XXIIII.

Calathus.] Græca dictio est, qui & cophinus penultima correpta, ab aliquibus dicitur, quallus & quasillus, ab alijs fiscella, vas vimineum, secundum Porphyrionem. Nam κάλαθις καὶ καλαθίσκος quasillus est, & genus saltationis, καλαθοείδης, qui figuram calathi habet, nuncupatur.

Ficus.] ci, pro arbore, fœm. gene. est & secundi ordinis. Pro morbo mascu. generis & quartæ inflexionis. Martialis: Dicemus ficus Cęciliane tuos. Fici primi tẽporis Græce πρώϊμα appellantur. Sed grossi sunt fici, qui

qui nō matureſcunt. Ab hoc multa deriuā-tur, ficetum, locus vbi conſitæ ſunt, ficoſus, a, ū, & ficoſitas, ficitas, ficarius. i. ſycophanta qui ficos comedit, & pro calumniatore po-nitur. Hinc ſycophantia, id eſt, calumnia, fi-caria, ficitor, ficedula auis eyn ſnepp. Vide dictionaria, quid ſignificent, non omnia ex-ponam.

Babylon.] Nomen principalis vrbis in Chaldæa, & confuſio interpretatur, à babel, permiſtione. Hinc Babylonius, & Babylonicus, a, um.

Incluſor.] Gemmarius dicitur, qui au-ro, argētove gemmulas faberrime includit. Ab includo, is, incluſor parum Latine dici-tur. Incluſio verbale.

CAPVT XXV.

IUda.] Confeſſio interpretatur, & Iu-das confeſſor, ambo à confeſſione. Hinc Iudæus, & Iudaicus, a, um, Iudaizare, Iudai-ſmus, Iudæa, regio Iudæorum.

Auſitis.] Media prod. genitiuus auſi-tidis corripit mediam, quæ Hebraice appel-latur Hus, de qua & Iob natum narrat hi-ſtoria. Eſt tamen ſciendum, hūc verſiculum in Lxx. non haberi, Theodotionemq; pro Hus, interpretatum eſſe inſulam.

Philiſtiim.] Generaliter poſuit Phili-ſtiim, hoc eſt, terram Palæſtinorum, & ſpe-cialiter vrbes eorum Aſcalonem, Gazam, Accaron, Azotum: ſolam tacuit Geth, quæ continetur in reliquiis. Hoc eſt em̄ quod ſcri ptum eſt. Et reliquiis Azoti, vicina enim at-que confinis eſt Azoto, quæ Hebraice dicit Aſcheddoch, vel Aſdod regio vrbis Geth.

Idumea.] Nomen regionis in qua ſunt montes. Seir, & quæ Hebraice appellantur Edom, Moab, & Amon: ipſi ſunt filii Loth, proximi maris mortui. Tyrus, & Sidon in Phœnicis littore principes ciuitates.

Et regibus inſularum.] Trans Cyprū, & Rhodum, & inſulas quæ appellantur κύ-κλαδες. Et hæ à Babyloniis occupatæ ſunt.

Dedan, & Theman.] Hæ gentes in ſo-litudine ſunt vicinæ, & mixtæ regionibus Iſmaelitarum: quos nunc Sarracenos vo-cant, & de quibus dicitur, qui attonſi ſunt in comam.

Theman.] Et Aquila, inquit Hierony-mus, & Symmachus, & quinta æditio, ipſm Hebraicum poſuerunt. Solus Theodotio qd ſignificaret Theman, interpretatus eſt di-cens: Ab Auſtro veniet, & ſanctus de mon-te Pharan. Idem Hieronymus in locis He-braicis: Theman regio principum Edom in terra Gebalitica, à Theman filio Eliphaz, fi-lij Eſau ſortita vocabulum: ſed & vſq; ho-die eſt villa nomine Theman, diſtans ab vr-be Petra quinq; milibus, vbi & Romanorū militum præſidium ſedet, de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum. Vnus quoq; fi-liorum Iſrael appellabatur Theman. Scien-dum autem quod omnis auſtralis regio He-bræis Theman dicitur. Hactenus Viues.

Et cunctis regibus Arabiæ.] Hoc in Lxx. non habetur. Et cunctis regibus Zam-ri. Hoc quoque in Lxx. non habetur. Ex eo quod Zamri ſequitur Elam, regesq; Medo-rum, arbitramur & Zamri regionem eſſe Perſidis. Elam etiamnum regionem eſſe Perſidis trans Babylonem. Vnde & Elami-tæ, Medi quoq; & Perſæ, à quibus capta & deſtructa eſt Babylon. Et ipſi enim merací-um calicem Alexandro rege Macedonum propinante potarunt.

Et rex Seſach, &c.] Quomodo autem Babylon, quæ Hebraice dicitur Babel, intel-ligatur Seſach, non magnopere laborabit, qui Hebrææ linguæ paruam ſaltem habue-rit ſcientiam, cuius ego vix elementa vel pri mis attigi labris, nec à limine quidem, vt a-iunt, ſalutaui.

Celeuſma.] Vel celeuma, tis, ſic ſcriben dum: Græce κέλευσμα, admonitio nautar-, & clamor, & aliorum, cum vno aliquid iu-bente, omnes vniformiter reſpondent, qua-ſi ſibi inuicem iubentes & cohortātes, quod cani à ſymphoniacis ſeruis, moris erat apud antiquos celeuma, q̄ vtitur Martialis. Hinc celeuſtes, a, iuſſor, proreta, qui imperata ex-cipiens ad alios defert. κελευτίζω, & κελεύω, iubeo, impero, etiam inferiorum ad ſuperio-res, & cætera.

CAPVT XXVI.

SIlo.] Loci nomen, vbi fuit taber-naculum.

Morasthi.] Ciuitatis nomen de quo Micheas natus. Hinc Morasthites penulti-ma producta cognominatus, vt ſuo loco ple nius dicetur.

Urias.] Filius Semei de oppido Cari-athiarim. Sequitur: Miſit Ioackim viros in Aegyptum, Enathan filium Achabor, & cætera. Vide diuum Hieronymum, & te-xtum ipſum, ego breuitati ſtudeo, omnia in-farcire non eſt neceſſum, præſertim ſæpenu-mero explicata.

Achikam.] Filius Saphan, Hieremi-am de mortis periculo liberauit, quando de ciſterna luti Abdemelech ſpadonis, atque præſidio eductus eſt, quod in poſterioribus lecturi ſumus.

CAP.

CAP. XXVII.

EDom,Moab.]Reges & filij Ammon: Tyrus,Sydon ciuitatum nomina, sæpe exposita.

Catenas & vincula.] Siue κ λοιοὺς, qui Hebraice appellantur Mototh, & sermone vulgari Boias vocant, seu furcas ligneas.

Diuinus.] ni,substantiuum, vvaersager,somniator, augur,maleficus, haruspex, python,hariolus, idem fere pollent, Græce oniropolos,coniector,id est,somniorum interpres,à diuino,as.Hinc diuinus,a,um. Diuinipotẽs.Diuinatio. Diuinitas. Diuinitus aduerbium,vt: Quia fit diuinitus illis ingenium. In eam fraudem diuinitus incidisse. Item diuine aduerbium, vt: Diuine cogitare. Diuine prædicta,auss gottes geyst.

CAP. XXVIII.

GAbaon.]Metropolis olim & regia ciuitas Euæorum. Hinc Gabaonitę,penultima producta sunt populi in Gabaon habitantes.

Amen.]Fideliter,fiat,vere. Hebraicum est. Christus eo frequenter vsus, interdum duplicato, ad veritatis adsertionem, & certitudinem.

Catena,furca.] Hebraice Motah dicitur.Hinc catella,catelnula diminutiuum. Cateno,as. Catenatio.

CAP. XXIX.

EUnuchus.]Græca vox, Latine & proprie cubilis custos interpretatur, non spado,qui vi exectus est. Hinc eunuchizo, id est,execo.Subinde explicatum.

Classa.]Filius Saphan. Et Gamaria filius Helchiæ, legati Sedechiæ regis missi in Babylonem,qui epistolam,imo libellum Hieremiæ, ad eos qui cum Iechonia & matre eius translati fuerant à Nabuchodonosor, portarent.

Semeias Neelamites.]Penultima producta de loco Neolami, qui interpretatur torrens, cum rege Iechonia ductus fuerat in Babylonem,qui inibi prophetabat populo mendaciter.

Ioiade.] Sacerdos fuit,qui Ioas post interfectionem Athaliæ imperium tradidit, & interemit sacerdotes Baal.

Arreptitius.]a,um, qui à dæmonio rapitur,& misere diuexatur. Veteres abreptitium dicebant laruatum.Ego dico Arreptitium, lymphatum,furore correptum, quales erant Galli Berecynthiæ, hos arreptitios Augustinus super Genesin,arreptos spiritu nominat.Item libro secundo de Ciuitate dei cap.quarto.Spectabamus arreptitios, &c.Vide ipsum & Lodouicum Viuem.

Merus.]Vinculi genus,qui &cippus. Alij habent in carcerem,siue in custodiam, & in cataracten.Symmachus Mochlon.Aquila ipsum verbum Hebraicum posuit, Zinok. Sæpe dictum.

CAP. XXX.

ARugo.] Rubigo est,& pestis segetibus infesta, quæ culmis frumentorũ innascitur ex nimio humore auræ, vt ait Varro.Hæc stipulam in nigritatem vertit. Hinc æruginosus,a,um.

Fractura.]Idem quod fractio. Hinc fragmen,& fragmentũ accipi solent pro parte rei fractæ:à frango deriuantur. Fractio, fractus participium, fragor, fragmentum, fragosus, fragose aduerbium.

Prædator.]Est populator,& prædo,à prædor,aris. Hinc præda,æ. Prædaceus,a,um.Prædatitius,a,um. Prædatorius,a,um. Prædabundus,a,um.

CAP. XXXI.

PLantaria.]Pluralis numeri, ipsæ plantæ in terra natæ, quæ cũ radicibus trãsferuntur de vno loco in alium.Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. A planta,æ. Plantarium,ipsa planta. Plantarius,a,um, vt:plantaria arbuscula. Plantaris,e, quod pertinet ad plantam pedis.Inusitatum. Plantiger,a,um,vt plantigeræ arbores.Planto,as. Plantatio,verbale.Plantago,ginis, vvaegerich,vt plantago maior.

Phase.]Transitus interpretatur.

Ecclesia.]Latine cœtus,concilium,concio,congregatio.Ecclesiastes,concionator.

Rhama.] Excelsum interpretatur hoc loco,non est nomẽ loci iuxta Gabaa.In Matthæo latius explicabo vita superstite.

Rachel.] Mater Ioseph, filia Laban & sororcula Liæ,cum veniret Bethlehẽ, subito partus dolore correpta pperit filiũ,quem obstetrix,qa moriebaꝛ pariẽs,vocauit Bennoni, hoc est, filiũ doloris mei. Pater autẽ Iacob mutauit vocabulũ, & appellauit eũ Bẽiamin,hoc est,filius dextræ.Gen.xxxv.

Ephrata.]Princeps ciuitas,quæ alio nomine Bethlehem,ἀνωνυμῶς, nequaquàm est in tribu Ephraim,sed in tribu Iuda.Vnde& nomina vtriusq; concordãt.Bethlehem vocatur domus panis.Ephrata καρποφοξία, quã nos vbertatem & frugiferam possumus dicere. Rachel igitur in Ephrata, hoc est, in Bethlehem condita est.

Hanameel.] Filium Sellum patruelem fuisse Hieremiæ legemus ex consequentibns,cuius emit agrum, & hæc turris Hanameel

meel,ignorantes Hebraicam veritatem.Hic enim iuxta Hebraicum ſcribitur,à turre Hananeel per Nun, videlicet mediam literam, ibi autem: Ecce Hanameel filius Sallum patruelis tuus veniet ad te, per mediam Mem literam.

Bareb.] Collis nomen, qui in lingua noſtra vertitur, aut incolatus, aut ſcabies.

Boatha.] Pro quo Lxx.interp̃tati ſunt per gyrum,de electis lapidibus, &c.

Vallem ruinarum.]Pro quibus Theodotio phagarim quod interpretatur ruinarum,& cineres.Et omnem Aſſaremoth:q̃d melius legimus Sademoth,quod vertitur,in regionem mortis, vnum verbum in duo diuiſum, Sade,quod dicitur regio, & moth, quod interpretatur mortis. Pro quo Aquila vertit ſuburbana,ſiue arua, & rura.

Cedron.] Torrens,& interpretatur tenebræ.

CAP. XXXII.

SEllum vel Sallom, & Helchias.] Fratres fuere germani,Helchiæ filius Hieremias.Sellum Hanameel. Helchias interpretatur, pars domini. Hieremias, ſublimitas domini. Sellum vero in linguam noſtram vertitur pax, ſiue pacificus. Hanameel donum, vel gratia dei.

Patruelis.] A patruo, ſunt enim patrueles patruorum filij. Iam illud quod in Cãtico ſæpe cantatur à ſponſa,Canticorum qn tor:Fratruelis meus, id eſt, ὁ ἀδελφιδοῦ μου, in Hebræo dodi dicitur: ergo non fratruelis,ſed πατράδελφος,id eſt,patruelis dicendus eſt,quod Hebraice dicitur vodecha.

Baruch.] Filius Neriæ,filij Maaſiæ.Baruch in lingua noſtra, benedictus dicitur,q erat filius Neri: qui interpretatur lucerna mea.Neri quoq; pater Baruch filius Maaſię, id eſt,facturæ, & operis domini.

Adam.]Hoc eſt,hominum.Vbicunq; id nomen Adam in Hebræo ponitur, ſemper nos hominum,vel hominis legimus.Hieronymo teſte, ſuper Matthæ. xvi. Alij tamen hoc reprobant.

Baal,& Moloch.] Idolorum nomina. Moloch idolum Ammonitarum eſt, quod in regem vertitur.

De valle filiorum Ennon.] Quæ Hebraice Gehennon dicitur, ſupra plenius diximus,hic non iterandum.

In campeſtribus.]Quæ Hebraice appellant Sephela. Et in ciuitatibus Negeb,hoc eſt,quæ ad auſtrum ſunt,vbi eſt meridies & plena lux veritatis.

CAP. XXXIII.

Dimico.] as,pugno,quod proprie fit re. Contendo vero verbis tantum. Hinc dimicatio, vt dimicatio fortunarum, pręlij. Cum caliculis atrox dimicatio,dixiſſem cum caniculis.Dimicatio capitis, famæ & cætera.

Obduco.] is, ſignificat ſuperduco, tego. Aliquando ponitur pro detego, aperio. Interdum pro circumduco, ſiue contraduco.Nonnunq̃ pro facio,contraho. Plinius: Iam callum obduxerat. Obducere callum, cicatricem,frontem, cruſtam, rubiginem. Hinc obducto,as.Obductio,verbale,vt:Obductio capitis.

Montoſus.]a,um,vbi ſunt multi montes,vt montoſa regio,non montuoſa.Verg. Et te montoſæ miſere in prælia Nurbæ.

Equidem.] Non ab ego & quidem, id eſt,certe,compoſita coniunctio:ſed ſimplex eſt.Saluſtius:Ego equidem ſic æſtimo.Nam ſi eſſet compoſita, non ſubiungeretur ego, quanquàm apud Vergilium vbique ego q̃dem ſignificet. Equidem merui nec deprecor,inquit.Perſius poſuit pro quidem.Non equidem hoc dubites amborũ fœdere certo Conſentire dies.

CAP. XXXIIII.

Lachis.] Loci ſeu ciuitatis nomen & interpretatur intereſt, vel ſibimet vir.

Azecha.] Et hoc ciuitatis nomen, & interpretatur,fortitudo,aut decipula, ſiue robuſta,aut clauſa peſſulo.

Deinceps.] Proprie gradatim per ordinem,ſiue per vices. Interdum ſumitur pro deinde,ſiue poſtea.

Predico.]as,penultima correpta, ſignificat aperte ſeu publice dico,celebro, diuulgo,laudo,à quo deprædico. Hinc prædicatio,& prædicator. Prædicabilis,e. Prædicamenta.Prædicatum,ti,neutri generis. Sed p̃ dico penultima producta ſignificat ante,ſiue prius dico. Hinc prædictio. Prædictus. Prædictum,ti.

Adſentior.]iris,aſſenſi ſunt,id eſt,conſenſerunt.Dicitur & aſſentio,is,vt:Aſſentio tibi. Cui aſſenſi ſunt ad vnum. Aſſentior tũ is literis. Aſſentior illud Theophraſto. Hinc aſſenſio,onis,id eſt,aſſenſus,us. Popularis aſſenſio. Aſſenſor, Aſſenſus.a,um, bevvilligung.

CAP. XXXV.

Rechabite.] Penultima ꝓducta à Rechab patre Ionadab dicuntur:& interp̃tantur concedentes,vel excelſi ſiue teneri patribus, aut delitiæ patrũ.Rechab omnia hæc in ſingulari numero.

Jo-

Ionadab.] Filius Rechab,& interpretatur domino obediens,vel domini ſponta-neus.Item columba præcipua, vel donatio patruelis,modo Hebraicis noĩbus credam?.

Exhedra.] Locus ſpacioſus,triclinium, quæ quaſi ad occidentem verſa eſſe ſolebat. Vide Michalum Etymologicum, eyn ge-ſtuel, eyn ort voll ſtuelen, da man eyn ge-ſprech halten mag.

Gazophylacium.] Opum & diuitia-rum repoſitorium dici poteſt,dictio cõpoſi-ta ex Perſica & Græca,eyn ſchatzkammer.

Scyphus.] Vaſis potorĩ genus, pro-prie Herculi dicatus,Bacchoq; ſacer. Vergi-lius: Et ſacer impleuit dextram quoq; Scy-phus Iachi.

CAPVT XXXVI.

Claudus.] a,um, quaſi pedibus clau-ſus,id eſt, impeditus, Græce κυλλὸς & χωλὸς dicitur. Hinc claudico,as,hinckend, vt: Ex vulnere claudicare. Amicitia claudi-cat.Oratio claudicat. Fructus in pedamen-tis claudicat. Columella. Claudicatio & clauditas idem.

Atramentum.] Eſt liquor ater quo ſcribitur. Cuius plura ſunt genera, ſcilicet ſcriptorium, quod & librarium, & tectori-um,atque ſutorium atramentum.Vide Ad-agiorum Chiliades æui noſtri elegantiſſi-mas.Hinc atramentarium,vaſculum quo a-tramentum continetur. Ezeche. ix. expli-candum,vita comite,latius.

Gazophylacium.] Aerarium, quod & Hebraice Corbon dicitur.

Arula.] Videtur diminutiuum ab ara, vaſculum eſt,& inſtrumentum ferreum, in quo ſunt,ſeu feruntur prunæ. Alias Batillũ.

Pagella.] Diminutiuum à pagina,quæ vtraq; pars foliĩ dicitur.Cicero ad Atticum paginula vſus eſt.Pagina in vitibus,area in-tercepta inter duo iuga.

Scalpellum,& ſcalpellus.] Diminuti-ua ſunt à ſcalpro, ferrum quo aptatur cori-um:& quo raditur, vel celtes. Vtuntur ta-men eo inſtrumento diuerſi artifices,vt:Scal prum librarium,ſcalprum ſutorium,ſcalprũ chirurgicum. Hinc ſcalpratus, a, um, vt fer-ramentum ſcalpratum.Scalpturatus,a, um, vt pauimentum ſcalpturatum.

CAPVT XXXVII.

Nuncius.] ĩj, qui nunciat, & quod nunciatur.Plautus in Sticho: Præcu-curri,vt nunciarem nuncium exoptabilem. Nuncia,quæ aliquid nunciat.Nuncium res quæ nunciatur.A nuncius fit internuncius, qui inter duos medius eſt ad aliquid tractan-dum. Nuncia, æ, fœmi. generis, nuncio,as, nunciatio, onis.

Ergaſtulum.] Taberna vel officina,vbi lapides metallave fodiuntur,& pro carce-re frequenter ponitur.Hinc ergaſtulus, eyn ſolcher gefangner. Ergaſtularius,qui præ-eſt,cuſtos,vel magiſter ergaſtuli. Ergaſteri-um,officina. Vide Lexica Græca.

Trador.] Id eſt,prodor,ſed hoc loco futuri eſt temporis, traderis penultima prod. Hinc traditor,id eſt, proditor. A trado, is, ere, actiuo fit traditio verbale, vt traditio præceptorum.

Veſtibulum.] Locus ante ianuam do-mus vocatur vacuus,per quem e via in ædes itur, alĩ porticum, aut atrium putant, ſed differt.Vide Marium Grapaldum de parti-bus ædium. Græce propylæum vocant, ſi-ue πρόπυλον.

Pulmentum.] Ipſa puls, vel aliud ciba-rium ad modum pultis factũ. Pulmentariũ etiam dicitur quod inter cibos ſumitur,vt in Ioanne Euãgeliſta,vita comite, videbimus. Sed pulmentarium teſtuaceum dicitur tor-ta, quæ coquitur ſub teſta, alibi collyrida. Græci proſphagium nominant.

CAPVT XXXVIII.

Saphatias.] Penult. prod. idem Sa-phata,interpretatur iudicans dominus, ſiue iudicium domini.

Mathan.] Interpretatur,vel lumbus, ſiue mors eorum. Idem Mathana.

Phaſſur.] Interpretatur extendens li-bertatem.

Iuchal.] Potentia,vel fortitudo.

Selemias.] Interpretatur redditus do mino,vel redditio domini.

Melchias.] Siue Melchia,rex dñs.

Soſpes.] Communis generis, quan-quàm & ſoſpita offendatur, non ſolum qui ſeruatur,id eſt,ſaluus eſt, ſed etiam qui ſer-uat. Vnde Ennius ſoſpitem pro ſeruatore poſuit.Hinc ſoſpitas,ſoſpitalis,e,ſoſpito, as.

Siquidem.] Coniunctio habet accen tum in antepenultima.Componitur ex ſi,& quidem: quamuis ſi per ſe producatur. Si-gnificat enim nam, quoniam. Ponitur & pro ſi, & certe. Siquidem experiundo ſcies. Viden' quàm ſero eloquentia prodierit in lucem? Siquidem ante Solonis ætatem.

Cenum.] Lutum, à quo cœnoſus,a, um, & obſcœnus, turpis, & inhoneſtus, in-ſubidus. Cicero per metaphoram:O cœnũ, o portentum dixit. Labes atque cœnum. Hinc cœnoſus,a,um.

Abdemelech.] Hebraice Abedmelech, interpretatur seruus regis, vel consilij.

CAP. XXXIX.

SEdechias.] Interpretatur iustus domini, vel iustitia domini. Nabuchodonosor, gemitus, siue planctus iudicij, angustię. Neregel, lucerna aceruata, vel lucernæ aceruatio. Nabusarsachim, calcator fratrum, vel calcatio fraternitatis. Rabsaris, princeps eunuchi, vel magister eunuchorum. Rabmag, princeps cibi, vel dominator edentium.

Hierichontinus.]a,um, penultima producta possessiuum à Hiericho, vt rosa Hierichontina, & solitudo, vt hic.

Nabuzaradan.] Interpretatur germinatio, vel prophetia extranei, siue ventilati, aut effusi iudicij.

CAP. XL.

RAma.] Loci nomen, interpretatur excelsa, vel exaltata vel sublimis.

Maspbat.] Loci nomen, & interpretatur contemplans tempus, vel speculator peccati. Nam Maspha, speculatio, siue specula dicitur. Porro Hieronymus, Maspha in tribu Gad separata Leuitis. Est autem & alia nunc Maspha in finibus Eleutheropoleos contra Septentrionem pergentibus Eliam, pertinens ad tribum Iuda. Maspha interpretatur speculatio, siue contemplatio. Græce legitur μασηφὰθ, Hieronymus de locis Hebraicis.

Resideo.]es, quiesco, sedeo, firmiter sto. Vergilius: Omnisq; repente resedit flatus. Lactantius libro secundo. Posteri Hebræi dicti, penes quos religio dei resedit, id est, restitit. Resideamus si placet. Residet in nutu autoritas. Residet spes in virtute tua. Residet reliquis spes &c. Hinc residens participium. Residuus, a, ũ, vt: Residua & vetus simultas.

Condo.]Significat in vnum interiorem locum ad custodiam dare. Vergilius: Et nota conduntur in aluo. Quandoq; significat constituo, ædifico, quasi simul do, vt condere domum, aut versus. Aliquando repono, condono. Interdum potior. Hinc conditus, a, um, penultima correpta. Conditor verbale. Conditorium, id est, sepulchrum. Condititius, a, um, vt cõditicia cibaria. Cõditiuus, a, um, vt conditiua mala. Conditio verbale. vt: Conditio frugum &c.

Inquam.]Hoc est, dicebam vel dixi. Inquio, is, etiamnum dico significat. Vtimur autem verbis in dialogis, inquam, & inquit. Vt eleganter diuus Paulus: Nemo, inquit, coronatur, nisi qui legitime certauerit. Porro, inquio, is, it, verbum defectiuum, quod in his fere tantum personis legitur. Inquio, inquis, inquit, pluraliter inquiunt. Præterito perfecto, inquisti. In futuro, inquies, inquet. Imperatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam & tertiam personam, inique, inquat. Futuro, inquito. Coniunctiuo modo, tẽpore præsenti, inquiat. Hæc in vsu sunt: reliqua olim lecta. Eccum me, inque. Sag hie byn ich. Quid enim tibi vis, aliquis inquiat. Hunc vnum diem, hunc vnum, inquam, hodiernum diem defende, si potes.

CAP. XLI.

SIlo.] Loci nomen, vbi tabernaculum fuit. Subinde explicatum est.

Squaleo.]es, à squamarum crebritate, & asperitate dictum. Vnde & squalens pro fulgenti, pleno, diuite, honorato, abundanti q; ponitur. Hinc squallidus, a, um, squallor, squallide aduerbium.

Gabaon.]Olim metropolis & regia ciuitas Euæhorum, nunc villæ nomen. Hinc Gabaonitæ, penultima producta populi, & incolæ.

Chanaan.]Nomen filij Cham & hic loci videtur nomen, & interpretatur mercator, siue contritus.

Bethlehem.]Quæ & Ephrata, & interpretatur domus panis, vel domus belli. Hic Bethlehemita. Bethlehemiticus, a, um.

CAP. XLII.

IOannan.] Filius Careah, interpretatur gratiosus, siue donans, aut pius.

Bellator.] Non modo qui bellum gerit, sed etiam per quem bellum geritur. Vergilius: Et inter Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam. Græce Machetes, Machimos, & Polemistes, dicitur. Hinc bellatrix, à bellum, belli. Bellicus, a, um, & bellarius, obsoletum, vt Bellica laus, res bellica. Bellicus Hector. Bellicum, ci, substantiuum, dei lermen. vt Bellicum canere. Bellax. Bellicosus, a, um, bellicose aduerbium. Belliger adiectiuum. Belligeror, & belligero, as. Bellicre pa saltatio, qua cum armis saltabant. Bellipotens. Bellare. Bellona, æ. penultima producta Pallas, dea belli. Bellosus, pro bellico sus. Cœlius. Bellant, p bellant, dixit Verg.

Vulgus.] Neutri gen. & inclinabile. Et vulgus, gi, masc. gen. significat multitudinem ignobiliorem. Verg. Sæuitq; ignobile vulgus. A quo vulgo aduerbiũ. Hinc vulgaris, & hoc re, quod ẽ vulgi, vulgo, as. Vulgariter aduerbium. Vulgatus participium, vt vulgatus cibus. Vulgiuagus, a, um, pro plebeio. Obsoletum.

Obtestor.]Significat precor. Hoc verbo vtimur

vtimur in maximis angoribus, ferme ſemper cum adiuratione. Terentius: Per tuam fidem te obteſtor. Hinc obteſtatio, verbale, ernſtlich bytt. Obteſtari deos dicimus &c.

CAP. XLIII.

CRypta.] Subterranea cauerna, vel teſtudo, à crypto verbo Græco, quod eſt occulto. Iuuenalis:

Et ſolitus mediæ cryptã penetrare ſuburræ.

Hinc crypticus, a, um. Cryptoporticus.

Taphnis.] Inſignis, atq; celebris Aegypti ciuitas.

Θρόνος.] Thronus, Latine ſolium, ſedes regia.

Amictor.] Ab amicio, amicis penultima correpta, eſt veſtire. Veteres amicibor dicebant. Plautus: Subnixus alis me inferam, atq; amicibor glorioſe. Hinc amictus, a, um, adiectiuum. Et amictus, tus, veſtis. Hinc amictorium. Amiculum, penultima correpta. Amiculatus, apud Solinum, amiculo indutus. Non tutum imitari ait Cholinus.

CAP. XLIIII.

MAgdalum.] Taphnis, Memphis, & terra Phatures, nomina inſignium ciuitatum Aegypti, ſæpe expoſita. Siquidem magdalum turris, vel magnitudo interpretatur. Taphnes occulta tentatio, vel fuga. Memphis fauus vel diſtillatio.

Interco.] interis, penultima correpta interiui vel interij, interitum. Eſt in totum morior, deſtruor, id eſt, anima & corpore. Terentius: Perij, interij. Hinc interitus, & interitio, verbale, apud Ciceronem in frumentaria, vbi & internecio legitur.

Placenta.] Libum farrinaceum, ein leb kuchen. Hinc placentula diminutiuum.

CAP. XLV.

BAruch.] Filius Neriæ ſcriba, & interpretatur benedictus, ſiue genuflexus.

Veh.] Interiectio indignantis, maxime in ijs rebus quas execramur, & deteſtamur, vt: Væh miſero mihi. Et cum diphthongo ſcribitur, vt differat à Ve, quę eſt coniunctio diſiũctiua. Cicero: Bis, terve literas miſerat.

Gemitus.] us, eſt pectoris ex anguſtia prorumpens ſonus, à gemo, is. Vergilius: Gemit ſub pondere cymba. Hinc gemebũdus, a, um, abunde gemens. Gemitus Delphini eſt ſimilis humano. Gemiti genitiuus, apud Plautum.

CAP. XLVI.

NEcho.] Interpretatur percutiens, vel percuſſio.

Euphrates.] Et Euphrate penul. pdu. fluuius Meſopotamiæ in paradiſo oriens.

Charchamis.] Nomen loci, & interp̃tat vrbs attrectans, vel ciuitas congregatorę.

Polio.] is, ſignificat orno, & quaſi politico more compono. Hinc politum, penultima producta dicimus, cultum, ornatum. Et politiones agrorum, & veſtimentorum ſunt diligentes cultus. Hinc polities, ornatus, & mundities dicitur. Item polite aduerbium. Politus, politior, politiſſimus. Politus eſt omnibus virtutibus. Politus e ſchola. Politus artibus, politior elegantia. Politæ columnæ. Politioris humanitatis expers. Politulus, diminutiuum. Politura, ræ, penul. prod.

Libya.] Et Libye, es. Aphrica, quod inde libs ventus flare ſoleat, ſiue quod pluuia indigeat propter nimiam ficcitatem. Hinc Libys homo, & Libyſſa mulier ex Libya orti. Vnde Libyſſinus, & Libyſtis, dis. Libyx, Libycis. Vnde adiectiuum Libycus, Libycis, Libycidis, vrbs Iudææ ab Orientali parte Iordanis. Libycõtes, genus carbũculorę.

Lydus.] di, Herculis filius ex Iole: alter filius Athys & frater Tyrrheni. A quo Lydia, regio maioris Aſiæ eſt appellata. Hinc plura adagia, vt: Lydio more, lydius currus, lydius lapis, qui & Heraclius, eyn goltſteyn. Vide Chiliades Eraſmicas. Lydus & Lydius, adiectiua.

Galaad.] Loci nomen, & aceruus teſtimonij interpretatur. Gene. xxxi. & Oſe. vi.

CAP. XLVII.

PAleſtina.] æ, prouincia Syriæ Arabiæ contermina, à Philiſtĩm vrbe metropoli in ea, vt inquit Plinius lib. v. Nã & Herodotus Syriã, alterã vocat Palæſtinã. In ea quinq; ciuitates continebantur. Gaza. Aſcalon, Geth, Accaron, & Azotum. Eſt & altera, de qua Lucanus libro quinto.

Pharao.] Generale nomen regis Aegyptiorum, & ſonat otioſum: & Exodi quinto ponitur verbaliter apud Hebræos.

Pompa.] æ, omne ſpectaculum, & apparatus ſolennis, cum oſtentatione, & ſpecie quadam triũphi, vt põpa nuptiarę, ſacrorũ, funerę. Hinc pompoſus, a, um, & pompoſe aduerbium. Pompatice, barbarę aduerb.

Cappadocia.] Pontica regio eſt, vt ſcribit Solinus. Hinc cappadox, penultima correpta qui ex Cappadocia eſt.

Mucro.] Mucronis, proprie cuſpis & acumen enſis, ac telorę. Improprie p enſe ponit. Hinc mucronare, eſt acuere, & mucronatus, a, um, q̃d eſt acutũ: Monoſtichõ: Mucronare dies calamũ non ſinit agreſtem, autorẽ ignoro. Mucro dentium. Mucro faucium alicuius loci. Mucro defenſionis. Mucronẽ

Tribunitium exacuere. Mucro vnguium. Mucronata folia.

CAP. XLVIII.

MOab.] Interpretatur de patre, quoniam de patre eum filia genuit. Geneſis decimo nono.

Cariathiarim.] Ciuitas ſyluarum. primo. Regum ſeptimo interpretatur.

Bethel.] Interpretatur domus dei, quæ etiam eſt Luza, id eſt, Amygdalus. Geneſis vicesimo octauo.

Iactantia.] Quæ & iactatio, à Cicerone diffinitur libro quarto Tuſculanarum quæſtionum, quod ſit voluptas geſtiens & ſeipſum efferens inſolentius. A iacto, ſiue iactito manat. Hinc iactus participium. Iactus, us. Iactans. Iactatus participium. Iactatus, us, id eſt, iactatio. Iactator. Iactanter nuſquàm legitur. Iactuoſe, & Iactuoſus, non ſunt Latina, & in Cicerone mendoſe legunt pro actuoſe, & actuoſus. Iactura, æ, &c.

Vitulum conternantem.] Pro quo plerique deprauauerant conſternantem. Nam Græce eſt τριετίζοντα, quaſi dicas, triennizãtem, hoc eſt, accedentem ad trimatum. Eſa. xv. In Geneſi præcipitur Abraham, vt offerat vitulum, arietem, & hircum trium annorum. Geneſis decimo quinto. Vide Commẽtarios Hieronymi. Eſaiæ decimo quinto.

CAP. XLIX.

MElchon.] Proprium nomen principis, & regis, idolorum, & rex eorum interpretatur.

Idumea.] Cum diphthongo, regio Syriæ. (Plinio teſte libro quinto.) Hinc Idumiæ, populi.

Theman, Dedan, Boſra.] Ciuitatum, & locorum nomina, ſæpe explicata.

Conticeſco.] is, à conticeo, es, eſt cum aliis tacitus fio. Plinius libro vndecimo. Tunc repente omnes conticeſcunt. Conticeſcebatq; paulatim tumultus. Artes conticeſcunt. De re aliqua conticeſcere. Hinc conticinium, conticinij. Still der nacht.

Ventilo.] Ad captandum ventum pono & iacio. Hiuc ventilari frumenta, cum in area purgantur. A quo ventilatio, ventilator, vt naturæ ventilator. Item ventilatores, gaeuckler, & ventilabrum.

CAP. L.

BEl.] Ipſe eſt Beel, ſiue Baal. Hinc Beel, vel Beelzebub idolum in Accaron, & interpretatur vir muſcarum. Matthæi duodecimo fuſius explicatum offendes.

Idolum.] Latine ſimulacrum dicitur. Hinc idololatra, & idololatria, & idolothytum. Sic vere debent ſcribi.

Sator.] A ſero. Id eſt, ſeminator. Hinc ſatio, ſemen & ſementum. Hinc adagium: Matura ſatio ſæpe decipit, ſera ſemper mala eſt. Columella autore. Satus participium. Satus ſanguine humano. Sati & creati. Sata, ſubſtantiuum pro ſegetibus, ſaat. Satus. us, vt humanus ſatus. Satus accipere. Natà primo ſatu. Satorius, a, um. vt: Trimodiæ ſatoriæ. Satiuus adiectiuum, cui contrarium eſt agreſtis.

Eros.] Quod eſt ſine oſſe. Lucilius, Exos, & exanguis tumidos pfluctuat artus. Inde exoſſo eſt oſſa detraho. Terentius: Congrum iſtum maximum in aqua finito ludere pauliſper. Vbi ego venero exoſſabitur. Apuleius: Exquamatus atq; exoſſatus piſcis vix palpitat amplius. Exoſſare piſces, auſs naemen.

Fatuis Sicariis.] Turpiter hoc loci quidam hallucinantur. Alter dicit Sycariis per y, Græcum, quaſi ficariis, & interpretatur eſſe Faunos, vel Satyros in Eſaia piloſos nominatos. Alter neſcio quid ſomnij adferat. Ego à fica dixerim, gladij genere breuioris. Sicariis, id eſt, latronibus, qui fica, id eſt, gladio homines interficiunt. Iudicent docti, cui ſubſcribendum ſit. Nihil pertinaciter defendo.

CAP. LI.

VIduatus.] a, um, à viduo, as, id eſt, priuatus, diuiſus, vt terra viduata calore dicitur, dum niue tegitur brumali tempore. Hinc vidua, & viduitas & viduertas. Viduus vir. Viduus, a, um, vt arbor vidua. Viduus pecudibus ager. Viduum ſolum arboribus. Lectus viduus.

Locuples.] Diues, abundans poſſeſſionum & locorum. Hinc locupleto, as, eſt ditare, & locupletatio. Eſt generis omnis ſecundum Priſcianum, ablatiuo, e, vel i. Hinc dicimus. Locuples oratio, teſtis, tabellarius. Locupletior Latina quàm Græca lingua.

Pedalis, & hoc le.] Quod eſt pedis, vt menſura pedalis. Columella: Scrobiculis pedalibus factis, &c. Semipedalis, Seſquipedalis, vt verba ſeſquipedalia, dixit Horatius.

Bruchus.] Genus vermis volucris, diuerſum à locuſtarum genere, ſed non diſſimile, herbas erodẽs, ſine alis tñ, cyn Kebber.

Celeuma.] tis. n.g. vox nautarũ alioq; lætantiũ, alias celeuſma. Admonitio nautarũ, q̃d cani à ſymphoniacis ſeruis moris erat apud antiq̃s, q̃ vtit Martialis. Hinc Proceleuſmaticus pes dictus ẽ, ex q̃tuor breuibus cõſtans, q̃d cani in ſacris Mineruæ ſolebat,

vel

vel quod propterb reuitatem, & quasi cursum syllabarum, simile clamori nautico canticum facere videatur.

Jugalis, lis.] Qui iugum habet, vt iugale vinculum. Vergilius: Cui vincla iugalia curæ, à iugum, gi, deriuatur &c.

Mugio.] is, fictitium verbum, à voce boum. Hinc mugitus penultima prod. vox ipsa: Cõposita sunt, Admugio, Immugio, Remugio. Mugitus nemoꝛæ, vviderschall.

Expergiscor.] Et expergefio, passiuam habet significationem. Cicero: Expergiscimini aliquando & exurgite. Ab expgiscor, experrectus secundum Diomedem. Et expergitus, ab expergor. Et expergefactus ab expergefio. Sed expergisco & expergefacio, & expergifico, actiuam habent significationem. Hinc dicimus: Ad nobilitatem expergisci. Expergefacere malum aliquod. Expergitus, ervvachet.

CAP. LII.

Eremus.] Penultima prod. desertum dicitur Latine. Hinc Eremita, qui eremum incolit.

Hemath.] Oppidi nomen, quæ & Antiochia dicitur.

κρέαγρα. Creagra.] Coquinarium instrumentum, quod alio nomine ἅρπαγη & λύκος dicitur, teste Polluce. Alij fuscinulam dicunt, qua carnes e cacabo & lebetibus extrahuntur, ein fleischkrevvel.

Phiala.] Vas vini vel aquæ, plærunq; ex vitro conflatum, mixtarium, Cymbium, Carchesium, Amula, bicos, bicarium ve, obba, trulla, cratera, aliphanum, patera, luter, quo vinum aqua miscetur. Vnde mixtarium, capides, cupa, & phiala ex vitro nimis frigide, vt volunt, quod Græce hyalos dicitur. A quo hyalina vitrea, & hyalurgus, vitrearius.

Hydria.] Vrna ad aquam capiendam. Plautus aqualem vocat.

Thymiamaterium.] Thuribulũ, acerra, vasq; odoriferum.

Cyathus.] Paruulum poculum. Ad cyathum stare, dicuntur pocillatores, & pincernæ, qui cyathissant, id est, in cyatho vina ministrant. Vide Budæum de Asse & partibus.

Tyro.] Nouus miles, & fortis ad militiam exercendam. Cuius diminutiuum est Tyrunculus. Refertur quoq; ad omnem artem. Hinc tyrocinium, ipsa palæstra Tyronum & exercitiũ. Tyro vsu forensi, atq; exercitatione. Tyro ac rudis in re aliqua. Canis tyrũcula, ein iung hundlin. Ponere Tyrocinia. Tyrocinio ætatis lapsus. Tyrocinium nauium, oratorum. Facere tyrocinium. Tyrocinium animi. Tyronianus, a, um. tanquàm à tyrone profectum. apud Gellium libro primo, capite septimo. Inusitatum.

¶ Libri Hieremiæ Anathotitis FINIS.

THRENORVM, SIVE LAMENTATIONUM Hieremiæ, quæ Cinoth Hebraice inscribuntur, explicatio.

CAPVT I.

Quomodo.] Tota vna dictio significat quemadmodum. Cicero: Quomodo potuissem te conuenissem. Quomodo tibi res se habet?

Squallidus.] a, um. sordidus, incultus, vt ager squallidus, barba squallida. Quandoq; ponitur pro fulgenti. Vergilius: Alter erit maculis auro squallentibus ardens, à squalleo. Hinc squallor. squallide aduerb.

Vindemia.] æ. tempus vina colligendi, quasi vinidemia. Hinc vindemio, as, vindemiator, qui & vindemitor ab Ouidio, detracta a, is dicitur qui vindemiat, der herbst. Vindemiola diminu. vindemiatorius, a, ũ.

CAP. II.

Mœnia.] Mœnium, mœnibus n. g. pluraliter tantum declinatur. Aedificia porrecta exterius, vernacule zynden. Porphyrio scribit, Mœnium scurrilitate notissimum. Hinc summœniana mulier, hoc est, nonaria, fornicaria, meretrix &c. Mœne singulariter, dixit Ennius. Obsoletum. Mœnitus, pro mœnibus cinctus. Obsoletum.

Antemurale.] Præsidium ante murũ, quod nec ferro, nec arieti peruium est & penetrabile. Item proximurium pontificale pomerium proximuri. In Bibliis tantum legitur.

Jecur.] Iecoris, & iocinoris, Græce hepar. Diminutiuum iecusculum, vt iecusculum anserinum, vel iecur anseris.

Exhalo.] as. penultima producta, extra halo, spiro.

Vergilius:

Sæuamq; exhalat opaca Mephitim, id est, terræ putorem fœtidissimum. Hinc exhalare animam, crapulam. Vinũ exhalare, idem. Terræ exhalationes.

Neccine.] Hoc est, hæc ne? An hæc? Ce particulã per omnes casus articularibus addebant veteres, vt hicce, hæcce, hocce. Hoccine est credibile &c. Nunc, huiusce, hosce, hasce, hisce. Illancine mulierem alere, ait Terentius.

Compita.]orum. dicuntur loca, ad quæ petunt homines per diuersas vias. Ouidius. Seruet vt internas compita fecta vias. Hinc compitalia festa, quæ in compitis peragebãtur, & compitalitius dies, a, um. vt ludus cõpitalitius. Compitalitia, orum, idem.

CAP. III.

Mino.]as. significat minas duco. Festus. Obsoletum. Equisones equos agentes, id est, bene minantes. Minare gregem in desertum, est ducere, agere. Priscia. Minor minaris dixit. A quo minito, as. frequentat. Minitans participium. Minatio verbale. Minaciter aduerbium. Minitabundus. Minax, cis. vt: Minaces sermones. Minacia somnia. Minaces literæ.

Compes.]dis, pedum vinculum est, qui & neruus, & cippus dicitur, vt faber quas fecit compedes ipse gestat, adagium est satis notum. Hinc compeditus, a, um. pen. prod. Compedio, is. pen. pro. compediui, ditum. Compedire, dye fusz zu samen binden.

Singultus.]us. à singultio, is. est gemitus & eiulatus cum dolore & lachrymis. Singultus gallinarum. Singultans. Singultim, aduerbium. Horatius: Singultim pauca locuutus.

Psalmus.] Latine canticum. Psaltes, cantor. Psallo, cano. Psalterium organum laudatorium. Psalma, diapsalma, Psalmodia, psaltria, cantrix.

CAP. IIII.

Lamie, arum.] Terriculamenta puerorum, & laruæ, quæ & stryges, oculos exemptiles (Angelo Politiano, in Lamia sua, autore) habentes, alibi explicatum fusius.

Catulus.] Proprie significat cati, hoc est, felis & æluri filium, propter sagacitatẽ. Sed large ponitur pro omni ferarum filio.

Nazareus.]Floridus, sanctus interpretatur. Matthæi secundo, vita comite, plenius exponam.

Sapphirus.]Penult. prod. lapidis genus precioſi, & gemmæ, coloris aerei. Vnde fit sapphirinus, a, um, possessiuum. Lapis sapphirinus.

Lacinia.] æ, est vestis sinuosa. Vnde laciniata vestis, & laciniatim aduerbium particulatim per flexuras. A quo lacinioſus, a, ũ. id est, flexuoſus, sinuoſusq;, vt Alexandria lacinioſa. Lacinioſa folia.

Lubrico.]as. lubricum facio. Iuuenalis: Qui Lacedæmonio pitiſmate lubricat orbem. Lubricus, a, um. Lubrice aduerbium. Lubricitas.

Christus.]Seruator noster Iesus, & vnctus interpretatur. Hinc Chrisma vnctio.

Edon, Huz.]Locorum nomina subinde explicata, de Hus erat Iob. Hinc hussites dictus.

ORATIO
HIEREMIAE.

CAP. V.

Recordor.] Rursus in cor reuoco, vel iterum rẽ cordi do. Et dicimus: Recordor huius rei, & hanc rem. Inuenitur & commune, hic recordare imperatiui est modi, ſicuti & intuere. Hinc recordatio. Recordans participium. Hinc dicimus: Recordatur multa de Marco Attilio. Cum animo suo vitam alicuius recordari. Si recordari volueritis, quanta religione fuerit. Etsi, vt recordor, misi. Recordari & cogitare.

Dare manum.] Potest bifariam intelligi, videlicet paciſci, pactum inire, & fœdus. Item se victum fateri, dare herbam. Sed dare in manũ, ſignificat ſeparatim, & ſine arbitro, aut interprete, vt cũ præuaricator, aut iudex corruptus, accipit pecuniã. Dare verba, est decipere. Dare fidem, est aliquid sancte promittere. Dare pœnas, est luere. Dare veniam, dare potestatem, varie hoc verbo vtimur. Si quis velit omnes huius verbi dicendi formulas explicare, guttas maris, atque arenas numerabit.

Clibanus.] Penultima correpta, non est proprie furnus, sed forte quid simile furno, vel instrumentum, quo aliquid coquitur sub testa. Vnde panis testaceus. Item κλίβανος est & pectoris concauitas, per quã spiritus vltro citroq; cõmeat. Hinc κλιβανίτης, panis in furno coctus.

Lassus.] Dicitur tam animo quàm corpore fatigatus, hoc est, adfectus: nomẽ est, non participium. Hinc lassitudo. Lasso, as. id est, fatigo. A quo lassatus, a, um. Item lasseo, & lasseſco, id est, lassus fio. Hinc adagium: A lasso rixam quæris. Seneca de Ira, libro tertio. Item, Bos lassus fortius figit pedem. Vide Chiliades Erasmi.

Humilio.] as, ab humili, est humilem facio.

facio. Hinc humiliatio: Græce ταπείνωσις. Est & figura rhetorica. Vide Quintilianum. Humilis, humile, humilis, & excelsa luna, contraria. Humiles habitare casas. Humilis vitis, Bos. Humilis & abiectus, & cõtemptus. Humilis & minime generosus ortus. Humilis animus & imbecillus. Humiliter aduerbium, hoc est, demisse, contrarium habet alte. Humilitas, humilitatis, vt humilitatem habet mens. Humilitatem generis alicui obijcere.

¶ Threnorum, siue Lamentationum Hieremiæ & orationis eiusdẽ FINIS.

VOCVLARVM QVARVNDAM IN Baruch prophetam explicatio.

CAP. I.

Baruch. Filius Neriæ, & in lingua nostra, benedictus dicitur. Neri lucerna mea interptatur. Porro, Hieremias in libro suorum vaticiniorum, Baruch scribam, & ministrum fuisse suum significat, cuius extat breuis prophetia, quam Ecclesia recepit, quoniam de Christo & postremis temporibus pleraque continet.

Babylon. Nomen principis vrbis in Chaldæa. Hinc Babylonius & Babylonicus, a, um, vt Babylonij q ex Babylõe sunt. Et captiuitas Babylonica, vtinã non ædita.

Presbyter. Cum b. & y. Græco, Latine senior interpretatur. Hinc presbyteriũ.

Sodi. Vel Soddi idem: sic lego in oĩbus, quæ vidi Biblijs, nomen est fluuij apud quem Baruch librum hunc legit, & interpretatur latus meum: vel arcanum meum.

Siban. Mensis nomen, partim Maio nostro, partim Iunio respondens. Vide Eucherium Lugdunensem episcopum.

Subiectibilis. A subijcio siue subiecto frequentatiuo videtur deriuari: quanquàm non meminerim me legisse apud quenquàm probatum autorem. Dicerem Latinius subiectus, obediens, subditus vel subex, absque tã translatoris contemptu. Hinc Subiectio, & Subiector verbalia.

Abeo. Abis, discedo. Hinc abitus & abitio, id est, discessus, vt: Abi εἰς κόρακας. Id est, ad coruos, perinde valet, quasi dicas. Abi in malam rem, atq; in exitium, ad furcas. &c.

CAP. II.

Supra. Præpositio. Vergilius. Olli ceruleus supra caput astitit imber. Quandoq; aduerbium est. Salustius: Pauca supra repetam. Aliquando ponitur pro valde, vt supra morem, supra modum, supra iustum. Vergilius secundo Georgicon. Rara sit an supra morem sit densa requiras. Supra numerum. Supra xx. parit. Supra morem. Supra spem humanam. Nihil supra. Terentius. Facete, lepide, laute, nihil supra.

Obaudio. obaudis, significat auditũ postergo. Et in eadem compositiõe, au mutatur in e, & dicimus obedio & est contrariæ significatiõis, quasi dicto obediens sum. Sic hoc loco capitur. Offenditur etiam obedire dici de turpi obsequio. Cicero dedecori obedire dixit. Obaudire quidam dicunt, pro non audire. Nullum exemplum apud idoneum autorem reperi, sed nec pro obedire, inquit Cholinus. Obedio, obedis penultima correpta, Latinissimũ est, vt parere & obedire, obtemperare, obsecundare & obedire. Hinc obediens, participium, vt: Obediẽs dicto. Obedientia, obedientiç. Obedienter aduerbium. Porro obeditio, pro obedientia, plane dura dictio.

Infernus. inferni, pro inferorum loco, in singulari masculini generis: in plurali uo neutri. Est & infernus, inferna, infernum, quod est infra, sicut supernus, a, um, supra. A quo inferne & superne aduerbia. Itẽ infernas, & supernas omnis generis. Dicitur & inferus, a, um, & infernalis & hoc infernale, ab inferno. Vmbræ infernæ. Stagna inferna. Dij inferni, quibus Superi opponuntur.

Fundere preces. Est prosternere, & deprecari: fundo verbum multa significat.

Emissio. verbale ab emitto, est extra missio. Nam emitto extra mitto significat. Horatius: Nescit vox missa reuerti. Emissiones tormentorum, &c.

CAP. III.

Thesaurizo. as, significat thesaurum congrego, colloco, repono in depositio. Hinc thesaurarium locus in quo seruantur thesauri. Thesaurus, ri, masculini gene. vt: Thesaurus mali, adagium. Thesaurarius adiectiuum, vt Thesaurarij fures.

Inuentio. Ab inuenio, is quod est comperio, idem est quod inuentum. Hinc inuentus, nomen ex participio. vt: Inuento est opus. Inuentum reddere. Inuentus huius inuẽtus. Inuentiũcula. Inuẽtor. Inuẽtrix, ẏ balia. vt: Princeps & inuẽtrix belli. Doctrinæ inuẽtrix, magistra & inuẽtrix legũ. Inuentarium, inuentarij, cyn Register.

Chanaan. Nomen filij Cham, hic no

men loci. Hinc Chananæus, & mercatorem ſonat.

Theman.] Loci nomen ſupra expoſitum.

Agar.] Nomen ancillæ Abrahæ, & interpretatur aduena. A qua Agareni populi, qui nunc Saraceni à Sara vxore Abrahæ.

Ingens.] Omnis generis ſignificans magnum valde. vt: Ingẽtes ſtimulos vincimus inuidiæ. Autor Chæredamus, vt: Animus ingens. Confidentia ingens, ingens facinus. Gratias ingentes agere. Gaudium ingens, ignis, teſtis, pecunia ingens. Ingentis nominis rex. Ingentis ſpiritus vir. Ingentes impenſæ. &c.

Adſum.] Significat præſens, vel prope ſum. Hinc adſumus media correpta. Hinc ades, adfui, adeſſe, adfuturus. Quandiu adfutura ſint, certum ſciri nullo modo poteſt. Bello adeſſe. Domi adeſſe. Corã adeſſe &c.

CAP. IIII.

Animequior.] Comparatiuus ab animæquus, & compoſitus ab animo & æquo adiectiuũ, dicerem verius pacatior, quietior, patientior. In ſacris Bibliis tantum pro animo æquiore legi, non tamen poſtha beo Tranſlatorem.

Improbus.] a, um, indignus. Vnde improbitas. Interdum petulans, pertinax. Quandoque turpis. Nõnunquàm laſciuus, & proteruus, aſtutuſq;. Interim, importunus. Vergilius: Labor improbus omnia vincit. Hinc improbitas. Improbulus diminutiuum, improbe, aduerbiũ. Improbabo, as, vt Teſtamentũ improbare. Improbabilis, improbabile. ſcheltens vverdt.

Abduco.] Significat inde, ſeu extra duco. Lactantius libro quarto pro violẽter ducere poſuit atque abigere. Interdum eſt à loco & perſona abſtrahere, alienare. Hinc abductus, & abductio. Abducto intus viſu. Abduce, pro abduc, dixit Terẽtius. Rus abducere. Vi abducere &c.

Stola.] Veſtis genus, apud veteres dicebatur quicquid tegebat, apud Græcos στολὴ, indumentum. Hinc ſtolatus, a, um, id eſt, ſtola amictus. Vt, mulier ſtolata.

Gaudimonium.] Horridiſſimum vocabulũ in Bibliis pro gaudio legitur ait Clolinus, & Iohannes Friſius. Idem quod gaudium, & Latinius multo. vt: Gaudium percipere. Gaudeo, gaudes, gauiſus ſum. Iam id gaudeo. Gaudeo eſſe natum. Gaudeo ventum, pro veniſſe. Gaudere gaudeo. Gauiſus fruſtra.

CAP. V.

Circumſpicio.] Eſt circunquaque videre. Iuſtinianus libro primo. Prima latebras circumſpicit. Hinc circumſpecto frequẽtatiuum. Terentius in Eunucho: Et properans venit, neſcio quid circumſpectat. A quo circumſpectus, id eſt, prudens, & ſagax. Circumſpectio, & circumſpicuus ſignificat eum qui circumſpicitur. Circumſpector. Circumſpectus, circumſpectus, Circũſpicientia, Circumſpecte, aduerbium. Circumſpectator, Circũſpectatrix fœmininũ.

Hieruſalem.] Viſio pacis interpretatur.

Diplois.] Pallij genus, quaſi duplex pallium. Diploos enim duplex dicitur Græce, eyn vvammes, eyn doppelmantel. Daſypodius.

Mitra.] Dictio barbara, capitis quoddam ornamenti genus eſt, alij galerum nominant. Mitra bicornis Epiſcoporum inſula dicitur, & pedum, baculus paſtoris. Diminutiuum eius eſt, mitella, eyn haeuptzierde. viris & fœminis apud Aegyptios olim in vſu.

CAP. VI.

Aerugo.] Idem fere quod rubigo, hoc æris, vel argẽti & virideſcit, illud ferri, & ſegetum, alibi explicatum. Vnde æruginoſus, a, um, vt æs æruginoſum ſchimlich.

Tuto]. tutas, ſignificat protego defendo. Plautus:

Inuoco vos lares diales vt me tutetis.

Sed tuto etiam aduerbium eſt, id eſt, ſine periculo, ſecure. Item articulus Græcus τοτὸ, id eſt, hoc. Dicitur & tutor tutaris deponens, quod Priſcianus docet eſſe commune. Horatius:

Res Italas armis tuteris, moribus ornes.

A quo tutor, tutoris, tutela. Tutelaris deus. Tutorius, tutoria, tutorium. Tutanus media correpta, deus qui homines tueri putabatur. Tutelina dea.

Elingo.] elingis. à lingo, lingis, compoſitum, eſt extra lingo. Plautus in Curculione. Hic hodie apud me nunquàm elinges ſalem, auſslecken.

Latus.] Per ſimplex t. animal muriceps, fœminini generis ſecũdum Seruium, libro de

de Græcis, Latinisq; nominibus, alio nomine felis: Græce ælurus dicitur. Catta nunquàm legi, nisi hoc loco. Catus etiam pro homine cauto accipitur.

Specimen.]Penultima correpta experimentum, probatio, paradigma, & exemplar, vt: Specimen ignominiæ, innocentiæ, prudentiæ, &c. Specimen sui dare. Specimẽ sumere. Capere specimen, & alia id genus.

Orphanus.] Qui patre caret, patrioq; præsidio destitutus, Græcum est. Pupillus, qui patre caret, sed tutore iuuat, eyn vveisse. Orbus, a, um. Orbitas, orbitudo.

Bel.] Siue Baal, aut Beel idoli nomen. Hinc Beelzebub, Rex muscarum.

Cucumerarium.] Locus in quo cucumeres sunt, vel crescunt. Cyprianus pro tugurio vsus est. A cucumer, vel cucumis masculini generis, Kurbs in Italien vnd Franckreych.

Murex.]Piscis marinus ex concharum genere à purpura diuerso, tametsi sæpe pro purpura, conchylio Tyrioue colore vsurpetur. Hinc muricatus, a, um, & muricatim, ad uerbium, vt: Vertice muricatim intorto.

¶Libri Baruch prophetæ
FINIS.

PRAEFATIONIS D. HIERONYMI in Ezechielem expositio.

Diſſertus.] a, um, eloquens, facundus, ab dissero, is, quod metaphoricos significat disputo, enarro, declaro. Horatius: Fœcundi calices quem non fecere disertum? vt: Diserta negligentia. Oratio diserta & oratoria. Hinc diserte aduerbium. Diserte loqui. Dissertatio. Dissertabundus.

Cola, commata.] Hoc est per membra, & incisiones, orationis partes sunt. Sicut & periodus, id est, circuitus.

Subsannauerint.]Id est, deriserint, nasoq; suspenderint adunco, vt ait Horatius.

φαγολόιδοροι, Phagolædori vocentur.] Non paulo facilius est docere scripturã hãc non carere mendo, quàm restituere quod deprauatum est. Primum si φαγολόιδοροι, compositum est ex φαγεῖν, & λοιδορία, ne consistit quidem compositio, neque enim dicimus φαγόλωτος, sed λωτόφαγος, id est, lotorum comestor. Iam, quod adiectum est, quod est manducantes senecias, palam est ab Hieronymo non fuisse adscriptum, sed ab alio quopiam Græce perito, qui subito quod scriptum offendit, vertit vtcunq;. Deinde scriba quispiam ex conuitijs fecit senecias. Tædet enim pudetq; referre, quid hic comminiscentur interpretes quidam de senecijs: quibus Senecia in plures vertitur formas, quàm apud poetas Empusa. Senecia immundum est animal, senecia labium senis, senecia rubrum illud, quod est sub aure piscis, sic enim illi loquuntur: senecia labia corrosa, senecia illusa piscium (quod eqdem quid sit, non intelligo) senecia saliua defluens per genas, quasi vero ex oculis defluat saliua. Verum his nihil interest, intermentum, & genam, imo ne inter ventrem quidem & caput. Iuuenalis:

Inguinis & capitis q̃ sint discrimina, nescit.

Senecia musẽ, sed immũdus, senecia herbaẽ. At, quanto simplicius erat dicere, nescio, quàm ad hunc coniectare modum? Nam quod Plinius meminit herbæ senecionis, quæ Græce dicatur ἐρίγερον, non video, qd pertineat ad λοιδόριαν, quæ vox & ipsa Græca est. Proinde quod vnum licet, quando quidem exemplaria vetusta nihil opitulantur, coniicio scriptum fuisse φιλολοίδοροι, quibus studio est, calumniari, & carpere, vel lut id suo morbo faciant, non merito aliorum.

DICTIONVM QVARVNDAM in Ezechielem explicatio.

CAP. I.

Ezechiel.] Filius Buzi, Hebræi Ieheskel scribunt. κράτος κυρίου, quod nos robur, vel imperium domini possumus appellare, vel roboratus à deo, interpretatur, fortitudo dei. Hic sacerdos fuit & simul cum Daniele in captiuitate populi Iudaici Babylone: quod ex eius scriptis aperte colligitur.

Buzi.] In linguam nostram vertitur spretus atq; contemptus.

Chobar autem.] Aut nomen est fluuij, aut certe iuxta interpretationem suam, quæ in graue vertitur, Tigrim significat & Euphraten, & omnia magna & grauissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur.

Deus

Secus.] Præpositio accusatiuo iungitur, vt: Secus decursus aquarum, significat ꝓpe. Aliquando est aduerbium, & significat aliter: præsertim, quando non vel haud secum comites habet. Hinc secius comparatiuum, quod à secus deriuant. Sed secium à veteribus dicebatur libum. Nihil ad chordam. Nemo dicet secus. Quid diximus tibi secus quàm velles? Non secus ac si ipse adesses. Cœpi secus agere quàm initio dixeram, id est, aliter.

Electrum.] Gummi, siue lachryma, succusve, ex arboribus pinei generis profluens: Latini succinum vocant: ego à docto viro vernacule Atsteyn audij nominari: Barbari glessum dicunt. Plinius in exoticis, id est, extraneis insulis nasci adfirmat. Hinc electriferas insulas glessarias vocat. Electridas, vocant arbores electram ferentes. Vide Plinium.

Super ipsorum.] Id est, super ipsis. Hellenismus est, hoc est, Græcismus qui genitiuo loco ablatiui, quo carent, vtuntur.

Rota.] A rotunditate, seu ruendo, Græce trochus. Rotæ etiam à Latinis dicuntur capræ, vt inquit Varro libro secundo de re rustica. Hinc rotula diminutiuum & rotella alterum à rotula. Rotare, est vertere. Rotundus, a, um. Rotunde aduerbium. Rotunpo, rotundas.

Statura.] Corpori adscribitur, ait Donatus. Status vero ad habitum refertur. vt: Statura arborum, leibslenge penultima producta.

Sapphirus.] Penultima producta lapillus preciosus, coloris aerei. Vnde fit sapphirinus & sapphiratus, quod maculatus, & variegatus. Vt. Lapis sapphirinus.

CAP. II.

APostatrix. In sacris tantum legitur. Est desertrix, præuaricatrix & rebellatrix, vt ita dicam, ab apostato, as, quod est rebello, verbum barbarum, pro deficere, abfallen. Apostata vel Apostate. m. g. penultima correpta defector. Apostasia defectio ꝓba vocabula, sed Græca.

Domus exasperans.] Hoc est, irritans, prouocans, & valde asperum faciens. Pro exasperatione Lxx. amaritudinem posuere.

Irritator.] Ab irrito penultima producta, quod est ꝓuoco, ꝓuocator dicitur. Hic irritatio verbale. Irritabilis, e, cui opponitur placabilis. Irritamentum, ti, vt: Irritamentũ certaminum. Irritatus nomen ex participio.

Manus missa.] Pro qua extẽtam Lxx. transtulerunt. Quæ mittitur, extenditur ad eos qui domini beneficia cõsequuntur. Cõtrahitur autem ab his quibus beneficiũ denegatur. Hinc contracta manus.

Lamentationes.] Græci Threnos vocant carmen, & Væ. Hisce nominibus cantus lugubres, dolorifici & tristes designant. A lamentor, aris. Lamentatio. Lamentabilis, e, lamẽtum, lamenti.

CAP. III.

VOlumen.] Pars codicis est, vtputa Metamorphoseos, id est, transformationis Ouidianæ liber. in xv. volumina secatur. Synonyma fere sunt. Volumen, liber, codex, Græce teuchus dicitur, vt pentateuchus, hoc est, quinq; libri Moseos.

Attrita frons.] Est dura, & ceruicosa. Sed perfricta frons est inuerecunda. Caperata frons, est seuera. Exporrecta frons est hilaris lætaq;. Adagia fere sunt.

Adamas.] Lapis durissimus, quem indomitum possumus appellare, solum hircino sanguine dissoluitur. Hinc adamãtinus, a, um, penultima correpta. Et adamantæus, a, um, penultima producta idem significãt. Vinculum adamantinum.

Silex.] Lapis durus, ex quo ignis excutitur, theutonice, eyn Kysel. Distichon olim præceptoris mei elegantissimum Magistri Iacobi Horlini: Dura silex clausum crebris vomit ictibus ignem. Effundunt largum ꝑla onerosa merum. Hinc siliceus, a, um, vt: Lapides silicei. Silicernium Nonius docet esse conuiuium funebre. Festus vult esse genus farciminis. Terentius pro sene decrepito, quod incuruitate silices cernat.

Speculator.] Vernacule, eyn vvaechter, is est, qui e specula prospicit, à speculor, aris.

Offendiculum.] Impedimentum, obstaculum: Græce scãdalon dicitur, ad quod quis offendit, id est, id quod ponitur, vt aliquis in ipsum incidat, vel impingat, ab offensa deductum.

Chobar.] Fluminis nomen, primo huius libri capite explicatum.

Obiurgans.] Ab obiurgo, as, quod est valde arguo, reprehendo, vel contra aliquẽ clamo. Hinc obiurgatio, & obiurgatrix, vt epistola obiurgatrix, est dentata, & mordax. Obiurgator verbale. Obiurgatorius, a, um, vt literæ obiurgatoriæ.

CAP. IIII.

LAter.] Lapis igne coctus, vernaculo meo, eyn zygelsteyn. Hoc loco iubetur

tur propheta in latere, id est, in puluere, Geometrica arte describere Hierusalem, ipsumque laterem poni in conspectu prophetæ: adumbrans obsidionem, munitiones, comportatos aggeres, coronam vallantis exercitus, & arietis in circuitu: per quæ omnia vrbes capi solent. Munitiones dicuntur, quibus vrbs clauditur, ne quis obsessorum possit effugere. Comparati aggeres, quibus vallum fossæque complentur. Castra, militum custodiæ per circuitum. Arietes, instrumenta bellica, quibus murorũ fundamenta quatiuntur.

Sartago.] Fœ. gene. pen. prod. patella in qua caro frigitur, dicitur & frixoriũ, eyn brädtpfan, oder rostpfan.

De latere sinistro.] Et dextro, in qbus dormiṽt iacuitq; propheta. Vide diuum Hieronymum, &c. Ego Laconem agam.

Exertum brachium.] Hoc est, extẽsum & nudatum, extractum, emissum, ab exero, is, exerui, exertum.

Obsidio.] onis, idem quod obsidium. Obsessio, hoc est, conclusio, qua aliquis obsidetur ne qua possit elabi. Ab obsideo, es, vel obsido, is. Hinc obsessus participium. Obsessor, obsidiæ, rum. Obsidionalis, e, vt corona obsidionalis. Obses, dis.

Hordeum.] Faba, lens, milium, vitia frumentorum atque leguminum genera: nostro vernaculo, gerst, bonẽ, lynss, hyrssen, vvicken.

Stater.] Genus nomismatis, Græce didrachma. Isti panes ex liguminibus cocti habebant vicenos siclos, id est, stateres. Siclus autem, id est, stater, habet drachmas quatuor, hoc est, vt dixi, didrachmum. Drachmæ autem octo Latinam vnciam faciũt, ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur, quo trahitur magis anima quàm sustentatur. Græce sic scribitur: στατὴς, ῆρος, & producit genitiuum.

Sextam autem partem.] Mensuræ Hebraicæ, quæ appellatur hin, iubetur per singulos dies bibere. Porro hin duos choas Atticos facit, quos nos appellare possumus duos sextarios Italicos: ita vt hin mensura sit Iudaici sextariṽ nostriq; castrensis, cuius sexta pars facit tertiam partem sextariṽ Italici. Qui cibus & potus, iuxta inclytum Oratorem, nõ vires tribuit, sed mortẽ prohibet: Si plura candide lector desideras, videto Budæum de Asse & partibus eius. Libenter reliqua fusius prosequerer, nisi me compendiũ cohiberet operis. Si vis vide diuũ Hieronymum eo loci.

Subcinericium hordeaceum.] Græci ὀλυρίτινον vocant, hoc est, sub cinere coctum. Quod cum didicisset Propheta, pollutũ panem iuxta Aquilã tertio detestatus est, ah, ah, ah. Iuxta Symmachum vero & Lxx. respondit μικρομῶς, quod Latine dicitur nequaquàm.

Morticinus.] a, um, dicitur quod absq; effusione sanguinis amittit vitam, & in quo moritur anima, laceratũ à bestiṽs, quod Græce appellatur therialoton, selber gestorben, verdorben. Hinc morticini claui, liechtorn, pedibus maxime infesti. Calepinus.

Fimus.] Lætamen dicitur, vel proprie excrementum iumentorum paleis mixtum, myst. Hinc fimetum, ti, misthauff. Vnde fimeta, quæ sterquilinia e stabulo ejiciẽda vocantur. Hinc Augiæ stabulum repurgare, adagium est, in hominem, aut in rem maiorem in modum inquinatam.

CAPVT V.

Nouacula.] æ, culter rasorius, siue tõsorius, quasi subinde nouum faciens, eyn schermesser. Hinc adagia: Nouacula in cotem. In acie nouaculæ. Vide Chiliades Erasmicas.

Concido.] is, penultima prod. simul vel minutatim cædo, vt hoc loci. Etiam frangere dicitur. A quo concisa oratio, & concisus sonus. Concise aduerbium. Concisio in Bibliṽs.

Ventilo.] Significat in ventum dispergo, quemadmodum frumenta vanno ventilantur, vvanden. Hinc ventilatio, ventilor, ventilabrum.

Euagino.] Penultima producta, est extra vaginam traho, eximo, ferrum stringo. In sacris legitur.

Blasphemia.] Maledicentia: Græcũ est, ab blasphemo, quod est execror, maledico, lesterung. Hinc blasphemus, mi.

Zelus.] Inuidia, amor, emulatio est, hoc loci indignatio. Hinc zelotes, zelotypus, zelotypia.

Internitio.] Vel internecio, mors, pernicies, Græce panolethria, exitiũ, interitus. Internecinus, a, um.

CAPVT VI.

Rupes.] Sunt præruptæ partes terræ, ob altitudinem ac procliuitatem inaccessæ. Rupes, rupis, generis fœminini, faelss. Rupicapra, rupicapræ, Gaemss. Rupefortis.

Allido

Allido. Allido potius cum neotericis legerem, significat impingo. Hinc allisio, impactio.

Deblata. Quæ est in terra Hemath, quæ hodie vocatur Epiphania Syriæ. Multi putant eundem esse locum de quo in Hieremia dictum est. xxxix. cap. Et apprehenderunt Sedechiam &c. adduxerunt eum in Reblata, q̃ est in terra Hemath. Potest & ob vicinam similitudinem Hebraicarum literarum Daleth & Res, quæ paruo apice distinguuntur, vel Deblata, vel Reblata appellari.

CAP. VII.

Plaga. æ, hoc loco pro regione capitur, vt sunt quatuor plagæ mundi, oriens videlicet, & occidens, meridies & Septẽtrio. De quibus Esaias loquitur xxiiij. cap. nominans eas alas. Domine ab alis, siue à finibus terræ, portenta audiuimus, &c. Vide Hieronymum.

Contractio. A contraho, est collectio, & omnium in vnum congregatio. Hãc hoc loci Aquila interpretatus est προσκόπισιν, id est, contemplationem & prospectionem. Theodotio πλοκήν, id est, ordinem contextumq; malorum omnium.

Sterquilinium. Locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum: quod & fimetum à fimo dici potest.

Scandalum. Latine offendiculum, impedimentum, obstaculum à ruina dictum, quod occasio sit ruendi, & cadendi, si quid obstet eunti, à σκάζω claudico, quod claudus inflectens se, videatur tendere ad ruinam.

CAP. VIII.

Cincinni. Capilli intorti dicuntur, crispi, compositi, hosce Plautus vnguentatos, Martialis anulos, vocat, alij calamistratos. Hinc cincinnati, qui capillos habent sic crispos & cirros.

Adonis. dis, Veneris Amasius fuit iuxta gentilem fabulam, pulcherrimus iuuenis, & in mense Iunio occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem mẽsem Iunium eodem appellant nomine. Hinc Adagium: Adonidis horti. De rebus dicetur non multum vtilibus, & breuem duntaxat voluptatem adferentibus.

Jezonias. Presbyter & filius Saphan, hoc est, iudicij & condemnationis suæ, in medio stantium presbyterorum, &c.

Ramus. Arboris pars est, cuius diminutiuum est ramusculus. Dicitur & ramulus. Ramale idem quod ramus. Persius: Et ramale vetus. Hinc rameus, a, ũ, q̃d ex ramo ẽ. Ramosus, a, um. Item ramulosus, a, um, à ramulus vt ramulosa folia. Denudat folijs ramos, & cortice truncos. Ramum arboris defringere. Rami late diffunduntur.

Vestibulum. Symmachus propylæon posuit, Lxx. & Theodotio ipsum verbum Hebraicum vlam. Aquilæ prima æditio, πρόσαυλα, secunda αὐλὰμ templi interpretata est. Quam nos porticum templi exprimere possumus: siue intectũ atrium, quod inter templum & altare erat. Vide Marium Grapaldum de partibus ædium.

CAP. IX.

Linea vestis. Hic p podere, hoc ẽ, talari capitur, ex eo quod ad pedes vsq; descendat, ideo hoc sortita vocabulum. Scio me alibi dixisse. Neq; enim possum omnia in omnibus locis repetere & iterare. Nam Crambe bis posita mors.

Atramentarium. Et hoc alibi exposui. Nos atramentarium, ex eo quod atramentũ habeat dicimus. Sicut calamarium, ab eo quod in illo calami recondãtur. Multi significantius thecas vocant calamarias, seu pennarias, ab eo quod thecæ sint scribentium calamorum. Id tamen hoc loci nõ prætereundum, quod interpretes hic variant. Theodotio κάσυ, Aquila μελανοδόχεον, id est, atramentarium, Symmachus tabulas, interpretatus est. Sententia tamen, & huius loci intellectus vel talpis patet. Quodque Aquilę primaria æditio & Theodotio dixerant κάσυ, pro quo in Hebræo legitur Kœsœth, cum ab Hebræo quærerem (ait Hieronymus) quid significaret, respondit mihi Græco sermone appellari καλαμάριον.

Cherub. Et quanquàm pleriq; τὰ χερουβείμ neutrali genere, numeroq; plurali vno dici putent: nos scire debemus singulari numero esse Cherub generis masculini, & plurali eiusdem generis Cherubim: non q̃ sexus in ministris dei sit, sed quo vnũquodque iuxta linguæ suæ proprietatem diuersis appelletur generibus, & cætera. Vide Hieronymum eo loci.

Thau. Pro signo, quod Lxx. Aquila, & Symmachus transtulerunt, Theodotio ipm verbum Hebraicum posuit, quę extrema est apud Hebræos viginti & duarum literarũ, &c. Vide Diuum Hieronymum eo loci, ego breuitati studebo.

Aio. Is, it, aiebam, bas, bat. Ai, aisti, ait: Aimus, aistis, aiunt: verbum est, quod nominant defectiuum. Næuius: Vel ai, vel ne-

ga.

ga. Cicero de finib. bo. Quasi ego id curẽ, quod ille aiat, aut neget.

CAP. X.

SOnitus.] Siue sonor, est vehementis sor sonus. Pro quo in Hebræo vox ponitur, & cætera. A Sonus. Sonorus, a, um. Sono, as, are. Sonat pharetra, sonãt tela. Sonant idem hæc verba. Sonare pingue & pegrinum, dicuntur rudes poetæ, grob lauten. Sonat vitium. Persius. Sonipes omnis generis equus apud poetas.

Chrysolitus.] Lapis preciosus, aureo nitore translucens: quasi aureus lapis. Quidius: Per iuga Chrysoliti positęq; ex ordine gemmæ. Lxx. hic tharsin, & carbunculum interpretati sunt, Aquila Chrysolitum, Symmachus hyacinthum. Chrysopassus genus lapidis.

Chobar.] Nomen fluminis, primo capite explicatum.

CAP. XI.

ELeuo.] eleuas, penultima correpta significat sursum leuo, in altum tollo. Item minoris æstimo, & in trutina quæ eleuantur. Hinc eleuatio. Vnde dicimus. Eleuare ignominiam. Eleuare verbis famam vrbis captæ. Eleuare egritudinem. Eleuator in Biblijs.

Phaltias.] Penultima producta filius Bananiæ, princeps populi, qui interpretatur ruina declinans, & est filius Bananiæ, id est, structoris, siue cæmentarij: οἰκοδομός enim aliud in linguam nostram verti non potest.

Jezonias.] Penultima producta filius Azur, populi princeps, sonat aures eius, qd subauditur animæ. Azur vero fulcrum siue adiutorium.

Lebes.] etis, penultima producta generis masculini vel fœmini. vas æneum, in quo res bulliunt, vt docet Porphyrio super lib. nonum Iliados Homeri. Offenditur etiam lebeta, lebetæ, eyn grosser Kessel, oder hafen, duppen.

Vaticinare.] Imperatiui modi, hoc est, diuina, prophetiza, propheta, prædicito, prænuncia. &c. A vaticinor, aris. &c.

Chaldea.] Asiæ maioris regio. Hinc Chaldæi & Chaldaicus, a, um, vt. Sermo Chaldaicus, lingua Chaldaica. Dicitur & Chaldæus, a, um, idem. Chaldaice aduerb.

CAP. XII.

PErfodio.] is, penultima correpta. Cõpositum à fodio, is, significat valde cauo, rumpo, ferio, perforo. Perfode hoc loci mediam corripit. Sed perfodi, præteriti temporis eandem producit.

Sagena.] Retis piscatorij genus. Hinc sagenula diminutiuum, eyn geyl.

Prouerbium.] Parabola, similitudo, parœmia, diuerbium, adagio, fere synonyma sunt, eyn spruchvvort. Hinc paraboli cos, aduerbium.

Vulgo.] Aduerbium significat passim, vulgariter, per omnes, cateruatim. &c.

CAP. XIII.

CAssus.] a, um, quod est inane, vacuum, fragile, atque omni re carens, vt cassa nux à Plauto, & Horatio dicta. Hinc incassum aduerbium, id est, frustra. Vitam tuam cassa nuce non emerem.

Temperatura.] Idem quod temperamentum, hoc est, modificatio, à tempore: quod est, rem suo ordine & mensura administrot à Græcis antiphatia dicitur. Plinius: Tali adhibito temperamento, vt nec laxet nimis, nec arctum esse patiatur. Idem: Ferrę à rubigine vindicatur, cerussa, & gypso & liquida pice. Temperatura ferri.

Lino.] Is, ere, tertiæ inflexionis, vt: Os sublinere, adagium Plautinũ, das maul smieren. Et linio, is, & lenio, is, diuersa sunt. Nã linio & lenio, quartę classis sunt: lino tertiæ. Et lino linioq; habent penultimã correptam. Lenio producit. Vergilius: Seruataq; mella thesauris relines. Est autem linere, crasse aliquid aliquo instrumento superinducere. Vnde interlinere. Sic literæ dicuntur interlitæ, deturpatæ atramento, deletæ & cancellatæ. Et talis inductio litura dicitur. Hinc liturare, est expungere. Linio, is, iui, itum proprie significat vngo, vel sqco, aut quid simile, quod aliquo instrumento alicui rei superinducitur.

Pulvillus.] Seu pulvinus, & pulvinar, siue pulvinare, à pluma quasi pluminus, qd plumis pullorum fiat, ceruical seu plumatius. Quandoque accipitur pro lecto. Hinc pulvinatus, a, um, quod est ad similitudinẽ pulvini molle, ac conuexum. Plinius: Lanuginoso, ac pulvinato calice. Pulvinarium, pulvinulus, pulvis communis generis, pulver, pulvisculus, vel cum pulvisculus, Adagiũ ẽ Politianicum. Pulvereus, a, um. Pulverulentus, a, um. Pulvero, as. Pulveratio, verbale.

CAP. XIIII.

SCandalum.] Offendiculum, ruina, impedimentum, aergernis.

Proselytus.] Cum y. Græco, & t, exili, valet Latine aduena, vel peregrinus.

Vasto.] Destruo, demolior. Huius com

posita sunt deuasto, & peruasto: quæ significant deprædor, spolio, profligo, & quasi vacuum reddo. Hinc vastatio, id est, destructio. Omnia ferro, & incendio vastare. Agros cultoribus vastare. A vastus, a, um, vastitas, vastitudo, vastities, ei, vastificus, a, ũ.

CAP. XV.

Paxillus.] Diminutiuum à palus, vt inquit Priscianus. Sed Cicero ad Brutum vult à paxillo palus fieri. Sæpe dictum.

Vas vadis.] Generis masculini, pro vadimonio. Hinc adagium. Propter quod vadimonium deseri possit. Vas vasis, neutri generis, in plurali secundæ declinatio. pro instrumento ad aliquid capiendum idoneo. Cuius diminutiuum est vasculum & vasillum. Hinc vascularius qui vasa conficit. Et conuasare verbum, est furto omnia colligere. Eynballen, eynschlahen, zesamenfassen.

Fauilla.] Quasi cinis extinctus, quod ignem tectum foueat, quasi fouilla: differt à scintilla & pruna.

Hierusalem.] Vrbs Iudææ, siue Palestinæ, quæ & Hierosolyma, & Iebus, Aelia, & interpretatur visio pacis.

Preuaricator.] A præuaricor, præuaricaris, transgressor est, q ab officij sui præscripto deflectit atque aberrat. Plinius Iunior: Alioqui præuaricatio est transire dicenda. Martianus & Vlpianus Iurecousulti, aliter id vocabuli accipiunt. Præuaricator publicæ causæ. Adponere sibi præuaricatorem. Præuaricari accusationi.

CAP. XVI.

Chanaan.] Nomẽ terrę, & filij Cham. Cham quippe pater Chanaan, princeps fuit gentis Aegyptiæ: tamen iuxta scelerum similitudinem, radicem Hierusalem terram Aegypti esse dicemus. Vnde & pater illius appellatur.

Amorreus.] Qui interp̃tatur λαλȣμένος, id est, multo sermone celebratus.

Lethea.] Id est, ἐξιστῶσα Græce, quod interpretatur insaniens, siue in amentiam vertens. Hebraica veritas hic habet Hethæa. Græci χεταία, ordine & numero commutato.

Vmbilicus.] Penultima producta dicitur, quicquid in aliqua re est medium. Vernacule, eyn nabbel. Vnde de libro quoque dicitur vmbilicus ornamenti genus, q̃d in fine libri solet poni, siue osseum illud sit, siue aurichalceum. Hic adagium: Ad vmbilicum peruenire, est coronim imponere, finire, & opus consummare, extremam manum imponere. Hinc vmbilicatus, a, um. Vmbilicatim, per vmbilicos. Calepinus sine autore.

Salitus.] A salio quartæ classis, & prima correpta significat sale condio. Huius præteritum saliui, supinum salitum. Vnde salitus participium & saliturus. Sallo, is, tertij ordinis, per duplex ll, salli, saltum, & salturus, in eadem significatione. Vnde saltus & salturus, salsus & salsurus. Participium passiuæ significationis in dus posuit Columella libro octauo. Salienda pecora. A Sal. Hinc salarius, ij, & salarius, a, um. Salarium, ij, lon. Salitor. Salsus, a, um. Salse, aduerbium. Salsamentum, ti. Salsamentarius, a, um, & substantiuum. Cadi salsamentarij. Salsura, æ, id est, salsamentum. Salina, æ, locus. Salinum, & Salillum, vt animæ Salillum, dixit Plautus, vasculum salis. Salitura, æ. Salsedo. Salsitudo. Salsilago, bickel. Salsicortex, genus arboris.

Color.] Dicitur id quo aliquid coloratur, Græce chroma: à quo composita concolor eiusdem coloris, discolor, versicolor diuersi coloris, multicolor. Decolor quod est colore vitiato. Et habent omnia penultimam correptam. Monochromata Græce dicuntur, quæ vnius sunt coloris. Hinc coloro, coloras. vt: Colorari sole. Coloratus, a, um, vt: Coloratæ vitæ. Oratio colorata. Colorificus. Colorius, a, um, vt vestes coloriæ. Dicebatur & Colos antiquitus. Color per translatio. decus. vt: Color ciuitatis dixit Cicero. Colores rhetorici, dicuntur schemata.

Ianthina.] Penultima correpta, vestis coloris purpurei, ἴον enim viola & ἄνθος flos, quia violaceus flos.

Martialis:

Coccina formosæ donas & Ianthina mœchæ.

Byssus.] Lini genus & candidissimi, & subtilissimi. Hinc byssinus, a, um, penultima correpta.

Subtile.] Penultima producta. Pro quo Aquila florido siue palpabili. Symmachus indumento. Theodotio ipsum Hebraicum posuit mœschi. Lxx. trichapto. Cum diligenter inquirerem, ait Hieronymus, quid sibi vellet vocabulum Trichapti, quod Lxx. transtulerunt, & à nullo Græcorum nec vsum, nec etymologiam possem inuenire sermonis, tandem didici à Lxx. esse compositum. Rebus enim nouis noua fingenda sunt nomina: quod tantæ subtilitatis fuerit vestimentum, vt pilorum & capillorum

rum tenuitatem habere credatur. Vnde & ego volens tenuitatem exprimere veſtimenti pro trichapto, ſubtilibus tranſtuli, quod tenui ſtamine, atque ſubtegmine textum erat. A ſubtilis. Subtilitas, vtis mentis ſubtilitas, & iudiciorum. Subtiliter aduerbium. Subtiliter iudicare.

Armilla.] Ornamenti genus, in circuli modum factum, quod viri, & mulieres in fimbriis, brachiisque gerere conſueuerant. Hinc armillatus, a, um. Armillatos curſores Budæus vocat, quos poſtas dicimus, quia id inſigne gerunt, quod poteſt armilla, aut ſpinter dici.

Torques.] Ornamentum colli aureum.

Polymitus.] a, um, penulitma correpta, à multiplici filorum, liciorumq; varietate nuncupatur. Vnde veſtis polymita, quæ multis licijs contexta eſt. Hinc polymitarius, & ſubſtantiue qui artem illã exercet.

Faſtidium.] à faſtidio, dis, penultima producta, eſt contemptus cum faſtu quodam. Hinc dicimus, faſtidium meum, quo ego alios faſtidio, & faſtidium mei, quo ego ab alijs faſtidior. Quintilianus. Seu mulier omnibus expoſita mortalibus vanitatem faſtidio mei deſpectuq; captauit. Hinc faſtiditus, faſtidio habitus. Lucanus. Pars magna ſenatus Faſtidita iacet. Faſtidioſus, qui omnia faſtidit, vel qui alijs eſt faſtidio. Iam varietas, inquit Viues, adimit faſtidium, quod etiam in loquentibus contingit, qui ſi idem bis eodem repetant modo, faſtidio ſunt, vt crambe repetita, ſi centies, ſed varie, gratiam non amittunt. De quo præcepta ſunt in rhetoricis. Ac ſimile eſt quod de cõuiuio ſibi exhibito ſuillis carnibus variæ conditis narrat Quintus Flaminius apud Liuium. Itaque diuerſa erant quæ rem eandem in lege vetere ſignificarent, vt ſine faſtidio & intelligentes magis meliusque venturæ ſalutis admonerentur, & rudes inter tot ſigna vnum ſaltem aliquod inuenirent, quo quid futurum promitteretur intelligerent. Habet hoc & locum Numeri viceſimo primo. Anima noſtra nauſeat &c.

Thymiama.] Odor ſuauiſſimus thymi naturam referens, & incenſum dici poteſt.

CAP. XVII.

Ænigma.] Eſt obſcura allegoria, vel quæſtio obſcura quæ difficile intelligitur, niſi aperiatur. Hinc ænigmatiſtes, qui ea facit, ſeu proponit, ſiue ſoluit. Huius ſignificationis eſt ænigmaticus, a, um.

Parabola.] Eſt rerum diſſimilium cõparatio. Cicero collationem vocat. Diuus Hieronymus ſimilitudinem. Lxx. narrationem tranſtulere, qua oſtenditur obſcurum eſſe quod dicitur. Nulli enim dubium, & ænigma & parabolam, aliud præferre verbis, aliud tenere in ſenſibus.

Ductus.] us, ipſa ductio. Vnde aquæ ductus, aquarum deductio, quæ leni fluit agmine, hoc eſt, actu, ductuq;. Vergilius lib. ſecundo Aeneidos. A duco, ducas. Hinc Ducatus, us. Ductus, vt Ductus aquarum. Ductus, oris. Ductus literarum. Dux, ducis. Ductor, oris. Ductarius, a, um. Vnde funis ductarius. Ductilis, ductile. Aes ductile. Ductim aduerb. Ductim facere opus in vinea.

Libanus.] Mons inter Arabes & Phœnices excelſas arbores habens, & interpretatur candidatio. Capitur interdum pro thure. Hinc libanicus, a, um, thureus. Et libanotis penultima producta, Latine thurea dici poteſt. Eſt enim herba odorem thuris habens, & roſmarinus appellatur.

Medulla.] Dicta eſt, quod in oſſibus media ſit, theutonice marck. Hinc emedullo & medullitus. Medullitus amare. Medulla mellis. Medullatus in ſacris legitur tantum.

Cedrus.] Arbor maxima, in ædificijs vtilitatem præſtans. Hinc cedrinus, a, um, vt tigna cedrina. Et cedro digna loquutus.

Palmes.] Sarmentum vitis, & aliarum arborum. Vergilius: Turgent in palmite gemmæ, eyn rebb.

Propago.] Et ppages, vitis vetula, & ſuppreſſa, vt ex vna plures fiant. Hinc ppagare metaphorice, eſt extendere, dilatare. Propagatio verbale, propagatio & ſoboles. Propagator.

Radicitus.] Aduerbium, ſignificat à radice, ſtirpitus, funditus, & pro omnino quã doque ponitur.

CAP. XVIII.

Prouerbium.] Parœmia, adagium, vel diuerbium, adagio, idem fere pollent, ſubinde explicatum.

Obſtupeo.] es, & obſtupeſco, is, ſignificat ob acerbitatẽ ſtupidus fio, vt dentes vua acerba obſtupeſcũt. Hĩc obſtupidus, a, ũ. obſtupefacio, is. Obſtupefactus & perterritus.

Latro.] onis, communis generis viarũ obſeſſor, qui publice, vel per vim furatur, & quaſi latenter inſidiatur. Hinc latrunculus diminutiũ eſt ludus quidam, quem Schacorum vocant. A quo latrocinor, latrocinium. Latrunculator, vernacule, eyn blutrichter. Vlpianus: Latrunculator de rebus pecũniarijs iudicare nõ poteſt. Latrocinatio, ẏbale.

Latrocinium, latrocinij pro militia Plautus posuit.

Calumnior.] Per fraudem & subdolã rationem, causſa vincendi in litibus mendacijs, alijsve vexo. Eſt etiam falſa crimina intendere, & modo cum accuſatiuo, modo cũ datiuo conſtruitur. Hinc calumnia & calumniator, quem Græci ſycophantam vocãt. Item calumnioſus, a, um, qui calumniam, & ſycophantiam inferre ſolet.

CAP. XIX.

Planctus.] us, idem quod plangor, oris à plango, quod eſt fleo. Aliquando ſignificat percutio. Hinc planctus & plangor, id eſt, percuſſio. Sylius. Liuentia planctu brachia. Catullus: Procedunt leuiterq; ſonant plangore cachinni.

Leo.] Animal ferox, & omnium animalium generoſiſſimum, tum præcipue, cũ colla armosq; veſtiunt iubæ, quod ætate accidit. A leo fit leunculus diminutiuum & leoninus, a, um. Item leæna, leonis fœmella. Eſt & leo marinus ex cancrorum genere. Item leo cœleſte ſignum. Hinc leonem ex vngui bus æſtimare. Adagium &c.

Catulus.] Ponitur large pro omni ferarum filio, ſeu immanium, ſeu mitium. Hinc catulinus, a, um, quod ex catulo eſt, vt caro catulina, quam Romani, Plinio teſte, edebant. Catellus à catulo. Catella, à catula. Catulio, is. Catulitio verbale. Catularia, æ, porta Romæ. Feſtus.

Rugitus.] us, penultima producta proprie leonum cum vocem emittunt, ab rugio. A quo componitur irrugio, irrugis.

Cauea.] A cauo fit, ſignificatq; locum ſub terra vacuum, atque obſcurum, proprie ferarum cubile & receptaculum. Item eſt area in medio theatri. Item ponitur quandoque pro populi conſeſſu. Item eyn vogelkebge korp.

Robor.] Per o, ſiue robur per u, ſpecies quercus eſt duriſſimę. Et per tranſlationem pro animi fortitudine ſumitur. Item pro corporis firmitatę. Et omne quod forte eſt, robur vocamus. Hinc roboreus, a, um, & robuſtus apud Catonem deriuatum à robore. Roburneus, a, um, vt: Roburneæ fruges. Robuſteus, a, um, vt: robuſtea materies. Roboro, as, are. Corroboro, as.

CAP. XX.

Abominatio.] Ab abominor, execratio, faſtidium, & quaſi malũ omẽ. Et p dolo & iniquitate ſæpenumero capitur. Hinc abominabilis, abominabile.

Inſuper.] Coniũctio. Inſuper, pro deſuper. Inſuper quàm Liuius. Inſuper ſuper hijs. Sgnificat præterea, ad hæc, à quo fit deinſuper.

Gradior.] Significat vado. Huius multa ſunt compoſita adgredior, antegradior, congredior, digredior, egredior, ingredior, introgredior, progredior, prætergredior, regredior, retrogradior, ſupergredior, tranſgredior, à quo tranſgreſſio, &c. Ad naues graditur. Viam recte graditur. Hinc gradatus. Gradatio, figura apud rhetores. Gradarius, a, um. Equi gradarij, gradatim, pedetentim. Greſſus. Gradiuus, Mars cognominat.

Incolatus.] us, ipſa habitatio, ſeu tempus, quo quis in aliquo loco habitat, vt inde diſceſſurus ſit, ab incola dimanat.

Polluo.] is, ſignificat inquino, inqnas. Inde paſſiuum polluor, id eſt, inquinor, contaminor. A quo pollutio.

CAP. XXI.

Stilla.] ſtillæ, diminutiuum, à ſtiria, vt inquit Feſtus, & accipitur pro gutta, vt ſtilla olei, ſtilla aquæ. Martialis:

Atq; olei ſtillam donaret Opellicus vnctor.

Hinc ſtillicidium, quod ſtillatim cadat.

Tabeſco.] Significat langueo, deficio, tabidus fio. Et proprie in amore, & mœrore tabeſcere dicimur. Tametſi & de alijs dici poſſit. A tabes, tabis, vt tabes arborum. Tabitudo. Tabidus, a, um. Tabida nix. Tabificus, a, um. Tabefacio. Tabeſco, tabeſcis.

Exacutus.] a, um, ab exacuo, exacuis, id eſt, valde acutus, vel quod acumen habet, vnde gladium exacutum dicimus, vt hic. Exacutio, verbale.

Exacuunt alij vallos, furcasq; bicornes.

Exacuere corticem. Exacuere dentes, dicitur etiam ſus. Naſturtium exacuit animum. Exacuunt viſum ſcarabei virides. Exacuere aliquem, anreitzen, ervvecken. Exacuere virtutem.

Limatus.] a, um, eſt lima politum atq; dolatum leuigatumq;, à limo, limas. Hinc limatim & limate, id eſt, polite. A lima, æ, fluit. Hinc limo, limas. Scalpere, atque limare gemmas. Ornare ac limare. Politius limare aliquod opus. Limatur veritas ipſa in diſputatione. Oratione, moribus domeſticis, ac vrbanitate maxime limatus, atque ſubtilis. Limare commoda alicuius. Limatulus, diminutiuum.

Cicero:

Opus eſt hic limatulo, & politulo tuo iudicio. Limatura, limaturæ.

Quin

Quin.] Varie sumit, hoc loci pro quin etiam, insuper, ad hæc, præterea, præter id, siue atq; etiam. Terentius. Nunquàm tam mane egredior, quin te in fundo conspicer fodere.

Rabbath.] Ciuitas est metropolis: & hodie Philadelphia nominatur. Si plenius desideras intelligentiam, vide diuum Hieronymum pie lector.

Exta, torum.] Pluraliter tantum, proprie iecur, cor, & pulmo dicuntur, quia in parte superiori locantur, ab extando. Vergilius: Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis. Hinc adagium: Cocta numerabimus exta. Perinde est, ac si dicas, rem ex euẽtu, & exitu laudandam, ac vituperandam, non ex negocij exordio sciemus. Solent em̃ bene cœpta nonnunquàm citra opinionem hominum prolabi in deterius. Extalis, Barbara dictio.

Aries.] Tormenti genus, & machinamenti bellici, quo muri ciuitatis conquatiuntur, & fossata, vallaq;. Aries signum cœleste. Aries, genus piscis marini. Arietarius, a, um. Arietaria machina. Arietinus, a, um, vt Cicer Arietinum. Arieto, arietas, penultima correpta, stosen.

Cidaris.] Vel Citaris, penultima correpta regium pileum est, vel insigne pontificis, corona, hoc est, diadema, regis indicium.

Mucro.] Proprie cuspis & acumen ensis, ac telorum. Hinc mucronare verbum, est exacuere. Vt: Mucronare dies calamum non finit agrestem. Et mucronatus, mucronata, mucronatum, id est, acutum, & ad mucronis speciem formatũ, gespizt, gescherpffet, gevvetzt.

CAP. XXII.

ADficio.] is, significat affectiõem quãdam induco, vt hæc res afficit me dolore, gaudio, &c. id est, affert mihi, vel inducit dolorem. Et tam ad animum, quàm ad corpus, siue in bonum, siue in malum, pertinet. Hinc affectus, affectus, & affectio, & adiectiue affectus, a, um. Item affecto, affectas. est cum affectu, & anxie quæro. Hinc affectatus participium. Affectatio. Affectate aduerbium qualitatis. Affectator.

Scelus.] Flagitium, facinus malum. Hic significantius in Hebræo habetur zimmach, hoc est, incæstum. Hinc scelestus, & sceleratus, scelerosus, a, um, & scelero, sceleras, quod est polluo.

Nefarie.] Aduerbium, id est, sceleste, sacrilege, facinorose: quod nec fandum quidem est, adeo turpiter actum.

Complodo.] Significat manus concutio, collido & plerunque gaudij caussa fit. Hinc dicimus: Complosa manus.

Scoria.] Sordes, purgamenta, & feces metallorum est, schaume von metal.

Complutus.] a, um, hoc est pluuia & imbre madefactus: à compluo, compluis. Hinc compluuium, & compluuiatus, vt cõpluuiata vitis, quæ quadruplici perticarum ordine instructa est. Compluuius lacus. Cõpluuiata vinea.

CAP. XXIII.

OOlla:] Nunc Samaria appellatur, quod in lingua nostra sonat tabernaculum.

Ooliba.] Vero Hierusalem, hoc est, tabernaculum meum in ea, &c.

Famosus.] a, um, à fama, vt mulier famosa, hoc loci. Obiter dicam, famosum nõ tam esse malæ, quàm multæ famæ, sicut apud Græcos τηλέκλυτον. Lucanus Famosa vetustas dixit. Augusti, famosissima quæstio. Hieronymus ad Paulinum, famosissima solis mensa. Hinc famiger qui fert famam, famigeratus, famigero, famigeras, famigerabilis, diuulgandus.

Tiara.] Penultima pducta, capitis ornamentum. Iuuenalis:
Et phrygia vestitur bucca tiara.

Mundus.] Hoc loco non pro mundi machina, sed pro muliebri ornatu ponitur, & cultu.

Thymiama.] Odor suauissimus, thymi herbæ naturam referens, incensum, suffitus, suffitio.

CAP. XXIIII.

IRritatrix.] Verbale ab irrito, penultima producta, hoc est, prouocatrix.

Congero.] Significat congrego, coaceruo. Hinc congestus & congestitius, a, um, quod congestũ ẽ, vt humus congestitia dixit Columella libro secundo. Cõgeries, ei.

Femur.] Quod & fœmor secũdum Phocam Grammaticum à ferẽdo, quod his pręcipue partibus sustineatur animal atq; feratur. Hinc fœmoralia. Item hoc & fœmen dicitur, à quo fœminalia, neu. gen. plu. num.

Armus.] Est humerus. Sunt tamen brutorum, licet de hominibus quando dicant, vt armus ouillus, armus hœdinus, armus vitulinus, eyn schaffs, bocks, kalbs buck. Armus veruecinus.

Strues.] Proprie lignorum congeries, Græci pyrã vocant, vt in hoc capite. Vergili. Innumeras struxere pyras. In ijs crema re corpora antiqui solebant. Strues etiamnum dicitur genus libi. Ouidius libro primo Metamorphoseos. Hæc adolet flammis cum strue farra suis: Strues vuarum. Struices antiqui vocabãt omnium rerum extructiones. Festus autor.

Lympidus.] a, um, cum y Græco, in principio scribitur, planus, politus, clarus. Hinc lympiditas & lympitudo, & lympidissimus superlatiuus, vt hoc loco, & in libro Regum. Hieronymus: Elegit sibi quinq; lympidissimos lapides de torrente &c.

Rubigo.] ginis, ferri, segetũ corruptio, sicut ærugo, æris, vel argenti: vitium quod vi rideſcit, roſt. Hinc rubigino, as, penultima correpta, id est, rubiginem contraho. Apuleius lib. iij. flo. Profecto, vt gladius vsu splẽ desçit, situ rubiginatur, ita vox in vagina silentij condita diutino torpore hebetatur. Nam Magistro Iacobo Horlino teste, vt inquit Iuuenalis Satyra septima.

Culter perpetuo chalybęus hebescit ab vsu.
Nec facit argutum chorda soluta sonum.

Porro rubigo dicta à colore. Nam veteres robum, rubeum dicebant. Hinc rubigino sus, a, um, vt: culter rubiginosus, lorica rubiginosa, ferrum rubiginosum.

Pyra.] æ, à pyr, quod est ignis, lignoq; cõgeries dicitur. Vergilius: Innumeras struxere pyras. In hijs cremare corpora antiqui cõsueuerunt. Hinc multa. Vt pyrus, ri, arbor, pyrum fructus dictum quod ad similitudinem pyramidis, e lato tendat in acutum, flãmæ similitudinem reddens. Cuius diminutiuum pyrulum protulit Diuus Augustin. libro primo Confessionum dicens. Nã hæc ipsa sunt quæ à pædagogis & magistris, à nucibus & pyrulis & passeribus ad præfectos & reges, aurum, prædia, mancipia. Pyros etiam Latine mancipium dicitur. Pyratium, ij, genus potionis quod ex pyris factũ creditur, & loco vini sumebatur. Hieronymus cõtra Iouinianum: Timotheo dolenti stomachũ vinũ suadet bibere nõ pyratiũ.

Cõgero.] is, penultima correpta congrego & coaceruo. Tibullus. Diuitias alius fluuo sibi congregat auro. Hinc congestitius, a, um, quod congestum est. Columella lib. secundo. Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, vel cõgestitia humo pueniunt.

Os.] ossis, eyn bein, differt ab os, oris, ein mundt. Ab osse diminutium osticulum eyn beynlin. A. Gellius libro sexto. Ratio subtilior & vtilitas ipsa operis postulauit, vt tenuissimis minutissimisq; ossiculis caput cõpingeret. Plinius libro xi. Oñium cerebro medio insunt ossicula parua. Hinc fit aduerbium ossiculatim, quod significat minutatim. Osseus, a, um, quod ex ossibus est. Vnde Plinius scribit inueniri lapides osseos. Ossuaria vocantur loculi in quibus defunctorũ ossa reponuntur. Ossifraga penultima correpta, genus aquilæ ab ossibus frangendis dictum. Ossa, æ, mons in finibus Thessaliæ, Centaurorum stabulum, quem Seneca dicit Olympo olim coniunctum, &c.

CAP. XXV.

Filios Ammon.] Qui de Loth stirpe gñati sũt, de ijs alibi dictũ, hic iteratiõe nil opus, qs possit oĩa absq; tædio, & fastidio toties repetere? Maxime, quum iuxta prouerbium, Occidat miseros crambe repetita magistros.

Rabbath.] Vrbis nomen, quæ proprie hoc vocatur nomine, vel ab magnitudine. Rabbath enim maxima dicitur

Moab.] Interpretatur ex patre. Hinc Moabites penult. prod. & Moabitis, tidis.

Seir.] Vero in pilosum vertitur & hirsutum, explicata alibi nomina ista oñia sunt.

Beth Iesimoth.] Quæ interptat domus solitudinis, atq; deserta: & Beelmeon: quę & ipsa vertitur, habens fontem, siue per fontẽ & Cariathaim. Vide Hieronymum.

Cariathaim.] Quã Lxx. ciuitatẽ maritimam transtulerunt, &c.

Idumea.] æ, cũ dipthongo, regio Syriæ, quæ (teste Plinio lib. quinto.) à meridie Arabiam habet, à Septentrione Phœniciam. In qua est vrbs Idume pe. prod. finitima Phœniciæ palmis abundans. Lucanus lib. iij. Gazaq; & arbusto palmarũ diues Idume. Hinc Idumæus, a, um. Verg. lib iij. Georgicon. Primus Idumęas referam tibi Mantua palmas. Idumæa interpretatur vel sanguinea, vel cruenta.

Palestina.] Syriæ regio, Arabiæ cõterminа. In ea qnq; ciuitates sunt, Gaza, Ascalon, Azotus, Accaron, Geth. Hic Paleſtini.

CAP. XXVI.

Tyrus.] Ciuitas metropolis regionis Phœnicis, quæ appellatur Hebræo, Syroq; sermõe Sor. Hinc Tyrius, a, um, dicitur, vt Tyrius color ponitur p purpureo & muriceo. Tibullus. Quid Tyrio recubare toro.

Siccatio.] A sicco, dicerẽ Latinius, ficcitas, & ficcitudo, quãquàm de ficcitudine ambigo an Latinum sit vocabulum, vel ariditas, aritudo.

Vinea.] Machinamentū quo muri diruuntur,& locus vitibus consitus,hæc Brasficanus,hoc loco instrumentum, & machina bellica est,ex lignis cōpacta,lata pedibus octo,alta septem,longa sexdecim, tecta duplici ligno cratibusq; cōtexitur, latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum, ac telorum impetu perfringantur &c.

Aries.] Etiānum machina bellica, qua muri,arietum instar,quatiuntur.

Armatura.]Idem Armatio,rem ipsam significant,Græce Panoplia dicitur. Armator,& Armatrix verbalia sunt, modo Latine dicantur.

Exuuiæ,arum.] Ab exuendo, sicuti induuiæ ab induendo.Et non solum hominū tegmina,aut vestes dicuntur,sed etiam animalium,pluralis tantum numeri.

Repentinus casus.]Dicitur subitarius, & inopinatus,quē Græci prouerbialiter Panicum vocant,à Pane deo,qui nouos subinde & repentinos animorum tumultus,mutationesq; solebat immittere. Vide adagia Erasmi. CAP. XXVII.

Lamentum.]Idem quod lamentatió, quæ est,vt Cicero lib. iiij. Tusculanarū Quæstionum,ægritudo cum eiulatu. Hinc lamentabile,à lamentor,& lamento,as.

Abies.]Arbor dicta,quod præ alijs longe eat.Græce ἐλάτη.Est etiam plantæ cuiusdam maritimæ species, quæ petris adnascitur.Huius diminut. abiecula. Hinc Abiegnus& Abietarius,faber lignarius.

Sanir.] Mons, qui & Hermon, siue Hermonium,& interpretatur via lucernæ, aut vt nos verius arbitramur,deus vigiliarū

Cedrus.] Arbor maxima,quæ in ædificijs vtilitatem præstat, ligna habens imputribilia. Hinc cedrinus,a,um.&c.

Libanus.] Montis nomen,& interpretatur candor,siue dealbatio.

Malus.] Masculini generis, nauis arbor est, ein masbaum. Cætera alias dicta sunt.

Basan.] In lingua nostra interpretatur ignominia.

Transtra.] orum. n.g.plu.nume. sunt loca,vel tabulæ super quas sedent remiges, hoc est, qui remos agunt & ducunt. Transtra item,zvverchbanck.

Indicus.]a,um. ab India possessiuum, vt ebur Indicum.

Pretoriola.] Diminutiuum à prætorium, hoc est, cellaria,de insulis Italiæ, id est, Chettijm.

Byssus.] Genus lini, & candidissimi, & subtilissimi.Hinc byssinus,a,um. pe. cor. Hoc loci describit,qd vnaquæq; mittat prouincia,secundū illud Vergilianū:India mittit ebur,molles sua thura Sabæi. At Chalybes duri ferrum, virosaq; pontus Castorea, & cætera.

Hiacynthus.]Flos purpureus &c.

Elisa.] Insulæ nomen Ionij maris, de qua hyacinthus & purpura.

Sidon.] Ciuitatis nomen, & venator interpretatur.Sidonij venatores.

Aradii.] Deponentes sonat, ab Aradū insula,& tota ciuitate, quæ contra se positū oppidum Antaradum habet.

Biblii.]Senes,artifices egregij: alibi explicatum.ij.Reg.v.verius Giblij dicuntur, lapidicidæ.

Perse, arum.] Populi fortissimi,quorū rex Cyrus fuit,& interpretatur tentantes,siue tentati.Horum regnum à Cyro ad Alexandrum Philippi filium per cc. xxx. annos stetit.Alexander imperat toti Asiæ sex annos,successores eius Macedoni gente vsq; Seleucum & Anthiochum fratres, idem ab olympiade cxiij. ad olympiadem cxxxiij. quo tempore Arsaces ignobili gente vir,sed impiger & acer, discordia fratrum regum fretus regnum vi sibi suisq; asseruit. Vnde Parthorum regnum exortum, quod mansit vsq; ad Alexandrum Seuerum Cæsarē, quo imperante Xerxes Persa regnum Parthis ademit,& Persico nomini restituit,Idq; regnum etiam ætate Augustini durabat,de quo Herodianus in Alexandro Antonino.

Lydii.]Quoq; illo tēpore inter gētes robustissimi reputati,quorū rex Crœsus ab eo dē Cyro captus fuit.Xenophō scribit plenissime:& hosce generatos interpretamur.

Libyes.]Illis tēporibus florentissimi, & famosi ad plia pugnatores erāt. Hi cū Troglodytis & Aethiopibus tum venere cōtra Hierusalem, vt in Paralipomenō volumine legimus,ij.Para.xvij.Siqdē Libyes Hebraico sermone appellantur Phut: & vertunt in os,ab ore,non ab osse.

Pigmei.]Breuissimæ staturæ homines dicuntur, alio nomine pomilionesː Græce nani,Hebraice gommadim.Aquila pigmæos,Symmach.medos,Lxx.custodes,Theodotio gammadim interpretati sunt. Pygmæos nō crediderim vno tātum fuisse in loco, nec adeo inter se dissidere scriptores. Plinius enim libro quarto in Thracia posnit Pygmæos ad Geraniam, vbi Pygmæorum, inquit, gens fuisse proditur, quos

Catizos barbari vocãt, creduntq; à gruibus fugatos. Constat plurimas in hijs locis esse grues, vnde Strimoniæ dicuntur ab Strimone Thraciæ fluuio. Et Gerania Græco noie de gruibus dicitur, γέρανοι, id est, grues. Idem Plinius in v. libro opinionem eoꝝ refert, q Pygmæos Eudonis Carię fluminis putarũt accolas. In vi. ex alioꝝ traditiõe Pygmæos in Prasiorum mõtanis, quæ sunt in India, statuit, quam sentẽtiam Philostratus sequitur. In eodem lib. vi. Plinius esse quiante Nili paludes Pygmæos ponãt, tradit. Ex qbus est Aristoteles, qui in Aethiopia regiõe Troglodytica Pygmæos dicit viuere, subireq; cauernas, & ob eam causam Troglodytas vocari, fabulamq; esse negat, quod vulgo de statura eorum, deq; pugna cum gruibus fertur, quã Homerus cãtauit, qui etiam ad meridiem terræ Pygmæos dixit agere: nempe in Aethiopia, vt etiam Strabo interpretatur, in qua regione tãta est gruum per hyemem nostram frequẽtia, quanta in Thracia per æstatem, videlicet eisdem gruibus pro tempore migrantibus & remigrantibus. Mela in Arabia interiore scribit fuisse Pygmæos minutum genus, & quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit. Sunt qui homines esse non putent. Aristoteles, Plinius putant.

Carthaginensis.] Ab Carthagine vrbe deriuatur: pro quo interpretes cæteri verbum Hebraicum transtulerũt Tharsis, quã coloniam esse Tyrioꝝ nulli dubiũ est, & in lingua nostra sonat explorationem gaudij.

Mundine, arum.] Et nundinum, emporia, vbi mercimonia venduntur, vt nundinæ Francfordienses, in tota Germania famosissimæ. Hinc trinundinus, nundinor, aris, nundinator, & nundinarius, a, um. vt: oppidum nundinarium. Nundinalis, e. Nũdinatio, vt: Iuris nũdinatio. forum nundinariũ.

Greciam.] Regionẽ maxime Ionicam, Hebræi Iauan vocant, interpretatur est, & non est, vide Hierony. eo loci.

Thubal.] Iberi oriẽtales sunt, vel de occidẽtibus partibus Hispani. Hic Iberia, æ.

Mosoch.] Cappadocas intelligimus, quorum metropolis Cæsarea ab Augusto Cæsare appellata est, quæ vsq; hodie lingua ipsorum Mazaca dicitur.

Thogorma.] Vel secũdum Lxx. Thorgoma, interpretatur peregrinus & aduena.

Dadan.] Pro quo, nescio quid volentes Lxx. filios Rhodiorum interpretati sunt: nisi forte primæ literæ falsi similitudine, vt pro Dadan legerent Radan, quæ & ipsa Cyclades maxima est. Sed melius est Dadan alterius loci nomen accipere, vt & in Hebraico, & apud cæteros interpretes habetur.

Ebenus.] Vel ebenum, pe. cor. alij cum aspirationne scribunt, nomen Græcum, & Arabicanus dicitur: lignum nigrum, & solidum, pulchrum, aptumq; ocularibus medicinis. Hæc arbor in India nascitur. Verg. lib. ij. Georg. Sola India nigrum Fert ebenum. Hinc ebeninus, a, um. pro quo Lxx. elephantinos dentes. i. eburneos transtulere.

Syrus.] Pro quo Lxx Adam. i. homines interpretati sunt, pro Aram legẽtes Adam literaꝝ similitudine, vt supra decepti. Nam inter Res, & Daleth parua admodum differentia est apud Hebræos. Hinc Syrius, a, um.

Gutta.] Pro purpura, quam omnes interpretati sunt stacten, id ẽ, guttam, stillam, siue aloen, quæ myrrhæ flos est Lxx. transtulerunt. Hinc multa quæ transeo.

Ramoth.] Pro quo Aquila serica, vel subtilia interpretatus est.

Chodchod.] Vero omnes interpretes, ita vt in Hebræo positum est, transtulerũt, quid autem significet, vsq; in præsentiarum inuenire non potui. Aiunt Hebræi omnes preciosissimas merces hoc nomine significari, vel speciem esse p̃ciosarum merciũ, quam Roma. sermo non resonat: vel communi vocabulo, scuta vendentium. Alij Iaspis, siue hydria, æ. interpretãtur.

Scutulata vestis.] Dicitur, quæ habet quosdam orbes, vel circulos, quasi scutulis distincta. Hinc Plinius scutulatorem araneum appellat, qui insolubili nodo implicat pedicas, à scutum. Hinc scutarius, ij. & adiecti. vt fabrica scutaria. Scutatus, a, um. Scutulum, diminut. scutula. scutella diminut. scutulatus, a, um, vt hic, Vestis scutulata, ein geblumt kleid mit kreisen, vvie schusselen, oder schilt.

Institor.] Negotiator, est & mercator, Græce emporus dicitur. Hinc emporium, nundinæ, arum. Institorius, a, um. vt ars institoria, & actio institoria. Institor eloquẽtiæ. per translatio:

Balsamum.] Vnguentum preciosum, Hebraice phanag, nascitur in vineis Engaddi, siue engedi. Hinc Balsaminus, a, um. vt: oleum balsaminum.

Damascus.] Interpretatur sanguinem bibens. Hinc Damascenus, a, um. Pro pingui vino, in Hebræo habetur, vinum de hæleon &c. Pruna Damascena, kornkriechen.

Dan.] Fontis nomẽ, q fluit de Libano, & Ior

& Ior alter, q simul iuncti Iordanis nomen efficiunt, teste diuo Hiero. sup Matt. xvi. ca.

Iauan.] Autem, vt diximus, Græciam sonat, quæ interpretatur, est, & non est, vide diuum Hieronymũ. Alias explicatum.

Pro Meozel.] Quoq; Symmach. transtulit deferens. Aquila vero pro meozel posuit de Vzal. De quibus credendum est regionibus ferrum, & stacten, & calamum ad Tyri nundinas deportata.

Dadan.] Multum Hebraicum & Lxx. in præsenti loco discrepant, ppter nomẽ regionis q̃d vicinum est Dedan, & Dadan.

Arabia.] Regio, & interpretat̃ vespera.

Cedar.] Interpretatur tenebræ.

Saba & Raama.] Regionum nomina, quorum alterum interpretatur conuersio. Alterum, hoc est, Raama, siue iuxta Lxx. Rhegma, in nullo alio scripturarũ loco inuenire potui, nec quæ regio sit, quidve significet: nisi quod manifestum est, & ex eo q̃d iungitur Saba, vicinam huic prouinciæ esse regionem.

Aran.] Siue vt Lxx dixere, Charran, in nostra lingua sonat foramina.

Channe.] Siue Channa p̃parationem.

Eden.] Delitias, pro q̃ apud Lxx. edne, quod in Hebraico non habetur, q̃d sonet ignoramus, & ficti nominis etymologiam quærere non debemus.

Assur.] Interpretatur dirigens. De Saba supra diximus.

Chelmad.] Siue vt in q̃busdam exẽplaribus continet, Cherma, trãsfertur in vineas.

Multifariam.] Aduerbium, & significat quod multis modis fari potest, siue multipliciter. Multifarie idem. à multifarius, a, um, mancherley.

Polymitus.] a, ũ. pe. cor. id est, multis licijs contextum: Sicut monomita dicũtur, quæ vno licio. Dymita, quæ duobus. Trimita quæ tribus constant licijs. Vestis polymita, mancherfarb.

CAP. XXVIII.

Loqueris.] Futuri tẽporis, ab loquor, ris. friuolum profecto est, hasce minutias ceu pueris mansum in os inserere.

Signaculum.] Proprie est signũ alicui rei impressum, vt lateat donec reseretur. Et q̃a in Latinis codicibus p signaculo, resignaculum legitur, dũ κακοζήλωτος. i. ineptus imitator, verbũ e verbo exprimens, q interp̃tatus est iuxta Lxx trãslationẽ ἀποσφράγισμα. i. resignaculum posuit. Vide Hieronymum. Signo, as. Hinc signatus particip. signator verbal. signatorius, a, ũ. vt annulus signatorius.

Paradisus.] M. g. Latine hortus, siue pomarium. Pro quo in Hebræo habetur, in Eden, q̃d & Geneseos narrat historia. Eden autem vertitur in delitias. Hinc paradisiacus a, um.

Sardius, topazius, & Iaspis, Chrysolithus, Onyx, & berillus, Sapphirus, carbũculus, & Smaragdus &c.] Gemmæ, & lapides precioſi. Quorum colores, atq; naturas, & efficiẽtias singulorũ, non est huius loci disserere, cum id in Exodo, opinor, xviij. capite, & forte alibi, affatim præstiterim. Atq; itẽ in Apocalypsi veniunt interpretandi, capite xxi. Magnam & legenti, & disserenti faciunt quæstionẽ. Super quibus & vir sanctus Epiphanius episcopus proprium volumen ædidit. Et tricesimus septimus liber Plinij secundi naturalis historiæ, post multiplicem omnium rerum scientiam, de gemmis & lapidibus disputat. Ad quorum notitiam diligens à nobis lector mittendus est.

Cherub.] Gene. masc. numero singulari, & pluratiuo dicuntur Cherubim, q̃ interpretatur scientiæ multitudo.

Tyrus, & Sydon.] Gentiũ ciuitates, sæpe expositæ. Sydon venator interpretatur, Tyrus angustia.

CAP. XXIX.

Aegyptus.] Regionis nomen, Hebraice appellatur Mizeraim, & in linguã nostram vertitur ἐκθλιβοῦσα, coanguſtãs videlicet & tribulãs eos, q̃ sibi subditi sunt &c.

Innitens.] Ab innitor, hoc est, inhærens. Apodians nõ est Latinum vocabulũ, sed barbarum. Podium tamen, à q̃ forsan hoc verbum formatum est, locus in theatro est, ad spectandum aptus, qua dictione vtitur Suetonius, Iuuenalis, & Victruuius. Vide Henricum Bebelium de abusione linguæ Latinæ.

A turre Syene.] Pro turre, quæ Hebraice migadal dicit, Lxx. loci nomẽ posuerũt, cum μαγδωλὸν scriberent. Turris autẽ Syene vsq; hodie permanet, castrũ ditioni Rhomanæ subditum, vbi sunt Nili cataractæ, & vsq; ad quẽ locũ de nostro mari Nilus nauigabilis est, quæ interpretatur gyrus.

Phatures.] Terræ nomen, quæ interpretatur panis conculcatus.

Manubiæ, arum.] Prædæ sunt & spolia, quod manu ab hostibus capiantur.

CAP. XXX.

Aethiopia.] Regio Aethiopum, vicina Aegypto. Sæpe expositum vocabulum.

Libya.] Aphrica est. Inde Libs ventus.

A quo

A quo libycus,a,um.vt libycum mare.Hinc adagium:Semper aliqd noui adfert Aphrica vel Libya. In homines peruersos, q noui semper sceleris aliquid moliuntur, & comminiscuntur.

Lydia.] Regio maioris Asiæ.Hinc Lydi Adagia:Lydus cauponat,Lydus ostiũ claudit,Lydio more &c.Vide Chiliades Erasmi.

Chub.]Symmachus vertit in Arabiam.

Fulciens.]A fulcio,is.hoc est,sustẽtans. Hinc fulcrum,sustentaculum,spõda,basis.

Trieris.]Nauis trium remorum.

Memphis.]Vrbs Aegypti maxima,q̃ interpretatur ex ore. Hinc memphiticus,a,um. vt memphitica papyrus. Martialis:Dat chartis agiles calamos memphitica tellus.

Taphnis.]Siue Tanis,etiãnũ vrbs Aegypti celebris,& interptatur mãdatũ hũile.

Phatures terra.] Interpretatur panis conculcatio,vel conculcatus.

Diospolis.]Pro qua in Hebræo posita est No,requies interpretatur.Sed Diospolis,ciuitas Iouis.

Sain.] Tentatio, quam Hieronymus Pelusium vertit, & robur appellatur Aegypti, eo quod portum habeat tutissimũ & negotiationes ibi maris vel maxime exerceantur.Vnde &poeta Pelusiacam appellat gẽtem,nõ quod ibi genus leguminis gignatur,sed q̃d e Thebaida, & omni Aegypto, per riuum Nili illuc plurimum deferatur.

Heliopolis.] Solis ciuitas interpretatur,in Aegypto inter Alexandriã & Coptum sita,à Græcis Thebæ,arum,dicta.Altera est in Cylicia,Chrysippi Stoici patria.

Bubastis.]Ciuitas Aegypti, vbi conuentus quotannis agebatur in honorẽ Dianæ. Hinc Bubastites p̃fectura.Aegyptus diuidebatur in præfecturas oppidorum,quas nomos vocant.i.leges.Bubastis etiam dea, quæ colitur in Aegypto, quæ(vt ait Herodotus)apud Græcos Diana est.

Farcio.]Significat saturo,quasi farre impleo,& per translationem sagino, pinguefacio.Hinc adagium, farcire centones,est aures auditoris glorioſis fabulis, nugisq; obtundere.Hinc farcimẽ,fartores,fartilia,fartum,& fartura idem,fartus siue farctus participip.farsilis,e.fartile,n.g.fartim pro confertim.Apuleius.

CAP. XXXI.

Assur.] Capitur pro Assyriorũ principe,& interpretatur dirigens.

Libanus.]Montis nomen, & interpretatur candor,vel candidatio.

Platanus.]Arbor late spargentibus se ramis. Petronius Arbiter: Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras. Hinc platanetum,& platanon,pro loco platanis cõsito. Anhorn heck.Plataninus,a,um. Platanus,ni.pe.cor.tam masc.quàm fœm.gen.tã quartæ,quàm secundæ declinat. ein anhorn, als etlich meinend. Platanodes, Achaiæ promontorium est.Platanista,æ. genus ẽ piscis.

Aemulatus.] Ab æmulor quod ab æmo,(vt Apuleius inquit)descendit,per antiphrasim significat inuidere.Aliquando imitari.Vnde æmulus,sectator, & eiusdem rei studiosus.Et æmulatio.i.imitatio,differunt tamen.Alterum cum liuore, alterum absq; inuidia,simplex scilicet imitatio. Vnde est illud:Stimulos dedit æmula virtus &c.Plinius:Vitem æmulatur vlmus, ni pondus esset in causa.Aemulatio,pro inuidia.

CAP. XXXII.

Sagena.]Rhete est piscatorium, p quo alij hamum ponunt,eyn zuggarn.

Lugubre.] Triste,Græce threnodium dicitur.

Elam.] In linguam nostram vertitur, ascensus eorum,haud dubium quin Assyrios æstimet.

Mosoch.] Cappadoces intelliguntur, & interpretatur insania.

Thubal.]Iberi Orientales sunt, siue Hispani Occidentales:& conuersionem sonat, explicatum est,

Idumea.]Regio Idumæorum & interpretatur sanguinea vel terrena.

Sidonii.] A Sidone vrbe, & venatores sonat.

CAP. XXXIII.

Buccina.] æ. dimin.à bucca, tuba,siue cornu est.Hinc buccinare, est buccina canere:Buccinator verbale.Dicitur & bucinum,n.g.idem.Buccinum,est concha.

Impius.]a,um. qui nõ est pius:Græci atheon vocant,& asebon.Hinc asebia, Latine impietas.Sicuti e regione,eusebius, pius, & eusebia,pietas.Impius pro parricida dicitur ab Oratore.Impia,herba quędam apud Plinium.Impie aduerb.

Ruinosus.]a,um. quod est ruinis plenum, quodq; ruinam minatur, hoc est, cassum,vt ædificium ruinosum,à ruo,is,rui, rutum.Hinc ruina,æ.

Presidium.]Propugnaculum, hoc loco est vallum siue fossatum, agger. Hinc præfidiarius,a,um.vt præsidiarij in vitibus, qui & custodes.

Carmen

Carmen muſicum.] Id eſt, ſuaue, ſonoꝝ dulce, Sirenũ inſtar. Iſtiuſmodi auditores, mihi videtur eoꝝ ſimiles, q̃ theatralibus ludunt carminibus, & vel Tragœdos audiũt, vel Comœdos, & ibi cũ voluptate palpant, ita vt cũ egreſſi fuerint, replicent ea, & decãtent, & dulci ſono ſeſe decipiunt.

CAP. XXXIIII.

Craſſus, a, um. ſſi.] Pinguis, ponderoſus. Hinc craſſitudo, & craſſities, p pinguedine. A q̃ adagiũ: Craſſa Minerua, & pingui Minerua. Craſſiore Muſa, hoc ẽ, in conditius, ſimplicius, indoctiusq̃: Græci παχύτερον dicunt. Horatius philoſophum deſcribens ait: Ruſticus anormis ſapiens, craſſaq̃ Minerua. Item: Tu nihil inuita dices, faciesve Minerua.

Solido.] as. ſignificat roboro, firmo, vt area eſt ſolidãda tenaci creta, ait Vergilius. Hinc ſolideſco, id eſt, ſolidus fio. Solidus, a, um. Solidus, di. ſubſtant. Solide aduerb. Soliditas. ſolidipes. ſolidarios venditores dicũtur, die ir vvar zuſammen verkauffen.

Auſterus.] a, um. Græca dictio ẽ, quæ apud nos ſignificat acre, aſperum, ſeuerum, immite. Horat. in Sermo. Molliter auſteꝝ, ſtudio fallente laborem. Græce ſic αὐστηρός. Hinc auſteritas, eſt ipſa crudelitas, aſperitas, vt auſteritas colorum. auſtere aduerb.

Caligo.] Vmbra, de ſpiſſitudine aeris effecta. Hinc caliginoſus, a, um. obſcurus, tenebroſus. Caligo, as. pe. prod. caligare inſole. caligãtur amnes. caligat animus. Caligãs adiect. vt caligantes feneſtræ. caligatio verbale.

Turbo.] as. ſignificat confundo, commoueo. Hinc turbidus, a, um. vt aqua turbida. Et turbulẽtus, a, um. commotus, iratus, turbidus, & contentione plenus. Turbide aduer. Turbatus particip. turbate aduerb. Turbator verbale. CAP. XXXV.

Seir.] Mõtis nomen, & piloſus ſiue hirſutus interpretatur.

Oderis.] Med. cor. à defectiuo Odi, vt Priſcia. inqt, neq̃ præſens, neq̃ futuꝝ, neq̃ participiũ habet, ſed tã p̃ſentis quã præteriti tẽporis ſignificationẽ habet. Offenditur tamen odio. is. odi, oſum. In futu. odiam, & odibo. Hinc odium, odioſus, a, um. & odioſe, exoſus, & oſor. Scito illum oſorem vxoris ſuæ. Oſus, a, um. Odibilis. e. odioſe aduerbium.

Duæ gẽtes, & duæ terræ, ſiue regiões.] Idumæa videlicet, q̃ interp̃tatur ſanguinea, ſiue terrena & Iudæa, q̃d cõfeſſionẽ ſonat.

Zelus.] li. modo inuidiã, modo amorẽ, modo æmulationem ſignificat. Hinc zelotes, zolotypus & zelotypia.

CAPVT XXXVI.

Parietine, arum.] Muri veteres, ruinoſi, ac ſemiconſumpti. Plini. Aſtericum herba eſt, naſcens in tegulis, parietinisq̃, folio ſimilis ozymo, baſilien. A paries manat. maur oder vvant.

Jugum.] Dictum eſt quod iungatur, & in acutum arctetur. Eſt em̃ montis cacumẽ, hoc loco. Verg. Dũ iuga mõtis aper, fluuios dum piſcis amabit. Sẽper honos, nomenq̃ tuum, laudesq̃ manebunt &c. Hinc dicimus: ſummum iugum. Iugum, gi. ein ioch, à quo multa.

Liberi.] Pueri hoc loco ſignificantur, q̃ & pignora, & filij. alia ſignificata ob operis prolixitatem ſuperſedeo.

Suffoco.] as. pe. pro. ex ſub, & faux cõpoſitum, au in o producta conuerſa. cõtra vulgi morem, ſignificat ſtrangulo, ſpiritũ præcludo, & veluti obſtrictis faucibus. Ouidius: Suffocent animam dira venena tuam. Fame vrbem ſuffocare. Suffocatio verbale. Suffocatus.

Inquinamentum.] Eſt macula, immũditia, peccatũ, iniquitas, ab inquino, as, pencor. quod eſt maculo, deturpo, polluo, inquinatio idem. Inde inquinatus, tior, tiſſimus. vt: Nihil illo inquinatius, Inquinatiſſima ratio. Inquinate aduerb. Loq inq̃nate.

Genimen.] Pe. pro. haud vsq̃ puto cõperiri apud p̃batos autores. Sed Græcũ gẽnema γέννημα, hoc eſt, progenies, germẽ. In Matthæo plenius dicam vita comite.

CAP. XXXVII.

Spiritus, us.] Halitus. Idem enim ſunt ſpiritus, halitus, animæ vita. Hinc ſpirituale, & per ſyncopen ſpiritale. Spirabile, lis. Lumẽ ſpirabile, vitale quo ſpiramus. Spiraculum & ſpiramentum idem, per quod exit ſpiritus, à ſpiro, as. Vnde ſpirans, tis.

Neruus.] Notæ ſignificationis, quale eſt illud in Iob: Oſſibus & neruis cõpegiſti me. Hi à corde originẽ habẽt, vt docet Ariſtoteles. Alij à cerebro oriri dicunt. A quo ſubneruo, as. Neruus etiã eſt vinculi genus. Hinc neruulus diminut. neruiceus, a, ũ. vt, neruicei funes. neruoſus, a, ũ. neruoſus Orator p trãſlationẽ. neruoſitas, neruoſe aduer. neruoſe & vigilanter. neruoſe dicere, vel aſſerere. neruicus, neruis laborans.

Juda & Ephraim.] Præſens prophetia hæc ex ore domini pollicetur, quod vtrũq̃ ſibi iungatur imperium, hoc eſt, regnum Iudæ. i. confitẽtis, & regnum Iſrael. i. deum videntis,

dentis,tollaturq; virga Ephraim,qui de stirpe Ioseph generatus est,cum reliquis tribubus &cætera.

Ioseph.]Latine Iosephus scribi potest, pe.prod.& sonat augmentum.

Iacob.] Latine Iacœbus tetrasyllabon. pe.pro.contra vulgi consuetudinem. Claudianus:Quid laceras versus dux Iacœbe meos,& interpretatur supplantator.

Dauid.]Dauidis pen.pro. in genitiuo, Dauidis & inclyta proles, ait Sedulius in carmine paschali.Et interpretatur dilectus, alij manu fortis, sæpiuscule ponitur.

CAP. XXXVIII.

GOg.] Terram, siue terram Magog. Igitur Iudæi,& nostri Iudaizantes,putant Gog gentes esse Scythicas, immanes,& innumerabiles,quæ trans Caucasum montem,& Meotidem paludem,& prope Caspium mare,ad Indiam vsq; tendantur: & has post mille annorum regnum esse à diabolo commouendas, quæ veniant in terram Israel,vt pugnent contra sanctos, multis secum gentibus congregatis.

Primum Mosoch.] Quos Iosephus interpretatur Cappadocas,deinde.

Thubal.] Quos idem Iberos vel Hispanos,Hebræi Italos suspicantur:habentes secũ in exercitu,Persas,Aethiopes & Libyas.

Gomer quoq; & Thogorma.] Quos Galatas & Phrygas interpretantur.

Sabeos quoq; & Dedan, & Carthaginenses, siue Tharsis, omnia hæc nomina alibi explicata sunt.

Iugiter.]Aduerbium, cõtinue,assidue, à iugis dimanat.

Manubie,arum.]Spolia,prædæq;,quasi manibus interceptæ.

CAP. XXXIX.

COntus.] Sudes,hasta, lancea, pertica longior,duriorq; ad percutiendum apta, eyn stangh. Hinc contatos vocamus milites,qui contis vtuntur.Iuuenal. Nocte iter ingressus gladiũ, cõtumq; timebis &c.

Pollinctor.]Cum c. accurator funeræ, & redemptor dicitur.i. qui funera morientium curat, quasi pollutorum vnctor, & cadauerum curator. Hinc pollinctum, funus dictum.Nam pollincere,est curare,vngere que cadauera. A quo pollinctus, & pollinctura, est ipsa curatio. Vespillo autem vilis cadauerum funerator. Martialis. Chirurgus fuerat,nunc est vespillo Diaulus.

Vallis multitudinis Gog.] Ipsum autem Gog sepeliendum in valle,quæ Hebraice dicitur Gea,& nomẽ sepulchri illius nominandum πολυάνδριον,hoc est,multitudo hominum sepultorum &c.

Amona.]Nomen ciuitatis, quæ Græce πολυάνδριον,hoc est,sepulchrũ,vel locus vbi sunt multa sepulchra,πολύανδρος,id est,multos viros habens.

Altilis, & hoc.le.] In pluratiuo numero altilia, quicquid domi vel in villis, vel in viuarijs saginatur,siue sit auis, siue quadrupes,siue piscis,ab alendo.Et non solum pro pingui,sed etiam pro opulento ponit. Plautus in Cistellaria. Prohibet diuitijs maximis dote altili atq; opima,ab alo,is.Hinc altus participi.ab alor,aleris. Alibilis,e.alimẽtum,alimonia. Alimentarius, a, um. vt lex alimentaria. Alimonium,ij.alitura,altor,altrix verbalia.

CAP. XL.

CAlamus.] Hoc loco mensura est sex cubitorum,& palmi,alias significanti as supersedeo.

Thalamus.] Coniugis vtriusq; cubiculũ. Hinc epithalamiũ, carmen nuptiale.

Vestibulum.]Est porticus,Græce propylon,vel prothyron,id est,prima porta. Accipitur nonnunquàm pro principio, vt: In vestibulo libri,orationis,id est,in frontispicio,& initio.

Margo.] Mascul. gene. folij extremitas,quàmuis etiam pro cuiuslibet rei ora dicatur,vtpote,ripæ,agri non culti &c,Iuuenalis in fœminino posuit genere. Plena iam margine libri.Ouidius mascu.Longo margine.Hinc margineus,a,ũ.quod est in margine. Marginatus,a,um. vt: Marginata tabula.

Pauimentum.] Domus solidamentũ, siue incrustatio,& planicies strata, quam pedibus calcamus.Iuuenalis: Verre pauimentum,nitidas ostende columnas. Hinc pauimento,as,& pauimentitius,a,um.Pauimẽta pœnica, marmore Numidico strata dicuntur.

Sadoch.] De filijs Leui,qui interpretatur adsumptus. Si huius capitis intellectũ desyderas,diuum Hierony.adito.Ego vocabula pro viribus explico, non commentaria scribo. CAP. XLI.

COchlea.] Proprie, testa limacis.Simili cochlea, siue cochlis,turris, siue scala rotunda: qua turris circuitum,à cochlearum similitudine conscẽdimus,ein vvendel trapp.Hinc cochleola diminut.Hinc etiam cochlear,& are.& arium.Martialis:Sum cochleis habilis, sed non minus vtilis ouis. Nunquid scis potius cur cochleare vocet?

Item

Item cochlea, hauſtorium, organũ quoddam apud Victruuium. Cochlearium, ij. menſura quædam medicoꝝ, qua in potionibus ægrorum vtuntur. Erat autem cochlearium maius & minus.

Cenaculum.] Quæ & cœnatio, locus ad cœnandum aptus idoneuſq;. Hebræi hatthikim, Romani ſolaria appellant mœniana ab inuentore, ſolaria de cœnaculorum parietibus eminentia. Græce ἐκθέτας, forſan legendum eſt ἐξώσοας.

Stratum.] Nomen, pro lecto ponitur. Sed ſtratum participium, ſiue ſupinum verbi ſterno, ſignificat id quod ſterni ſolet, & pro pauimẽto capit hoc loci. Strata etiam dicuntur omnia veſtimenta quæ ſternuntur, vt veſtes, ſtragulæ, & periſtromata.

CAP. XLII.

Porticus.] us. fœ. ge. quæ propter repentinos imbres, & vmbrarum, ac deambulationis gratia ædificatur. Ouidius de porticu Pompeiana: Tu modo Pompeia lætus ſpaciare ſub vmbra. Cum ſol Herculei terga leonis adit. Hinc porticula, æ. diminu.

Aedes, dium.] Et ædes tam in ſingulari quàm in plurali pro templo, & fere ſemp cũ adiectu, vt ædes ſacra, ædes ſacræ, Iouis, deoꝝ, Pacis & huiuſmodi. Aedicula, parua ædes, vbi deum ſimulachra ſeruãtur. Aedis antiqui dixere. Feſtus autor.

Triſtega.] orum. in ſacris, trium contignationum ædificia, ſignificat tricameratũ, ſiue tria cœnacula, & Trahel in Hebræo habetur, cuius ſignificantiam Hieronymus ſe neſcire fatetur, drey tile, oder gemach ober ein ander.

Peribolus.] Pen. cor. Latine circuitus, ambitus. Dicitur & peribolum. Pro peribolo, ſiue muro, quod Hebraice dicitur gader, Lxx. limen interpretati ſunt.

Notus.] Auſter vẽtus. Sed nothus per th. ſpurius dicitur Latine. Mãzer Hebraice.

CAP. XLIII.

Chobar.] Fluuius, q onus pondusq; ſignificat.

Metior.] Menſus, ſignificat menſuro, taxo. Vnde menſores agrorum, qui & finitores dicuntur. Futurum indicatiui eſt metiar, & metibor. Supinum menſum & metitum. Menſio à menſum, quæ eſt menſura.

Fabrica.] Fabri lignarij officina. Etiam pro arte ponitur, & fabricatiõe alicuius rei. Vnde & ædificium fabricam vocamus, vt hoc loco. Omnia à faber. Hinc fabre aduerbi. fabrefacio. fabrico, as. fabricor, aris. fabricator. fabrilis. e.

Crepido.] Pe. pro. ſignificat oram terræ ſiue extremitatẽ, quã aqua alluit, eo q̃d aqua alluens crepitet. Per tranſlationem etiã putei extrema ora eſt, diximus alibi. Crepido parietis.

Ariel.] Ciuitatis nomen, vt plæriq; æſtimant, interpretatur lux mea deus. Vt autẽ ego arbitror, leo vel fortis dei interp̃tatur.

Facere.] In vna ſignificantiarum ſignificat ſacrificare, vt hoc loco. Et Vergil. in Bucol. Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito. i. cum ſacrificabo. Reliquas faciendi formas ob operis prolixitatem omitto.

CAP. XLIIII.

Aedituus.] Aedis cuſtos, tutorq; eſt, id eſt, curam gerens, ab ædibus ſacris, quas tuetur, Græce Hierophãta dicit. Hinc ædituor, id eſt, ædem tueor. Calepinus. Sed aeditimor, aris, verbum obſoletum. Sicut aeditimus, idem quod æditiuus.

Filii Sadoch.] Id eſt, iuſtorum, ſiue iuſti dei, & qui in tempore erroris vniuerſi Iſraelis cuſtodierũt cæremonias ſanctuarij mei.

Vitta.] Amiculum, & ligamentum eſt capitis, Grẽce tenia dr, alij cidares lineas hic habent pro vittis, ein harſnoer. Hinc vittatus, a, um.

Feminalia.] Tegumẽta ſunt fœminũ, & ſubligacula, quæ & brachæ dicunt. Hebræa lingua machinaſſe vocat. Grẽca periſcelides

Controuerſia.] Penu. cor. eſt certaꝝ perſonarum de aliqua re contentio, diſſidium, diſcordia, à controuerſor. A quo controuerſus, & controuerſioſus, a, um, id eſt, litigioſus. Sed ſine controuerſia, ſignificat ſine dubio, & nullo controuerſante.

Morticinum.] Exangue, corruptum, & per ſe mortuum, vt beſtia morticina. Hĩc morticini claui dicuntur pedum, quod veluti morticina caro ſit, liechtdorn vernaculo noſtro dicuntur, alias clauus vocatur.

CAP. XLV.

Sorte.] Pen. prod. aduerbium qualitatis, ſignificat ex ſorte, per ſortes. Horatius lib. i. Carmi. Lupis & agnis quanta ſortitio obtigit. Hinc ſortito dicere, ſortitio ſacerdotem capere. Sorte aduerbium, durch das los, à ſortior, iris.

Confinis, & hoc confine.] Quod ſimul finit. Idem quod confinium. Hinc confines agros dicimus. Confinis meus, mein nachbavvr, des gut an das mein ſtoſt. Confinis Aethiopiæ eſt.

Ephi, Batus, Corus.] Hic locus iuxta Lxx. nõ cohæret, & penitus intelligi nõ poteſt, ait Hieron. dum nõ ſolũ numeros men

urarum, sed etiã nomina cõmutarunt &c. Dicamus ergo iuxta Hebraicũ, & literã, & quid nobis videatur in singulis apertius explicemus.

Statera.]Pe.prod.goldvvag.Dasypodius autor.Quæ Hebraice dicitur mozene, in his intelligitur quæ appenduntur. Item pro tympano, & quas Græci magidas vocant.Plinius libro xxxiij.cap.xi.

Epha siue Ephi.]Autem quæ in Græco sermone corrupte dicitur ὒφι,ad mensuram pertinet variarum frugum. Verbi gratia, tritici,hordei,leguminum.

Porro Batus.] Qui Hebraice appellatur Bath,eadẽ mensura est, quæ & Ephi, & in speciebus tm̃ liquidis,vini & olei & huiusmodi.

Corus.] Triginta habet modios, & in vtraq; mensura,hoc est,tam aridorũ, quàm liquentium tenet principium. Aliter Cholinus.Corus,inquit, mensuræ genus,& vox Hebraica est,quę medimnos Atticos vnum & quadraginta capit.

Decima pars Cori.] In his quæ modo mensurantur,appellatur Ephi & Batus.

Siclus vero.]Qui Græce dicitur σατὴρ, viginti habet obolos.Mina autẽ, siue Mna, habet siclos sexaginta, qui faciunt obolos mille ducentos.Si quis lector curiosus hæc amussatius discupiuerit, legat Budæum de Asse,& partibus eius.

CAP. XLVI.

Calende,arum.] Primus dies mensis, quando Pontifex minor Romæ, noua conspecta luna vocabat populum ad Capitoliũ. Hinc ad Calendas Græcas dicimus fieri,q̃d nunq̃ fit.Sic ad Latinas Neomenias.

Hin.]Olei appellatur mensura.Vel mẽsuræ genus apud Hebræos,ferme.iiij. mensuras Argentinenses.

Eregione.] Hoc est, ex aduerso, ex opposito,entgegenober.voruber.

Catamane.] Significat iuxta mane, vel ipso mane, hoc est, diluculo, & in aurora. Hoc loco in diui Hieronymi correcto textu non reperio catamane,quæ est dictio cõposita ex κατὰ, Græca præpositione, & mane aduerbio,non cohærens. Diuus Hieronymus ponit in textu,ter,mane,mane,& exponit per singula mane, quando orto sole lucis exordium est.

Culina.] Pe. prod.locus in q̃ coquũtur epulæ.Hæc & coqna, & popina dicit. Hinc culinarius,a,ũ,vt latinitas culinaria.Et culinarius,ij.q curat culinã.Martialis:Captũ te nidore suæ putat ille culinæ. A quo etiam culinor,aris,quod est,culinam exerceo.

CAP. XLVII.

Talus.]Duo significat,scilicet partem pedis,vt hoc loco. Hinc vestis talaris, & tunica talaris,vsq; ad talos, Græce poderis dicitur.Est & ossis genus in articulo pedis,ventre eminens,cõcaua in vertebra.Accipitur interdum pro tessera. Aristoteles & Plinius negant in homine esse talos. Talarius adiectiuũ,vt talarius ludus. Talaria,alata Mercurij calceamenta. Talaria induere, Adagium apud M. Tullium,est fugam adornare. Talipedare, id est, pedibus vacillare.Obsoletum.

Intumeo.]es.est inflor,& tumidus fio, vt aquæ solent exuberantes. Intumesco, is. Locus intumescens.

Transuado.]Pe.cor.est transire,& vltra vadum ire,vado trajicere.In Biblijs tantum legi sacris,durchvvadten.

Sabulum.]li.arena grossior.Hinc sabulosus,a,um.arenosus. Sabulon,onis,sandt. Sabuletum,ti,ein sandtgrub.

Serpo.]Significat repo.Hinc serpens, tis,quod terra repat:quæ & serpula antiquitus.Serpillus herbæ genus,teutonice quendell,febriculæ curãdæ vtilissimat in meipso expertus loquor. Item dicitur & serpillum n.g.Serpens, tis.participium, vveytergreifsende,furfarende.

Engaddi.] Loci nomen,vt in Canticis dictum est,fontem siue oculũ hœdi sonat.

Engallim.]Vero fontem, oculumve vitulorũ sonat. Engallim enim in principio est maris mortui, ibi Iordanis ingreditur. Engaddi vero, vbi finitur, atq; cõsumitur.

Palustris.] Hoc e.Palustер,quod est ex palude,vt canna palustris, & rana palustris. Vtt deterrima aqua palustris. Palustris locus.Palustria pascua.

Salina.]Locus vbi fit sal,ein saltzgrub.

Hethalon,Sedada,Hemath &c.] Nomina ciuitatum,locorumq; sunt. Si quis velit exactam hæc cognitionem,legat diuum Hieronymum.Ego non scribo Commentarios, sed dictionarium. Tamen Hebraice omnia interpretabor.

Siquidem Hethalon.] Interpretatur, in cunabula mœroris.

Sedada.]Latus eius,à latere, non à latitudine intellige.

Hemath.]Furorq; Græce dicit χόλος.

Berotha.]Putei.

Sabarim.]Circuitus montium,

Damascus.]Sanguis sacci,& osculi, siue

ue poculi. Domum autem siue atrium Thicon, Symmachus interpretatur atrium medium, quod pergit ad terminos Hauran. Igitur Thicon medium sonat. Hauran quam Lxx. in Græcum vertere sermonem, Hauras nitidis, iracundiã. Hasor autem Enon, quæ est terminus Damasci, in lingua nostra dicitur atrium fontis &c.

Galaad.] Filius Machir, filij Manasse, finisq; huius plagæ, & interpretatur reuelatio, vel tumulus testimonij.

Iordanis.] Fluuius, qui interpretatur riuus iudicij.

Thamar.] Quæ vrbs in solitudine est, quam & Salomon miris operibus extruxit, & hodie Palmyra nuncupatur, Hebræoque sermone Thamar dicitur, quæ in lingua nostra palmam sonat.

Cades.] Quam in solitudine esse non dubium est, & torrens ingrediens mare magnum. Torrens ille Rhinocorura est, qui influit mare vsq; ad eum locum, qui est cõtra Hemath vrbem Syriæ, id est, Antiochia. Omnis autem contradictio est sanctitatis, quod interpretatur Cades. Facere non possum, quin addam hoc loci, huius vocabuli Rhinocoruræ germanam etymologiam, & expositionem. Siquidem hoc vocabulum in Hebraicis libris nõ haberi autor est Hieronymus, sed additum esse à Lxx. propter notitiam loci. Plinius Rhinocoluram nominat, & in Idumæa libro v. Strabo in Phænicia. sed haud dubie Aegypti & Iudæi eam sibi vendicauerunt, inculta ab hijs, quos victos Aethiopes nasis mutularunt. Diodorus libro ij. Actisanes, inquit, Ethiopũ rex occupata partim vi, partim voluntate Aegyptiorum Aegypto, latrocinia nouo more compescuit, fontes neq; morte plectens, neque linquens impunitos, eorumq; iudicio constituto conuictos in vnum coactos miti supplicio affecit. Amputatis enim naribus in vltimam deserti ire compulit, ibiq; ciuitatem condidit ab excisis naribus Rhinocoruram appellatam. Ea in Aegypti, Arabiæq; finibus haud procul à mari sita omnibus vitæ commodis caret. Nam omnis vicina regio salsa est, & intra mœnia vnicus puteus, atq; is inutilis, vtpote aqua gustu amara. Hæc Diodorus.

CAP. XLVIII.

NEmo facile.] Huius capitis intelliget sensum, nisi diui Hieronymi legerit commentarium, qui affatim eum lectori pandit, vel ob oculos ponit. Ego paucula explicabo: duodecim tribuum nomina alibi exposita sunt.

Thamar.] Ipsa, de qua in præcedenti capite diximus, Palmyra est, olim à Salomone constructa. Thamar enim in Hebræo sermone palma interpretatur, ab eo quod ibi palmeta sint plurima, quidam putãt hoc fortitum vocabulum.

Mariboth.] Vero quod interpretatur contradictionis, nõ vocabulum loci est, vt plærique æstimãt, sed aquarũ, in quibus populus contradixit, & Moses deum offendit.

Sad.] Interpretatur tentatio.

Cades.] Siue, vt in libro Iosue habetur, Cades barne, quæ sonat sanctam.

Dominus ibidem.] Nomen ciuitatis huius nequaq; erit, vt prius Hierosolyma. i. visio pacis: sed Adonaisama, quod in Latinum sermonem vertitur, dominus ibidem, qui nunquàm recedat ab ea, opto.

¶ Libri Ezechielis prophetæ

FINIS.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM EXPOSITIO.

MVltiplex loquendi ratio est alijs atq; alijs partibus. Ea loquendi proprietas, ἰδίωτης à Quintiliano nuncupatur. Discrepant Dialecti cum Grammaticis, Syri ab Atticis, Attici ab Ionibus, Iones ab Aeolis, Aeolici ab Doribus. Perinde vt apud nos est aliqua ratio loquitandi communis Sueuis, Boijs .i. Bauaris. Vbijs .i. Agrippinensibus. Singulis tamen sui sunt idiotismi, id est, proprietates.

Pericope.] Α περικόπτω. i. resecо, quod ea pars resecta sit à reliquo corpore prophetiæ. Figura est quædam, & resectio dicitur Latine, vel amputatio, concisio, mutilatio, resecatio, absscisio, circuncisio.

Etymon.] Recta interpretatio. Etymologia, Latine veriloquium, idem sunt. Sed quia veriloquium, inquit Boetius, minus in vsu Latini sermonis est, Cicero etymologiam vocat notationem, quia notam facit rẽ, de qua p̃dicatur. Aristoteles symbolõ nominat, alij vim intuiti originationem vocant.

Audiui quendam.] Hunc locum inter cætera crimina Ruffinus obijcit Hieronymo, ad q̃d tamen ille satis oblique vafreq; respondet. Quod ad Græcã etymologiam attinet, absurdum est in libro, quem Hebraice

Chaldaicēq; ſcriptum videri velis, adducere Græcam etymologiam, quæ nō ſemper reſpōdet in omni lingua: veluti ſi quis dicat: non debent eſſe in eadem menſa, qui nō ſint eiuſdem mentis: nimirum eadem allusio nō reſpondet in verbis Græcis τράπεζα. i. mēſa & νοῦς. i. mens. Porro, ἀπὸ τοῦ σχίνομ σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι. Schinos, lentiſcus eſt arbor, vnde cuſpides fiunt aptæ purgandis dentibus Epigrammatario poeta teſte: Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis Defuerit, dentē pēna leuare poteſt. Et σχίζω ſcindo Græcis eſt. Ad Græcā igitur vocem alluſit Daniel, cum ait: Ecce enim angelus dei, accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. Et prinus ilicis ē genus, & Græcis πρίω ſonat ſeco, diſrumpo. Huc igitur alluſit Daniel cum ait: Manet enim angelus dei gladium habens, vt ſecet te medium. Cæteræ ea vocum alluſio, qm̄ non reſpondet in ſermone Chaldaico, nimirum cōſtat hoc eſſe Græci ſcriptoris commentum. Hactenus Eraſmus in Scholijs.

Offa.] Conſtabat ex carne fere porcina Lucanica, quā facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres (à Lucanis didicere) ſolebant. Vnde offam porcinam cum cauda, offam penitam dicebant. Offa etiam cibarium iuſſulentum, ex fruſtis panis, caſeo vetere, pipere, & cynnamomo conditis. Poteſt etiam offa ex alijs rebus fieri. Hinc adagium: Inter os & offam multa poſſunt cadere. Ab offa fit offarius, ij. pro coquo. Offatim. i. particulatim. Offella, & offula. Offa & maſſa promiſcue vtitur Columella. Offa adipis. Formantur offæ quibus aues ſaginātur. Offæ panis. offæ ficorum. Offa, eyn gattung ſpeyſz auſs teyg, honig, oder keeſs gemacht. Offa, allerley dick gemuſs.

Diſcophorus.] Appellatur eo, quod diſcum adferat: Græci δισκοφόρομ dicunt.

DICTIONVM QVARVNDAM IN Danielem explicatio.

CAPVT I.

DAniel.] Hanc habet interpretationē, ἔκρινέ με κύριος, id eſt, iudicauit me dominus. Hic de filijs Iuda fuit, qui ex Daniele Balthaſar vocatus eſt ab Eunucho regio, cui puerorum erat de mandata cura. Maximo in precio habitus eſt ſapiētiæ nomine à Balthaſare vltimo Chaldęorum rege, & deinde apud Darium Medum gratioſiſſimus, vt in libro Danielis ipſius, & Ioſephi de antiquitatib. decimo legimus. Calumnijs Porphyrij in librū vatis reſpondērūt Methodius, & Apollinaris, & Euſebius Cæſarienſis præſul.

Joakim.] Filius Ioſiæ, rex Iuda. Ipſe eſt, q̄ alio nomine appellat Heliachim, & regnauit ſup tribū Iuda, & Hieruſalē vndecim annis. Cui ſucceſſit in regnum filius eius Ioachim cognomēto Iechonias, q̄ tertio mēſe regni ſui, die decima captus ē à ducibus Nabuchodonoſor, ductusq; eſt in Babylonem &c. Nemo eñ putet eundē in Danielis principio eſſe Ioakim, q̄ in Ezechielis exordio Ioachin ſcribitur. Iſte enim extremā ſyllabam Kim habet, ille chin. Et ob hanc cauſam in Euāgelio ſecundū Matthæū vna videt deeſſe generatio, qa ſecunda Teſſeradecas in Ioakim definit filio Ioſiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioakim. Quod ignorans Porphyrius, calumniam ſtruit eccleſiæ, ſuā oſtēdens imperitiam, dum Euangeliſtæ Matthæi arguere nititur falſitatem.

Gemaar.] Terra & locus eſt Babylonis. i. ipſa Babylonia, in quo fuit campus Dura, q̄ generatio, vel habitatio, aut pyra interpretatur, & turris quā vſq; ad cœlū ædificare conati ſunt. Vnde & à confuſione linguarū locus nomen accepit Babylon, hoc eſt, confuſio, Geneſis xi.

Aſphanez.] Pro quo in æditione vulgata ἀβδιεσδρί, in nonnullis exemplaribus Arphaxat, ſed male. Hic fuit præpoſitus, ſiue magiſter, & vt alij tranſtulerunt, archieunuchus, hoc eſt, princeps eunuchorū. i. cuſtodum cubilium regis. Aſphanez interpretatur equorum domitor.

Miſael.] Qui palus dñi. Azarias, auxilium dei. Baltaſar, capillus capitis. Sidrac, decorus meus. Miſac, qui riſus, vel de gaudio. Abdenago, ſeruiens taceo. Malaſſar, dixit princeps. Priora. iij. noīa ſunt Hebræa, ſequentia Aegyptiaca ab p̄poſito eunuchorū eis impoſita. Porro dominus in bonam partē noīa mutat antiqua, vt Abram appellaret Abraham, & Sarai, Saram, Iacob, Iſrael. Gene. xvij. In Euāgelio quoq; quōdam Simon Petri accepit nomen, & filij Zebedæi appellati ſunt filij tonitrui, quod nō, vt plærīq; putāt, Boanerges, Marc. iij. ſed emēdatius legitur Beni reem, teſte diuo Hieronymo in commētarijs ad Philemonem, quaſi in frōtiſpicio. Tametſi Eraſmus interpretetur Boanerges in annotationibus ſuis. Marci iij. Boanerges ait, Nam Hebræis benni filios

lios ſonat, ærgœs tonitrui, vel fremitus, magis tamen ſubſcribo ſententiæ d. Hieron. Sic Pharao Ioſeph in Aegypto appellauit Saphanatphaneh. Geneſ. xl. id eſt, Saluatorem mundi. CAP. II.

Hariolí.] Magi, malefici, Chaldęi &c. Quos nos hariolos, cæteri ἐπαοιδοὺς, Epaidos. i. incantatores interpretati ſunt. Ergo videntur mihi incantatores eſſe, q̃ verbis rem peragunt. Magi, q̃ de ſingulis philoſophantur. Malefici, q̃ ſanguine vtuntur, & victimis. Aruſpices, quos Græci ſolent ἡπατοσκόπους appellare, Hebræi gizarin, qui exta inſpiciunt, vt ex his futura prædicent, hĩ & Extiſpices vocantur. Porro in Chaldæis genethlialogos ſignificari puto: q̃s vulgus Mathematicos vocat, hoc eſt, diuinatores, ſeu diuinos, ex hominis natiuitate. γενεθλιαλογία, diuinatio ipſa. Conſuetudo autem & ſermo communis, magos pro maleficis accipit, qui aliter habentur apud gentem ſuam, eo quod ſint philoſophi Chaldæorum, & ad artis huius ſciẽtiam, reges quoq; & principes eiuſdem gentis omnia faciunt. Patuit in tribus magis. Matth. ij.

Arioch.] Princeps militiæ regis, & interpretatur ad ſolitudinem redigens.

CAP. III.

Dura.] Explicauimus primo capite, terra, vel campus Babylonis. Sed hic p Dura Theodotio Deira, Symmachus Doraum, Lxx περίβολον tranſtulerunt, quod nos viuarium, vel concluſum locum dicere poſſumus. Nam περίβολον, ſiue περίβολος, ambitus, mœnia, porticus eſt. θῶραξ, lorica murorum, ἕρκος. In priuatis, inquit Marius Grapaldus, ædibus, ſolaria, tectave ſepto, ne quis in præceps cadat, muniũtur. Id loricã, loriculã, vel περίβολον nominare poſſumus. Etenim lorica ſepimentum eſt, quo vrbem cingunt obſeſſores. περίβολος vero accipitur à D. Hierony. pro ſepto, corona, & circuitu. At, vt Petronius ſcribit, Lorica eſt murus cœnaculorum, ſiue quorumlibet ædificiorum, oram ab iniuria lapſus defendens.

Sambuca.] Dictio barbara, quo ſignificatur quoddam inſtrumentum muſici generis. Hinc ſambuciſtria, quæ ſambuca canit. Sambucina, æ. idem.

Symphonía.] Apud Latinos pe. corr. conſonantia & muſicus concentus dicitur. Muſici ſymphonias multas habent, videlicet harmonias, Diateſſaron, Diapente, Diapaſon, quæ & harmonia. Hinc adagium: Δὶς διὰ πασῶν diſcrepat. i. bis per omnia, & ex diametro, quis omnia explicet? Symphoniæ cãtus. Hinc Symphoniacus, a, um. vt ſeruui ſymphoniaci. Symphonia, herba, quæ & gumphena dicitur. Hæc & Symphoniaca.

Brache. arum.] Subligacula dicuntur, & fœmoralia, ſiue fœminalia, Hebræi machinaſſe, Græci periſcelides, Chaldæi Sarrabalala, vſq; ad genua ptingentia nominant.

Naphtha.] Saluſtius ſcribit in hiſtoriis, quod Naphtha ſit genus fomitis apud Perſas, quo vel maxime nutriantur incendia. Alĩ oſſa oliuæ, quæ proĩciuntur cũ amurca. i. infima fece arefacta, naphthan appellari putant. Vnde & Græce πυξίνη dicitur ab eo, quod πῦξ, id eſt, ignem nutriat. Alĩ genus bituminis eſſe adſerunt.

Sarraballa.] Chaldaicum nomen, neutrius gñis, & numeri pluralis, ſunt Brachæ. Quidam dicunt eſſe fluxas veſtes, & ſinuoſas, quæ à Germanis Rhenones dicuntur, leibrucke vel pelliceæ, quibus in caſtris vtũtur, leipruck.

CVP. IIII.

Deorum ſanctorum.] Pro quo lingua Caldaica, qua ſcriptus eſt Daniel, legimus alahin Kadĩſchin, quod deos ſanctos, & non deum ſanctũ ſignificat, vt Theodotio interpretatus eſt. Nec mirum ſi erret Nabuchodonoſor, & quicquid ſuper ſe cernit, non deum, ſed deos arbitretur.

Pabulum.] Proprie pecudum cibus, & aliorum brutorum herbaceus eſt, fœniceus, paleaceus, vel ſtramẽticius. Hinc pabularis & hoc pabulare, pabulor, aris, & pabulator, qui pabulatum vadit. Pabulatio verbale. Pabulatorius, a, um. Habet ſenectus aliquid, tamq̃ pabulum ſtudĩj & doctrinæ.

Eleemoſyna.] Cũ duplici ee, & y. Græco in penultima, quã & corripit, munuſculũ eſt, q̃d inopi ex miſericordia datur. Spartianus de Caracalla. Non tenax ad largitionem, non lentus in eleemoſymam, id eſt, miſericordiam, ab ἔλεος, q̃d eſt miſericordia.

CAP. V.

Baltaſar rex.] Diuus Hieronymus dicit, hũc non eſſe filium Nabuchodonoſor, probans ex Beroſo & Ioſepho, ſed filiũ Laboſardach. Sed textus nominat eũ eius filium. Tu vide Xenophontem in Cyri maioris infantia, & Põpeium Trogũ, & multos alios, q̃ barbaras ſcripſere hiſtorias.

Articulus.] Diminutiuum ab artus, & ponitur p iunctura, & nodo, vel parte membri. Vnde morbus articularis. Interdum ponitur pro digito, ſic hic. Artus, artuũ, artubus, m. g. plural. nu: Artua, n. g. dixit Plautus. Hinc articularis. e. Articularius, a, ũ. idẽ.

Articulatim, aduerb. vt Articulatim, & distincte dicere. Articulate idem. Articulate salutem dicere, verstendtlich. Articulosus. Articulatio verbale. Plinius. Tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio, loquit enim de germinatiõe, & partu arborũ.

Mane, Thecel, Phares.] Hæc tria verba in pariete scripta significãt, videlicet, mane, numerum. Thecel, sic inuenio scriptum in correctis Bibliis, appensionem. Phares diuisionem. In textu latius paulo explicantur. Tu vide D. Hierony. eo loci. CAP. VI.

Darius.] Penult. prod. cum ā Græca diphthõgo scribitur, sic Δαρεῖος. Hinc Δαρεικὸς, numisma Persicum, Darij imagine percussum, rex Medorum. Hunc Darium in Græcis voluminibus quidam Astyagen, alij Astyagis filium putant, & alio apud eos appellari nomine. Vide historicos.

Suspitio.] Si cum verbo venio iungatur, passiue accipitur, vt veni in suspitionẽ, id est, factus sum suspectus. A quo suspiciũcula, & suspicios us, a, um. qui suspitionẽ habet. Pro suspitione Theodotio & Aquila, ἀμβλάκημα interpretati sunt: quæ Chaldaice dicitur essattha. Cumq; ab Hebræo quærerem quid significaret, respondit vim verbi sonare σφάλεας, quam nos illecebram siue σφάλμα, hoc est, errorem dicere possumus. Porro Euripides Medæa ἁμπλακίας per π, & non per β. ἁμαρτίας, id est, peccata appellat, à suspicor, aris. Suspicans, antis. Suspectio. i. suspicio. Suspectus adiectiuum. Suspectus, us. Suspicios e aduerbium.

Molestus.] a, um. dicitur qui alicui grauis est. A quo molestia, solicitudo, grauitas. Molesto, as. molestia adficio. Modestinus. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminẽ molestari volo. Moleste aduerbium.

Lacus.] Lacum vocat depressam & altã foueam, vel arentem cisternam, in qua leones nutriebãtur. Lacus autem Latine, aquarum dulcium cõgregatio nũcupatur, vt Lacus Benacus, & Larius, & cæteri quẽ Græci λίμνην, id est, stagnum vocant. Alia ob bpe ris breuitatem supersedeo. CAP. VII.

Summatim.] Per singulas summas. Itẽ breuiter, & omnibus quasi simul cõprehensis. Plinius: Sed vt de hac re summatim dicam. Huius significantiæ sunt. In summa, & ad summam, autoritates omitto. Vide verborum Copiam Erasmi.

Ursus.] Animal ferum, à quo diminut. vrsulus, vrsellus, & vrsiculus, vrsinus, a, um. vt caro vrsina, fœmina eius vrsa dicitur. Sanguis vrsinus.

Rapidus.] a, um. velox, celer. vt amnis rapidus. Distichon: M. Iacobi Horlini. Vt solet accipiter dum corripit vngue volucrem. Conieci in rapidas sic tua scripta manus. Celeritas rapida. Hinc rapide aduerbi. Rapiditas, tis. Raptim aduerbiũ, vt: Hæc raptim scripsi &c. CAP. VIII.

Susis.] Metropolis est regionis Elamitarum. Itẽ: Susa vrbs metropolis in Persiai. Vnde Susiana prouincia, cõtermina Assyriæ, & Babyloniæ, à Suso flumine sic dicta. Propertius. Non tot Achemenijs armãtur Susa sagittis. Spicula quot nostro pectore fixit amor. Hæc vrbs (vt dicit Plinius) à Dario Hisdaspis filio condita fuit. Ibi fuit Cyri regia fulgentissima. Ibi Assuerus conuiuium copiosum & opiparum celebrauit.

Elam.] Pro à q̃ Symmachus ciuitatẽ interptatus est, q̃ scilicet Elam etiam regio nomen accepit: vt à Babylone Babylonij, & ab Elam, Elamitæ pen. pro. pro qua Lxx. Elimaidem regionem interpretati sunt.

Porta Vlai.] Pro quo Aquila transtulit, super Vbal vlai. Theodotio, super Vbal. Symmachus, super paludem vlai, Lxx super portam vlai. Sciendum est autem vlai, nomen esse loci, siue portæ: vt in Troia, σκαιὰ Scæa porta, & apud Romanos Carmentalis dicitur, habẽtes singulæ ex proprijs causis origines nominum.

Gabriel.] Archangelus & paranymphus, & in linguam nostram vertitur, fortitudo dei, vel robustus.

Raphael.] Interpretatur curatio, vel medicina dei.

Michael.] Sonat, quis sicut deus.

Uriel.] Ignis dei.

Porro hircus caprarum, rex Græcorũ est.] Græcorum gens male audit passim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronem, non solum quasi voluptatibus addicta, & effœminata delitijs, verumetiam quasi Leui & lubrica fide. Ideo d. Augustinus dicit lib. i. de Ciui. dei. cap. iiij. Leuiũ Græcorũ, q̃d hæc fuerit Græcorũ apud Romanos nota, q̃s ideo Græculos dicebãt. Cicero p Flacco. Quo loco etiã atq; etiã facite, vt recordemini q̃ sit temeritas multitudinis, q̃ leuitas p̃pria Græcorũ. Idẽ significat Lucianus in mercede seruiẽtibus & Iamblichus Græcos suos ingenio leues noiat. Hinc adagiũ. Græca fides, p̃ certa itẽ fide reperit & Attica. Ausonius ad Paulum. Nobiscum inuenies κατηνόπλια, si libet vti. Non Poena, sed Græca fide. Mutuatur ad Græcam fidem. Plautus Græcam fidem dixit præsentem, & num-

numeratam pecuniam in Asinaria. Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo. Cętera q̃ volumus vti, Gręca mercamur fide. A quo pergręcari, pro eo quod est genialem agere vitam.

CAP. IX.

Moreris.] Penultima ꝑducta à moror, aris, q̃d significat expecto. Plautus: Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, id est, nihil curo, non expecto. Et morari est detinere, retardare. Item manere. A q̃ mora, & morula. Morans, moratus, morator, moratorius, vt moratoria cautio.

Angustia.] Strictitudo, quæ tam ad animum quàm ad corpus pertinet. Inde angustia temporis hoc loci, pro breuitate temporis videtur accipi. Angustus, & anguste, aduerbium.

Vastitas.] Vastitudo, vastities, & vastatio, est destructio, desolatio: à vastus, a, um, quod magnum significat. A quo vasto, vastas, & deuasto, destruo. Vastificus, a, um. Vaste, vastius, vastissime, aduerbium.

CAP. X.

Cognomen.] Siue cognomẽtum potius quàm agnomen dicitur. Cicero: Scipio ille, cui Africano fuit cognomen.

Intelligentia.] Ab intelligo, intelligis. Cicero libro tertio Officiorum. Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in eius species & notio boni viri.

Vestitus lineis.] Pro lineis quod interpretatus est Aquila, Theodotio βασσίμ posuit, Lxx. byssina, Symmachus ἐξάιρετα, id est, præcipua.

Obryzum.] Pro quo in Hebræo legitur Ophaz, quod Aquila ita interpretatus est. Et lumbi eius accincti erãt colore ὠφαζ. Est autem obryzum aurum syncerum, delicatum, quod sæpe igne candefactum, exustumq̃ est, &c. Alibi latius explicatum.

Chrysolithus.] Lapis preciosus, qui aureus lapis interpretatur, vnus de duodecim lapidibus, qui ponuntur in logio Pontificis.

Michael.] Penultima acuta, licet Angelus Politianus in quodam versu corripiat: interpretatur, quis vt deus. Hæc sunt Politianica politissima carmina ad Michaelem Verinum, libro Epigrammatum.

Verinus Michael florentibus occidit annis,
Moribus ambiguum maior, an ingenio.
Disticha composuit docto miranda parẽti,
Quæ claudunt gyro grandia sensa breui.
Sola Venus poterat lẽto succurrere morbo,
Ne se pollueret maluit ille mori.
Sic iacet heu pr̃i dolor, & decus, vñ iuuẽtus
Exemplum, vates materiam capiant.

Hactenus ille, atq; eleganter. Non enim omnis syllaba acuta producitur, nec e diuerso, omnis grauis corripitur.

CAP. XI.

Persia.] Seu Persis, dis, & Persida, dæ, oriẽtalis regio à Perse, seu Perseo rege sic dicta, à Septentrione Medos habens, ab occasu Susiana, ab ortu solus duas Carmanias, à meridie partem sinus Persici. Persici apparatus. Persica mala. Persepolis Persidis regia, cuius populi Persæ dicti sunt. Hinc Persicus, a, um, vt regnum Persicum, Persica poma dicuntur, quod ex Perside primo adducta sint.

Trieris.] Nauis magna quæ Græce durachon, à tribus sessionibus, Latine Triremis dicitur. Hinc trierarchus, præfectus trieris.

Mauzim.] Pro deo habebatur in Hebræo, Aquila trãstulit, deum fortitudinum, Lxx. deum fortissimum.

Spadno.] Verbum compositum est: quod si diuidas intelligi potest θρόνου αὐτοῦ, id est, solij sui. Notandum autem, quod p literam Hebræus sermo non habeat, sed ꝑ ipso vtatur phe, cuius vim Græcum φ sonat. In isto tantum loco apud Hebræos scribatur quidem phe, sed legatur p. Vide Diuum Hieronymum hoc loco.

CAP. XII.

Procro.] Aduerbium significat certe. Quandoq; longe ante. Interdum à longe, vt sit aduerbium loci. Nonnunquàm postea, deinde in futurum. Interim cõiunctio est, & pro autem ponitur, locaturq; in principio orationis. Demum ponitur pro coniunctione expletiua, πόῤῥω tamen Græcum est, id est, longe.

Peruenire.] Significat ad finem venire, hic peruenit in præsenti mediam corripit. Hinc peruentores, autore Augustino, sunt qui ad potentum quorumlibet, tanq̃ inaccessibiles amicos conuenientium persona rum interpositione, ambitione, ac arte ꝑtingunt. Hinc peruentio.

CAP. XIII.

Pomarium.] Locus arboribus pomiferis cõsitus, quod Latini etiam viridarium appellant, Græci paradisum. Sed pomerium aliud est, quasi promurium, verna-

cule, eyn zingelhoff. Pomarium oleagineum. Ponere pomaria. Pomifer, a, um, vt, arbor pomifera. Pomona, dicta est pomorum Dea.

Susanna.] Filia Helkiæ & vxor Ioakim Babylonĩ, quæ interpretatur lilium, siue flos.

Smigma.] In Græco sic scribitur σμῆγμα, & Smele, sapo, smigma quod purgat, à σμήχω, abstergo, purgo. Et generale nomen quo medicamentum omne significatur, q̃d valet ad emaculandam faciem, & abstergẽda corporum dehonestamenta.

Schinus.] Sic debet scribi, cum sch, & non Cinus. Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi: debemus diligenter inquirere nomina, σχίνου καὶ πρίνου, quæ Latini ilicem & lentiscum arbores interpretantur: si sint apud Hebræos, & quam habeant etymologiam: vt à σχίνω, id est, scissio, à πρίνω, id est, sectio siue serratio. Quod si non fuerit inuẽtum, necessitate cogemur & nos eorum acquiescere sententiæ, qui Græci tantum sermonis hanc volunt esse pericopen, id est, amputationem, quæ Græcam habeat etymologiam & Hebraicam non habeat. Quod si quis ostẽderit, duarum istarum arborum scissionis, & sectionis in Hebræo stare etymologiam, tunc poterimus etiam hanc scripturam recipere. Hactenus Hieronymus.

CAP. XIIII.

Astiages.] Vltimus rex Medorum à Cyro nepote suo, quem infantem exposuerat, regno priuatus. Iustinus in primo libro: Sed Calepinus dicit nomen proprium esse regis Assyriorum. Tu vide candide lector peritiores. Porro Astiages vltimus rex fuit Medorum, ex cuius filia Mandane, quæ Cambysi nupsit, Cyrus est natus, quem auus somnio admonitus exponi iusserat, infans fato est seruatus &c.

Bel.] Baal, siue Baalim, idoli nomen.

Artaba.] Græce ἀρτάβη, genus mensuræ Persicæ apud Herodotum in primo, attico modio tribus chœnicibus capacius. Apud Aegyptios continebat quadraginta quinque, teste Aristotele. Cholinus dicit mensuram esse Aegyptiorũ sextarios septuaginta duo continens.

Amphora.] Genus vasis vinarij, duas ansas habentis. Hinc amphorarius, quem Græci Amphorephoron vocant, id est, qui mercedis gratia amphorã portat, eyn vvein traeger. Amphoralis, e, adiectiuum, vt: Amphorale vas, das ein om helfft.

Impensa.] Ponitur pro expensa & impendium, ab impẽdẽdo ære. Magna impensa. Nulla impensa deiectæ. Agere impensas in rem aliquam.

Cribro.] Cribras significat purgo, hic p spargere capitur. Cribramus enim triticum, & huiusmodi per cribrum vt à puluere, & rebus immundis secernatur. A cribrum, vt: Cribro incernere, reiteren. Cribro aquã haurire, adagium.

Alueolus.] & lum, cum accentu in antepenultima diminutiuum est pro vase concauo, vt hoc loco, cætera significata Laconismi gratia, id est, breuitatis, supersedeo.

¶ Libri Danielis Prophetæ
FINIS.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI in duodecim prophetas explicatio.

Ordo.] Digestio, & in suo cuiusq; loco collocatio, veluti in acie fit, vt ordo equestris, ordo senatorius. Vñ Magister Iacobus Horlinus vere, & eleganter dixit.

Omnia neglecto quæ fiunt ordine rerum,
Fine bono claudi non (mihi crede) valẽt.

Accipitur quandoq; pro ipsis hominibus. Aliquando ad fortunas refertur. Hic pro serie videtur accipi. A quo interordo, & interordinium. Item ordinarius, a, um, ordinate aduerbium. Hinc adagium: Ordinem deserere, est officio suo deesse in re quapiã peragenda. Ordine aliquid dicere. Ordine rem scire. Ordinem facere. Ponere ordine. Longus ordo. Si omnes vno ordine habetis Achiuos. Ordines ducere. In ordinem redigere. Extra ordinem. Ordino, ordinas. Ordinatio, verbale. Ordinatim, aduerbium, q̃d est idem cum ordinate.

Et Osee synchronon Esaiæ.] vocantur Synchroni qui eisdem vixere tẽporibus, q̃si dicas contẽporaneos. Extrema pphetarum minorum argumenta (Iohelis dempta) decerpta sunt ex epistola, cuius initium est: Frater Ambrosius quæ omittã, partim quod nil ha-

habeant difficultatis, partim quod ex prima, vt dixi, decerpta sint, nonnullis etiam incertum autorem præferentibus.

Elocatus.] a,um,ab eloco,elocas, penultima correpta, quod est extra Loco. Hinc dicimus puellam à patre elocatam, hoc est,nuptui traditam. Item elocare fundum,boues. Elocare funus. Terentius: Quæso, quod si filiam suam vnicam elocaret. Contrarium: Illocabilis quæ tradi viro non potest. Plautus, Virginem habens grãdem,dote cassam,atq; illocabilem.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Osee prophetam explicatio.

CAP. I.

Osee.] Filius Beeri, interpretatur σώζων, quem nos saluatorem possumus dicere,quod nomen habuit etiam Iosue filius Nun, antequàm ei à deo vocabulum mutaretur. Non enim (vt male in Græcis codicibus legitur) Ause dictus est, quod nihil omnino intelligitur, sed Osee, ist est,Saluator. Porro nusquàm certius colliguntur tempora,quàm ex ipsis eisdem prophetis,si quibus scripserint,testificentur. Ideo cum eorum testimonia, ac velut syngraphas habuerimus,aliorum adducere superuacaneum fuerit. Ait ergo se sub tribus illis regibus duarum tribuum vaticinatum,qui pater,filius,& nepos fuere,& vltimo eorum imperante ductæ sunt decem tribus Israel in Chaldæam à Salmanasar rege. Itaque sicut Hieronymus docet,& ante captiuitatem, & post, Osee prophetatus est, & tam vicinam quàm præsentem,quàm etiam præteritam,& denunciasse futuram,& luxisse ingruentem.

Beeri.] Genitor Osee,& interpretatur putei mei, quos puteos foderunt Abraham, Isaac, & Iacob, & allophyli, id est, alienigenæ conabantur eos semper obruere, & obturare.

Ozias.] Qui vocatur & Azarias, & interpretatur fortitudo domini. Hic filius fuit Amasiæ,Matthæi primo. Porro Ozias vixit quo tempore magnum illud & vastũ Assyriorũ impium cõcidit,rebellãtibus Medis. Hunc alij Azariã noĩant, ne quem varietas fallat nominum.

Joathan.] Interpretatur domini consummatio,atq; perfectio.

Achaz.] Virtus: Ezechias imperium domini. Hi regnabant in populo Iuda, cuius nomen confessio est.

Hieroboam.] Interpretatur χρονισμός id est,temporalitas,siue mora.

Joas.] Domini oblatio.

Gomer.] Interpretatur τετελεσμένη, id est,consummata atq; perfecta: alij thorocas id est,loricas significari putant. Sunt qui a maritudinẽ suspicentur: quod recte dicerẽt, si literam Gimel non haberet.

Deblaim.] παλάτας palatas sonat: quarum in Palestina permagna copia est. Est autem massa pinguium caricarum,quas in morem laterum figurantes,vt diu illæsæ permaneant,calcant atq; compingunt.

Jezrael.] Filius Gomer, q interpretat semen dei. Est etiam ciuitas metropolis decẽ tribuum,in qua interfectus est Naboth ob cuius sanguinem suscitatur Iehu, q interpretat ipse, q deleuit domũ Achab, & Iezabel.

CAP. II.

Baal.] Numero singulari. Baalim plurali. Genere masculi. Vbicunq; enim in fine Hebraici sermonis im syllabam legimus,numero plurali est generis masculi: vbi autem Oth numero plurali,generis fœminini,vt Cherubim,Seraphim,Sabaoth, quod interpretatur militiarum vel exercituum,siue virtutum.

Achor.] Interpretatur perturbans. Vnde appellata est vallis achor, id est, vallis conturbatiõis,in qua interfectus est Achan, ob furtũ eorũ q̃ deo fuerant consecrata. Achan conturbatio,& tumultus interpretatur, nõ vt quidam putãt,puerilitas, Græce διαστροφή.

Baali.] Longum foret hic referre Hieronymianam super hoc vocabulo enodationem,breuiter dicam: Baali,id est,habẽs me. Nam vxores viros suos vocant Baali,id est, vir meus, quod intelligitur, habens me: & est sensus,qui me habet in coniugio,&c.

Jezrael.] Interpretatur semen dei.

CAP. III.

Vinacia.] orũ, per i, vel vinacea per e. substantiuum,plurale neutrum. Sunt grana vuæ iã pressæ. Col. li. ix. Est & vinaceus,a,um, vt: Acinus vinaceus. Plini. granũ vinaceũ dixit. Vinalia, orũ. Vinarius,a,ũ. Taberna vinaria. Vinetũ, ti. Vinitor. Vinitorius. Vinitoria falx. Vinolẽtus. Vinolentia. Vinosus. Vinulus, molliter segerens. Plautinũ.

Lorus.] Mensuræ genus,quæ habet triginta modios. Pro γομός, in Hebræo scriptum

ptum est Homor: quod omnes interpretes absque Lxx. eorũ interpretati sunt, sermone Græco & maxime Palestino. Corus, mẽ suræ genus, quæ medimnos Atticos. xli. capit. Est & venti nomẽ, eyn ortd vveſt vindt.

Ephod, & Theraphim.] Pro Ephod, & Theraphim. Lxx. ἱερατείας, id est, sacerdotium & δήλωσιν, id est, manifestationes interpretati sunt. Sciendum autem, vt crebro diximus, Ephod significare indumentum sacerdotale, quod in Exodo & Leuitico à Lxx. ἐπωμίδα dicitur, id est, superhumerale. Aquila Ependima, id est, superindumẽtum dixit.

Theraphim autem.] Proprie appellantur μορφώματα, id est, figuræ & simulachra: quæ nos possumus in præsenti duntaxat loco Cherubim & Seraphim, siue alia, quæ in templo ornamenta fieri iussa sunt, dicere.

CAP. IIII.

Galgala.] Vel galgalis penultima correpta loci nomen, in qua Saul vnctus est in regem, in qua exiens populus de deserto, primum castrametatus, secunda circumcisione purgatus est.

Bethauen.] Domus inutilis, & domus idoli interpretatur, prius Bethel, id est, domus dei vocabatur, &c.

Vacca lasciuiens]. Pro lasciuiente vacca Lxx. transtulerunt παροίστρῶσαν, quæ œstro, asyloq; percussa sit, quem vulgo Tabanum vocant. De quo & Vergilius in tertio Georgico. libro refert. Cui nomẽ Asylo Romanum est: œstrum Graij vertere vocantes. Asper acerba sonans: quo tota exterrita syluis Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther Concussus: syluæq; & ficci ripa Tanagri. Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ &c.

CAP. V.

Thabor.] Montis nomen excelsi & pulcherrimi: interpretatur veniens lumen. Hinc thaborinus, a, um, penultima producta. Apud Confluentiam, vbi hæc scripseram, oppidulum est, & arx fortissima hoc nomine, Mons Thaborinus, vt nonnulli opinantur, dicta, de qua nos Elegiacõ septuaginta versuum nuper ædidimus. Sed non est huius loci ille mons.

Babaa.] Loci nomen, cuius etymologiam, in colles Lxx. transtulerunt, sæpicule explicatum.

Rama.] Excelsa interpretatur. Istæ autem duæ sunt in tribu Beniamin, vicinæ sibi ciuitates, id est, Gabaa, in qua natus est Saul, & Rama, quæ est iuxta Gabaa in septimo lapide à Hierosolymis sita.

Buccina.] Penultima correpta pastoralis est, & cornu recuruo efficitur, vnde & proprie Hebraice sophar, Græce κερατίνη ceratine appellatur.

Beniamin.] Interpretatur filius dextræ, Ephraim vero vbertas.

CAP. VI.

Temporaneus.] a, um, quod ad tempus pertinet, siue quod subito & in tẽpore fit. Hinc extemporaneum, & contemporaneum, Græci synchronon dicunt. A tempus, Tempori aduerbium, zeitlich. Tẽporius, aduerbium deductum à tempori aduerbio. Vt Temporius ad officinam redeant. Temporius & Serius, contraria. Temporarius, a, um. Temporalis, temporale.

Dolo.] As significat ascia cædo, vel dolabra, seu falce. Dicitur & dolio, doliui, dolitum. Huius verbi composita sunt dedolo, & edolo, penultima correpta. Hinc dolabra penultima correpta instrumentum fabrorum quo ligna dolant. A quo dolobella diminutiuum & dolobro, as, est ascia vel dolabra diminuo. Dolare perticam in quadrũ. Dolare dolum. Dolabelliona pyra, longissimi pediculi ab insitore.

Galaad.] Interpretatur transmigratio testimonij.

Sichem.] Hebraice sœcemach interpretatur ὦμοι, id est, humeri. Hinc Sichimitæ. Dicitur & Sicima, alias explicatum.

CAP. VII.

Fermentum.] Dictum quod feruendo crescat. Est enim farinæ quæ subigitur priusquàm addatur sal, ad pultis modũ decocta, & relicta donec acescat: Græce zyma dr. Hinc azyma, id est, infermentatũ. Itẽ fermento, fermentas, significat misceo, seu crescere facio. Et fermentescere, est crescere. Fermentare terram, mysten.

Rumino.] as, & ruminor deponens, significat reuomo, ac rursum consumo, remãdo, quasi cibum ad rumen reuoco, iterumq; conficio. Per translationem ponitur pro in memoriam reuoco. Hinc ruminalis ficus, sub qua lupa Romulo & Remo dicitur rumen, id est, mammam præbuisse.

Ouidius:

Romula nunc ficus, Romula ficus erat.

Ruminatio, verbale. Ruminales hostiæ.

CAP.

CAP. VIII.

SAmaria.] Samariæ. Nomen regionis, & ciuitatis regiæ in Israel, quæ nunc Sebasten dicitur, & interpretatur custodia. Hinc Samaritanus, & samarites, custos interpretatur.

Culmus.] Frumenti calamus à radice vsq; ad spicam. Hexastichon Magistri Iacobi Horlini.

Flauescunt grauidi curuato pondere culmi.
Aestate autumnus Bacchica dona cogt.
Certo luna suas exercet tempore vires,
Temporibus certis sol abit, atq; redit.
Sic natura suos diffudit in omnia neruos,
Fiat vt ex puero tempore sæpe senex.

Onager.] Penultima correpta, asinus syluestris.

Delubrum.] Templum est, penultima producta. Vt: Musarum delubra colere.

CAP. IX.

MEmphis.] Metropolis Aegypti, & interpretatur, ex ore. Hebraice dicitur Moth. Hinc memphiticus, a, um.

Vrtica.] Penultima ꝑducta genus herbę ab vrendo, quod eius folia tacta acerrime vrant, vernacule, nesell. Est & genus piscis. Vrtica mortua, taub nesseln.

Lappa.] Genus oleris, quæ & lapathes dicitur, à lapathio. Cuius tria sunt genera, videlicet Canaria, Philantropos, hominum vestibus adhærens, & personata. Græci eam ἄγριον vocant, vernacule, eyn Kletth.

Gabaa.] Ciuitatis, & loci nomen, & collis interpretatur. Iudicum ix.

Beelphegor.] Idolum Moabitarum, tentigines habens in ore, id est, in summitate pellem, vt turpitudinem membri viribus ostenderet, quem nos Priapum possumus dicere, infandum idolum.

Galgal.] Idololatriæ locus, vbi omnia scelera commisere. Et interpretatur reuelatio, aut κυλισμοί, id est, volutabra.

CAP. X.

BEthauen.] Quæ fit Bethauen, id est, Bethel, pro qua Lxx. transtulerunt, domum ὤμ, quod interpretatur labor, sæpe expositum est.

Assur.] Iudææ ciuitas quam ædificauit Salomon. Quo nomine dictus est filius Sem. A quo Assyrij appellati sunt, & interpretatur beatus.

Salmana.] Penultima correpta princeps Madianitarum, qui interfectus à domo Hierobaal, quod sonat vlciscatur se Baal. Haud dubium quin Gedeonem significet, & interpretatur vmbra prohibita. Iudicum octauo. Apud Hebræos tamen hic longe aliter scribitur, & pacificam significat, legiturque Salman.

CAP. XI.

BAalim.] Pluratiuo numero, & Baal singulari, idem idolum est.

Assur.] Rex Assyriorum. Hinc Assyrij dirigentes, siue vt melius arbitramur, arguentes interpretantur.

Adama, Seboim.] Duæ sunt quinque vrbium, de quibus in Genesi legimus decimo nono. Sodoma, Gomorra, & Bale, quæ est Segor, & Syro sermone Zoara dicitur.

CAP. XII.

CHanaan.] Quippe interpretari poteſt, quasi mouentes. Et nota, quod dixerit quasi mouentes, non mouentes, &c. vide Diuum Hieronymum eo loci.

CAP. XIII.

BAal.] Nomen idoli, subinde expositũ.

Fumarium.] Locus vbi vina fumo condiebantur. Martialis: Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt. Accipit ætatem quisquis ab igne cadus. Hinc pro infumibulo ponitur, per quod fumus exit & erũpit: Græci καπνοδόχειον vocant.

CAP. XIIII.

SAmaria.] Sæpe diximus decem tribus appellari Samariam à metropoli Samaria, quæ ex nomine Augusti nunc vocatur Augusta, id est, Sebaste. Cur autem Samaria dicta sit ciuitas, in Reg. volumine legimus.

Pro vitulis.] Qui Hebraice appellantur Pharim, καρπόν, id est, fructum Lxx. transtulerunt. Vituli autem labiorum laudes in deo sunt, gratiarum actio.

¶ Oſee prophetæ finis.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI in Iohel explicatio.

IAdâ.] Tribus à confessione nomen sortitur.

Quod.] autem dicitur Hazenu Hebraice, Græce ἐνωτίσασθαι habetur, & Latine sonat auribus percipite, proprie non aure, sed cor de percipitur aliquid.

Ada, Sella.] Penultimã acuunt, vxores Lamech, de quibus in Genesi.

Letera

Cetera.] In minores prophetas argumẽta, partim quod nihil habeant difficultatis, partim quod ex prima decerpta sint epistola, nonnullis etiam incertum autorem præferentibus, non curauimus adijcere.

VOCVLARVM QVARVNDAM IN Iohel explicatio.

CAP. I.

IOhel.] Filius Phatuel, Iohel apud nos sonat incipiens, vel est deus, Græce ἀρχόμενος, id est, incipiens. Vulgo legimus, hunc eisdem temporibus afflatum deo, quo prophetas superiores. Verum apud Hebræos non aspiratur, sed cum Aleph penultima litera scribitur sic, Ioel.

Phatuel.] Pater Iohelis, Lxx. Interpretes pro Phatuel, verterunt Batuel, quod apud Hebræos omnino nil resonat. Phatuel autem in linguam nostram vertitur: latitudo dei, vel aperiens deus, &c.

Heruca.] Penultima producta, si Apuleio creditur, ab hærendo venit, quoniam rebus quas occupat tenaciter inhæreat. Verum alijs magis sine h, scribi placet. Est autem genus vermis, Campe alio nomine, qui ad olerum folia repit, abroditq́; eyn raup.

Rubigo, seu Robigo.] Ferrum proprie, & segetes corrumpit: vernaculo meo Rost. Dicitur & ferrugo penultima producta. Sicut erugo, æris. Hinc rubiginosus.

Molaris.] Substantiuum, generis masculini, dens maxillaris est, à mola. Et molaris est molæ fragmen. Molarem lapidẽ quidam Pyriten vocant penultima producta.

Pubertas, atis.] Est tẽpus quo generationi sunt homines idonei, quum pubes viris barbæ innascitur, fœminis, muliebribus. Hinc impubes & impuber, qui nondum lanuginem emisit. Pubens, puber, pube præsente, hoc est, populo præsente, ab puberibus omnem populum significantibus. Puberes, pubresco, pubesco, i. lanuginẽ emitto.

Hinc Tetrastichon, olim ab hypodida scalo meo, Marpurgi & auditum & exceptum Iohanne Chonrado Francobergensi.

Est aliquid saluo famam seruasse pudore,
Pubem crede inter tu mihi fœmineam.
Igniuomas incendunt ꝓpe stramina flãmas,
Infensum placidis est labor esse malis.

CAP. II.

HOrtus voluptatis.] Qui Hebraice dicitur Gan Edœn, Græce paradisus, dictum in Genesi, & alibi.

Vestibulum.] Lxx. inter crepidinem interpretati sunt, Symmachus popylæon, Aquila Prodromum, Theodotio ipsum ꝟbũ Habraicum Vlam, quod nos ante fores templi, porticumq́; possumus dicere. Hinc vestibulum subinde pro initio & frontispicio ponitur.

Parce domine parce.] Parco, parcis, verbum est à parum, quasi parum tango, abstineo: proprie enim parcere abstinere est. Hinc parco aliquando ponitur pro veniamdo, ignosco, condono, hoc est, ab vltione abstineo. Vergilius in sexto Aeneidos, quum laudes aliarum gentium descripsit, infert. Hæ tibi erunt artes: pacique imponere morem. Parcere subiectis, & debellare superbos. Hinc dicimus. Parcere labori, parco oculis. Non pepercit vllis sumptibus. Parce metu. Vergilius. Depone metum. Comparco, comparcis, idem. Parcus, a, um, Præparcus, & Deparcus, Parcitas, Parce, Parsimonia, Parcę, arum, creditæ sunt tres fatorum ministræ, Deæ apud inferos, filiæ Erebi, & Noctis (vt poetæ fabulantur) quarum nomina sunt, Clotho, Lachesis, & Atropos. De quibus eleganter Martialis: Credo me alias scripsisse, ideo iam omitto.

CAP. III.

VAllis Iosaphat.] Hoc significantius iuxta Hebraicam veritatem Græce dicitur κατάξω, id est. deorsum ducam, & de sublimibus ad inferiora detraham. Siquidem Iosaphat, interpretatur iudicium domini.

Tyrus, Sydon, Palæstini.] Sæpenumero explicata sunt ciuitatum, & regionis nomina. Iam iuxta Tropologiam, id est, moralitatem Tyrum & Sydonem & Palæstinos, eos interpretemur, qui dei populum coangustant, & tribulant & ꝑsequuntur, hoc em̃ Tyrus in lingua nostra sonat, id est, angustia, & eum venentur in mortem, quod nomen Sidon indicat, id est, venatio.

Sabei.] Gentes à Sabaim trãs Indiam dictæ, de qua fuit & regina Saba, quæ venit audire sapiẽtiam Salomonis. Vnde & thus venire perhibetur, dicente Vergilio:
Centumq́; Sabæo Thure calent aræ, &c.
licet quidam Sabæos, suspicentur Arabes.

Ze-

Aegyptus.] Dicitur Hebraice Mizeraim: quod interpretatur Græce ἐκθλίβουσα, id est, sanctos dei persequens & tribulans.

Iohelis prophetæ FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Amos prophetam enodatio.

CAPVT I.

AMos.] βασάζων, qui apud Latinos portans dicitur. Hic Amos non est ipse quem patrem Esaiæ prophetę legimus. Ille enim scribitur per primam & vltimam nominis sui literam Aleph, & Zadi finale Amos, & interpretatur fortis atq; robustus. Hic vero per Ain et Samech Amos, & interpretatur populus auulsus: Mediæ literæ, Mem & Vou vtriq; cõmunes sunt. Apud nos autem, qui tantum vocalium literarũ & s literæ, quæ apud Hebræos triplex est, deriuatiuam non habemus, hæc & alia nomina videntur esse communia, quę apud Hebræos elementorum diuersitate, & suis proprietatibus distinguũtur. Hic igitur propheta fuit de oppido Thecue, quod sex milibus ad meridianam plagam abest à sancta Bethleem, quæ mundi genuit saluatorem, & vltra nullus est viculus, ne agrestes quidẽ casæ & furnorum similes, quas Aphri appellant mapalia, &c. Vide Lodo. Viuem super Augustinum de Ci. dei lib. xviij. cap. xxvij.

Thecua.] Loci nomẽ & patriæ Amos, & interpretatur clangor buccinæ. Hinc thecuites, penultima producta.

Ozias.] κράτος κυρίου. i. imperium, vel fortitudo domini. Dictum cap. I. Oseæ.

Hieroboam.] Δικασμὸς λαοῦ, id est, iudicatio, vel causa populi. Nõ est ille qui tẽporibus Roboã filij Salomonis autor secedẽdi fuit decem tribubus, qui centum & sexaginta annis præcessit hunc filium Ioas.

Ioas.] κυρίου χρόνισμα, id est, domini mora, siue temporalitas.

Damascus.] Vrbs nobilissima & Syriæ caput, alias Aram, id est, Syrum & interpretatur sanguinem bibẽs. Hinc Damascenus, vt Damascena pruna.

Galaad.] Interpretatur translatio, siue transmigratio testimonij.

Azabel.] Regnauit in Damasco, q graiter vrgebat Israel, id est, decem tribus: in tantum, vt superato Achab rege Israel in Ramoth Galaad, omnem regionem quæ appellatur Galaad, & in hæreditatem cesserat dimidiæ tribui Manasse, instar tribulorum frumentum in areis triturantium iugularet atque contereret.

Cyrene.] es, & Cyrenæ, arum, tantũ plurali numero, pe. pro. oppidum Libyæ inclytum potensq;, &c. Hebraice dicitur Kirah, Græce ἐπίκλητον, id est, vocatum vel nominatum, quia Kiriah vocatio dici potest.

Gaza.] Vrbis nomẽ, Hebraice dicitur Asah, qđ sonat fortitudinem, vel imperiũ.

Ascalon.] Interpretatur ignis homicida, siue appensa, & ponderata.

Accaron.] Græce σίζωσις. i. sterilitas: & ἐκρίσουσις, quod interpretatur eradicatio.

Tyrus.] Hebraice Zor, interpretatur tribulatio, siue coangustans.

Theman.] Idumæorũ regio est, & vergit ad australem plagam, quod interpretat Theman, quæ prouincia non solum Theman, sed & Daron & Nageb dicitur, eoq; Eurum, & Austrum, Africumq; respiciat.

Bosra.] Prohibitio & vindemia interpretatur.

Ammon.] Interpretatur populus mœroris, vel populus meus, filij Ammon, de Loth stirpe generati sunt.

Rabbe.] Id est, multitudinis, loci nomen, & metropolis Ammonitarum, dicitur & Rabbath.

Melchon.] Idolum Ammonitarum, & interpretatur rex eorum.

CAPVT II.

MOab.] Non solum filij Ammon, sed & Moab de Loth semine procreatus est, qui fratris Abraham filius fuit, & interpretatur ex patre, vel metropolim Moabitarum hoc loco intellige, à qua tota est appellata prouincia.

Carioth.] Nomẽ est ciuitatis, licet Lxx. vrbium eius interpretati sunt, quarum altera dicitur Hebraice Saon, altera Theruah. Siquidem Carioth interpretatur ciuitates, siue oppida eius.

Amorreus.] Interpretatur amarus, siue Græce λαλητὸς. i. loquẽs, siue famosus, & frequẽti sermone celebris. Hic aũt Amorræus, & rex Amorræorũ appellatur Seõ, arbor infructuosa & sterilis, non quod fructus nõ faciat, sed quod malos afferat fructus, &c.

CAPVT III.

AZotus.] Pen. prod. vrbs Syriæ. Hinc Azotij populi, qui habitant vrbẽ. Pro Azoto nescio quid volentes Lxx. Assyrios posuerunt, cum Azotus lingua Hebræorũ Azarod, & Assyrij Assur appellentur.

Samaria.] Et regionis nomen est, & ciuitatis & custodiam sonat. Alias dictum.

Penetrale.] Nomen substanti. significat oẽm partem interiorem domus, vel tem plialio nomine adytum dicitur. A penetro, as. Hinc penetrabilis, e. Penetralis, e, vt penetralis focus, penetrale sacrificium.

Bethel.] Loci nomen, vbi erant aurei vituli, &c. & interpretatur domus dei: alias Bethauem dicta, id est, domus idoli.

CAPVT IIII.

VAcce pingues.] Pro vaccis pinguibus, Aquila & Theodotio, ipsum verbum Hebraicum Basan posuerũt, quod interpretatur ignominiose. D. Hierony. Symmachi interpretationem secutus, boues sagi natas interpretatus est.

Armon.] Pro quo Symmachus Armeniam interpretatus est. Lxx. montem Remmam. Aquila montem Armona: Theodotio montem Mona, quinta autem æditio, excelsum montem transtulerunt.

Galgala.] Interpretatur reuelatio, siue volutabr. Alias Galgalis vocatur.

Aurugo.] Ventus noxius & vrens, aura corrumpens. Hunc locum interpretes varie transtulerunt. Vide D. Hieroy. In sacris pro aurugine, & colore auri, gaele.

Torris.] Masc. gen. lignum teres cum ardet, eyn brandt. Titio, torris extinctus.

CAPVT V.

GAlgala.] Reuelatio seu volutabrum.

Bersabee.] Puteus iuramenti.

Arcturus.] Stella in signo Bootæ post Septentrionem, cuius ortus & occasus tempestates facit, & dicitur vrsæ cauda. Oritur à canicula, fere post diem quinquagesimum. Nam arctos, Latine vrsa. Vnde arctous, a, um, Septentrionalis, & arcticus, a, um. Arctophylax, alias Bootes, der vvagen man.

Orion.] Secundum Verg. producit pe nu timã, fluctu nimbosus Orion, secundũ Ouidium corripit. Inter astra receptus est ante tauri vestigia. Plautus Iugulam vocat. Hic si fulget serenitatem, si obscurat tempestatem denotat. Candide lector, legito diuum Hieronymum super hoc loco, & iucũda lectu offendes.

Moloch.] Nomen idoli, Aquila Melchom vertit, id est, rex eorum, alibi dictum. Vide diuum Hieronymum.

CAPVT VI.

CHalamc.] Nomen ciuitatis, q̃ nunc Ctesiphõ appellatur, & locus Parthorum. Strabo lib. xvi. sic habet. Prope Seleuciam vicus maximus est, nomine & re Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemebant &c. Quin & Ctesephontem Babylonici regni caput fuisse Plinius libro vi. scribit.

Hemath magna.] Ciuitas, interpretatur murus, aut murata. Magnam autem vocat, ad distinctionem minoris Hemath, quæ appellatur Epiphania.

Beth.] Vna ciuitatum ex his quinque Gaza, Ascalone, Azote & Accarone. Iam trãsi, vide, & perge ad muros plurimos, hoc enim interpretatur Hemath Rabba, atq; inde clementer descende in torcular eorum q̃ cadunt bibentes, Geth enim & Philistĩm hæc resonant.

Factio.] Ab initio honestũ vocabulum erat, nunc scissionis, sectæ, diuisionis, schismatis, hæreseos, præ se notam fert. Interdũ pro opulentia & autoritate alicuius in ciuitate capitur. Hinc factiosus, a, um, vt homines factiosi hæretici nostri temporis sunt. Factitius, a, um, à factito, as.

CAPVT VII.

TRulla.] Cæmentarij instrumentum, quo muros non solum tectorijs liniũt, sed & complanant. Puto tamen verius scribi sine aspiratu. Trulla, æ, à trua, eyn vvaschgeschirr, dimi. Trulla est & matella. Itẽ vas potorium. Trulla, ein pflasterkellen. Trulleum, idem quod trulla, sed obsoletũ. Trullisso, as, mit einem mortel, oder pflaster bevverffen, streichen.

Hieroboam.] Filius Nabath, rex Israel, nepos Iehu, & interpretatur iudicatio, vel caussa populi.

Bethel.] Domus dei interpretatur.

Armentarius.] Græce Buculus dicit, qui armenta pascit, non oues: hic opilio, siue vpilio dicitur. Soli Lxx. ἀγωόλον dixerunt, qui proprie pastor caprarum appellatur.

Sycomoros.] Gen. fœ. est fatua ficus, siue caprificus. Lxx. sycamina transtulerũt. Vide Hieronymum hoc loco.

Domus idoli.] Pro quo in Hebraico scriptum est. Beth Isaac, i. domus risus. Isaac enim risus interpretatur. Beth, domus.

CAPVT VIII.

SIclus.] Apud Hebræos dicitur vncia. Apud Græcos, Latinosq; quarta pars vnciæ & stateris medietas, drachmas duas appendens. Subinde explicatum.

Quisquilic.] arum, pluraliter tantum, purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis surculorũ, foliorumq; & florum decidit, Græce peripsemata dicuntur. Sed quisquilium, ij, vocant exiguum fruticẽ ilicis, producentem coccum, quod granum

est ad

est ad tingendas vestes gratissimum.

Dan.] Vna duodecim tribuum, & sonat iudicium.

CAPVT IX.

Palestini.] Populi ex Palęstina regione, quos Lxx. alienigenas transtulerũt, qui Hebraice appellantur Philistĩm, Græce allophyli, id est, aduenæ.

Cappadocia.] Est regio Pontica confinis Armeniæ, à qua per Euphratem diuiditur. Cappadox populus ille dicitur.

Cyrus.] A Syria maioris Asiæ, iuxta Iudæam denominatur, Hebraice Aram, id est, excelsus & sublimis.

Cyrene.] Est vrbs Lybiæ inter Aegyptum & Syrtes. Pro Cyrene, Aquila & quinta æditio, ipsum verbum Hebraicum posuerunt kir. Lxx. foueam, id est, βόθρον. Theodotio parietem. Symmachus Cyrenẽ, quẽ & Hieronymus secutus est.

Amos prophetæ FINIS.

ABDICTIO
NVM QVARVNDAM IN Abdiam explicatio.

CAPVT. I.

Abdias.] λοῦλου κυρίου, id est, seruus domini interpretatur. D. Hierony. super hoc Prophetа hunc, inquit, esse aiunt Hebræi, qui sub rege Samariæ Achab, & impĩssima Iesabel pauit centũ prophetas in specubus, qui non curuauerũt genu ante Baal, & de septem milibus erant, ꝙs Helias arguitur ignorasse, sepulchrũq; eius vsq; hodie cum mausoleo Helizæi prophetæ, & Baptistæ Ioannis in Sebasta venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hic igitur quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux ecclesiæ. Hæc ille. Fuit ergo vetustior quouis superiorum ętate Iosaphat regis Iuda rege Latinorum Tiberino.

Edom.] In Genesi legimus Esau filium Isaac appellatum fuisse Edom, quia propter rufum lenticulæ cibum primogenita vendiderit. Gene. xxv. Edom enim interpretatur πυῤῥός, id est, rufus. In eodem scribitur volumine, hunc eũdem vocatum esse Seir, id est, pilosum, quia hispidus erat, & non habebat lenitatem Iacob. Vnus ergo atq; idẽ tribus nominibus appellatur, Esau, Edõ, Seir, possediteq; eam regionem, quæ nunc Gebalena dicitur, & in finibus est Eleuteropolis, &c. Quod ergo Hebraice Edom, & Græce ἰδουμαία, Idumæa, nunc viculus Palæstinæ est, à conditore sic imposito nomine: cuius Latina quoq; & Græca meminit historia.

Ephraim.] Siue Ephrata, vbertas interpretatur.

Bosphorus.] Alias D. Hierony. vertit in Sapharad Hebraicam dictionem, nescies cur Lxx. Ephrata transferre voluerint, cum & Aquila, & Symmachus, & Theodotio, cum Hebraica veritate concordent. Bosphorus tamen est strictus & angustus locus maris iuxta Bizantium, dictus quasi bobus peruius. Et iste vocatur Bosphorus Thracius. Alter est Bosphorus remotior in Scythia, q Cimericus dicitur. Luca. Sic stat iners Schyticas astringens Bosphorus vndas.

Sarepta.] Oppidum Phœniciæ, vel ex duobus compositum est nomen, & significat angustiam panis, vel vnum verbum est, & transfertur in incendium. Hinc Sarepta na illa mulier.

Chanaan.] Vero in σάλομ, id est, motũ vertit, aut certe negotiator, institor, mercator & humilis appellat. Hinc Chananæus.

Abdiæ prophetæ CORONIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Ionam prophetam enucleatio.

CAPVT I.

Ionas.] περιστερὰ, hoc est, columba interpretatur. Hic fuit filius Amathi. Hinc Amathites. Porro Euse. in tẽporibus Azariæ, qui idem Oziast Prophetabant apud Hebræos, inquit, Amos, Esaias & Ionas. Et Hierony. in Osee: Ex quo perspicuũ est, inqt, prophetãte Osee, Esaia, & Iohel, & Amos, & Abdia, & Iona, & Michæa, qui σύγχρονοι eius fuere, id est, contemporanei, regnum decem tribuum esse finitum. Et in prologo in Ionam sic ait: Tradunt Hebræi, Osee, Amos, & Esaiam, ac Ionam, eisdem prophetasse tẽporibus, in quo eodem prologo opinionem quorundam refert, qui existimarũt Amathi patrem Ionam esse filium illum viduæ Sareptanæ, quẽ Helias vitę reddidit, matre postea dicente: Nũc cognoui quia vir dei es tu, et verbum dei in ore tuo est veritas, & ob hãc caussam etiam ipsum puerum sic vocatum. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat.

Ninive.] Vel Ninos vrbs gentium ma-

gna,quam Ninus rex condidit.Hinc Niniui tæ populi Niniue, ad quos Ionas missus est cõuertendos.Niniue interpretatur pulchra, siue speciosa, aut habitaculum. Porro hæc est Niniue Assyria, nam est altera Iudæa Niniue in angulo Arabiæ, quæ postea corrupte Neneuem est dicta. Illam Assyriam Plinius Ninum nominat,quondam clarisſ. Tigri amni impositam, ad solis occasum spectantem.Idem Ptolomæus: Diodorus Ninam vrbem vocat, conditamque à Nino Beli filio tradit,nec vllam postea vrbem tanto ambitu, tantaque magnitudine extructam. Altitudo murorum fuit pedum centum: latitudo,quæ tres currus iunctos caperet, ambitus quadringentorum octoginta stadiorum,facie quadrãguli. Turres in muris mille & quingentæ,centum altæ pedibus.

Tharsis.] Hanc Iosephus interpretatur Tarsum Ciliciæ ciuitatem. Porro Hebræi Tarsis mare dici generaliter autumãt, &c. Vide Hieronymum.

Ioppe.] Ioppen portum esse Iudææ tet in Rgnorum, & in Paralipomenon libris legimus. Ad quem Hiram quoque rex Tyri ligna de Libano ratibus transferebat: quæ Hierusalem terreno itinere peruecherentur. Hic locus est,in quo vsque hodie saxa monstrantur in litore,in quibus Andromeda religata,Persei quondam sit liberata præsidio, eruditus lector historiam nouit.

Naulum.] Vecturæ precium est, atque nautarum. Hinc ortum est prouerbiũ. Perdere naulum stultum est,in eum quadrat, q cum multa amiserit,reliqua etiã perdere velit. Vnde Iuuenalis Saty. xiij. Furor est, post omnia perdere naulum. Item aliud: Naulũ soluere stygio Charonti,est vita fungi,mortem oppetere,e viuis excedere,&c.

Conteri.] A cõteror,ereris. Hoc loci verbum infinitum pro appellatione ponitur. Vtidem velle & nolle, ea demum vera amicitia est. Sic amare,amor est: legere,lectio, sapere,sapientia: pœnitere, est pœnitentia, vt ego pœnitere tanti non emo. Perſius: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter, id est,tua scientia nihil est. Item Magistri Iacobi Horlini distichon: Depereunt celeri iuuenilia tempora lapsu. Nec quicquàm senium fert nisi triste queri, id est, tristes querelas.

Hebræus ego sum.] Non dixit, Iudæus ego sum,quod scissura decem tribuum à duabus populo nomen imposuit: sed Hebræus sum,hoc est, περατὴς, id est, transitor. & cætera.

CAPVT II.

Piscem grandem.] Pro quo in Hebraico dicitur dag gadol,quod interpretatur piscis grandis, haud dubium quin cetum, seu cete, seu balenam significet. Simile fere legimus de Arione Methymnæo, qui (vt Augustinus ait libro I. de Ciui. dei cap. xiiij.) nobilissimus citharista, cum esset eiectus de naui, exceptũ delphini dorso, & ad terras peruectum. Porro Arionis fabula & Delphini vulgata est apud scriptores. Herodotus eam primus scripsit libro Musarum primo. Hinc Ouid. in Fastis,& Plinius li. ix. & Gellius libro xvi. & Aelianus de animalibus,& alij permulti. Verum omnium elegãtius Lodouicus Viues Valentinus. Cæterũ Augustinus ait eo loci. Illud nostrum de Iona propheta incredibilius est. Plane incredibilius, quia mirabilius: & mirabilius,quia potentius.

Pelagus.] Tam masc. quã neutri gen. profundum maris significat. Valerius Flaccus lib. I. O quantum terræ quãtum cognoscere cœli. Permissum est pelagum,quantos aperimus in vsus. Hinc pelagicus, a, um, & pelagia,æ,piscis,q & purpura dicitur, à quo & succus eius pelagium vocatur.

CAPVT III.

Secundo.] Aduerbium, modo significat,vt primo,secũdo,tertio. Modo,bis, vt secundo cõsul. i. bis cõsul. Et secundo eũ monuerã. i. bis. Modo rursus. Cice. Semel hominẽ adlocutus fuerã, an secũdo mihi redeundũ esset,ignorabam. Secundo loco ornate dicitur,pro eo q̃d est secũdo. Dicimus & nemo huic secundus. Hinc secundũ, p̃po sitio acusatiuo casui seruiens. Secundæ,arũ. Secũdarius,a,um,secundariũ miniũ. Secũdanus adiect. Plin. lib. iij. cap. iiij. inusitatum.

Saccus.] Culeus est. Hinc sacculus & saccellus diminutiua, quibus significantur marsupia,crumenę,loculi. Asconius: Saccus frumentarius,saccus vinarius,&c. Item saccus pertusus, qui nihil continet, sed omnia etiam minuta transmittit, ceu cribrũ aquã. Item dolium pertusum Danaidum apud inferos. Largitio non habet fundum.

CAPVT IIII.

Afflictio.] Ab affligo,is,id est,prostratio in terram,perturbatio,pœna, vexatio. Sed afflictatio, ab afflicto,as, frequentatiuo,Cicerone teste lib. iij. Tusc. quæst. est ægritudo cũ vexatione corporis. Hinc afflictus participium. Afflicte,afflictor verbale. Afflictus,us.

Tharsis

Tharsis.] Ciuitatis nomẽ Ciliciæ, quã Iosephus Tarsarum vocat. Hebræi pro Tarsis, semper mare dicunt.

Hedera.] Semper virens, per se stare nõ potest, hæret ergo arboribus, hæret & muris, quos sæpe rumpit, quam Theophrastus omnium maxime viuacem scribit. Huius tres sunt species, nigra candida, & que belix vocatur. Huius racemus corymbus dicit. Hinc hederaceus, a, um, vt hederaciũ vas, vt corona hederacea, cochlear hederaceum, vide Mariũ Grapaldum de partibus ædium.

Ionæ prophetæ FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Michæam prophetam enucleatio.

CAPVT I.

Micheas.] ὁσιοὴν, ex duabus orationis partibus nomen cõpositũ, quod apud nos sonat, quis quasi: aut quis velut. Alibi Michæas interpretatur humilitas. Hunc Hieronymus tradit non vaticinatum esse temporibus Oziæ, sed eius filij Ioathan, quem Lxx. fecerunt tertium: Hebræi sextum habent in xij. minores.

Morasthi.] Vsq; hodie iuxta Eleutheropolim vrbem Palæstinæ haud grandis est viculus. Morasthi autem in lingua nostra sonat hæredem. Hinc Morasthites, pen. producta, hæreditas.

Geth.] Metropolis Palæstinæ, & vna de quinq; vrbibus Palæstinæ, &c. & interpretatur torcular, de qua erat Goliath, hinc dictus est Gethæus.

Saphir.] Quod Syro, Hebręoq; sermone dicitur pulchra. Samaria quippe in pulcherrimo Iudææ & vberrimo sita loco, nũc quoq; ostenditur.

Sennan.] Quæ interpretatur exitus, siue vt Symmachus vertit: non est egressa habitatio abundans, de eadẽ Samaria dicitur.

Asel.] Interpretatur domus vicina & ex latere, regnum videlicet Iuda.

Maroth.] Id est, in amaritudinibus, siue, vt Symmachus vertit, habitatio ad amaritudinem prouocans, &c.

Lachis.] Vrbs idolis olim dedita, de qua plenius habes in regnoꝝ iiij. Reg. xviij. lib. & in Esaia, Esaiæ xxxvi. Hæc interpretatur πορεία ἐστὶν, id est, est ambulatio.

Maresa.] Hęreditas dicitur, aduentum in eam hostium pro hæredibus appellauit, & vsq; Odollam vrbem Iudæ veniet Maresa, id est, hæreditas, quæ Odolla gloriosa est in vrbibus suis Israel.

Odolla.] Interpretatur testimonium haustus, vel hauritionis eorũ, quod in Græco significantius dicitur, μαρτυρία ἀντλήσεως ἀυτῶν, id est, testimonia haustorij eorum.

CAPVT II.

Depopulatio.] Deuastatio, destructio, & demolitio, à depopulor, aris. Depopulare etiam actiue legitur. Depopulator, vt depopulator fori.

Tumultuor.] Deponens est hoc loco. Tumultuo, in perturbatione sum. Nam tumultus (vt autor est Hieronymus) vox plurimorũ est, & nimiæ multitudinis clamor pariter emissus, &c. Hinc tumultuosus, a, um, & tumultuarius. Tumultuarie, tumultuãter aduerbia. Tumultuose, tumultuatio.

CAPVT III.

Lebes.] etis, vas æneum, in quo res bulliunt, vt docet Porphyrio super ix. librũ Iliados, & est generis masculini & fœminini. Reperitur etiam lebeta, pen. producta.

Sion.] Et montis & arcis nomẽ, & sonat speculam. Hinc Sionius, a, um.

Hierusalem.] Visio pacis.

CAPVT IIII.

Vomer.] Et vomis, masculini gene. dictus quod terram vomat, ein phlugysen, schare. A vomo, is.

Ligo.] Ligonis, pen. pro. Instrumentũ rusticum, ein karst oder hauv. Verg. Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui, Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Belligero.] as, bellum gero, prælior. Plautus: Belligerant Aetholi cum Aulide. Memini me etiamnum legisse belligeror. Hinc belliger, a, um. Vnde Mars belliger dicitur à bello gerendo. Bellicus, a, um, &c. vt bellicus Hector.

Turris gregis nebulosa.] Turrem gregis nebulosam, siue squalentem, quod Hebraice dicitur Ophel, nullam aliã debemus accipere, nisi illã de qua Esaias v. ait, & Christus Matthæi xxi.

CAPVT V.

Primas.] Dicitur & summas & optimas, qui primus in vrbe est, Græce hyparchus. Hinc dicimus: Primas tenet. Hinc primatus, us, masculini generis, vt primatũ dare alicui, &c.

Assur.] Iudææ ciuitas, quam ædificauit

Solomõ. Quo nomine dictꝰ est filius Sem. Hinc Assyrij.

Nemrod.] In Hebræo sic scribitur. Alij Nemroth per th, gigantis, & venatoris, & superbientis contra dominum nomẽ, & interpretatur tentatio descendens. De hoc Genesis decimo.

CAPVT. VI.

Balac.] Rex Moabitarum, & interpretatur Græce ἐκλείχων, id est, elingẽs, rex aquæ paternæ.

Beor.] Interpretatur in pelle.

Sethim.] Pro quo Lxx. de schœnis, ἀπὸ τῶν χοίνων, id est, schœnis. Omnes Sethim ipsum verbum Hebraicum transtulerũt. Est autem locus in quo Balac rex Moabitarum, aduersus Israel congregauit exercitum ὁμώνυμος, id est, eiusdem nominis, arboribus, quæ per eremum montis Sina hodie quoq; gignũtur. Nam vbi in Lxx. vel arca testamenti, vel altare & tabernaculũ, &c. de lignis imputribilibus facta referuntur, in Hebræo ponuntur ligna Sethim, quæ habent similitudinem arboris, quam nos vulgo spinam albam dicimus. Vnde arbitror et Lxx. χόινον interpretatos esse, hoc est, Lentiscum, sed paulatim librariorum errore factum esse, vt χοῖνοι, id est, funes, p schœnis, hoc est, lentiscis legerentur.

Galgal.] κύλισμός, id est, volubilitas, vel volutabrum interpretatur.

Amri.] Sic in Hebræo scriptum est. Si enim scriptum esset in Hebræo Ammi, recte Lxx. transtulissent populi mei. Nũc vero cũ scriptum sit Amri, & Res litera addita: non populi nomen: sed patrem Achab sonat, de quo regum narrat historia, &c. iij. Regum xvi. Si ergo Ammi, populi mei dicitur, nulli dubium est, male supra pro Amri, populũ meum translatum. Hucusque iuxta Hebraicum, quid nobis videretur, expressimus, ait Hieronymus.

CAPVT VII.

Autumnus.] Dici putatur, quod tũc maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Hinc autumnalis, e, adiectiuum, vt tempus autumnale, & ideo per c scribendum est, cum ab auctus deriuetur. Sunt enim quatuor anni partes, scilicet ver, æstas, auctumnus, & hyems, quarũ vnaquæq; durat tribus mensibus.

Præcoquus.] a, um, media correpta, idem quod præcox omnis generis. Martial. Ilia maternis fueramus p̃coqua ramis. Nũc in adoptiuis Persica cara sumus. Hinc p̃coquo, is, pen. cor. est ante coquo, seu maturo.

Paliurus.] Herba spinosa & aspera. Vergili. Carduus & spinis surget paliurus acutis. Est & nomen arboris in Aphrica, & paludis in eadem. Sed Palinurus Siciliæ promontorium, & bis meiens interpretatur. Martialis: Minxisti Pauline semel currente carina. Meiere vis iterum sic Palinurus eris.

Basan.] A quo Basantis pen. prod. interpretatur confusio.

Michææ prophetæ FINIS.

DICTIONVM QVARVNDAM in Nahum enodatio.

CAPVT I.

Onus Niniue.] Pro q̃ Lxx. Assumptio Niniue interpretãtur λῆμμα, & Aquila ὅραμα interpretatus est: apud Hebræos Massa ponitur, id est, graue onus, eo quod eam aduersus quam videtur premat, nec sinat eleuare ceruicem.

Niniue.] Metropolis Assyriorum, quæ nunc vocatur Ninus, quæ in nostra lingua de Hebræo speciosam sonat.

Nahum.] παράκλησις, id est, consolatio, siue consolator, quod Græcis paracletus dicitur, interpretatur. Porro Iosephus libro nono Naũ scribit fuisse temporibus Ioathã regis Iuda.

Helkesei.] Porro quod addit Nahum helkesei, quidam putant helkeseum patrem esse Nahum: & secundum Hebræam traditionem etiam ipsum prophetam fuisse: cũ helkesei vsq; hodie in Galilæa viculus sit, paruus quidam, & vix ruinis veterum ædificiorum indicans vestigia: sed tamen Iudæis, & mihi quoq; à circumducente mõstratus. Hactenus Hieronymus.

Basan.] Confusionem sonat & ignominiam. Sæpe explicatum.

CAPVT II.

Ignitus.] a, um. pen. pro. ab igneo, es, significat inflammo. Vnde ignitus pro candente ponitur. Apuleius ignitã esse Martis stellam dixit. Ignitũ eloquium. Ignitius vinum. Ignis. Hinc igniculus dimin. Igneus, a, um. Ignesco, is, ignescens, ignariũ, ij. Ignarius lapis. Ignipes, ignipotens. Ignispicium, ij. Ignitabulum, ein feuver gezauvv, obsoletum. Festus.

Habena.] Retinaculum equi, quod ea equus habeatur, id est, retineatur, ein zaum.

Agitator.] Ab agito, id est, stimulator, qui agit

qui agit equos, mulosve. Agitator asselli. Agitatio, agolum, li, eyn hyrtenstecken.

CAPVT III.

FAlgurans hasta.] Quæ ad modum fulguris emissa coruscat.

Ammon.] Pro eo quod in Lxx. legitur. Apta chordam pars Ammon, & cæteri interpretes transtulerunt: Nunquid melior es ab Amon? Hebræus, qui me in scripturis erudiuit, ait Hieronymus, ita legi posse asseruit: Nunquid melior es, quàm No Amon? & ait No Hebraice dici Alexandriam, Amon autem multitudinem, siue populos, &c.

Quod autem Aethiopia.] Id est, Chusi & Aegyptus, & Aphrica, pro quo in Hebræo ponitur Phut, & Libyes in præsidio ei? sint, ipse situs prouinciarum, & vrbis ostendit. Cæterum non satis mihi videtur congruere exemplum euersionis Niniue cũ filijs Lot, qui Ἀμμὰν Amman iuxta Lxx. appellantur Gene. xix. Primum enim Ammon dicitur, & non Amman: deinde Ammana, quæ nũc vocatur Philadelphia: Huius Ἄμμανα memi nit Stephanus de Vrbibus. Iam si Ammon voluerimus interpretari super filijs Lot, dicamus Lot habuisse ex duabus filiabus duos filios, Moab & Ammon, quorum senior Moab interpretatur, ex patre, siue aqua paterna: iunior vero Ammon, vel filius generis mei, vel populus noster. Lot quippe declinatio interpretatur.

Assur.] Iudææ ciuitas, quam extruxit Salomon. Quo nomine dictus est filius Sem. Hinc Assyria dicta est, vt docet Augustinus lib. xv. de Ciuitate dei.

CNahum Prophetæ
FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM, in Habacuc explicatio.

CAPVT I.

HAbacuc.] Interpretatur amplexus, siue, vt significantius vertamus in Græcum περίλημψις, id est, amplexatio. Alibi aliter. Habacuc περιλαμβάνων, id est, amplexans siue luctans. Huius prophetæ fit mentio Daniel. xiiij. quod prandium ex Iuda Babylonem tulerit ad Danielem: quo testimonio ad probationem temporum Augustinus non est vsus: quod ea Beli historia, & totum xiiij. caput cum historia Susannę apocrypha sint, nec in Hebræo habeantur, nec sint versa à Lxx. senibus. Porro Abacuc vaticinatus est, vt Hieronymus inquit, quum iam Iuda & Beniamin in captiuitatem ijssent à Nabuchodonosoro ductæ, in quam, & Babylonẽ, diriguntur vaticinia Abacuc.

Chaldea.] Asiæ maioris regio, plana, fontiumque indiga. Hinc Chaldæus, & Chaldaicus. Chaldæi, qui Hebræis Casedim dicuntur, qui interpretantur quasi dæmonia.

Ridiculus.] Qui alijs risui est, & de quo alij rident, dicitur. Hinc M. Iacobus Horlinus: Ridiculus iure est alium qui scommate mordet. Quum sua sit probris vita notata meris. Fœmina barbatum ridens nasuta puellum, Ridenda abruptis naribus ipsa fuit. Aliquando significat eum qui alios ridere facit, quem gelotopium vocant. Plautus: Vides ridiculos nihili fieri. Cicero. C. Sicinius, homo impurus, sed admodum ridiculus.

CAPVT II.

IVstus.] Ex fide viuit. Vide Ioann. Lodouicum Viuem in primum caput Augustini de Ciuitate dei, & ipsum Hieronymum hoc loci. Sic habet Viues: Iustus ex fide viuit. Idem sæpenumero Paulus ad Roma. I. & x. Hebræo. x. Galat. iij. Hoc est enim vitæ huius viaticum. Apud prophetam varie legitur, tum ex fide mea, tum ex fide sua viuet. Sic verterunt Lxx. τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει, id est, sua fide viuet. Diuus Hieronymus dicit. Vbi Septuaginta posuerunt: Iustus autem ex fide mea viuet: omnes æqualiter transtulerunt, ex fide sua viuet. Deniq; Symmachus significantius interpretans ait: Iustus autem per fidem propriam suam viuet, quod Græce dicitur ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται, id est, iustus sua fide viuet: bœamunatho quippe, quod interpretatur in fide sua, si Iod & Vou literam haberet in fine, vt Lxx. putauerunt: & legeretur bœamunathi, recte transtulissent in fide mea, nunc aũt similitudo literæ Vou & Iod quæ mensura tantum inter se distant, caussa erroris fuit. Hactenus Hieronymus.

Densus.] a, um, dicitur frequens, & coniunctus, vel multus, cui opponitur rarus. Hinc densitas, & densitudo. Condensus. Denso, densas, cogo, spisso. Condenso, as. Est & denseo, à quo densesco, densus fio, & cætera.

CAPVT III.

Pharan.] Mons est,& interpretatur os videntis: Lxx. habent hoc loco, de mõte vmbroso,& condenso. Porro soli Lxx. verterunt, ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος, ex monte vmbroso,& condenso. Cæteri, vt est in Hebraica ex Pharan, quod est oppidum trans Arabiam, iunctũ Saracenis, per q̃d iter fecerũt filij Israel, quum de Sina mouissent. Ideo Septuaginta, quoniam vicinum est saltui, habitum loci potius reddiderunt, q̃ nomen.

Exultabo in deo Iesu meo.] Gaudebo in deo Iesu meo. Sic in Hebræo, pro quo Septuaginta verterunt, τῷ σωτῆρι μου, hoc est, seruatore meo. Et hæc tria idem sunt: Iesus Hebraice, σωτὴρ Græce, seruator Latine, quãquàm Cicero Act. iij. in Verrem negat σωτηρα vno verbo Latino posse reddi, esseque eum qui salutem dederit: saluatoris nomen recentius est, sed eo vtuntur Lactantius, Ausonius,& reliqui sacri scriptores. Qui latius carmen hoc auet expositum videre, habet in id geminam Hieronymi enarrationem.

Pelles Madian.] Caue lector, putes dictum de cute hominis, vt quidam magni nominis theologus hunc locum interpretatus est, de cute diui Bartholomæi excoriati. Pelles appellat tentoria, quæ quondam e pellibus conficiebantur. Solent enim milites rigente bruma in hyberna se recipere, hoc est, in oppidum aliquod commodius. Durissimum autem erat & hyemen sub pellibus nõ sub tectis agere, quod tamen erat aliquoties militi faciundum.

Madian.] In lingua nostra sonat ex iudicio, id est, in condemnationem.

Armentum.] Est grex maiorum animalium. Hinc armentarius, est pastor, aut custos armenti.

¶Habacuc Prophetæ
FINIS.

DICTIO
NVM QVARVNDAM in Sophoniam explicatio.

CAPVT I.

Sophonia.] Vel as, filius Chusi. κεκρυμμένος κυρίου, hoc est, arcanum domini. Alij speculam, alij arcanum domini transtulerunt. Siue igitur specula, siue absconditum domini interpretetur, vtrunq; prophetæ conuenit: habuit em̃ patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam,& talem quadrigam ipse velut extremus auriga complexus est. Porro Sophonias, hunc Hebræi prophetam,& prophetarum filium, nepotem,& abnepotem fuisse tradunt. Pater em̃ fuit Chusi, auus Godolias, proauus Amarias, atauus Ezechias, prophetæ omnes. Nam aiunt omnes maiores, quos in titulo nominat prophetа aliquis, etiam prophetas fuisse.

Chusi.] Interpretatur humilitas, vel Aethiops meus. Chus Aethiopia.

Godolia.] Dicitur magnitudo dñi.

Amaria.] Sonat & ipse sermonem domini.

Ezechia.] Sonat fortitudinem domini.

Iosias.] Interpretatur eleuatio dñi.

Amon.] Fides interpretatur, rex Iuda, id est, confitentis.

Baal.] Siue Baalim in plurali: idolum Sidoniorũ, interpretatur in sublimioribus.

Melchon.] Nomen idoli, interpretatur princeps, siue rex eorum.

CAPVT II.

Moab, Ammon.] Nomina hic ciuitatum sunt. Moab, quæ nunc Areopolis appellatur. Ammon, quæ & ipsa vrbs Arabiæ secunda post Bosram Philadelphia dicitur.

Onocrotalus.] Penulti. corre. auis est cygno similis, dicta quod collum in aqua mergens, spiransq; veluti ruditum asinæ dat. Diuus Hieronymus onocrotalorũ duo genera dicit esse. Alterũ aquatile. Alterum fortitudinis.

CAPVT III.

Prouocatrix.] Verbale, vt vocant, à prouoco, as, quod interdum significat inuito, irrito, hortor: significantius Hebraice dicitur Moraah, id est, παραπικραίνουσα, quod possumus dicere deum amarum faciens, id est, tuo vitio. Hinc prouocator,& prouocatio. Prouocatus participium, vt: Prouocatus cum Gallo depugnauit. Prouocatus beneficio. Prouocatorius, a, um, vt: Prouocatoria dona militaria, id est, quæ meruit prouocatus.

Columba.] Sciendum est hoc loci, quod alij e contrario adferant pro columba ibi posse intelligi ἑλλάδα, id est, Græciam, vt sit sensus: à facie gladij Iona, id est, à facie gladij Græciæ. Iona enim tam columbam, quàm Græciam significat. Vnde & vsque hodie Græci Iones, & mare appellatur Ionium. Et apud Hebræos permanet eorum

rum vetus vocabulum.

Aethiopia.] Regio, quæ vilis & abiecta (teste Ambrosio in libro de Paradiso) Latina interpretatione significatur. Ab Athiope Vulcani filio, cui præfuit, sic dicta, vt ait Plinius: Hebraice Chus appellatur.

¶Sophoniæ Prophetæ FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM in Aggæum explicatio.

CAPVT I.

DArius.] Nomen regis Persarum, & habet penultimam productam, quoniam apud Græcos scribitur per ει diphthongum, sic Δαρεῖος, & in lingua nostra sonat, generationes factæ, siue quæ fuerunt. Hinc Daricus numisma Persicum, Darij imagine percussum.

Haggeus.] ἑορτάζω, quem nos festiuum, siue solennem possumus dicere. Habeamus & nos mundas manus & vocemur ἑορτάζοντες, id est, festa celebrantes, & ad nos fiet sermo dei.

Zorobabel.] Filius Salathiel. Siquidem apud Hebræos ex tribus integris nomen eius traditur esse compositum. Zo enim dicitur iste: Rab magister, siue maior: babel proprie Babylonium sonat: & efficitur nomen Zorobabel: iste magister de Babylone.

Salathiel.] Dux Iuda, qui interpretatur petitio dei.

Iosedech.] Quod & ipsum in linguam nostram vertitur, deus iustus.

Saccus pertusus.] Est perforatus, qui non habet fundum. Videtur translatum à pertuso dolio Danaidum apud inferos. Similе, Inexplebile dolium. Et: Largitio non habet fundum. Varie hisce vtimur adagijs. Vide Chiliades Erasmi Roterodami, imo, vt cum Budæo loquar, Adagia, siue Salinum Mercurij, & Iogothecam Mineruæ.

CAPVT II.

AGgeus.] Interpretatur festiuus, siue solennis.

Zorobabel.] Iste magister de Babylone.

Salathiel.] Petitio dei.

Auguro.] Est ventus vrens, &c.

¶Aggæi Prophetæ FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Zachariam explicatio.

CAPVT I.

ZAcharias.] Interpretatur μνήμη κυρίου, id est, memoria domini. Porro Aggæi, & Zachariæ, horum meminit Esdras primi libri quinto capite. In superiore nanq; quum dixisset, tunc intermissum est opus domini in Hierusalem, & non fiebat vsq; ad annum secundum Darij regis Persarum: addidit. Prophetarunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iuda & Hierusalem. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & cœperunt ædificare templum domini in Hierusalem, & cum eis prophetæ dei adiuuantes eos, & ipsi se temporibus Darij vaticinatos testantur etiã eodem secundo Darij anno. Cæterum Zacharias non se Addo filium, sed nepotẽ scribit ex filio Barachia. Nec dubitant, inquit Hieronym. quin hic sit Addo, qui iuxta Paralipomenon librũ missus est ad Hieroboam filiũ Nabath, sub quo altare diruptum est, & manus regis aruit. Rursumq; ad preces illius restituta est, ij. Paralipo. xij. & iij. Reg. xiij. sed in neutro sacrarum literarũ nominatur Addo, in libro Regum subticetur prophetæ nomen, in Parali. nuncupatur Semeius, & propheta qui illis temporibus vixerit, non potuit ne atauus quidem esse hominis Iudaici Babylone captiui. Iam illud ne admonendum quidem est, non hunc esse Zachariam illum Ioiadę filiũ, quem occidit Ioas rex Iuda, secundi Paralip. xxiiij. cuius meminit Christus dñs Matthæi xxij. dicens illum occisum inter templum, & altare.

Barachia.] Benedictio domini.

Addo.] Sonat testimonium eius.

Sabat.] Mensis vndecimus: sic appellatur apud Hebræos, & lingua nostra in virgã vertitur, austeritatem, & corruptionem sonat, &c. Vide Eucherium Episcopum Lugdunensem. Porro iuxta Lxx. decimus mẽsis qui Hebraice appellat Sabat: & apud Aegyptios, τῦβι: apud Romanos Ianuarius dicitur, eo quod apud illos anni sit ianua, omni calore sublato hyberni frigoris continet principatum. Hæc Hierony. super Ezechiel. in Cõmentarijs cap. xxix.

Per-

Perpẽdiculum.] Instrumentum fabri materiarij, seu cæmentarij, quo plumbo à filo, & gnomine pendente rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, & examinatur. Hinc ad perpendiculum, ad amussim prouerbialiter dicimus, id est, ad filum factum exacte.

CAPVT II.

Mensor.] A metior, appellatur agrorum finitor. Inde demensum, æstimatum, vel æquatum, mensuratumve: Græce chœnix. Super chœnice nõ sedendum, vel: chœnici ne infideas.

O.] Diuersas habet significationes. Est enim vocandi aduerbium. Vergilius: O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem. Item admirandi. Iuuenal. Satyra. iiij. O qualis facies, & quali digna tabella. O faciem pulchram. Teren. Item indignandi. Cicero: O tempora, o mores. Item optandi. Interdum interiectio dolentis, vt: O me miserum, O infelicem. O me perditum. O me afflictũ. Cicero. Et nonnunquàm exultantis affectũ. Vergilius: O felix si te tua Roma videret. O factũ bene. O si solitæ quicq̃ virtutis adesset. Est etiam irascẽtis, vt: O callidas hoim mentes, dixit Sergius. Est exclamantis. Terent. O audaciam, etiam me vltro accusatum aduenit. Item irridentis. Cicero: O præclaram sapientiam. O, interiectio repente perculsi. Quis hic loquitur? Mysis salue, O salue Pãphile. O, pro vtinam. Vergilius: O tantum libeat mecum tibi sordida rura. O vtinam, o vvoelt Gott. O vtinã tunc cũ Lacedæmona classe petebat, &c. Vergil. O, quandoq; tacetur, cũ accusatiuo iungitur. Cicero: Me miserum, cur non ades?

CAPVT III.

Iesum sacerdotem magnum.] Quem Græci ἀρχιερέα. Latini pontificem vocant: Hebræi filium Iosedech intelligi volunt.

Torris.] Eyn brandt, lignũ teres cum ardet. Titio, tortis extinctus, eyn ausgelesschen brandt.

Vestibus sordidis indutus.] Triplici ter interpretatur. Vel ob coniugium illicitũ: vel ob peccata populi: vel propter squallorẽ captiuitatis. Pro mutatorijs Lxx. transtulerunt ποδήρη, podere media longa, quam nos tunicam talarem possumus dicere, eo quod vsq; ad talos, & pedes defluat.

Cidaris, siue Citaris.] Regium pileum est, pro qua in Hebræo legimus Zanith, quæ mitra à plerisq; dicitur. Item tegumentum capitis regum Persarum, & Armeniæ.

Celo.] as, cum diphthongo æ, significat hoc loco sculpo. Porro pro sculptura Aquila transtulit: Sculpam aperturam eius. Theodotio, & Symmachus: Sculpam sculpturam eius. Sic dicimus: Cælare serpentem in auro, argento. Cælare scuta auro. Hinc cælatura, cælator verbale.

CAPVT IIII.

Candelabrum.] Instrumentum, in quo candelæ figuntur. Martialis de candelabro Corinthio: Nomina candelæ nobis antiqua dederunt. Non norat parcos vncta lucerna patres. A candela. Hinc candelas sebare, vnschlit kertzen machen.

Infusorium.] Id est, infundibulum ab infundo, is, instrumentum, quo in vasa liquores infundimus, eyn trichter. Hinc infusus participium. Et infusus, us, infusio, verbale.

Zorobabel.] Interpretatur iste magister de Babylone, dictum primo capite.

Fusorium.] Vas est in quo metalla liquefiunt. Sic puto hic suffusorium compositum accipi, à suffundo, eyn smeltz, oder giess oben, eyn tiegel. Effusorium opus, eyn gegossen vverck.

CAPVT V.

Volumen volans.] Hoc Hebraice dicitur Magillah: & ab Aquila & Theodotione versum est, διφθέρα diphthera, id est, pellis Amaltheæ capræ, in qua res humanas scribere dicitur Iupiter. Hinc adagium: Antiquiora diphthera loqueris. Vide Chiliades Erasmi. A Symmacho, κεφαλίς. i. capitulum, siue iuxta Lxx. δρέπανον πετόμενον, id est, falcem volantem.

Amphora.] Genus vasis vinarij, duas ansas habentis. Hinc amphorarius, qui mercedis gratia amphoram portat, quem Græci Amphorephoron dicunt. Amphoralis, e, vt vas amphorale, das eym aem helt.

Sennaar.] Pro quo Lxx. transtulerũt, in terra Babylonis. Sennaar enim campus est Chaldæorum, in quo hi qui mouerant ab oriente pedes suos, & in dei seruitute stare nõ poterant, ædificauerunt turrim superbiæ, vnde & ciuitas ipsa appellata est Babylon, id est, confusio.

CAPVT VI.

Quadriga.] æ, à quatuor equis, quibus iungebantur appellata est. Hinc Quadrigarius, qui eam agit. Est & nomen proprium autoris. Item quadrijugi, siue quadrijuges. Alias explicatum.

Woldai.] Interpretatur deprecatio domini,

mini,quod Græce significantius dicitur λιτάνευσις κυρίου, id est,deprecatio domini.

Tobia.] Bonus domini.

Idaia.] Notus domini. Hi de Babylonica captiuitate venerũt.Siquidem Pro Holdai,nunc in primo loco posuit Helem,quod interpretatur somnium. & in quarto loco addidit Han,id est,gratia.

Josias.] Interpretatur saluatus, & est filius visitationis domini.

Sophonias.] Specula, siue arcanum domini.

CAPVT VII.

NOnus mensis.] Apud Hebræos vocatur kiseliu, Casleu,de quo,vita comite, in Machabæorum libr. & Ioannis decimo plenius dicemus.

Sarasar.] Et regem Melech, & cæteri qui cum eis erant, quos Persas fuisse duces regis Darij timentes deũ,Hebræi autumant. Sed hoc quod in Septuaginta scriptum est: Misit de Bethel Sarasar,& Arbath Sager rex, nullus nostrorum potuit exponere, inquit D. Hieronymus. Neq; eñ quod male versum est ex Hebræo,vlla ratione explanari potest.Quis est eñ iste Sarasar, vel Arbath Sager rex, aut cuius rex prouinciæ:aut in quã, vel de qua misit Bethel, aut cuius Bethel rex esse poterat Arbath Sager:quæ olim cum Iudæa fuerat destituta: & eo tempore nequaq̃ vocabatur Bethel,id est,domus dei: sed Bethauen, id est,domus idoli.

Adamas.] Lapis fortissimus, qui Hebraice Sanir dicitur, in tantum durus est vt omnia metalla cõfringat, ipse indomabilis: quod Græcum ἀδάμας sonat. Hinc Adamantinus penulti. corre. Et Adamantæus, a,um, penult.producta.

CAPVT VIII.

ANus.] Generis fœmi. & prima cor. vetula dicitur,ab annorum multitudine,vel à sensus,& intellectus carentia, quasi sine mente, ἄνους enim Græcis demens est. Hinc anicula diminutiuum. Anilis,& hoc le,penult.prod.Sed anus, ni,mascu.gene.& prima producta pars posterior verenda,quo nomine dictus est & fluuius quidam. Hinc ab anu vetula multæ parœmiæ;videlicet:Anus bacchatur, anus cothonissat, anus eriphus,anus hircum olet,anus hircissans,anus simia sero quidem,anus saltat, anus subsultans multum excitat puluerís, anus velut equus profundam habebis fossam.De his vide Parœmiographum Erasmum.

Fimbria.] Omnis vestium extremitas, & ora dicitur: fuit etiam nomen Romani ciuis crudelitate insignis. Fimbriæ cincinnorum dicimus, die locken der zupffen. Hinc fimbriatus,a,um,verbremt.

CAPVT IX.

HAdrach.] Quippe hoc resonat,videlicet acuti in peccatores, mollis in iustos, ex duobus integris nomen compositum,had acutum,rach molle, tenerumq; significant,& non vt male à quibusdam legitur sedrach.

Hamath.] Quæ interpretatur χόλος, id est,indignatio: Ipsa est quæ ab Antiocho Epiphane nomen accepit: & nunc Syriæ Cœles est ciuitas,quæ & Cœlesyria dicitur pars Syriæ,quæ contingit Arabas,quæ & Palæstina,& Iudæa dicitur.

Tyrus.] Hebraice Zor,Græce συνοχή, id est,angustia dicitur.

Sidon.] Vero θήρευμα, id est, venatio interpretatur.

Philistini.] Pro quibus Lxx.alienigenas,id est, allophylos, Græce transtulerunt. Philistĩm quippe interpretantur in lingua nostra,cadentes poculo.

Grecia.] Regio Europæ est, à Græco proprio viri nomine dicta. Quondam lata fuit hæc regio, & in diuersos idiotismos, id est, linguæ proprietates distincta, vtpote Atticos, Aeolicos, Ionicos, Doricos & cõmunes, sicuti apud nos Germania. Hinc Græcus, & Græcanicus. Graius, a, um, à quo Graiugenæ,Græcostasis penulti. correpta,Græcorum statio. Græcari,& pergræcari est genio ac Veneri operam dare,& indulgere.

CAPVT X.

EPhraim.] Interpretatur vbertas, & frugum abundantia.

Assyrius.] Interpretatur arguens atq; conuincens.Ipse enim est Assur inimicus,& vltor, & cætera.

Galaad.] Terra,in linguam nostram vertitur testimonium transmigrationis.

Libanus, ni.] Interpretatur λευκασμός, id est, dealbatio.

Fretum.] Dicitur angustum mare, dictum à feruore. Hinc: Transfreto,as, penultima correpta,est trans fretum nauigo. Sumitur frequenter pro ipso mari, pelago,ponto, thalassa.

CAPVT XI.

LIbanus.] Cedrus,abits, quercus Basan,&c.Perspicue Libanus ad quẽ prophetalis sermo conuertitur,tẽplum intelligi-

tur

tur Iudæorum,quod inſtauratum,imo ædificatum à Zorobabel,rurſum à Veſpaſiano, & Tito canitur ſubuertendum.Et quia libanum appellarat μεταφορικῶς, & in reliquis ſeruat translationem,vt per cedros & abietes,& quercus Baſan,ſaltumq; nemoroſum, principes ac ſacerdotes, & populum ſignificet Iudæorum,& cæt. Quercus Baſan,id eſt, confuſionis,& ignominiæ,quia ſaltus munitiſſimus,qui Hebraice dicitur Baſan, & à Septuaginta translatus eſt,nemoroſus,denſus & exciſus eſt,&c.

Duas virgas.] Siue duas σκύταλας, id eſt, baculos, qui Hebraice dicuntur Makeloth,vt paſtoris habitum demonſtraret,hic interpretatus eſt:Alteram decorem,alteram funiculos,appellans. Scytala Laconica.adagium,vide lector paræmiographum.

Statuarius.] ἡ, ſubſtantiue,qui ſtatuas fingit,ſeu qui imagines fundit.In qua nimirum arte excelluerunt,Liſippus, Appelles,Praxiteles,Myron, & Polycletus, cæteriq;.Pro ſtatuario, in Hebræo legitur Iozar, id eſt, τὸν πλάσσοντα, quem nos fictorem, & figulum poſſumus dicere.

CAPVT XII.

CRapula.] æ,Græcum eſt κραιπάλη,proprie nimia vini ingurgitatio eſt, quaſi lucta,ſiue dolor,aut vertigo capitis.Hinc crapulor,aris,obſoletum,ait Cholinus.Crapulam exhalare,& edormiſcere.

Adadrimon.] Pro quo Lxx. tranſtulerunt ῥοῶνας, vrbs eſt iuxta Hiezraelem,quæ hoc olim vocabulo nuncupata eſt,& hodie vocatur Maximianopolis,in campoMageddon,in quo Ioſias rex iuſtus à Pharaone cognomento Nechao vulneratus eſt,&c.

Nathan.] Propheta, & ſonat dedit donum.

CAPVT XIII.

FOns patẽs.] Ego dicerem patulus. De hoc fonte & in Ezechiele ſcribitur, qui creſcit in fluuiũ, qui appellatur aqua remiſſionis,& indulgentiæ,&c.Patens participiũ, à pateo,es.Hinc patefacio,is, patefactio, patulus,a,um.Patulos boues Plautus dixit.

Framea.] æ,pro framea,quam Lxx. ῥομφαίαν tranſtulerunt:in Hebraico Hœrœb,apud Aquilam,& Symmachum μάχαιραν, id eſt,gladium ſiue mucronem reperimus.

CAPVT XIIII.

PReruptis.] a,um, proprie diſiectus, auulſus,à prærumpor,eris. Vergilius libro iiij. Georgicorum. Adde tot egregias vrbes operumq; laborem. Tot congeſta manu prærupti oppida ſaxis. Columella libro quarto.Præruptior vero collis, vel in quatuor pedes vertendus.Hoc loci pro alto præcipitio videtur ſumi. Præruptum ſaxum. Præruptiſſima vrbis pars. Prærupta,pro rupibus,prærupte aduerbium, vt Mons prærupte altus.

Remmon.] Malumgranatum,ſiue altitudo interpretatur. Lxx.ſic habent: A Gabaa vſq; Remmon.Gabaa quippe collis interpretatur.Rama exaltatio,ſiue excelſum.

Hannaneel.] Turris,ſic legendum,non vt Græci,& Latini male legunt Anamael. Porro Hannaneel interpretatur gratiſſimus dei,dictum alibi.

Beniamin.] Interpretatur filius dexteræ,& non filius dierum,vt male quidam ſuſpicantur:aliud eſt enim, ſi in Nun finale literam, aliud ſi in Mem finale finiatur.

¶ Zachariæ Prophetæ
FINIS.

QVARVNDAM DICTIONVM in Malachiam explicatio.

CAPVT I.

MAlachias.] Vltimum duodecim prophetarum Malachi explicare volumus: cuius nomen Lxx. tranſtulerunt τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, id eſt, angelus eius,dicẽtes: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael in manu angeli eius.Pro quo in Hebræo legitur Malaachi, quod rectius & expreſſius dicitur ἄγγελός μου, id eſt, nuncius meus,Hebraice.Quam ob cauſam Origenes quum in hunc prophetam ſcriberet, ſignificationem dedit, putare ſe angelum fuiſſe, q̃ prophetarit,ſi Hieronymo credimus, cæteri Malachiam nominarunt. Neq; enim nomina cum in alias linguas veniunt,ex etymologia mutanda ſunt. Nemo em̃ Platonem vocat latum: aut Ariſtotelem optimum perfectum:vel Ioſue ſeruatorẽ, vel Athænas Mineruas. Relinquuntur em̃ noĩa, vt cuiq; in proprio ſunt impoſita ſermone. Alioq; non lux adderetur iis, quos; verterentur in alienas linguas nomina, ſed obſcuraretur claritas quam habebant prius, quo magis miror eſſe,qui ſibi peregrina & Græca nomina aſciſcunt iuxta etymon ſuos; patria lingua, qui dum ſibi famam parare ſtudent, plus media illius

illius parte sese fraudant, quanto simplicius & prudentius, adde etiam ad rerũ naturam accommodatius. Cæsar qui Gallos omnes & Germanos suis ipsorum appellauit nominibus, inflexis tantum finibus in formam Latinorum. Cæterum Malachiam non desunt, præsertim ex Hebræis, qui putent Esdram esse propter consonantiam librorum, & sub Dario Histaspis filio prophetasse creditur.

Onus. Id est, pondus: quod Hebraice Massa: & ab Aquila ὅραμα, horama dicitur: vel quid λῆμμα, id est, assumptio: quod & Septuaginta & cæteri interpretes transtulerunt, vt in alijs pphetis diximus. Onerosus, onustus, a, um, onustatus, a, um.

Esau. Vnus atque idem tribus nominibus appellatur, videlicet Esau, id est, factura. Edom, id est, rufus: Seir, id est, pilosus, quia hispidus erat.

Israel. Vir, vel sensus, cernens deum mystice, siue vt ego melius puto ἐυθύτατον θεοῦ, i. rectissimus dei, ait diuus Hieronymus. Hinc Israeliticus, a, um. Israelita, æ.

CAPVT II.

Brachium. Pro quo Lxx. ὦμον, id est, humerum interpretati sunt, id est, armum animalis dextrum, eyn buck.

Stercus. Pro quo Lxx. ἔνυσθον, id est, ventriculum transtulerunt, pro eo quod cõtinet, id quod continetur appellantes, & armum enim, & pectusculum, & linguam & ventriculum, & ea quæ in Leuitico describuntur, accipiebant ex hostijs sacerdotes.

Pactum. Fœdus, pactio, à paciscor, eris. Hebraice Berith, Græce σιωθήκη dicitur. Lxx. διαθήκην, id est, testamentum verterunt.

Scandalizo. as, σκανδαλίζω actiuum accusatiuo iungitur. Sed σκανδαλίζωμαι, offendiculum patior, quod est alicui scandalũ, id est, offendiculum, & ruinam præbeo.

CAPVT III.

Fullo. onis, à fouendis aqua calida vestibus, dictus est, eyn vvalcker, à quo ars fullonia. Iam nõ solum ignis, sed & herba fullonum dicitur, quæ Hebraice Borith Mechabesim appellatur: & Septuaginta πόαν πλυνόντων, id est, herbam fullonum vertunt. Nec ob id putemus eum diuinitatis mutare naturam, cum pro nobis, aut angelus, aut ignis, aut Borith nominatur. Nam ipse dominus, & non mutatur.

Colo. as, are, notæ significantiæ, & habet primam productam, vernacule Seyen durch eyn duoch. Manilius: Et colare vagos inductis retibus amnis. Hinc percolo, penultima producta. Columella lib. viij. Nã maxime refert primo quoque tempore serum, id est, molken, percolari.

Peculium. Dicitur propria pecunia. Vnde peculiaris, e, id est, proprius, vel singularis. Hinc peculiolum diminut. peculiariter aduerbium. Peculiosus, a, um, peculiatus, a, ũ, peculiare, p peculiũ auferre. Plaut.

CAPVT IIII.

Caminus. Latine fornax dicitur. Accipitur etiam quandoque pro structura quæ fumum excipit. Hinc caminata loca, sunt testudinata.

Moses. Sis, & Mosi nomen inclyti ducis Iudæorum. Dicitur & Moyses y. Græco interpositio, & producit pen. Sedulius: Quid quod & Heliam, & clarum videre Moysen. Dicitur & Moseus, & Moyseus, & interpretatur de aqs attractus, assumptus, saluatusq;. Hinc Mosaicus, a, um, vt lex Mosaica.

Horeb. Montis nomen, & siccitatem sonat.

Helias. Cognomento Thesbites penultima longa, prophetæ nomen sanctissimi, & interpretatur deus meus, de oppido Thesbi, quod conuersionem, & pœnitentiam sonat.

Anathema. Penult. prod. oblatio, statua Græcis dicitur. Hic pro seiunctione, & excommunicatione, vt ita dicam, ponitur. Eyn verfluchter. Hinc Anathematizare, verfluchen, vnd sich dem teuffel geben.

¶ Malachiæ Prophetæ
FINIS.

PRAEFA-
TIONIS IN MACCHA-
bæorũ libros duos explicatio.

Macchabeorum. Libri duo nomen sortiunt à Iuda Macchabæo filio Matathiæ, q interpretatur protegens, vel protectio, alias percutiens, Græce vero pugnator. De his duobus libris dicit diuus Hieronymus in prologo Galeato: Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in canone. Macchabæorum primum librum Hebraicũ repperi. Secundus Græcus est: quod ex ipsa quoq; phrasi, id est, dictione, & stylo probari potest. Quæ cum ita se habeant, obsecro

te lector candidissime, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorũ, in templo dei offert vnusquisque quod potest. Alij aurum, argentum, & lapides pretiosos, byssum & purpuram & coccũ offerunt, & hyacinthum. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos, tricas, apinasq;, vt est in Prouerbio, hoc est res nihili, & viles. Tamen hoc non est silentio prętereundum, quamuis hi libri non sint in Canone Iudæorum, vt quidam obiectant, Augustinus tamen de Ciuitate dei lib. xviij. ca. xxxvi. hunc librum ceu canonicum habet, diuus Hieronymus quoq; in prologo (si nõ titulus mentiatur) super Macchabæorum libros idem adserit. N. Lyranus ab Ecclesia, præsertim Romana probatos & acceptos adfirmat. Porro in duabus Rabani epistolis ad Lodouicum regem, & ad Heroldum nihil difficultatis est, nisi tantum Vangionum nomen. Præterea idem Hieronymus aduersus Pelagianos Iosephũ nominat Macchabæorum historiæ scriptorem. Nescio an autorem significet horum duorum voluminũ Macchabææ historiæ, quam inter sacra habemus, an libelli cuiusdam, qui separatim Græcus circumfertur Ἰωσήππου ἐις τοὺς Μακχαβάιους. Est & tertius Macchabęorum Græcus itidem, nondum quod sciam, versus in linguam Latinam: hunc non videtur Ecclesia recepisse in Cànonem.

Vangiones.] Penultima corre. populus Germaniæ, nunc Vvormacienses, de quibus Lucanus in primo. Et qui de laxis imitãtur Sarmata Brachis: Vangiones, Batauique truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ.

Duces.] Id est, tribunos, Græce Chiliarchos, qui mille præsunt, videlicet Mathathiam, Simonem, Iudam Macchabæum, & Iothan inclytissimos. Hinc ductor, ductarius, a, um, vnde ductarius funis. Ductilis, e, ductim aduerb. vtt Ductim opus facere in vinea, allgemach. Dux, cis, generis cõmunis, qui vel quæ ducit, vtt Dux fœmina facti. Dux isti quondam, & magister ad despoliãdum, eyn anrichter. Magistra ac duce natura. Dux recte viuendi natura. Dux impietatis. Dux & princeps in illa multitudine sicariorum.

QVARVNDAM DICTIONVM in I. Macchabæorum librum explicatio.

CAPVT I.

Macchabeus.] Filius Mathathiæ, cũ diphthongo, nomen barbarum, quo vocati sunt illi viri fortissimi apud sacras literas celebratissimi. Horum regnum breue. Pontificatus eorum quibus temporibus, vide Eusebium. Macchabæorũ historiæ autor Iosephus. Sub Macchabæis completa, quæ in Zacharia, eorundemque victoriæ. Et interpretatur percutiens, Græce pugnator.

Alexander.] Rex Macedonum, cognomento Magnus. Hic ædificauit Alexandriam, vrbem Aegypti caput, prope Nili ostiũ, quod Canopicum dicitur. Aliam eodẽ nomine struxit in Asia. Item in Scythia super Tanaim. Dicitur etiam Alexandræa penul. prod. Propertius: Noxia Alexandræa dolis aptissima tellus. Vnde Alexandrinus, a, um.

Macedo.] Penulti. corre. est habitator Macedoniæ, regionis Græciæ, in Thraciam & Thessaliam. Hinc Macedonicus, a, um, vt regnum Macedonicum, quod durauit trecentis annis. Lucanus libro vi. Cum tibi sacrato Macedo seruetur in antro. Item bellũ Macedonicum.

Lethim.] Filius Iauan, filij Iaphet, filij Noe Gene. decimo. Et pro Græcia ponitur, interpretatur confracti, verius conterentes, seu contritio maris.

Darius.] Pen. prod. contra vulgi morem, quoniam cum ꝫ. diphthongo Græca scribitur, rex Persarũ, Medorumq;, cui Xerxes successit. Hinc Daricus pen. cor. numisma priscum Darij imagine percussum.

Antiochus.] Cognomento Epiphanes, id est, illustris rex Syriæ, Seleuci regis filius, fuere & alij Antiochi Syriæ reges. Hinc Antiochia vrbs Syriæ, à Seleuco Nicanore filio Antiochi facta, quæ prius Metropolis Epiphane & Reblata ab alijs Theopolis, hoc est, dei ciuitas appellata est. A quo Antiochenus, a, um, Antiochensis adiectiua, interpretatur contra vehiculum vel currum.

Gymnasium.] Id est, exercitium. Hic pro ludo literario, & schola, siue Academia Lycæo, Cynosarge, Stoa, Prytanæo, Palęstra literaria ponitur, quod barbare Bursam, seu Vniuersitatem vocant. Et proprie locus est, in quo Palæstritæ exercebantur. Hinc gymnastica ars, & gymnasiarcha princeps gymnasij, & ludimagister, pædotriba, pædonomus, pædologus, præceptor, institutor, instructor, &c.

Elephantus.] Et Elephas animal notum,

tum,eyn Elephant. Hinc elephantinus,a,ũ, vt pellis elephãtina. Elephantia,& elephantiasis,morbi quoddam genus,ceu lepræ. Adagium: Elephas non curat muscam. Et Ex musca elephantum facis. Vide adagia Erasmica.

Ptolemeus.] Filius Lagi militis gregarij, in exercitu Alexandri Magni ita se gessit, vt inter duces primipilares esset, & post Alexandri mortem rex Aegypti fact⁹, adeo clarus fuit, vt omnes sui posteri ab ipso denominati sint,& dicti Ptolemæi, vsque ad Augusti tempora. Sed hic Ptolemæus fuit Dorymini filius,Græce bellicosus interpretatur. πτολεμαιος.

Casleu.]Mensis apud Hebræos nonus, apud nos December.Zacha.ix.explicatum. Hunc Macedones Appelleon vocant.

Trucido.] Pen.prod.à trux,& cædo,significat crudeliter neco. Verg.Fit via vi,rũpunt aditus, primosq; trucidant. Hinc dicimus ferro trucidatos,& ferro trucidari. Trucidatio verbale.

CAPVT II.

Mathathias.] Filius Ioannis,filij Simonis sacerdos, ex filijs Ioarim ab Hierusalem,hic consedit in monte,seu ciuitate Modin.Interpretatur donum domini, pater Iudæ Macchabæi.

Ioarim.] Hic vnus extitit e numero xxiiij.sacerdotum,quos Dauid ordinauit vt summo sacerdotio fungerentur sortito. I. Para.xxiiij.Quidam putant eum Ioachim,q xxi.sortem tum exhibuit.Alij,vt mihi videtur verius,fuisse Ioarib,qui & Iarib,qui primam sortẽ habuit, mutata vltima litera, vt sæpe fit apud Hebræos,Latinosq;. Interpretatur domini exaltatio,hic nomen viri.

Modin.] Vicus est iuxta Diospolim, de quo fuerunt Macchabæi,quorum hodieque eorum sepulchra ibidem monstrantur. Interpretatur iudicatio, vel iurgium,mons, siue ciuitas.

Et habebat filios quinque.] Horum cognomina prudens transeo, quod d. Hieronymus nonnulla in lib. de Hebraicis nominibus ponat, & Remig. quidam, & in calce Bibliorum cõmuniter adnectuntur,licet frequenter à Hierony. illa ipsa reprobentur.

Cornu.] Cornum,& hic cornus secundum Priscia.à curuatura,vel curuore, vt inquit Varro. Per translationem cornua fluminum dicũtur flexus,curuitates, Meandri alueorum. Item cornua antennarum significant vtranq; partem antennæ.Similiter in prælio cornua dicuntur vtraq; pars exercitus, id est,potestas, vt hoc loci. Item cornu genus est tubæ obtortæ.Hinc cornicen penult.cor.qui cornu canit, & corniger Bacchus,cornigerus,a,um,cornipeta,corniculũ diminuti.Cornipes, cornutus, cornicularius,ordinis nomen in militia.

CAPVT III.

Lorica.] Penult.produ. à loro fit, & est munimentũ corporis,quale in Imperatorum antiquis statuis videmus,quia loris alligata fit.Hinc loricula,& lorico,as,loricã induo.Loricatus,a,um, loricatio, vide Iurisconsultos, pro ornatu domus speciosо. Dilorico compositum verbum,diloricare tunicam apud Ciceronem legitur pro discindere.

Apollonius.] Nõ fuit ille philosophus Tianęus,nec Romanus alter eo nomine.Sed vnus de principibus Antiochi,& dux Samariæ,interpretaturq; perdens,vel destruens.

Seron.] Princeps exercitus Syriæ. Iosephus ait,inferioris Syriæ. Et interpretatur princeps mœroris, vel cantans tristitiam, aut planities.

Bethoron.] Inferior, & superior vrbes à Salomone conditæ, sed varia postea bellorum tempestate deletæ. Interpretatur diuisio, siue in exploratione ipsius, aut filia cantici.

Philistiim.] Id est,allophylorum, alienigenarum.

Lysias.] Græce sic Λυσίας viri nomen gratiosissimi apud regem Antiochum, quẽ misit pro regni gubernatione, vt regeret prouincias,à fluuio Euphrate vsq; ad fines Aegypti,& inferioris Asiæ.Hic eligens Ptolemæum Dorymenis,& Nicanorem,& Gorgiam viros potentes,amicos regis, & tradens eis peditum xl. milia, equitum vero septem milia transit contra Iudæos, qui vsq; Emaus ciuitatem venientes in campo exercitum locauerũt.Hactenus Iosephus lib.antiqui. xij. cap.x. Et interpretatur dissoluens.

Ptolemeus.] Hic filius fuit Dorymini,vel Doryminij. Iosephus Dorymenis dicit,cui ego subscribo. Hinc adagium,Ptolemaica lis &dicitur in litiũ auidos.Sonat bellicosum,Græcum est.

Ammaum.] Iosephus vocat Emaus, vbi Christus panem manibus fregit.Hieronymus Nicopolim nominat.Et sonat populum subiectum,siue obseruatum.

Maspha.] Ciuitas est in tribu Iuda iuxta Cariathiarim,ibi erat frequens locus orationis,de qua I.Reg. vij. Sonat speculationẽ,siue speculãtdicitur &Maspha,idẽ sonat.

Pentacontarchus.] Dici potest quinquagenarius.i.qui præest quinquaginta.Nã penteconta, quinquaginta dicuntur.

CAPVT IIII.

ASsaremoth.] Loci nomen, quem Iosephus lib. antiquit.xij.cap.x.vocat Gazara,alij Gazeron,Gazer,Gazaris idem, interpretatur præcisio,aut diuisio, vel sententia.

Jamnia.] Vrbs inter Diospolim & Azotum,alias Ianuel dicta. Sonat ædificans, aut intelligens.

Pastophorium.] Est domicilium pastophorum.i.sacerdotum Aegyptiorũ.Nam pastophori,sacerdotes sacrosancti dicũtur. Alij pro thalamo nuptiali accipiunt.

Cinara.] Media cor. musicum videtur instrumentum,mihi omnino ignotum vocabulum: à cieo, κίω Græco verbo quod est moueo,à quo multa deriuantur,vide Lexicon Græcum. Alias accitabulũ vocatur, modo Latinum sit vocabulum.Si pie lector noueris,candide limato. Certe κιναρύζωμαι significat ploro cum singultu,moueo.Præterea Horati.lib.I. Epistolarũ ad Mecœnatẽ inquit: Reddes dulce loq,reddes ridere decorum, & Intervina fugam cinaræ mœrere proteruæ. Vbi Acron dicit.Et quia potuit flere ebrius fugam cinaræ.Porphyrion non meminit cinaræ eo loci.Christophorus vero Landinus,doctus interpres ita ait: Fugã cinaræ,de qua multa sunt in libro car. Porro Philo Iudæus libro Biblicarum antiquitatum sic inquit ad verbum: Et peperit Ada vxorum altera Lamech, Iobab, ipse erat pater omnium habitantium in tabernaculis,& pascentium pecora. Et iterum genuit Iobal, qui initiauit docere omnem psalmũ organorum.In tempore illo cum initiassent habitantes terram operari iniqua, vnusquisque in vxores proximi sui contaminantes eas,indignatus est deus & cœpit percutere cinaram,& citharam, & omne organũ dulcis psalterij, & corrumpere terrã. Hactenus ille: Licet ibi habeatur cyneram per ypsilon, & epsilon,& non alpha, sed puto deprauate. Adhæc Cynara fuit Cypriorum rex,qui habuit filiam nomine Myrrham,quę patris amore capta,clam cum eo concubuit, quapropter persequente agnitam patre,in arborem sui nominis conuersa est.Itẽ Cinyra Agriopæ filius,hic inuenit tegulas,& metalla æris,vtrunq; in Cypro insula.

Scutula.] Forma rotunda,qualis aranea contexit. Est & scutula vas octo vnciarum capax.Est & serpentis genus in Aphrica. Item scutula hasta teres, qua lina tunduntur. Hinc scutulatus, a, um, vt vestis scutulata.

Bethsur.] Siue Bethsura, villa Iudææ in tribu Iuda,siue Beniamin, & vsq; hodie Bethsoron vicus.Bethsura interpretatur domus robusti.

CAPVT V.

ARabathane.] Loci nomen, interpretatur robur humile,modo Hebraico Indici credamus. Interpretatur alias insidiatio fortis,aut feneſtræ,vel locustæ fortitudo,vel donum,& est nomen ciuitatis.

Bean.] Iniquus gratiæ.

Bazer.] Quæ & Gazara. Iosephus vocat Azor. Dictum in præcedentibus.

Galaaditim.] Interpretatur vetustæ aquæ.Verius,vt Galaad,aceruus testimonij.

Tubin.] Interpretatur deserens,vel desertio, mensura,aut bonum vinum, tamen dubium.

Ptolemais.] Et Ptolemaida nomen quinq; vrbium,quarum vna est in Aegypto, altera in Aethiopia, alia in Phœnicia, alia Nili fluminis, alia in Cyrenaica prouincia Aphricæ. Hinc Ptolomaica lis, adagium. Græce sic scribuntur:πτολεμαὶς,πτολέμαιος, πτολεμαῖος.

Nabuthei.] Interpretantur prophetæ, siue prophetantes,Arabes sunt.

Barasa.] Ciuitatis nomen vti reliquæ, & sonat haurientes. Verius in egestatem aut filij plasmationem,siue in cursu,vel in beneplacito.

Bosor.] Caro, Casphor, summitas liberans montes. Mageth cœna pauoris, vel tentatio vitæ.Vide interpretationem nominum Hebr.Chald.Græc.& Lati.tædet me omnia adscribere frustra.

Carnaim.] Interpretatur cornua, hæ omnes ciuitates munitę,& magnæ Bethsan, domus dormientis,siue securitatis.

Hebron.] Siue Chebron, sonat coniugium, vel incantationem. Verius societatem,& participationem,&c.

CAPVT VI.

HElimais.] Et Helimaida vrbs nobilissima,& excellentissima, opulentissimaque in Persida.

Philippus.] Græca dictio composita à philos,amor, & hippos, id est, equus, quasi equorum amator,& bellicosus,proprium viri nomen.

Eupater.] Antiochi est cognomentũ, filij Antiochi regis Epiphanis, id est, illustris,

ſtris,quod Lyſias poſt patris mortem ei indi dit. Et eſt Græca vox, ego puto bonus pa ter,vel ex bono patre.Nam εὐπατέρειος,bo no patre natus,εὐπατρίδας,generoſus,inge nuus,εὐπατρίς,generoſa.

Baliſta.] Tormentum bellicum mu ros concutiens.Hinc baliſtarij, & baliſtariũ locus,vbi ſita eſt baliſta.Plautus pro telo ac cipit baliſtam.

Machina.] Latine molitio, inuentio eſt, vt dolus & machina.Quid iſti doli,quid machinæ,quid præſtigiæ proſunt? Hic pro inſtrumento bellico facile quocunq; volue ris mobili ſumitur, vt erat olim equus Du ræus,id eſt,ligneus Troianus.Audio Romę huiuſmodi machinas circumduci forte die bus Sybariticis,& larualibus.Lege Eraſmũ, opinor contra natalem Bedam. Machina lis,e,vt: Machinalis ſcientia. Machinor, a ris, machinamentum, machinator, ma chinatio.

Bethzachara.] Anguſtus quidam lo cus,qui Ioſepho teſte lib.xij. Antiquit.cap. xiiij. Beduſcarit dicitur x. milium ſtadia ab hoſtibus diſtans.Interpretatur domus me moriæ,vel recordationis.

Eleazar.] Siue Latino more Eleazarus, quem Mauronem vocabant,vt Iacobus,Io bus,Cainus,Abrahamus, Adamus,Senna cheribbus,&c. filius Saura, id eſt, Mattha thiæ, quartus frater Iudæ Macchabæi. In terpretatur dei adiutorium, ſiue dei atrium.

Tormentum.] Supplicium,quod alicui ad veritatem expiſcandam, extorquendam que infertur.Generaliter omnium machina rum vocabulum eſt, ſaxa, tela, & id genus varia torquentium, vt tormentum bellicũ, eyn buchſch, iam bombardas nominant. A torqueo,es.

Media.] Penult.cor.regio maioris A ſiæ,Aſſyriæ, & Perſidi adiacens. Hinc Me dus, di,eſt aliquis ex Media.Medi,orũ.Me dica,æ,herba inibi creſcens.

Dare dextras.] Eſt pangere, inire fœ dus pacis,concordiæ,vt: Coeant in fœdera dextræ,Qua datur,&c. Vergilius libro vn decimo Aeneidos.

CAPVT VII.

Demetrius.] Δημήτριος, nomen Se leuci filij. Fuere & multi alij hoc nomi ne. Sed Demetriacos Græce, Latine Cerea lis dicitur, à Ceres dea,quam gentiles deam frumẽti putabant,non à cæra,cęræ,vvaſchs.

Ἄλκιμος.] Alcimus, qui & Ioachim vo catus eſt, transfuga, & malignus penulti ma correpta ſine aſpiratu, Græca vox eſt, nomen ducis impij ab Iſrael diſcedentis,La tine fortis dicitur.

Bacchides.] Βακχίδης, Βακχίνος idem, nomen proprium viri, & ducis fidelis De metrij regis, & apud nos ebrius & vinoſus dici poteſt.

Aſſidei.] Quaſi adſtantes erant in filijs Iſrael, continue adſiſtentes diuino cultui. Interpretatur milui vel herodij, aut venan tes vel inſidiantes.

Bethzecha.] Loci nomen, vel vici, & interpretatur domus micans ei. Nam Be zech fulgur ſonat.Verius domus tribulatio nis, domus compedum,domus vtris.

Nicanor.] In nominatiuo produ.pen. In obliquis corripit. Proprium ducis,& vi rit:puto victorem ſonare, aut victorioſum. Eſt & nomen diaconi Acto.6.

Caphariſalama.] Nomen vici ſecun dum Ioſephum,& manus ſuſcitans interpre tatur,ſi interpretationibus nominũ Hebrai cos credimus,ex quibus nõnulla hoc in Le xico poſui, quum verum atque γνήσιον non haberem ad manus. Verius, ager, vel villa pacis,vel tribulationis.Vide Legendam quã vocant Inuentionis ſancti Stephani proto martyris.

Adar.] Menſis nomen vltimi apud He bræos,apud nos Martius,alij Februariũ pu tant.Macedones Diſtris vocant Ioſepho te ſte.Vide Eucheriũ de menſibus Hebraicis.

CAPVT VIII.

Galatia.] æ,vel Gallogræcia, eſt pro uincia Aſiæ minoris. Nam Galli olim agros Phrygiæ,Lydiæ, & Paphlagoniæ oc cupantes,eos à ſe denominarunt Galatiam, & ipſi dicti ſunt Galatæ,vel Gallogræci. Sed Galetia,vel Galitia prouincia eſt Hiſpaniæ, in qua ad vrbem Compoſtellam itur, vbi corpus diui Iacobi ſepultum eſt.

Hiſpania.] Europæ regio. Et eſt du plex, ſcilicet citerior,& vlterior. Vide Hi ſtoriographos.Iberus,ſiue Iberia,fluuius eſt Hiſpaniæ. Et Iberi dicuntur Hiſpani. Facile poſſem probare. Sed ob Laconiſmum ſu perſedeo.

Eumenes.] Εὐμενής, vel Eumenus pe nultima corre. fuit vir Cardianus,qui cura, vigilantia,patria caliditate,& celebritate in genij omnes Macedones ſuperauit, de quo multa à Græcis hiſtoricis traduntur.Num hoc loco ille ſit,addubito, Latine ſonat mi tem,beneuolum.

Hellada.] Loci nomen.Sed hellas,hel ladis,hellada accuſatiuus Græcus,nomẽ flu minis,& regionis Achaiæ eſt(vt inquit Pto

Iomæus) à noſtris Græcia appellata à Græco, qui primus in ea regnauit.

Curia.] A cura dicta. Modo eſt locus, vbi ſenatus Rempub. curat, vt Curia Romana. Modo vbi ſacrorũ cura tractatur. Hinc curiales, Curiata comitia, curiones, curionatus, & curionia ſacra, &c.

Eupolemus.] Εὐπόλεμος. Filius Ioannis, filij Iacob, Græca dictio, & bellator bonus interpretatur, vel bene pugnans.

Jaſon.] Ἰάσων triſyllabum eſt, nomen propriũ, nõ Aeſonis filij, fratris Peliæ Theſſaliæ regis: ſed Eleazari. Huius nominis prima ſyllaba vocalis eſt Ouidio teſte. Quem niſi crudelem non tangit Iaſonis ætas.

CAPVT IX.

Maſaloth.] Seu Meſaloth, loci nomen, ſonat parobolam, aut imperantem, vel dominantem. Maſal idem.

Arbellis.] Iudææ ciuitas, vt ait Ioſephus, alij regionem putant. Arbella ſonat ſuſcitationem vetuſtatis.

Arbea.] eæ, interp̃tatur quarta, vel quatuor, alibi expoſitum. Geneſis xxxv.

Legio.] A delectu, id eſt, diſcrimine, differentia, diaphragmate militum dicta eſt, & diuiditur in decem cohortes. Vnde legiuncula, parua legio. Legionarius, a, um, q̃d ad eam pertinet.

Modin.] Alij ciuitatem. Ioſephus villam vocat, alij montem, ego loci nomen dicerem, omnia iſta ſignificata complectentem, in prioribus explicatum.

Thecua.] Vici nomen, & clangor buccinæ interpretatur. Hinc thecuites pe. prod.

Aſphar.] Ioſephus Aſſar dicit, nomen lacũ, qui & mare mortuum, alibi nominatur Aſphalti. Interpretatur plaſmatio onagri, aut feſtinatio tauri.

Nabuthei.] Arabes erant de quibus v. capite dictum eſt.

Jambri.] Ioſephus filius Amri legit, qa pater fuit Achab, de quo iij. Regum xvi. & Micheæ vi. pleniusq; interpretatur amaricãs, laceſcens, rebellans, commutans.

Medabas.] Medeba alias, ciuitatis nomen & ſonat menſuram viuentem. Sed medaba interpretatur aquæ doloris, vel ex Hebræo & Syro, aquæ manantes.

Bethbeſſe.] Præſidium Ionathæ, Vithalagam Ioſephus vocat: domus confuſa, ſiue pinguedinis interpretatur, vel domus confuſionis, & erubeſcentiæ.

Phaſeron.] Interpretatur tranſgrediens montes mœroris. Verius, oris cãticum, ſiue os planum.

Magmas.] Alias Machmas, locus eſt ſicut & reliquæ ciuitates, & ſonat vile tributũ, ſiue decretum: verius percuſſor, vel pauper ablatus, &c. de quo habes I. Reg. xiij.

CAPVT X.

Munitio.] Munimen, & munimentum, à munio idem pollent, & proprie caſtrorum eſt, cæterarumq; rerum quæ contra euentum hoſtium muniunt, ſiue vallum ſit, ſiue foſſatum, &c.

Ratio.] Varie accipitur pro ſupputatione, calculo, expenſa, ærario, albo, ſeu rationario codice videtur ſumi. Hinc ratiuncula diminutiuum, rationale, & rationabile differunt. Rationarius liber, ratiocinor, aris, ratiocinatio.

Cleopatra.] κλεοπάτρα filia Ptolemæi regis Aegypti, & vltima regina, vxor Alexãdri, quam cum Antonio ſuperauit Auguſtus. Quare ipſa ſe interemit ſerpẽtibus admotis vberibus ſuis. Interpretatur gloria patriæ vel patris.

Creta.] Inſulæ nomen. A quo Cretæus, a, um, vt vinum Cretæum, optimũ: Cretenſis, vt Cretenſes ſemper mendaces, &c. Hinc adagia: Cretizare cum Cretenſi, Cretenſis Cretenſem prouocat. Cretenſis cum Aeginita. Cretenſis mare neſcit. Vide parœmiographum.

Cœleſſyria.] Vna partium Syriæ, quæ quadrupliciter diuiditur. In Syrios, Aſſyrios, Leucoſyrios, & Cœleſſyrios. Dictum alias ſubinde.

Jamnia.] Ioppe, Achon, Gazara, Aſcalon, Azotus, Accaron, nomina ciuitatum ſunt ſæpe explicata. Hinc Iamnitæ penultima producta.

Fibula.] Circulus, proprie ornamẽtum cinguli ad veſtem ſubligandam. Ponitur quandoq; pro circulo æneo. Vergilius: Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Hinc ſuffibulum, veſtis alba, prætexta, quadrangula, & oblonga. Et fibulare, opponere, coniungere, &c.

CAPVT XI.

Dagon.] Philiſtinorum dicitur à Dagia, id eſt, piſce, quia idolũ hoc ab inferiori parte piſcis erat. Sonat frumentum, vel piſcem.

Eleutherus.] ἐλεύθερος, Græca vox flumen. Plinius lib. ix. Teſtudines Phœnicio mari vltro veniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine. Latine liber & ingenuus dicitur. Hinc Eleutheria, libertas. Eleutherius liberalis. Eleutheros, liberaliter aduerbium.

Seleu-

Seleucia.] Vrbs Syriæ circa Antiochiã. Hinc Seleucus, vnus de principibus Alexandri, & post illũ primꝰ rex Syriæ. Interpretatur commota, vel conquassata, aut fluctuans.

Cilicia.] Est regia in Asia minori, contermina Syriæ, à Cilice filio Aegenoris dicta. Plinius li. v. Hinc Ciliciũ, vestis genus duræ. Et Cilicinus, a, um, penulti. correpta.

Zabdiel.] Arabum potentissimus, quẽ Iosephus Zabilum vocat, qui Alexandro caput abscindens, Ptolemæo transmisit. Et sonat dotem dei, seu dotatum dei.

Xenium.] Dicitur munus hospitalitatis. Vnde Martial. lib. xiij. eiusmodi xenia distichis. i. duobus versibus describit. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit nummis quatuor empta tibi. Quatuor est nimium? poterit constare duobus. Et faciet lucrum bibliopola Triphon. Hæc licet hospitibus pro munere dísticha mittas. Si tibi tam rarus, quàm mihi nũmus erit. Hinc xeniolum, id est, paruum xenium, & plura alia, quæ ob operis prolixitatem omitto.

Τοπαρχία, Toparchia.] Latino more corripit penultimam, id est, territorium, siue loci principatus. Hinc Toparchus, i.

Lasthenes.] λασθένης, penultima correpta. parens, siue, vt Iosephus infit, cognatus Demetrij regis, lapidis robur sonat. Nam lans, lapis Græcis est, & sthenes, robur.

Lyda.] Afferema, Belscelida, Ramathe, quæ additæ sunt Iudæis de Samaria: & his attinentia, tres possessiones Iosephus nominat, textus toparchias. Lyda, siue Lydia, stagnum, scilicet aquarum interpretatur, reliqua non reperio.

Tryphon.] τρύφων, dux quidam Apameus genere, ab Apamia, Diodorus nomine, qui & Tryphon dicebatur. Sonat delitiosum vel delicatum. Hinc τρύφαινα, delitiosa, τρυφῶσα, idem.

Emalchuel Arabs.] Quem Iosephus Malchum vocat, qui filium Alexandri Antiochum nutrierat. Interpretatur rex deus, aut regnum dei, vel nuncius dei.

Azor.] Cãpi nomẽ, vbi Ionathas sua castra fixerat. Sonat adiutorẽ, vel accinctum.

Lades.] Quod Iosephus Cedessam appellat, vbi hostiũ castra erãt. Sonat sctitatẽ.

CAPVT XII.

Sparta.] Et Sparte, nobilis vrbs Laconiæ. Alio nomine Lacedæmon. Vnde Spartanus, Spartiata pe. pro. & Spartæ. Vergilius: Veloces Spartæ catulos, acremq; molossum Pasce fero pingui. Idẽ: Virginis os habitumq; gerens & virginis arma Spartanæ. Sparta, Latine filum, linea carpentarij, siue rubrica transferri potest. Vide Suidam Græcũ. Adagiũ est: Spartam nactus exorna.

Enias.] Summus & princeps Sacerdotũ, alio nomine Menelaus, vt inqt Iosephus: Fortitudinem domini, aut nauis sonat.

Numenius.] νουμήνιος, Antiochi filius, Senator missus. Sonat nouilunium, vel nouum mensem.

Amathita.] Vel Amathidis, pe. pro. regionis nomen est. Interpretatur verax, siue timens, aut cubitus seu famulatus.

Zabadei.] Arabes sunt, quos Iosephus, et alibi textus ipse Nabutheos appellat, hi occiderunt Ioãnem Ionathæ fratrẽ. Dictũ est.

Caphereta.] Muri, castri, lociq; nomẽ.

Adiada.] Et hoc castri nomen, testimonium manus interpretatur.

Sphela.] Regionis nomenclatura.

CAPVT XIII.

Adus.] Ciuitas super montem sita, Iosephus Iadan vocat. Nouitas vel mẽsis interpretatur.

Ador.] Castellum munitissimum, Iosephus Doram nominat. Sonat generationẽ, vel testimonium lucis, ignis.

Baschama.] Loci nomen, & confusio coloris, vel angustia caliditatis interpretatur, Confusio vel erubescentia.

Babem.] Rabanus dicit esse Græcam, & ornamentum colli aureis anulis contextum: num vere, meum non est iudicare, iudicent peritiores: Sonat in eis vel cum eis.

Gazaris.] Forsitan verius Geraris, pe. cor. loci nomen seu ciuitatis, quã Iosephus Gazaram vocat. Alias expositum.

CAPVT XIIII.

Media.] Pen. corr. Medorum regio. Hinc Medus, qui ex Media est. Et Medi, orum, & Medica, herba.

Arsaces.] ἀρσάκης, fuit primus rex Persarum, vel Parthorũ. Vnde omnes Parthorum reges vocantur Arsacidæ. Sonat eleuãs scutum, &c.

Elul.] Alij Ebul volunt, mensis apud nos September, siue Augustus, vt alij opinãtur, dictum alibi, vide Eucherium Episcopum Lugdunen. de nominibus mensium.

Asaramel.] Loci nomen, sonat beatitudinem populi dei, &c.

CAPVT XV.

Νόμισμα, Numisma.] Græca dictio, vnico m scribenda est, idem quod numus apud nos, vernacule, ein schalg auff dẽ phenningh. Horat. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Martial. Cur data sint

equiti bis quinque numiſmata quare? Hinc numus adulterinus, falſa moneta. A quo numulus diminutiuum, numoſus, numat⁹, a, um. Plautus bene numatus. Item numarius, numularius, Græce Trapezeta. Item q̃ cudit numos, numularius dicitur & monetarius. Item numularij & mẽſarij ſunt, quos Græci vocant colybiſtas.

Dozan. Caſtrum ſeu ciuitas munitiſſima, dictum.

Lucius. Conſul Romanus, prænomẽ eius, qui primus ita vocatus, quia oriente luce natus eſt. Sic Lucia virginis nomen ſanctiſſimæ penul. correpta proferri debet contra communem vſum. Vide Mantuanum ſi mihi non adhibes fidem.

Athenobius. Ἀθηνόβιος, propriũ ducis, & vnici amici regis Antiochi, cognomẽto Pij. Interpretatur Mineruæ arcus.

Erpoſtulo. Elegans verbum, hoc loci deſidero ſignificat, proprie exquiro, ſeu q̃relam apud eum ipſum depono, qui fecit iniuriam, & cũ querimonia ad amicos inſto, & quaſi officium amicitiæ in alio deſidero. Hinc expoſtulatio, quã Hulderichus Huttenus aduerſus Deſiderium Eraſmum Roterodamum ædidit, quæ ſpongia deletili expuncta eſt graphice.

Orthoſiada. ὀρθωσιάδα, videtur loci nomen, ſeu ciuitatis maritimæ & interpretatur recte indigens teſtimonio. Verius, recta vel teſtificata.

Lendebeus. Penultima prod. dux maritimus regis Antiochi, & amicus præcipuus, interpretatur zelus, vel poſſeſſio doloris, aut zeli emanatio.

CAPVT XVI.

Gazaris. Siue Gazara ſecundum Ioſephum, mediam corripit, dictũ alias.

Modin. Ciuitatis nomen, & interpretatur iudicans, iudicium, iudicatio.

Sabbath. Menſis vndecimus apud Hebræos, quem nos Latini Februarium appellamus. Vide Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum doctiſſimum. Interpretatur ſceptrum, vel virga, aut tribus.

Doch. Quod Ioſephus Dagon, caſtellum .i. domum, ſeu templũ idoli nominat. Sonat cõmotũ, ſeu impulſum cõminutũq̃.

Joannes. Hic filius Simonis, ſenior, & frater Iudæ, alio nomine Hircanus vocabatur, vt teſtatur Ioſephus libro decimo tertio Antiquitatum capite decimo tertio.

Primi libri Macchabæorum
FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM libri ſecundi explicatio.

CAPVT I.

Teſtamentum. Dictum eſt, q̃d ſit voluntatis noſtræ veluti teſtimonium, & vltima voluntas vocatur, à teſtor, aris. Hinc teſtatus, qui teſtamentum condidit. Contrarium inteſtatus. Teſtator, qui teſtamẽtum fecit. Teſtatio, & teſtimonium, proprie teſtium dicta ſunt. Teſtamentarius, qui teſtamenta falſa conficit. Cicero li. iij. Offic. Teſtamentarius, a, um, vt teſtamentariæ tabellæ.

Demetrius. Hoc loco non eſt ille Seleuci filius, de quo I. Macchabæorum vij. capite. Sed eius filius. Dictum in prioribus.

Jaſon. Triſyllabon, penultima producta in recto, ſed in obliquis corripit o, nomen viri proprium. Dictum alias.

Caſleu. Mẽſis Hebræorum, apud nos December, &c. Dictum alibi.

Ariſtobulus. Ἀριστόβουλος, penultima producta. Sic omnia in bulus, Alexãdræ nouiſſimus filius, & frater Hyrcani, Ptolomæi Philometoris magiſter, &c. Hic efficax, & audax erat. Alter Hircanus ſcilicet ignauus. Porro Euſebius ſic inquit: Ariſtobulus filius Ionathæ rex pariter & pontifex, primus apud Iudæos diadematis ſumpſit inſignes poſt cccclxxxiij. annos Babylonicæ captiuitatis, intellige ex quo Nabuchodonoſor populum in Chaldęã tranſtulit. Interpretatur optimus conſultor, vel optimum cõſilium, magiſter Ptolomæi.

Manea. æ, penultima producta Diana eſt Ioſepho teſte. Sic enim appellabatur Diana lingua Perſica.

Nephthar. Vel Nephi, interpretatur purificatio, Hebraica eſt vox. ij. Macchah. I.

CAPVT II.

Arca. cæ, ſine h & ſcribi, & legi vbiq; fere debet, dũ pro ciſta capitur, quod ab ea clauſa arceantur fures. Hinc arcula diminuti. & arcanum. Sed archos Græce princeps, & ἀρχή cum ch, principatus, pricipium dicitur, vt archiepiſcopus, patriarcha, architectus, & bis mille huiuſmodi. Vnde loquimur: arca veſtiaria, in qua reponũtur veſtes. Arca lapidea, camerata. Arcella, æ.

Bibliotheca. Latine libraria, locus, vbi librorum multus numerus eſt, qualem nos habemus Confluentiæ apud Obrincũ, vel

vel Moſellam,& inſtructiſſimam,& elegantiſſimam. Bibliothecalis adiectiuum, vt Bibliothecalis copia. Biblia,orum,plurale neutri generis,dicuntur libri Latine. Quo etiam nomine vocantur libri ſacri.

Architectus.] ti, & tor, principalis faber, ſeu princeps fabrorum dicitur, qui artem callet fabricandi,& ſtructuris ædificiorum præeſt. Hinc Architectura, de qua Victruuius elegantiſſimum librum ædidit. Architector,aris,eſt compono. Hinc Architecton. Architectonicus. Architectonice,es, fœminini generis,ars ipſa.

CAPVT III.

Onias.] Summus põtifex,& ſacerdotum princeps. Explicatum ſuperius.

Apollonius.] Ἀπολλώνιος hic Tharſe filius fuit,& dux Cœleſſyriæ & Phœnicis prouinciæ. Interpretatur perdẽs, vel deſtruẽs.

Heliodorus.] ἡλιόδωρος pen. produ. proprium viri,& Latine dicitur ſolis donũ, ab Helios,quod eſt ſol,& δῶρον,donum, vel datum. Sic omnia in δωρος producunt o, quia cum ω mega ſcribuntur, vt Polidωrus, Caſſidorus,Iſidorus,Theodorus,&c.

Agon.] Certamen, ſtudium, periculũ, labor cum difficultate cõiunctus, ſeu locus certaminis eſt. Sed ἄγωμι penultima acuta, agẽs ſignificat. Hinc Agonia,orum,pe.cor. & Agonalia,orum, vel ium, ludi qui fiebãt in honorem Agonij dei abſq; angulis. Hinc Agonotheta, vel Agonothetes, eſt põfectus ludorum,certaminum, agonũ præſes & iudex, der ein kampffſpil auſsgibt. Agonales dies olim dicebantur, per quos rex in regia arietem immolabat. Agonatia, Agonij dei feſta. Agonium idem. Agonizare,pro contẽdere in Eccleſiaſtico legitur. Agonẽſis, porta Romæ,alias Collina. Agonia,æ,angſt.

CAPVT IIII.

Ephebus.] Pen.prod.quia cum η Græco ſcribitur, Latine pubes dicitur, ab ephebeo verbo Græco,quod pubeſco ſignifi cat. Hinc ephebia,pubertas. Vnde dicimus: Ex ephebis excedere. Terentius in Andria, dyæ kindts ſchuu auſs ziegen.

Eupolemus.] Penultima corr. proprium viri,& legati,dictus bonus bellator, bellicoſus,bene pugnans.

Diſcus.] Græca vox, Latine maſſa ferri,corpus ſolis,lapis grauis,q exercitij cauſa corporis ad auras proijciebatur,ludi genus, ſic hoc loco. Item vas latum (vt inquit Iulius Pollux)ad carnes portandas aptum, forte lanx. Hinc diſcophorus Habacuc,de quo in Daniele dictum eſt. Belle de diſco Hora. libro Car. & Martial. in diſtichis ſcribunt.

Agon quinquennalis.] Eſt ludus quinque artium gymnaſticarũ, videlicet diſcus, curſus,ſaltus,palæſtra,iaculatio,& ipſa exercitatio pentathlon Græce appellabatur, Latine alio nomine quinquertium. Luſores,pẽtathli,id eſt,athletæ dicebãtur,& quinquertiones. Plinius de Mirone. Hic fecit Delphicos pentathlos.

Hercules.] Qui ob virtutem clariſſimus,& quaſi Aphricanus inter deos habetur, inquit Lactantius. Hinc Herculeus, a, um, vt Herculei labores. Et ne Hercules quidem contra duos, adagium. Item Herculanus,a, um, vt hic cingulũ Herculano nodo vinctum ſoluit. Vide Polydorum Vrbinatẽ in libro Prouerbiorum.

Meſteus.] μνηστεύς,penu. pro.nomẽ proprium patris Apollonij, & Latine ieiunans, vel ieiunus poſſit vertinneſtes,ieiunius,& μνηστεύω,ieiuno,as.

Menelaus.] μενέλαος,pe.pro.frater Simonis. Item filius Atrei, frater Agamemnonis,rex Spartæ ciuitatis & maritus Helenæ, quam rapuit ei Paris, & defectus populi dicitur Latinis. Alij potentiã,aut robur populi interpretantur, me clam eſt,num bene.

Ammanitis.] Pen.pro. nomen regionis eſt. Interpretatur popularis.

Soſtratus.] σώστρατος,pen.cor.pecuniæ exactor,qui erat arci præpoſitus. Item Soſtratus fuit vir Aeginita Laodomantis filius. Saluans exercitum, vel ſalus exercitus interpretatur.

Lyſimachus.] λυσίμαχος fuit vnus ex Alexandri principibus,vt hic. Et alter Macedo clarus Calliſthenis diſcipulus. Latine diſſoluens bellum, pugnamque dicitur. Frater Menelai.

Mallos.] Oppidum Ciliciæ. Vnde Mallota,æ,pen.pro.gentile nomen, adimpletos ſonat,vel adimplentes.

Suffectus.] A ſufficio,is,quod in vna ſignificantiarum ſignificat ſubſtituo, id eſt, ſubordinatus ſubſtitutus. Vergilius: Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. Vnde ſuffectos conſules dicimus. Sufficere, anstatt eins anderen ſtat ſetzen, oder erwelen, vt ne ſufficiatur conſul, non timent. In eius locum magiſter Cornelius ſuffectus. Itẽ ſufficere pro maculare Cicero in Hortẽſio vtitur,tamen inuſitate. Sufficientia in ſacris tñi.

Andronicus.] Ἀνδρόνικος,penult.corrupta viri nomen, & comitis Antiochi regis,

à virili

à virili animo, nomen sortitus est, hoc est, bellicosus, fortis, vir victoriosus.

Daphnis.] Δάφνις, Latine laurus, fuit (teste Seruio) Mercurij filius formosissimus. Item Daphne, propriũ nomen Nymphæ puellæ. Et Daphne, vt docet Strabo, nemus apud Antiochẽses, forte sic hoc loco capitur.

Asylum.] Pe. pro. locus erat confugij. Imo locus est sacer, vnde fas non erat quemquàm rapere, nam inde habet nomen, συρά namque est rapio, & ἄλφα στερητικὸν, id est, priuatiuum. Hinc per Lambdacismum factum est Asylum pro Asyrum. Seruius lib. septimo Aeneidos. Tametsi συλᾶν est etiam ἀφαιρεῖσθαι, hoc est, tollere, auferre, vt apud Homerum, ἐσύλα τεύχεα καλά: abstulit pulchra arma. Postquàm Hercules migrauit e terris, nepotes eius timẽtes insidias eorum, quos aut afflixerat, Athenis sibi primũ Asylum, hoc est, templum misericordiæ collocarunt, vnde nullus posset abduci, quod etiam Statius dicit. Herculeos fama est fundasse nepotes. Asylum Romulus & Remus struxerunt inter arcem & Capitolium, loco inter montio nominato, vt multitudo facinorosorum spe impunitatis eo confluere ad nouam vrbem incolendam. Cui diuo, diuæve templum sit pro Asylo erectum non cõstat, & Dionysius ignorare se dicit. Sũt qui Veioui tradant: celebratur tamẽ Asyli lucus quarto Nonas Februarias. Ouid. ij. Fastorum: In Græcia & Asia multa fuerunt Asyla. Tiberius Cæsar pertæsus nimiam illorum licentiam, iura omnibus fere illis ademit, vt Suetonius & Tacitus perhibent.

Scytha.] Herculis filius, vt inquit Herodotus. Hinc Scythia ampla & barbara regio Septentrionalis dicta, ab India ad Germaniã porrecta. A quo Scythicus, a, um, vt mores Scythici. Itẽ Scythius, a, um, Scythotauri populi. Scythos, genus lapilli.

CAPVT V.

Cominus.] Von nahem, significat à loco propinquo, non in loco propinquo, neq; prope, vt cominus te percutiam: non cominus sedeo. Sic eminus à longinquo loco, quasi ab extra manente, non longe. Non recte dixeris. Eminus habito, vt longe habito. Sed eminus iacula mittebat, pugnabat, von fernn.

Tropheum.] Est quod in testimoniũ victoriæ publico in loco statuitur, Latine vexillum. Hinc trophæophorus ferens signũ, & antesignanus, ein figzeichen.

Aretas.] Ἀρέτας, pe. prod. Arabum tyrannus, & rex. Is erat socer Herodis fratris Philippi, cui abduxerat vxorem Herodiaden, si diuo Hieronymo Matthæi xiij. credimus. Virtuosus ac placidus interpretatur.

Lacedemonas.] Accusatiuus est Græcus pluralis à Lacedæmone regione.

Phrix.] Pro eo qui est ex Phrygia regione minoris Asiæ. Hinc adagium: Sero sapiunt Phryges. Dicitur & Phrygius.

Garizim.] Ciuitatis nomen, & montis Samariæ iuxta Galgal, & interpretatur excisiones, secures, vel scissores.

Feriatus.] a, um, à ferior, aris, est otiosus. Hinc male feriati homines dicuntur elegãter pro inertibus, & spartum rodentibus, ociosisq;. Vide Politian. in præfatione Miscellaneorũ. Feriati dies. Feriata familia. Feriata toga. Plinius: Quousque feriata toga? Dicitur & ferio, as, are.

CAPVT VI.

Iuppiter.] Iouis in genitiuo, à iuuãdo, vel dictus quasi iuuans pater, à poetis dicitur diuum atque hominum rex, à maioribus optimus maximus. Ponitur et pro aere. Horatius I. lib. Carminum: Manet sub Ioue frigido Venator coniugis immemor.

Liber.] Bacchus, Lyæus, Iacchus, Euan, Bromius, &c. deus vini. Ouidius: Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent. Illa pudore vacat, Liber, amorque metu. Alia significata nota sunt.

Primores.] Summæ quæq; res. Lucillius. Cum gallus gallinaceꝰ digitos, primoresq; erigit vngues. Hinc primores pro optimatibus sumuntur. Et primores dentes, qui primi apparẽt. Primores imbres, id est, primos. A primoris genitiuo, cuius nominatiuus non reperitur.

Hians.] Ab hio, hias, quod est os aperio. Vnde & hiatus, hiatus, & hiatio. Et hiare flores dicuntur cum aperiuntur. Per translationem significat mirari. Inde hisco, inhio, hiulcus, a, um, vt oratio hiulca. Hiasco, hiascis, hiascere, geynen.

CAPVT VII.

Flagrum.] Summa arborum pars & virga, siue caput minorum sarmentorum, vbi nascitur vua, quod caro hoc percussa flagret. Hinc flagellum diminutiuum, flagello, flagellas, flagro, as, flagratores, & flagriones. Flagrans participium. Flagrãtia, æ.

Laurea.] Scutica ex corio bubulo facta. Iuuenalis: Taurea punit. Cõtinuo flexi crimen, facinusq; capilli. Sic hoc loci capit.

Spes.] Et speres, antiquitus prolatũ, obsoletũ. Varro: Quibus suam delectet ipse amicam, & sese speribus iactet suis. Vnde

aspere,

aſpere,quaſi ſine ſpere,& proſpere, pro ſpere.In plurali habet omnes caſus,& maxime ſpes,& ſpebus,non ſpeciebus,vt quidam,& male habent,& peius legũt. Eſt autem ſpes opinio futurorum.Et refertur tam ad mala, quàm ad bona.Diminutiuum eius eſt ſpecula.Compoſitum expes,ſine ſpe.Hinc ſpero, as.Spero fore vt contingat hoc nobis. Non vſus veniet ſpero. Speratus participium, & inſperatꝰ.Ex inſperato,inſperabilis,e. Speratus,pro eo qui in connubium petitur.Antiquum,&c.

CAPVT VIII.

Patroclus.] πάτροκλος, patris vel patriæ gloria, viri proprium,primoris, & amici Nicanoris. Alter vnus e quatuor amicorum paribus. Vt:Oderit Aeaciden Patroclus, Caſtora Pollux, Ogygiden Tydeus, Thæſea Pirithous. Nec Pythian Damon, Pyladem nec amabit Oreſtes.Nec Siculi fratres pectora fida gerent.Philippus Beroaldus autor.

Mancipium.] A mãceps,ſeruus, equus, ouis, aliaque huiuſmodi mancipia dicuntur, quod manu capiuntur. A quo parœmia. Inemptum mancipium, vel cum ſale emptum,ſignificat viliſſimum, nulliuſq; rei virum.Hinc mancipatio,& mancipo,as. Emancipo, as, liberum dimitto, & amando. Hinc mancipatus participium. Mãcipatus, us.In mancipatum venire.Mancipi,ſiue mãcupi indeclinabile,&c.

Phylarches.] φυλάρχης, comes Timothei, & Latine amans principatum dicitur, vel amor principis.Sed phylarchos py Græcum,tribunum ſignificat.

Επινίκιον, epinicium.] Præmium & celebritas pro habita victoria, canticum victoriæ.Hinc epinicios,victorioſus,&c.

Calliſthenes.] καλισθένης,penult.corr. Sic omnia alia in ſthenes, vt Demoſthenes, id eſt,populi robur, &c. nomen philoſophi Olinthij,Alexãdro Magno familiaris. Hoc loco videtur dux quidam, & apud nos pulchritudinis potentia dicitur, pulchrum robur,vel pulchra potentia.

CAPVT IX.

Perſepolis.] περσέπολις,vrbs in Perſide à Perſeo condita,Perſæ ciuitas.

Echathana.]Pe.cor.alij p g ſcribũt,vrbs Medorum,caput regni. Alias Egbathanis.

Geſtatorium.] Ein roſsbar,lectica,ſella,ſiue carruca,& omne id in quo geſtamur. Dicimus etiamnum geſtatorius,a,um,vt ſella geſtatoria,à geſto,as.

Collactaneus.] Qui eiſdem mammis, quiq; eodem lacte nutritus eſt. Collacteus vero,Græcis homogalactos,& ſynagalactos dicitur. Hinc Iuuenalis: Quid dicat notæ collactea mauræ, forſitan mammæ legendum eſt.Von einer milch erzogen, mitſougling,idem ſunt.

CAPVT X.

Caſleu.] Menſis nomen Hebraici, apud nos December. Subinde dictum. Et Iohan.x.forte fuſius explicabitur,deo optimo maximoq; auſpice.

Thyrſus.] Virga ſiue haſta vitea, termes,caulis,ramus viridis,cuiuſlibet herbæ, præſertim lactucæ.Alij capiunt thyrſum p haſta aculeata,hæderis obtecta,quas in Orgijs Bacchicis circumferebant. Hinc thyrſigerus dictus eſt Bacchus. A quo prouerbium: Narthecofori, id eſt, thyrſigeri multi, pauci vero Bacchi,hoc eſt,qui inſigne virtutis,ac eruditionis habent,neq; virtutem neque doctrinam habentes.Nam Helio Eobano teſte in Bucolicis prima, opinor,Aegloga: Non culter facit eſſe coquum, monachumve cucullus. Nec laurus vatem, ſua quemque profeſſio monſtrat.

Chereas.] χαιρέας, hoc loco frater Timothei,& Apollophanis.Eſt & perſona Terentiana,ſi bene memini, in Eunucho, frater Phedriæ,natu minor.Interpretatur gaudens,vel lætus.

Apollophanes.] ἀπολλωφάνης,pennlt. prod.frater Timothei,& Chæreæ,compoſitum ex Apolline,ſummo Ioue,& Phanes,et dicitur illuſtris,& clarus.Apollo,ſiue,vt verius puto,claritatem perdẽs Apollínis,perditionem,vel deſtructionem oſtendens.

CAPVT XI.

Venale ſacerdotium.] Græcis monopolium dicitur, cum penes vnum aliquem vendẽdi poteſtas eſt, &c. Omne igitur monopoliõ vulgo Aſphaltum dicitur. Legimus apud Iuſtinianum,monopolia nõ eſſe intromittenda,&c. Vide Iureconſultos eo loci.

Abeſſalom.] Viri nomen ducis Antiochi.Interpretatur pater pacis, vel pater conſummationis,&c.

Dioſcorus.] Menſis apud nos Iunius eſt,huic gemina ſigna adſcribũtur,quia Caſtor,& Pollux gemini διόσκοροι Græce dicũtur, quoniam διὸς, id eſt, Iouis, κοῦροι, id eſt,filij ſunt.In Actis apoſtolorum latius oſtendes.Actorum vltimo.

Χανθικός.] Xanthicus, Aprilis mẽſis Hebræorũ lingua appellatus eſt,& cum x ſcribitur & th in media, non cum z & d. Vide

Lexi-

Lexicon Græcum, & Eucherium episcopũ Lugdunensem.

CAPVT XII.

GEnneus.] Parens Apollonij ducis. Dictum est.

Demophon.] Siue Demophoon, non est ille Thesei filius, & Phedræ, rex Athænarum, qui ad Troiam pugnauit. Sed hic Superbus quidam cognominatus: puto interpretari, cædes, siue mors populi. Populi interfector & cædes.

Casphin.] Firmissima quædam ciuitas marina, pontibus, murisque circumsepta. Interpretatur cupiditas, siue argentaria, Syriace verecundia.

Characa.] Alij Tharaca, ciuitatis nomen, in qua habitabant Macchabæus, & sui commilitones. Interpretatur inuolutio, indumentum, vel pallium. Loci nomen.

Tubiacui.] Alias Tubieni, siue Tibieni, seu Tubianæi, Iudæi sic dicti, quod tubis accersiti sint alienigenæ in auxilium Iudæ Macchabæi. Interpretantur paleæ, vel paleati, aut bene respondentes, vel bene gratificantes, populi.

Dositheus.] Δορίθεος, καὶ δωρίθεος, & Dorotheus penultima correpta, idẽ nomẽ, datio dei, vel donum dei, eques, & dux de Baceronis, vir fortissimus, deo datus.

Carnion.] καρνίον, præsidium inexpugnabile, atque inaccessum fere ob loci angustias, sonat cornu.

Maresa.] Loci nomen, dictum, pe. cor.

Esdrin.] Nomen viri bellicosissimi, & interpretatur adiuuãs mœrentes. Verius, adiutorium.

CAPVT XIII.

FAlx.] In Campania secula dicitur, à secando. Et alia fœnaria est, alia adorea, alia dumaria, quæ & scirpula: alia auenaria. Falcicula diminutiuũ. Hinc falco, as, & defalco, as, amputo, lex falcidia. Falcito, as, falcarius, falcarij. Falcatus, a, um, vt luna falcata. De hac pulchre M. Iaco. Horli. quodam Sapphico lusit. Haud potest vllis precibus, vel arte Qualibet flecti truculẽta mors, qn Falce lunata perimat quod amplo Viuit in orbe. Item falcatũ dicitur falcibus instructum, vt falcati currus dicti sunt, hic & Iudicum. I. & quarto. Item Iosue libro. Macrobius de his inquit: Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephãtos cũ turribus, &c.

Rhodocus.] Alij Rhodochus, & verius habent, ῥόδοχος quidam de Iudaico exercitu, qui ab hostibus captus, per tormenta ad mysteria manifestanda fuerat cõpulsus, & adactus. Interpretatur roseus currus.

Gerreni.] Populi forsitã nõ lõge à Ptolomaide habitãtes, sic dicti. Interpretãtur incolæ, peregrini, aut certãtes, vel confligẽtes.

CAPVT XIIII.

TRipolis.] τρίπολις, sicuti decapolis, & pentapolis, regiuncula trium ciuitatum, sicut aliæ decem, & quinq; vrbium.

Alcimus.] Ἄλκιμος. i. strennus, pe. correpta, sine h, Græca vox est, & fortis dicitur. Vtitur ea dictione Home. Odysseæ libro I. Pallas ad Telemachum sic inquit: καὶ συ φίλος, μάλα γὰρ σ' ὁρόω καλόντε μεγάντε, Ἄλκιμός ἐσσ' ἱνατίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. Id est: Tuq; age quando te video magnumq;, bonumq;. Strennus esto, vti tete & postera prędicet ætas.

Talus.] Duo significat, scilicet partem pedis. i. os prope calcaneum, quod extuberat. Est & talus ossis genus, quo luditur, quę & tessera, & taxillus, Gręce cubus. Sed tallus per duplex ll, nusquàm legi pro vase offertorio, nisi apud Sextum Pompeium Festum. lib. xviij. dicentem. Tallus in Sabinorum nominibus, prænominis loco videtur fuisse. Sed bene legi θαλός, & θαλλοφόροι, & θαλλία, vide Lexicon Græcum quid significẽt.

Razias.] Penultima prod. senior quidam ab Hierosolymis, deo deditissimus. Sonat secretum aut mysterium domini.

CAPVT XV.

HAbitudo.] Est ipse corporis habitus. Cicero libro iiij. ad Herennium. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe: ita grauis oratio sæpe imperitis videtur, ea q̃ turget & inflata est. Habitus, us, ab habeo, es. Hinc habessit, pro habeat, obsoletum. Habentia, æ, hab. Sipõtinus ex Nonio, obsoletum. Habitus participium. Habilis, e, habilitas. Habito, as. Habitatio, habitator, habitabilis, e, habitaculum.

Peroro.] Finio, perago, siue vsq; in finem dico. Hinc peroratio, dicitur finis orationis. Hinc perorare orationem, caussam perorari, passiuum. Peroratus participium, vt perorata oratio.

Adar.] Mensis duodecimus apud Hebræos, apud nos Martius, vide Eucherium Lugdunen. Epis. Festum Mardochęi, vt hic citat, celebrabat quartadecima & quintadecima die mensis xij. q dicitur Adar, vti habetur Hester ix. ca. Alij scribunt Addar per duplex dd, & sonat pallium, potentiã, aut magnitudinẽ. Dicit et Addara. Sed Adar, pulchritudo interpretatur, seu habitaculum, vel generatio.

Macchabæorum II. libri FINIS.

NO-

NOVVM INSTRVMENTVM.

PRAEFATIONIS DIVI HIERONYMI in quatuor Euangelia ad Damasum expositio.

SEnis mutare linguam.] Cum ad omnia magis docilis est puericia, quàm senectus, tum facillime linguam ea ætas adripit, quod seni difficillimum est. Vnde Prouerbium: Senex Psittacus negligit ferulam. De hoc Diuus Hieronymus hoc loci. Ouidius quoque eleganti metaphora dixit: Quæ præbet latas arbor spatiãtibus vmbras. Quo posita est patrum tempora virga fuit. Tunc poterat manibus summa tellure reuelli. Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Et à saliua, quam semel imbibit.] Saliuam appellat gustum, & animi iudicium metaphora sumpta à nutricibus, quæ præmansum cibum pueris in os inserunt. Cui assueti recusant ab alio præmansum. Nec omnino gustus est, nisi lingua contingat palatum interueniente saliua. Huc spectare videtur & Persianum illud. Inq; luto fixum possis transcendere nummum. Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem. Idem in sexto Satyra. Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam. Saliuam pro gustu dixit.

Quod Græcum esse.] Mirum de epistola ad Hebræos nullam fieri mentionem. Cæterum hæc præfatio declarat Hieronymum Euangelia, quæ apud Latinos diuersissimis, ac deprauatissimis exemplaribus habebantur, ad Græcorum voluminum, eorumque veterum fidem emendasse. Qui labor si extaret incorruptus, fortasse non perinde fuisset opus aliquorum collatio. Et tamen opus erat aduersus librariorũ deprauatiões.

Lucianus.] Vir disertissimus, Antiochenæ ecclesiæ presbyter, tantum in scripturarum studio laborauit, vt vsque nunc quædam exemplaria scripturarum Luciania nuncupentur, hunc puto hic citare Hieronymum, non atheum illum, hoc est, impium Lucianum, cuius plura opuscula Erasmus Roterodamus vir nostro æuo vnde vnde doctissimus, & Thomas Mors Britannus vir nemini secundus, e Græco in Latinum transtulerunt.

Hesychius.] Presbyter & monachus, & Beati Gregorij Nazianzeni quondam auditor, & discipulus, vir in sacris literis eruditissimus.

Ammonius.] Vir disertus & eruditus in Philosophia, Alexandrię clarus habitus. Hic Euãgelicos Canones excogitauit, quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis, & cęt. Vide Catalogum Hieronymi ad Dextrum.

¶Præfationis FINIS.

PROLOGI DIVI HIERONYMI ad Eusebium in quatuor Euangelistas explanatio: Plures fuisse.

EVangelium.] Latine, bona seu læta nunciatio est, vel præmium datum pro relatiõe. Vnde euangelicus, euangelista, & euangelizo. Porro vocabulum Euangelij in vetustissimis autoribus extat Græcis. Nam apud Homerũ est præmium, quod datur læta nuncianti, Odysseæ ξ. εὐαγγέλιον δέ μοι ἔσο. Et apud Aristophanem & Isocratem εὐαγγέλια θύειν significat sacrificium quod fiebat cum res bene ac feliciter gestæ nũciabãtur. Apostoli vsurparũt pro ipsa beneficij annunciatione. Et fuit opus noua appellatione, vt discrimen inter legem & hanc nouam doctrinam esset insignius. Igitur magnopere opus est cõsiderare, quid inter legem & euangelium interfit & c.

Αἱρέσεις hæresis.] Latine, electio, secta, optio, expugnatio: hic hereseon genitiuus pluralis Græcus est, id est, sectarum, &c. Hinc hęresiotes, id est, hæreticus, is dicitur qui præter veritatem aliquid opinatum habet. Hæretistes, & hæresiarcha, princeps sectæ, & factionis.

Basilides.] Et Appelles olim hæretici pertinacissimi, quorum hæreses non vacat huc inuehere.

Achaia.] Ampla regio Græciæ, & peninsula, vndiq; circumsepta mari, præterq; à Septentrione, cuius caput est Corinthus, alijs nominibus Peloponesus & Danaa: nunc vulgo Morea vocatur.

Beotia.] Non Boetia, vt Hermolaus vna cum Politiano sentit, regio Europæ, à boue quem Cadmus Aegenoris filius, Thebarum conditor immolauit, antequàm vrbem conderet: Diodorus tamen aliter sentit. Hinc parœmia: Auris Bœotia,

siue Bataua,pro pingui, crassaq;. Vide Chiliades adagiorum.

Cerinthus,Ebion.] Duo pessimi hæresiotes,quemadmodum priores.

Apocalypsis.]Latine reuelatio.

Apocryphum.] Latine reconditum,siue occultum, quod ea non legerentur publicitus,sed priuatim, ac domi, pro suo cuiusque animo:ἀπὸ κρύπτω,crypto,quod est occulto.

Nenie.] arũ.nugæ sunt,& deliramẽta. Hinc adagium:Perficæ nugæ,Siculæ nugę, Gerræ gerræ, Lyræ lyræ. Diuus Hieronymus Hiberas nugas subinde appellat portentosas, quod apud Hiberos magica miracula narrarentur,vt apud Thessalos. Hinc Thessala mulier venefica est. Ausonius in Epistola ad Symmachum. Cogitans,inquit,nõ illud Catullianũ.Cui dono lepidũ, nouũ libellum.Sed Amargoterõ& verius. Cui dono illepidum ,& rudem libellum. Non diu quæsiui. Tu enim occurristi, quem ego, si mihi potestas sit, ex omnibus vnũ semper eligerem.Misi itaq; ad te friuola Gerris Siculis vaniora. Vide Chiliades.

Prologi finis.

EXPLICATIO QVARVNDAM VOcularum in Matthæum Euangelistam auspicatur bonis (vt aiunt)auibus.

CAP. I.

Mattheus.] Græce sic scribitur, ματθαῖος,dicitur à mattam, quod donum significat, id est, donatus: Hebraice matthehu,hoc est, donatus domino ipse, qui idem dicitur Leui, q̃d Hebraice sonat additum, siue applicatum, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa euangelium Christi Hebraicis literis, verbisq; composuit,&c. Vide Catalogum Hieronymi ad Dextrum.

Liber generationis.] Nominatiuus est absolute positus, ceu vice tituli: quanquàm hic titulus non est vniuersi argumenti, nec enim complectitur summam historiæ euangelicę,sed initium,ac fontem dnntaxat.

Filii Dauid, filij Abraham.] Ambiguitatem huius loci & Græci sermonis poteris ipse legere in Erasmi Annotationibus: ego non Annotationes,sed Lexicum, id est, dictionarium scribo.Nomina tantum ista Hebraica hic posita obiter,& veluti in transcursu,interpretabor. Abraham, siue Abrahamus more Latino, interpretatur pater multitudinis.Dauid dilectus, & genitiuum habet Dauidis, penultima producta vt: Israel es tu rex Dauidis, & inclyta proles, sed à nominatiuo Dauides.Fortunatus episcopus: De magno magnus Dauides scripta reliqt. Sed Dauid indeclinabile est. Interpretatur dilectus. Filius Isai.1.Regum.decimo septimo, & 1.Paralipomenon.ij.

Isaac.] Seu Isaacus risum. Iudas confessio,Phares diuisio. Hinc pharisæi, diuisi, & pharisaicus,a,um, & pharisaismus.Zara, oriens.Thamar,palma.Esrom, atrium. Aram,excelsus.Aminadab, populus spontaneus. Naasson,æneus. Salmon, perfectus. Booz, in fortitudine. Rahab, siue Rachab, Græci quoniam non habent quo aspirent vocalem, nisi principio dictionis, per spiritum asperum hoc signo ‘ h Hebraicam aspirationem Heth quomodo possunt exprimunt per. ch, χ. Obed,seruus.Ruth,irrigata.Iesse,existens.Salomon siue Solomon pacificus.Bethsabee,filia iuramẽti. Vrias,ignis domini.Roboam,dilatans populum.Abia, pater domini.Asa,sonans.Iosaphat,domini iudicium.Ioram,domini celsitudo. Ozias, possessio domini.Ioatham,domini consummatio.Achas, apprehendens.Ezechias,fortitudo domini.Manasses,oblitus,Amon,fidelis,Iosias vrens dominus. Trãsmigratio hic pro exilio ponitur, Ieconias, præparatio domini. Cæterum hic notandum Ieconiam vocari, qui idem vocetur Iehoiachin, verum patrem distingui à filio duabus literulis.Nam illum Iehoiakim dici per k,& m, hunc Iehoiachin per ch & n. Salathiel, postulatus dei.Zorobabel, alienus à confusione.Abiud, pater laudis. Eliakim, dei resurrectio. Azor,adiutor.Sadoc, iustus. Achim,confirmans.Eliud,dei laus. Eleazar, dei adiutorium. Matthan,donum.Iacob, supplantator. Ioseph, siue Iosephus penultima producta augmentum. Iesus, trisyllabũ penultima producta, Hebraice Ieschua,Latine seruator siue saluator,Christus Græce, Messiah Hebraice,vnctus Latine.

Maria.]Mariæ,duabus primis syllabis breuibus.Iuuencus Poeta. Aedidit hic Mariam Dauidis origine Ioseph. Mariam autem Syrorum lingua, dominam sonat.Hebræi Miriam scribunt duarũ syllabarum, sunt qui illuminatricem maris interpretentur. Vide Vvicelium in suo Catechismo.

Priusquam conuenirent.] Hic nihil aliud

aliud significat, quàm sine congressu connubiali, siue absq; coitu, honor sit auribus. Verecunde significat coniunctionem vxoris & mariti. Alioqui conueniunt potius qui concordant, aut qui in eundem congregantur locum. Congredi tamen, & congressum legimus pro consuetudine mariti, & vxoris. Quanquàm & coire quondam verbum verecundum, postea factum est vsurpatione parum castum. De hijsce duobus verbis honestatis ergo & verecundiæ causa supersedeo, ne mihi ab aliquo æmulorum impingatur mentis immundities.

Inuenta est in vtero habens.] Cur non potius deprehensa est, aut certe reperta? Nã inuenimus quod quærimus: deprehendimus, quod latebat, præsertim in flagitijs. Reperimus vel casu obuia, vel præter spem oblata.

In vtero habere.] Est grauidam esse, & prægnantem, Græcis eleganter & vsitate dicitur, at Latinis non itidem. Nam ferre vterum dicunt Latini. Proinde Matthæus, aut huius interpres Gręcus eleganter dixit, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Quandoquidem Athenæus libro Dipnosophistarum decimo scribit hũc in modum de Isthomacho Mimo. Græca vide apud Erasmum in Annotationibus in Matthęum 1. cap. Et cum pauperculę cuidam doleret vterus, ac medicus interrogasset, num in vtero haberet, qui posset, inquit, cum triduo nihil ederit. Cauillum in hoc est, quod medicus sentiret, num grauida esset mulier, Mimus ex ambiguo sumpsit ansam iocandi.

Traduco.] Huius verbi varius est apud Latinos vsus, verum vt nullus elegantior, ita nec rarior alius, quàm cum significat promulgare quempiam, & in publicum vulgi sermonem efferre. Sic enim Martialis:

Rideris, multoq; magis traduceris Afer.
Quam nudus medio si spatiere foro.

Traduco, is, penultima producta ex trans & duco, n, & s, abiectis. A quo infinitæ dicẽdi formæ, vt Tempus traducere. Traduci ad accusandum, ad plebem traducere &c. Hinc Traductio verbale. Vt: Traductio temporis. Traductor ỳbale. Traductor ad plebem. Tradux, cis, penultima correpta in vitibus, qui aliunde tractus & propagatus est. Varro lib. de re Rustica. Arbusta vbi traduces possint fieri vitium, vt Mediolanenses faciunt arboribus quas vocant opulos. Colu. in singulari vsus ẽ li. xi. Si tradux ducem nõ contingit, media virga inter eas deligetur.

Dimittere.] Hoc loco pro amittere à se, repudiare, siue diuortium cum ea facere, significat. Dimittimus exercitum instructũ, dimittitur senatus, dimittitur concio, cum vuicuiq; potestas fit, quo velit abeundi. Dimittimus & amicum volentem proficisci. Hinc dimissio, verbale. Dimissorius, a, um. vt dimissoriæ literæ.

Natum.] Pro conceptum, genitumq; hoc loco ponitur. A nascor, eris. Hic natus, nati, substantiuum, pro filio. Nata, natæ, filia. Natu in ablatiuo, vt natu maior. &c. Natio. Natalis, natale. Natalitium. Natalis dies. Natale solum. Natales pluraliter tantum. Natalitius, a, um. Natiuus, a, um. Natiuitas, tis. & cætera.

Ecce virgo.] Apud prophetam Hebræum nomen est non Bethula, quod proprie virginem significat, & intactam viro, sed alma siue aalma, quod puellam siue adolescentulam significat, &c. In Græco non simpliciter habetur παρθένος, sed ἡ παρθένος cum articulo, id est, virgo illa, vt non de qualibet virgine possit accipi, quod nihil erat mõstri, sed certa quæpiam vt insignis virgo denotetur, quæ sit paritura.

Emmanuel.] Per duplex mm, Hebræis sonat nobiscum deus. Nam Emma, nobiscum, el Deus, Emmanuel nobiscum deus. Verius scribitur Immanuel.

Donec.] Aduerbium, modo tempus finitum designat. Modo infinitum: hic pro nunquàm ponitur, sicuti Genesis octauo legitur de coruo emisso. Hebræi sermonis proprietas est contra Heluidianos. Vide Diuũ Hieronymum. Vsq; donec Terentius dixit: Certũ obsidere est vsq; donec redierit. Donec ad hęc tempora peruentum est. Donec, pro quamdiu. Ouidius: Donec eris felix, multos numerabis amicos. Tempore quo fuerint nubila solus eris. Donicum, idem significat.

CAP. II.

Bethlehem.] Oppidulum situm in tribu Iuda, vnde Iudæa dicta est, haud ꝓcul ab Hierosolymis. Solemus autem regionis nomen addere, etiam discernendi gratia, velut Antiochiam Palestinæ, quod altera sit eiusdem nominis in Asia, id quod hic quoq; locum habet. Siquidem alteram esse Bethlehem in Galilæa indicat liber Iudicũ, & interpretatur domus panis. Hinc Bethlehemiticus, a, um. Et Bethlehemita.

Iudea Iudææ.] Legendum est, non Iudæ. Siquidem Iuda hominis nomen est, & confessorem Hebræis sonat. Iudæa regiõis, & confessio interpretatur. Iudæus confitẽs,

qui & apella & recutitus appellatur, & Verpus verpi.

Herodes.] Cognomento Ascalonita. Multos fuisse Herodes, nemo est qui nesciat, saltem q historiographos legerit. In hoc tamen capite multi labuntur errore, propt ignorantiam historiæ, putãtes eundem esse Herodem, à quo in passione sua dominus irridetur, & quia nunc mortuus referatur. Ergo Herodes ille qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai, quem & ipsum Tyberius Cæsar Lugdunum, quæ Galliarum est ciuitas, relegauit fratremq; eius Herodem successorem regni fecit. Lege Iosephi historiam li. xvij. antiqui. cap. x. Item Herodes, Antipatris Idumæi filius, anno x. Augusti rex Iudæorum declaratus, regnat annis. xxxvij. Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galileę. Herodes Agrippa, Aristobuli filius, sanctũ Iacobum interfecit. Versus omitto. Hactenus Petrus Cholinus.

Magus.] gi, dictio Persica. Porro q̊d magi nominantur, nemo maleficas artes q̃s vulgo magicas dicimus, somniet. Siquidem quos Græci sophos, id est, sapientes, aut philosophos, id est, sapientiæ amatores, Chaldæi magos vocant, vt testatur Diuus Hieronymus in Danielem. Galli Druydas, Aegyptij Prophetas, siue sacerdotes appellant. Hinc magice, es, zauberey. Magicus, a, um. Magia, magiæ.

Hierosolyma.] mæ, nomen vrbis, apud Græcos fere neutro genere pronunciatur Hierosolyma Hierosolymorum. Populus ipse, Hierosolymi dicuntur, masculino genere, numero multitudinis, quemadmodum & Solymi, &c. Semel apud Cornelium Tacitum, libro Augustę historiæ. xxi. Hierosolyma legitur. Et Iuuenalis in Satyris: Interpres legũ Solymaꝝ dixit. Præterea hanc fusius explicabo. Hierouymus ad Dardanum, Hierosolymã scribit primum dictã Iebus, deinde Salem, tertio Hierusalem, postrema Aeliam. Salem interpretatur pax: sicut etiam dicit Apostolus ad Hebræos: Hierusalem pacis visio. Hanc esse Salem in qua Melchisedech regnauit, tradũt Iosephus & Aegesippus. Aelia nomininata est ab Aelio Adriano Cæsare, q à Tito dirutam instaurauit maiore murorum ambitu. Gentiles eã Solymas, & Solymos, & Hierosolymam nominarunt. Sunt q à Pisidis Lycię, q̊s veteres σολύμους dixere: aut à populis in Asia Pontica Solymis, quos interijsse cũ Lelegibus, & Bebrycibus perhibet Eratoschenes. Eupolemus vero, vt Eusebius scribit, à Solomone Solymos deducit, & Hierosolymam quasi ἱερὸν τοῦ σολόμωνος, quo nomine etiam ab Homero esse vocatam, sunt qui credant. Cæterum Iosephus lib. vij. Solymam esse dctam temporibus Abrahæ narrat. Hinc cum Dauid e Iebuzæis captæ vrbi iunxisset arcem munitioremq; fecisset, nominatam esse Hierosolymam. Nam Hebræi munitionem Hieron dicunt. Veꝝ non Iebus anteq̃ Salem vocata est, sed contra potius. Nam à Melchisedech putatur condita, qui eam Salem cognominauit. incolueruntq; ipsam Cananęi, quorum gẽtis princeps erat Melchisedech: seu vt Aegesippus vocat rex iustus. Sic eñ patrio dicit nomine appellatum, & si Hieronymus in locis Hebraicis, & ad Damasum negat Salem esse Hierusalem, sed esse aliam vrbem in regiõe Sichen, quæ est in terra Canaan, vbi ostẽditur palatium Melchisedech ex multitudine ruinaꝝ veteris operis ostendens magnificentiam. Prætereo quam originem Hierosolymæ Strabo ponit à Mose, cum hic terram Cananæam nunq̃ sit ingressus. Tum ad illos q Luzam & Bethel Hierusalem tradunt, cum Bethel sit pagus, vt alibi dictum est.

Venimus.] Prima acuta pronunciandum est, vtpote præteriti temporis. Certe Græcis ἤλθομεν est, id est, accessimus: quod ego minutius esse ducerem, quam vt admoneretur, nisi passim audirem multos in hoc & ambigere, & errare, inquit Erasmus in Annotationibus.

Dux.] g. coĩs. Pro duce Hebraica ꝟitas habet. Ex te mihi egredieť, q sit dñator in Israel. Minutias supsedeo. Dux fœmina facti.

Et rñso accepto.] Age dicat aliqs. Quid rñsum est his, q nihil interrogant? Veꝝ χρησμοὶ dicuntur oracula, quæ redduntur à numine aliq̊: sed petentibus, aut cõsulentibus.

Regnaret in Iudæ.] Mendum esse hoc loci, forsan pauci attendunt. Legẽdum est: In Iuda: non in Iudęa nisi procedente tẽpore post reditum ex Babylone Iudęę nomen veteres fines non seruauit, maxime apud gentiles, & coarctum est indies ad regionem Hierosolymis vicinam, vbi est templum & principum sedes.

Bimatus.] Spatium duoꝝ annoꝝ est. Sicut trimatus, quadrimatus, quimatus. Latinius fuisset bimulus, pe. cor. q in bimatu ẽ.

Rama.] Nõ loci nomẽ in tribu Assur, iuxta Gabaa ẽ, sed Hebræis excelsũ interp̃tať vt clarã ac lõge lateq; sonantẽ plorantis vocẽ intelligas, hoc est, excelsam, vel sublimem.

Ra-

Rachel.]Diuus Hieronymus admonet hic Rachel positum, non pro muliere, hoc est, filia Labã sorore Liæ, sed pro loco ipso, quod Rachel enixa Beniamin sepulta fuerit iuxta Bethlehem &c. Amphibologia semper vitanda est.

Galilea.] Est pars Iudææ trans Iordanem coniuncta Syriæ, & Arabiæ, & interpretatur circulus sphæricus. Hebræi dicunt Galil.

Nazareus.]A nazer Hebræa dictione per zain scripta, sanctus, siue consecratus dicitur. Alij floridum exponunt. Sed Nezer per Zadic scriptum, Hebræis flos, vel germẽ iuxta Lxx dicitur.

CAP. III.

Esca.]cæ. Græce προφή, id est, cibus, siue alimonia, à trepho, quod est nutrio.

Locusta.]Hoc loco quidam nolunt locustas animalcula esse, sed fruticem nescio quem, aut surculum delicatum, certe Græci ἀκρίδες habent. i. locustas. Nam constat, nõ Parthos solum, sed & alias nationes locustarũ esu victitasse. Vide Plin. lib. xi. cap. xxix. Item lib. vi. ca. xxx. qui volet ab ipso petat, ego breuitati studebo. Perottũ nõ suggillo.

Progenies.]Progenies dicuntur ab alio progeniti, atq; idem sonat Græca vox. Dici potuisset hoc loco filios, siue germina. Nam genimen haud arbitror vsquàm comperiri apud probatos autores.

Vipera.]Serpẽtis genus, Græcis Echidna appellatur, quæ tamen & Echis dicitur. Hinc vipereus & viperinus, a, um. vt rodere vipereo dente. Elegantissimum Hexastichõ D. Iustini Gobleri, Goaritij in Osorẽ suum.

Ad me Placum.

Absentẽ q me suggillet Vipera quero, Quo melius caueam, tu tamen vsq; siles. Cur taciturnus ita insontẽ vis perdere amicum, Et dare vt imbellis me voret ista lues? Dic vbi nam lateat, quo illam mox carmine rumpã, Ferre ea nã pestis carmina nostra nequit.

CAP. IIII.

Diabolus.]Proprie & simpliciter delatorem, aut calumniatorem significat, id enim Græcis sonat diabolus, à verbo, diaballasthæ, quod est deferre, siue infamẽ reddere. Porro, Dæmon quum homines tẽtat, hoc laborat tantum, vt peccent: quum vero Christum tẽtabat, nõ admodum erat sollicitus de illius peccato. Sanctiorem enim illum sciebat, q̃ qui facile induci posset, vt male faceret, cognoscere tantum auebat an lateret deus sub humana forma. Atque ne ipse veteri hominum conditioni videretur exemptus, quod solus abiret intentatus: neu post illum alij, qui eum venerarentur, indigne ferrent tentari se, qui scirent inuidentissimum illum & confidentissimum humani hostem generis. Et hoc quoque ad exemplum spectat posteritatis, nam vt nullus sine tentatione præteribit, ita qui superior fuerit in ea pugna, solatio, ministerioque fruetur angelorum, sicut Hieronymus testatur. Διάβολος, calumniator. Διαβολή, calumnia, indignatio. Διαβολία, idem. Item pila, balista, crimen, ignominia. Macrobius delationem vertit. Diabolicus, a, um.

Zebedeus.] Penultimam producit, cum scribatur diphthongo Græca αι, quæ in nostrum æ vertitur, quanquàm Iuuencus corripiat dicens: Hinc tunc Zebedei coniunx submissa rogabat. Sed vix tenẽdus est, ait Bebelius.

Pinnaculum.]πτερύγιον, id est, diminutiuum ab ala, quod ad alarum morem moletur.

Capharnáum.]Græci scribunt capernaum, iuxta stagnum Genezareth, vsque hodie oppidum in Galilæa gentium situm, in finibus Zabulon, & Nepthalim. Matthæi tertio capite.

Zabulon.] Tribus, & sonat habitationem, à cohabitatione mariti.

Nephthalim.]Tribus quidem vt Rabbi Salomon exponit associationem, quia iã Rachel socia fuit sororis Liæ, habens etiam filios.

Simon.]Onis. penultimam producit semper. Horatius:

Pythias emuncto lucrata Simone talẽtum.

Etiã p. Apostolo, vt hic p Iuda Iscariota, & pro mago sumptum, & signum sonat, alij obedientiam volunt.

Andreas.] Penultimam breuem esse docet Paulus Pompilius. Vnde Philelphus.

Andrea dum placita nobis munuscula mittis. Et ἀπὸ τοῦ ἀνδρός, id est, viro, virilis dicitur. Hoc nominis mihi sacro in baptismatis fonte inditum est, cognomine Placus.

Andrea sic vocor, & si qua est in nomine virtus,
Atque Placus, paruum vox nihil ista notat.
Sic mihi, sic patribus nomen, quod forte placendo
Ingenteis stimulos vincimus inuidiæ.

Lunatici.] Dicũtur à luna, quod furor illis nõ sit perpetuus, sed certis recurrat intuallis: Græci σελυνιαζομένους vocãt, quẽadmodum δαιμονιζομένους, id est, dæmoniacos, q à dæmonibus aguntur. A Luna Lunula, æ, diminutiuum vt Lunula atq; anellus aureolus eyn guldin fingerring. Lunaris, e. Lunaris ratio. Lunaris annus. Lunatus, a, um, vt falx lunata. Lunensis caseus, qui ab Hetruscis figura lunari fiebat. Hinc illunis, vt nox illunis, dixit Angelus Politi. in miscellaneis.

Paralysis.] παράλυσις. Latine dissolutio dicitur. Hinc paralyticus, παραλυτικός, dissolutus, qui hoc morbo correptus est. παραλύω, dissoluo, destruo.

Decapolis.] Iudææ regio est decem vrbium, trans Iordanem. De præpositio, hoc loci non est addenda. Nam de trans Iordanem, de sub pede, de post fœtantes, orationes sunt inauditæ Latinis auribus.

CAP. V.

Modius.] Mensuræ genus, duo & viginti sestertia continens. Hinc semodius, bimodius, trimodius, & huiusmodi. A quo modiolus diminutiuum. Græcis μέδιμνος modius est, vide Budæum de Asse, & partibus eius. Hinc dicimus: Modius vini, tritici. Modium, ij, neutri generis etiam dicitur. Modialis, e, das eyn korn mais, oder sester haelt.

Iota.] Cum probabile sit Iesum Hebraice fuisse locutum, dubium non est, quin quod hic iota vocat, ea litera sit, quam Hebræi iod appellant, omnium minutissimam Græci ἰῶτα appellant. Iota nomen literæ Græcę, quæ rñdet i Latino, ait Cholinus.

Racha.] Alij Raka scribunt. Apud Hebræos contumeliæ vox est, quasi Latine dicas cerebrosum, aut cerebro carentem. Diuus Hieronymus perinde valere putat racha ac si dicas Græcæ κενός, id est, inanis & vacuus. Quin & Græci hominem nihili, ῥάκος appellant, à veste detrita, reijculaq; sumpto conuitio, quod indicat, & Diuus Augustinus commentariorum, quos in hunc æ-didit locum, libro primo. At videtur Racha, magis esse vox indignantis, velut interiectio. Vide Erasmum in Annotationibus.

Gehenna.] Apud Hebræos, gehẽnom sonat vallis ennon, duæ dictiones, de quo sę pe diximus, & pro gehennæ incendio, siue gehenna ardente ponitur aut inferno, orco Tartaro. Auerno, &c.

Quadrans.] tis. m. g. nũmulus est, q̃rta pars assis, quam à tribus vncijs Plin. Triuncium vocat. Guilielmus Budęus, immortale suæ gentis decus, vtpote vir non solum oĩm quos vnq̃ Gallia genuit eruditissimus, verumetiam diligentissimus, eundẽ esse putat, q Ciceroni dicitur Terũcius. Hinc dicimus quadrãs operæ, quadrans pedis. Hęres ex quadrante vel ex asse. Vsura quadrans. Quadrans iij. pars libræ, tres vnciæ. Quadrantalis, e. Plinius: Crassitudine quadrantali, ein haandt breyt, vier finger. Quadrantarius, a, um, vt ars quadrantaria. Quadrantal, is, neutri generis, idem quod amphora.

Mechor.] Concedamus mœchari Latinis esse receptum. Nã & Catullus mœchari dixit, & Terentius mœchum. Quis vnq̃ Latinus dixit, mœchatur illam, pro stuprauit eam, siue, vt Suetonius loquitur, adulterauit eam, siue adulterium cõmisit cum ea. Hinc mœchia pe. pro. adulteriũ, mœchꝰ, adulter. Mœchalis, adulterata à Græco verbo μοιχέυω, q̃d est adultero, stupro, μοιχικός, adulterinus, μοιχός, adulter. Mœchissare, ehebrechẽ.

Scandalizo.] σκανδαλίζω, actiuum verbum acusatiuo iungitur. Ab scandalo, significat offendo, siue obstaculo, aut offendiculosum.

Libellus repudij.] Græce vnico verbo exprimit, ἀποστάσιον, quasi dicas, diuortionale, vt sic loquar, hoc est, libellꝰ diuortij, et separatiõis, & distractionis matrimonij. Repudiat etiã maritũ vxor. Hinc repudiatio, repudiosus, apud Plautum. Repudiosæ nuptiæ, obsoletum.

Thronus.] Solium siue sedes.

Angariare.] Perficum verbum, & peregrina vox, pro adigere, siue cõpellere ponitur. Siquidẽ Suidas indicat esse Perficã vocem, quod apud illos, regij nuncij, ἄγγαροι, angari dicerentur, &c. Hinc angaria pe. pro. est coactio, seruitus à verbo ἀγγαρεύω, q̃d est adigo, compello, ἄγγαρος, seruus, baiulus, Persarum lingua regius nũcius, qui & ἀσάνδης, ἀγγαρήϊα, seruitus. Hesychius, coactio. Angariarum exhibitio vel præstatio, idem.

Passus.] Huius passus, ein schritt, spatium quod patet in spatio pedum, quia patens apertũq; est. Sed passus, a, um, à patior, id est, perpessus. Passus, a, um, à pateo, idem quod patens, extensum. Item passus, a, um, à pando, diductus, porrectus, dispersus.

Mutuor.] Id est, mutuũ, vel mutuo accipio. Sed mutuo, as, id est, mutuum do. Dicitur & sumo mutuum, vel mutuo sumo. Fac valeas, meque mutuo diligas. Mutuatio, mutuare, id est, mutuum rogitare, apud Plautum, obsoletum.

Publicani.] Græce τελῶναι, siue telones,

nes,qui vectigalia redimunt,vnde & redemptores dicuntur.Genus hominum olim infame apud Iudæos,nunc apud Christianos cum primis honestum &c.Dicitur etiam publicana mulier,à publico,as.Publicatio. Publice aduerb.Publicitus,idē. CAP. VI.

Eleemosyna.] Est munus ex misericordia pauperi exhibitum.Illud obiter admonēdum,Latinos vsurpantes Græcam eleemosynæ vocem,fraudare illam vna syllaba,cum Græcis habeat sex syllabas, barmhertzigkeit,almussen.

Hypocrita.] Græcis histrionem significat,hoc est,qui ficta persona fabulam agit apud populum,qui & actor,& simulator dicitur.Hinc hypocrisis,& hypocriticus,a, ū.

Synagoga.]Pe.prod.Latine conciliabulum dici potest,quod solet fieri in plateis ac foro,seu triuijs,& pro loco hic ponitur.

Vicus.] Vicos hoc loco intellige,non eos qui non sunt oppida,sed in quos diuiditur vrbs,Germanico nostro, gassen. Vicus ruris,siue rusticus, eyn dorff. Magister vici, dorffmeyer. Vicanus,ni,dorffman, bauer. Viculus,li,diminut.m. g. Vicinus. Vicinia, æ.Vicinus,a,um.vt:vicinum malum.Vicinitas.Vicinalis, e.vt viæ vicinales.Vicatim ad uerbium,per vicos.

Multiloquium.] Græcis Battologia dicitur à Batto quodam poeta multiloquo, qui cōscripsit hymnos, in quibus eadē subinde inculcauit &c. Vide Chiliades Erasmi.

Cotidianum.] Græci habent hoc loco ἐπιούσιον, id est,supersubstantialem, ad verbum supereſſentialē sonat: Lxx. περιούσιον, pro quo apud Hebræos Segulah,quod Symmachus ἐξαίρετον, id est,eximium,siue egregium vertit. Hieronymus repperit Mahar, ꝯd dicitur crastinum &c.Vide annotatiões.

Extermino.]as. est extra terminos mitto,& e terminis,ac finibus profligo. Aliquādo,est demoliri,vt hoc loci.Græcis est perdere,corrumpere.Hilario est cōficere,nec id sane ineleganter. Est enim obscurare faciē, quasi fucis quibusdā,ita, vt ficta macie, tristiq; pallore sanctimoniam simulent. Hinc Exterminatio, & Exterminium. Exterminator verbale.

Tinea.]Vermiculus vestes aut libros adrodens,eyn mott,oder schab. Hinc pascere tineas dicimus.Horatius in Sermonibus ad librum suum:Aut pasces tineas taciturnus inertes,Aut fugies Vticam,aut vinctus mitteris Ilerdam.Hinc tineosus,a,um.

Nequam.]Omnis generis, nomen inflexibile,& hominem malum,& nullius pretij significat,omnino cōtrarium frugi.Hinc nequitia,vitium omnia cætera complectēs, frugalitati oppositum.Hic adiectiue pro peruerso,versuto,malicioso,seu libidinoso ponitur.Nequiter aduerb. Cicero: Nunquàm vidi hominem nequiorem. Aceti nequitiæ inest virtus magnos ad vsus.

Mammona.]Siue mammon,neq; Hebraica vox est,neq; Græca,Sed Syriaca,Hieronymo autore,idem apud eos significans, quod apud Græcos πλοῦτον, quem illi deum faciunt opūm.Porro Mammon Pænorum lingua,lucrum significat.

Quia nec Solomon.]Hieronymus hoc loco reuera inquit,quod sericum, quæ regū purpura,quæ pictura textricum, potest floribus comparari?quid ita candet vt lilium? Violæ vero purpuram nullo superari murice oculorum magis,quā sermonis iudicium est.Sic Hieronymus. Et profecto imitatrix naturæ ars nūquàm illius perfectionem cōsequitur, tametsi æstimationibus nostris precium vincat,quia aliquo vsq; æmulando progressa multū putatur effecisse.

κλίβανον.]Clibanus,furnus,& pectoris concauitas,per quam spiritus vltro citroq; commeat. Alibi explicatum est latius.

Malitia.] Græcis κακία dicitur.Nā malum, vt apud Græcos κακόν Cacon, itidem apud Latinos anceps est,ad afflictionem,& improbitatem. At cacia virtuti opponitur, quam Latini nonnulli malitiam vocant,aliq; vicium. Cæterum κάκωσις afflictionem sonat.Hinc malitiosus,a,um. CAP. VII.

Remetior.] Est rursus metior. Vergilius:Arma deosq; parant comites, pelagoq; remenso Improuisi aderunt. Remetiri pelagus.

Festuca]Dicitur & arboris nouellæ, omninoq; infantis,cuiusq; sati pullulus,vt inquit Augustinus. Hoc nomen scribitur à quibusdam per œ diphthongum:quod Festus à fœtu deducat. Fœnum autem ipsum & festuca,autore Pompeio,à fœtu nomina traxerunt. Hinc fœstucula diminutiuum, eyn splitter. Item virga prætoria, qua quis libertate donabatur. Plautus: Festucarius Gellius libro xx.cap.ix.

Trabs.] Et trabes vtroq; modo ge. fœ. vt Festus ait,duo tigna sunt ędificij gratia simul compacta, abusiue ꝓ vno ligno ponit. Hinc trabica nauis, & trabales tormentoꝝ species. Trabalis.e.vt: Trabalis clauus, eyn blochnagel. Trabea,æ. genus vestimenti regij, qua & Augures olim vtebantur. Hinc Trabeatus,a,um,tali veste amictus.

Margaritum.]Siue Margarita & margarites in nominatino flecti potest lapillus precios⁹, quẽ vnionem Latine vocitamus. Hinc margaritarij, negociatores mangonesq; margaritarũ. Mãtuanus dicit: Tu sancta Syro dominata draconi Margaris, & teneras Agathæ lacerata mamillas. Margaritifer,a,um.

Tribulus.] Spinæ genus. Ouidius lib. x. Metamorphoseos: Lolium tribuliq; fatigant Triticeæ messes.

CAP. VIII.

Mundare.]Passiuum verbum est imperandi modi, id est, mundus esto.

Puer.]Pro seruo Latine ponitur, sicut Græce παῖς, quod est item ambiguum, q̃ vocabulo vsi sunt Lxx. ἐπικατάρατος Χαναὰμ παις οἰκέτης ἔσαι τοις ἀδελφοῖς αὐτοῦ, id est, execrabilis Chanaàm, seruus domesticus erit fratribus suis. Nugatur Chrysippus quum discrimen fecit inter οἰκέτλω καὶ δοῦλον, id est, domesticum & seruum. Ammonius aliter, sed nihil ad hãc rem, certe οἰκέτης seruus est in re familiari ministrãs, ὑπουργός, id est, seruus, minister.

Centurio.]Nomẽ officij militaris, Græce hecatontarchus dicitur, qui præest centum militibus.

Recubo.]as. & recumbo,is. quiesco, iaceo. Vergil. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Et iterum: In te omnis domus inclinata recumbit.

Modica fides.]Latinius diceret pusilla fides, Græce oligopistos dicitur, cui parum fidendum, siue qui parum fidit. Axiopistos est grauis, & idoneus, cui fides habeatur, id est, fide dignus.

Fretum.] Mare significat ab vndarum fremitu dictũ, vt Varro inquit: Græci πορθμὸν vocant. Hinc transfreto, as. pen. cor. q̃d est trans fretum nauigo, vber meer faren.

Geraseni, orum.]Græci legunt Gergesenorum. D. Hierony. in locis Hebraicis ꝓdidit, sua etiamnũ ætate viculũ extitisse in monte sitũ, haud procul à lacu Tyberiadis, vbi porcos in mare isse præcipites memorabant. Quamq̃ apud Marcum hic ipse locus Gadarenorum vocatur, & eodem nomine apud Lucam, vnde colligere licet, eidem vrbi, quæ regioni dedit nomen, diuersa fuisse nomina, & eandẽ dictam Gerasam, ac Gadaram, siue vt idem mox ait, Gergessam viculum esse in regione Gadarenorum.

CAP. IX.

Teloneum.]Græce sic τελώνειον, locus est in quo sedet telones, id est, publicanus exigens tributum, quod Græcis τέλος dicitur. Dicitur & telonium, τελώνιον, id est, mensa publicanorum, locus in quo vectigal colligitur. Hinc τελωνάρχαι, mancipes magistratus publicanorum. τελωνικός, vectigalis. τέλωνος, Telonarius dicit Cholinus, zoller.

Non est opus medico valentibus.] Elegantius fuisset ob amphibologiam vitandam. Non egent qui recte valent medico.

Commissura.]A committo, is. iunctura, qualis est tabularum, aliarumque rerum. ἐπίβλημα, id est, vt ad verbum reddam, immissura, siue assumentum. Horatius pannũ vocat. Assuitur inquiẽs pannus. Vulgus petiã vocat, eyn placken, oder lappen thuchs. Ab immitto, is. Immissio verbale.

Cicero:

Sarmentorum aliorum amputatio, aliorum immissio.

Sanguinis fluxum patiebatur.]Græcis vna dictio est, hemorrhousa. ab αἷμα sanguis, & rhoos fluxus, sanguinis profluuio laborans.

Comminari.]Græcis varie capitur. Interdum est minas inferre, aliquando increpare. Nõnunquàm acriter, ac velut iracunde, & cum austeritate comminari. Hinc cõminatiõ verbale.

CAP. X.

Simon Petrus.] Simonẽ Petri cognomine distinguit à Simone Cananæo. Nam Simon obediens. Petrus saxum interpretatur. Cananæus mercator, negociator, institor.

Lebbeus.] Cognomento Thaddæus. Siquidem Lebbæus corculum, vt quidẽ volunt, interpretatur. Hic & Iudas Iacobi Alphæi filius dictus est, vt sit trinominis.

Iudas Iscariotes.] Penultima producta, ꝓditor Christi, sic debet scribi, nõ Scharіotes, à pago, q̃ dicebatur Iscara, sic cognominatus, Theophylacto autore super Matthæũ xxvi. cap. Atq; hoc cognois significat eũ ei facinori natũ, q̃d Isachar Hebræis sonat mercedẽ, atq; à tribu vnde fuit oriundus, nomen sortitũ videtur. Vide Origenem.

In viam gentium ne abieritis.] Terram enim gentilium non est Christus, dũ inter homines esset ingressus, nec auditus est alijs populis, quã Israelitico: neq; vero refert vnũ aut alterum gentilem venisse ad Christũ, de populis & nationibus loquor.

Zona.]Hoc loco pro crumena, marsupio, loculisq; sumitur, alias cingulum significat, quod olim milites, si quid erat æris, id

in

in zonis gestabant. Vnde prouerbium illud apud Flaccum: Zonã perdidit, de eo cui nihil erat pecuniæ. Zona cœli. zonarius, rij. & zonarius, a, um. vt: Sector zonarius.

Par huic domui.] Ne quis existimet nouum hoc salutationis genus primũ à Christo fuisse repertum, qui sic vsus est omnibus rebus vulgatissimis, vt eas longe alio traheret. Quemadmodum Græci solẽni more dicunt χαῖρε, Latini salue, sic Hebræi Syrique Schalom lecho, id est, pax tibi.

Concilium.] A concalando, id est, vocando: vel, vt Varroni placet, à coactione. Seu, secundum Festum, à populi consensu. Et proprie viri conuocati concilium dicit. Vergilius: Conciliumq; vocat diuum pater atq; hominum rex. Conciliabulum locus in quem concilium conuenit: Græcis Synagoga dicitur. Hinc conciliare, est benevolũ facere, aut amore coniungere, vt: conciliare aliquem alteri. Virtus cõciliat amicitias. Pecunia legiones sibi conciliare. Conciliare pacem, odium in aliqua re. Conciliabundus, p conciliante. conciliatus animus. conciliatũ mancipium. conciliator, vt conciliator suillæ carnis, Verres saginatus. conciliatrix. cõciliatricula diminutiuum. conciliatio, verbalia, consociatio, societas. conciliatio gratiæ. Hominis conciliatio ad ea quæ sunt secundum naturam.

Beelzebub.] Mirum, quid Græci scribant Beelzebul. b. in l. mutantes, cum neutrum elemẽtum apud illos finale sit μ, & λ. Diuus Hieronymus indicat, idem esse Beel, & Baal, & Baalim in plurali, & sonare Hebræis idõlum. Nam Baal idõlum, Zebub muscam sonat, quasi dicas, idolum muscæ, atq; hoc nomine spurcissimum idolum fuisse Accaronitis, qui sunt quidem in regione Iudææ, sed impij. Ab hoc Hebræi principẽ dæmoniorum Beelzebub appellasse.

Passer.] Dubij gen. auicula salacissima, & domestica. Hinc adagium: Passere salacior, de lasciuis. Diminutiuum passerculus, Græci στρουθίον neutro genere, pferunt. Hinc passer marinus, à Plinio recensetur inter piscium genera, eyn plattysle. Passernices, genus lapidum.

As siue Assis.] Qui & libella dicit, num mulus erat, cuius vilitas etiam prouerbijs testata est. Catullus: Omnes vnius æstimemus assis. Græcis est hic loci assariou ab asse diminutiuo, quasi dicas terũtiolo. Vide Budæum de Asse, & partibus eius. Hinc dicimus: Ex asse hæres, siue ex quadrante.

CAP. XI.

Evangelizor.] Euangelizantur plane Græcorum more locutus est interpres, qui cum dicant benefacio te, & benedico te, proinde & passiuis horum ἀναλόγως, id est, analogice vtuntur, bene patitur abs te, benedicitur abs te. Nã vtroq; modo loquũtur, εὐαγγελίζω σοι, & εὐαγγελίζω σε, vt indicat Theodulus de dictionibus Rhetoricis. Hinc Euangelium, Euangelista, Euangelizare.

Chorozain.] Græcis est, nos Chorozaim legimus, castellum Galilææ est. Sicut & Bethsaida. Certe Græci scribunt χαραζείν.

Remissius.] Comparatiuus ab remissus, a, um. Græci habent ἀνεκτότερον, id est, tolerabilius, nam anectos, tolerabilis dicitur, a remitto, is. Hinc remissus participium, vt animus remissus, vel animo. remissio verbale. Remisse aduerbium. vt: Remisse locutus. Remissarius, a, um. vt: Remissarij vectes.

CAP. XII.

Sabbatum.] Siquidem, & totum illud tempus septem dierum Sabbatum appellabatur, & singuli Sabbata. Hic tamẽ est σάββασι, id ẽ, sabbatis ablatiuus pluratiuus.

Satus.] Et satio ipsum serendi actum denotat. Quandoq; satus semen dicitur, vt hic. Et satum ager in quo semen est. Item satum mensuræ genus, vt hic, tontinens sesq; modium, id est, vnum & dimidium modiũ. Sed satus, a, um. à sero, id est, semino, as. Vergilius. pro genitus dixit. Propertius: Sunt quibus Elææ cõcurrit palma quadrigæ. Sũt qbus in celeres gloria nata pedes. Hic satus ad pacem: hic castrensibus vtilis armis. Naturæ sequimur semina quisq; suæ.

Panes propositionis.] Erant consecrati panes, non laici. Videto. i. Reg. xxi. de Dauid quando fugiens Saulem, quid esitauerit, & d. Hieronymum super hoc loco.

Hic.] Hoc loco aduerbium est demonstrandi, nõ pronomen, qd admonet & Hieronymus, vt intelligas eum locum esse sanctiorem templo, q templi dominũ teneret. Item, Hic pro tum, aduerbium temporis. Cicero: Hic illi flentes rogare, atq; orare cœperunt. Ita me Dij ament, Lycurgus posset hic ad nequitiam adduci.

CAP. XIII.

Suffoco.] as. penultima producta, ex sub, & faux compositum, au in o. productam cõuersa. contra vulgi morem, signi ficat strangulo, fauces stringo. Monostichon: Ingenium Venus hæc suffocat spurca tenellum. Ouidius: Suffocent animam dira venena

venena tuam. Hinc dicimus. Fame vrbem ſuffocare. Suffocatio.

Aliud centeſimum.]Græce quidem habetur ἑκατὸν, ἑξήκοντα, τριάκοντα. i. cẽtum, ſexaginta, & triginta, quod Græca lĩgua careat noĩbus numeroꝝ diſtributiuis. Sentit enim hic interpres, ex ſinguloꝝ granis plura prouenĩſſe, ex hoc centena, ex alio ſexagena, ex alio rurſum tricena. Mihi nondum liquet centeſimum pro centenum, aut centuplum apud probos autores (non quod Cornicũ oculos configam) reperiri.

Sinapis.]Pe. prod. fœ. ge. legitur apud Plautum & Plinium, & hoc ſinapi, indeclinabile, & ſinapiũ, herba ſeu ſemen, tãta acrimonia erumpens, vt vel lachrymas ciat edẽti. Columella hoc ſinape inflectit, ſenff moſtert.

Σάτα τρία, Sata tria.]Sata nõ eſt hic participium à ſerendo, ſed Hebræa, aut certe Syra vox eſt, ſignificans menſuræ genus, quæ capit ſeſquimodium. i. vnum & dimidium iuxta morẽ prouinciæ Palæſtinæ, autore Hieronymo, dictum priori capite.

Ediſſero.] Significat extra diſſero, explano, declaro, expono. Pacuuius: Ediſſere fabulam hãc. Vergil. Mihiq; ediſſere vera rogãti. Hoc loco imperãdi modi ẽ. Ediſſere. i. dic nobis. Eſt enim phraſon verbum Græcum omnino plus quàm loquere. Hinc ediſſerto, as. frequentatiuum. vill vnd deckmal auſzlegen. CAP. XIIII.

Tetrarcha.]Siue Tetrarches, qui quartam regni partẽ detinet, ein fierfurſt. Hinc Tetrarchia, æ. quadruplaris curia vertitur à Theodoro Gaza.

Pueris ſuis.]Id eſt, miniſtris, ſeu famulis. Quamquàm Græca vox, & ſeruos, & ancillas, & liberos, & omnes deniq; domeſticos complectitur, præter patremfamilias, & matremfamilias.

Herodias.] Patronymici ſpeciem habet, aut certe diminutiui noĩs. Hieronymus tradit hoc loco hanc fuiſſe filiam Arethæ regis, haud ſcio an eius meminit Paulus. Eã Philippo Tetrarchæ Galilææ, ac Trachonitidis locarat. Poſt orta inter ſe, & generꝫ ſimultate, filiam ab illo abductam Herodi fratri, ſed inimico copulauit, quo magis illũ vreret. Cæterꝫ hic Herodes pater fuit illius, ſub quo paſſus eſt Chriſtus.

Decollare.] Verbum apud Suetonium legimus in Caligula. Et Seneca eo vtitur in Ludo de morte Claudĩ. Porro Græcis eſt, apecephaleſen, quod ad verbum ſonat decapitauit. Decollare ꝓ deſtituere & fruſtrari ſiue decipere, felen. Et tunc eſt verbũ neutrum. Varro: Quorum ſi alterutrum decollat, & nihilominus vult colere, mente eſt captus.

Diſcus.] Lanx eſt, ſiue catinus, vas latum (vt Iulius Pollux inquit) in quo portantur carnes, ein flach ſchuſſel. Hinc diſcophorus Habacuc, qui ferebat Danieli prandiũ. Eſt & ludi genus &c. Hinc diſculus, li. diminut. Diſcobulus, der dye kugel vvirfft. Δίσκοβολοι, qui diſcum in ſublime iaculabant, id eſt, lapidem rotundum ac pertuſum, vt inquit Ammonius. Δίσκος, maſſa ferri, corpus ſolis, lapis grauis, qui exercendi cauſa corporis ad auras proĩciebatur.

Lophinus.]Apud veteres menſuræ genus fuit, autore Iulio Polluce, quamq̃ hic ꝓ ſporta poſitum apparet, quas Lucas Spyridas appellat, hoc eſt, ſportulas.

Phantaſma.]Græca dictio. Latine ſpectrum dici poteſt, qua voce vſus eſt Tullius ac Plinius. Græcis etiam φάσμα dicitur, id ẽ, monſtrum, viſum, viſio, ſpectrum, qua voce crebro vtuntur autores. A phantaſma, phantaſticõ, imaginatiuum. Phantaſticus, a, um. Phantaſia, imaginatio &c. Omnia à φαντάζομαι, quod eſt, imaginor.

Genezareth.] Siue Genezar, apparet vtrunq; nomen eſſe eiuſdẽ lacus. Nam ſentit regionem ei lacui finitimam. Chryſoſtomus & Hilarius legunt Genezar. Siquidem in vulgatis Hebraicorum nominum collectaneis legimus Genezar ſignificare ortus principium, ſiue initium natiuitatis, nec aliud ſignificare Genezareth, quàm Genezar &c. CAP. XV.

Ducatus.]us. pro ipſa ducendi actione ponitur. Veꝫ duces, ſiue ductores Græce hodægi dicuntur, qui alios ducũt. i. duces viarum. Dicuntur & agogi, à duco, as. Varro, id eſt, guberno, obſoletum. In omni ducatu dicimus. Itẽ ducatus, us, ui. regio cui dux dominatur, Hertzogtumb. Suetonius autor.

Ediſſere.]Pe. cor. imperandi modi. i. explica, dic, explana, expone: Græcis eſt phraſon, de q̃ ſuperius admonui, ab ediſſero, is.

Receſſus.]us. à ſecedo, is, modo ꝓ diſceſſu, & abitione ponit, modo ꝓ vacatione, pro ſinu ſecretiore, vt hoc loco. Vergil. Eſt in ſeceſſu lõgo locus. Itẽ, ſeceſſus auium. ſeceſſio verbale. vt: ſeceſſionẽ facere, eſt ſecedere. De via ſecedite. Secedant improbi, ſecernant ſe à bonis. Secede huc tu Sofia. Seceſſit in partem interiorẽ cum duobus amicis.

Mageda.]Græci & Chryſoſtomus legunt in

gunt in Magdala, siue in fines magdalorũ. Huius Magdali meminit D. Hierony. in descriptione locorũ. Cæterum hoc loco Magedan legit, non Magdalam. Nunc autem regio dicitur Macera contra Ieſuram.

CAPVT XVI.

Sadducei.] Igitur Hebræorum treis pcipue fuerunt sectæ, Essæorum, Phariſæorum, Sadducæorum. Sadducæi, secta Iudæorum, neq; resurrectionem, neq; angelos, nec spiritus esse credentium. Herodiani huius sectæ erant.

Essei.] Gente Hebræi erant, mutuo inter se amore coniunctissimi &c. Vide Stapulensem.

Pharisei.] Id est, diuisi, in multis isti similiter viuebant, differebant etiã in multis. Vide Iacob. Stapul. Matth. iij. Quarta secta erat quorundam Galilæorum, in quibusdã Herodianis contraria: cuius Iudas Gauloniten princeps fuit.

Cesarea Philippi.] Duæ sunt ciuitates. Altera Philippi cognominata, quam in honorem Tiberij Cæsaris extruxit &c. Altera quæ citra cognomen Cæsarea dicitur. Ea est, quam Herodes pater Herodis tetrarchæ Trachonitidis instaurauit in honorem Augusti Cæsaris, quæ prius turris Stratonis vocabatur.

Bar Iona.] Filius columbæ interpretatur. Bar enim filiũ sonat, & Iona columbã. Addito elemento, Iohannan sonat Ioannẽ. Porro Iohannã interpretat domini gratia. Hieronymus putat deprauatum esse Bar Iohanna in Bariona. Vide ipsum eo loci.

Tu es Christus filius dei viui.] Hæc est præcipua pfessio, hic primus & firmissimus ecclesiæ nunq; ruituræ lapis, credere ac profiteri, Iesum esse Christum filiũ dei viui. Hoc non reuelauit philosophia humana, non actus, nõ sagacitas, & sapientia mundi, sed deus vniuersorum parens, ijs tãtum, quos chatissimos habet.

πέτρος.] Siue petra Græcis saxum significat, quemadmodum & Cephas Syro sermone, vt testis est Hieronymus, nomine Hebraico soliditatem sonat. Saxum enim illũ appellat, quod solidus sit in confessione fidei, & non vulgarium opinionum leuitate huc & illuc vacillet. Hinc petrosus, a, um. petricosus idem. Petrones olim dicti sunt rustici, & duri homines. Plautus. &c.

Inferi.] Hoc loco, pro inferno positum est. Quãquam ne id quidem satis Latinum. Græcis est ἅδου. i. Tartari siue orci. Lactantius tamen in carmine sic vsus est: Inferus insatiabiliter caua guttura pãdẽs. Et S. Athanasius in symbolo: Quicũq; vult saluus esse. Hinc infernus, a, ũ. vt: Infernus fluctus. Vmbræ infernæ. Stagna inferna. Dij inferni, qbꝰ superi opponuntur. Infernas, tis. Supernas, omnis ge. von vnden her.

CAP. XVII.

Seorsum.] Aduerbiũ separandi siue discernẽdi. i. separatim, speciatim. Vnde seorsus. i. remotus. Vergilius lib. de est, & nõ, modo eius sit. Pariter nonnunq; sæpe seorsis Obsistũt dubijs. Seorsum ab altero aliquid parare. Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea Demea. Seorsum à te sentio. Seorsus pro seorsum, obsoletum.

Didrachma.] Bis in vna dictione peccamus, & quod per g. scribimus, cum sit per ch. scribendum, & quod singulari numero, ac genere fœmi. proferimus: quæ est neutri, & pluralis. Siquidẽ est Græcis τὰ δίδραχμα. Est enim Græcis Drachma, id est, Drachma numismatis genus, nempe sex continens obolos, minæ Atticæ centesima pars. Inde didrachmum numismatis vocabulum, duplũ drachmæ. Latine stater dicitur. Hinc & Tridrachmum & tetradrachmum. Quorum omnium Iulius Pollux meminit lib. de rerũ vocabulis nono, vierthalb Costẽtzer batzẽ.

CAP. XVIII.

Quis putas?] τίς ἄρα μείζων est in Græco habetur. Putas interpres posuit loco cõiunctionis expletiuæ, id est, ἄρα, vtiq;. Et μείζων cõparatiuum superlatiui vice positum apparet, id est, maximus, cum de pluribus fiat sermo. Est tamẽ à verbo puto, as. vt: Bene putas, & recte putas. Id nihil puto. Nunq; putassem. Neminẽ præ se putare. Hinc putator. Putatio verbale. Putamen, schelfe.

Paruulus.] Pro puello diminutiuo à puero positum est. Nam Græcis pædion, est puellus.

Mola asinaria.] Græce Mylos onicos significat ingens saxum, & lapis est molaris. Siquidem in molis saxum quod substernitur, vt alterum quod circumagitur sustineat. Nec absurdum est tamen, quod Hilarius secutus est, vt molam asinariã accipiamus quam asellus circumagat. Siquidem molæ leuiores, quas trusatiles vocãt, hominis manu circumferuntur. Cæterum graviores à iumentis, quibus occluduntur oculi, & agũtur in gyrum. Vnde adagium: Antronius asinus. Olim dicebatur, qui deformi, prægrandiq; mole corporis esset, cæterum ingenio stupido, bardoq;.

Debi-

Debilis.]e. proprie significat non quouis modo debilem, sed cui altera manus sit detruncata, aut alioqui manca, Græci κυλλὸν vocant. Sic monophthalmon, id est, vnoculum, siue luscum. Hinc debilitare, debilitatio. Cicero: Quid debilitatio, atq; abiectio animi tui?

Talentum.]Apud Priscos diuersi ponderis fuit. Vide Budęum de Asse & partibus eius. Quidam libram putant, alij mnam, siue minam Latine interposito i. ein cẽtener, oder ponth. Nam quod decem milia talenta positum est, pro talentoꝝ, Latinitatis dũtaxat iniuria factum est, sensu incolumi. Et mox (Cum non haberet vnde redderet.) Latinissime dictum fuisset: Cum non esset soluendo.

Vsq; septuagies septies.] Id est, vsque septuagies septem, sic enim Græca ad verbũ reddi possunt, vt subaudias peccata, aut vitia, aut simile quippiam. Nan ingentem numerum pro infinito posuit. Quandoquidẽ quadringentorum nonaginta hanc summam, septuagies septem efficiunt Vulgatio, & item Hieronymo testibus. Licet Origenes, aut certe eius interpres, simpliciter accipiat errata septuaginta septem, in calce Homiliæ sextæ. Vsq; præpositio, Bisz. vt: Vsq; ad pridie Calendas Maias &c.

Nequam.]Nullius precij, aut momenti homo, contrarium frugi. Rectius diceretur secũdum Græcã vocem, male, siue scelestе, nam Græcis πονηρός est. Hinc negtia frugalitati oppositа. Nequior, nequissimus. Cicero: Nunq; vidi hominem neqorem cum vno gladiatore nequissimo. Nequam vitis. Nequiter, nequius, nequissime aduerbium.

CAP. XIX.

Si licet.] Pro licet ne, Græce dixit magis, quàm Latine.

Galilea.]Circulus sphæricus. Alij transmigrationem interpretantur. Hebræi dicunt Galil.

Eunuchus.]Cubilis custos ad verbum reddi potest, quod barbari suas vxores huiusmodi portẽtis seruandas cõmittere solebant. Spado autem qui vi exectus est. Reliqua alibi fusius explicata sunt.

Camelus.] Diuus Hieronymus haud dubie pro animante accipit secutus, opinor, Origenem. Vulgarius dissentit, volẽs hoc loco significare rudẽtem nauticum, atq; id sane magis quadrat ad foramẽ acus. Et apud vnum Suidam, κάμιλον Camilon, eo reperio significatu. Iulius Pollux inter instrumenta nautica non ponit, fabulas aniles suspersedeo. Hoc tamen additum velim, quod quidam Theologi, cum intelligant absurde dictum de Camelo transeunte per foramen acus, acum faciũt vnam e portis vrbis Hierusalem. Verum, Camelus Græcis ambigua vox, significãs & animal ingens ac distortum, & funem ab huius similitudine dictum, quem Latini rudentem vocant. Atq; nec istud (inquies) fieri potest. Fateor, verũ cum de rudẽte accipis, absurditas sermonis adempta est, non τὸ ἀδύνατον. Nam in hoc ipsum Christus hoc adhibuit, vt ostenderet id fieri nõ posse, quẽadmodum paulo post palam explicat. Tametsi Suidas κάμιλον, cũ est rudens per iota scribit, non per ι, differẽtiæ causa, nõ quam ipsa vox habeat, sed quã Grammatici, præsertim Græci, suo arbitratu solent addere. Mirũ est autem nec Hieronymum animaduertisse de fune.

CAP. XX.

Paterfamilias.]Patrisfamilias &c. dicitur qui primas est familiæ, atq; imperium habet in familiam, siue qui potestatis suæ est, seu puber, seu impuber, eyn hausuatter.

Summo mane.] Est ipso statim diluculo, seu primo statim diluculo, siue mox, vt diluxit.

Conuentio.]A conuenio, is, nomen est generale (vt ait Vlpianus) ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agũt, eyn vetrach, bericht.

Denarius.]Hic nummi Romani genus est, valens treis obolos, & semissem, vt autumat Guilielmus Budæus, homo nusq; non diligentissimus, nõ solum eruditissimus.

Procurator.] A procuro, as, pe. pro. negotiorum gestor, cui præcipue agri colẽdi cura omnis incumbit. Vlpianus de procuratoribus: Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. Hinc procuratio, ipsa administratio est. Et procuratorius, a, um. vt literæ procuratoriæ, munus procuratorium. Adhæc procurare est sacrũ facere ei deo, cui oportet in tali re fieri, vt omen secundet. Valerius inquit: Sacrificio solenni, ritu ostentorum ac fulgurum, denunciationes procurantur. Hanc artem Ethrusci multum exercuerunt, & Romanis Numa rex tradidit. De procuratione fulgurum & ostentoꝝ crebra mentio apud scriptores Latinos, vt apud Ciceronẽ, Senecam, Liuiũ, & alios. Aliqñ procurare est studiosè curare, seu inuestigare. Interdũ simpliciter curare. Nõnunquàm sustentare, medicare, adiuua

iuuare. Cato de re ruſtica. Eodē modo cæteras arbores ꝓcurato. Plautus in Curculiōe: Tibi opus eſt hoc, quo te procures, id eſt, medearis.

Facere horam.] Incertum an vnam horam ſit accuſatiuus tranſitiuus, an tēporis, hoc eſt, vt accipiamus eos feciſſe horā, qui ſpacium horæ peregerint in opere, an eos feciſſe opus horæ ſpacio.

Et vocati, & electi.] Hoc loco nomina ſunt, non participia, quæ tamē ꝓpemodum vice participiorum videntur vſurpari.

Calix.] Poculi ſpecies eſt, quæ Græcis ſua voce κύλιξ dicitur. At poculum q̄duis vnde bibitur, vt poterion, & ipſum à potādo dictum, Græca eſt vox. Calix Diatretus, eyn getreter becher. Toreuma. Caliculus diminut. Caliculatim, aduerbium.

Hiericho.] Interp̄tat luna, vel menſis, & odor eius. Et merito hæc ciuitas ſortita eſt nomē ab odore, cum ibi creſcat Balſamum optimi odoris. CAP. XXI.

Bethphage.] Pen. pro. ſecundum Calepinum, Syrum nomen, q̄d interpretatur domus oris, vel maxillarum. Accentus habes Hebraicos in huius libri initio.

Bethania.] Villa ſecundo miliario ab Hieruſalem, in latere mōtis olioueti, & interpretatur domus obedientiæ.

Caſtellum.] Hoc loco non arx aut magnatis palatium eſt, ſed vicus, aut oppidum, Græci κώμην vocant. Hinc dicimus Caſtellū forenſis latrocinij. caſtella philoſophiæ. caſtellanus. vt: caſtellanus triumphus. caſtella tim aduerb. caſtrametor pe. prod. caſtrenſis, e. vt: caſtrenſe verbum. caſtrenſe peculium. Triumphus caſtrenſis.

Subiugalis.] Sub iugo aſſuetus, & domitus. Vnde pullus ſubiugalis à ſubiugo, quod eſt, ſub iugo pono.

Veſtimenta.] Id eſt, togas, pallia, ſiue τὰ ἱμάτια, id eſt, ſummas veſtes.

Oſanna.] Alij hoſanna, alij hoſianna proferunt, q̄d eſt, ſaluifica obſecro, quemadmodum in Pſalmo cxvij. legimus. O domine ſaluum me fac &c. Siquidem hoſiah, ſaluifica ſignificat, & na interiectio eſt apud Hebræos, velut efflagitantis, aut obteſtantis. Vide diuum Hieronymum ſuper Matthæum. xxi. cap.

Nummularius.] Menſarius eſt, Græcis Colybiſta ſiue trapezeta vocat, vide Guilielmum Budæum de Aſſe & partibus eius, vernaculo noſtro, eyn vvelcheler.

Locare.] Multa ſignificat, ponere, conſtituere. Interdum eſt reponere. Aliquando nuptui tradere. Hinc illocabilis quę viro tradi non poteſt. Nonnunq̄ ad appenſionem dare, vel ad vecturam, ſeu ad operam faciendam, vt hic. Hinc locitare frequentatiuum, à quo locatarius qui domum, aut fundum, aliudve ſimile in locationem condidit.

CAP. XXII.

Altilis, & hoc le.] Et in pluratiuo numero, Altilia, vt hic, dicūtur quæcūq; domi, vel in villis, vel in viuarijs, vel in cortibus ſaginantur, ſiue ſint aues, ſiue quadrupedes, ſiue piſces, ab alendo, quaſi alitilia. Et non ſolum pro pingui, ſed etiam pro opulēto ponitur. Hinc altus participium ab alor, aleris. Alibilis, e. Alimentarius, a, um. Alimonia. Alimonium, ij. Alitura, æ. Altor, altrix. vt altrix terra.

Herodiani.] Milites ſunt Herodis, quem proſelytum Auguſtus præfecerat Iudæis, vt ab his Imperatoris Romani nomine tributa colligeret. Secius opinatur Bulgarius, quod tamen ridiculum putat Hieronymus.

Nubo.] is. ſignificat hoc loco, viro tradere, ſeu viro tradi, & proprie mulieres nubere dicuntur: Viri ducere vxores. Quis ēm vnquàm audiuit nubuntur? dicendum eſt Latine: neq; ducūt vxores, neq; nuptū dantur. Hinc nubilis. Nuptus, us. Nuptiæ, nuptialis, & hoc nuptiale, nuptiator, qui nuptias appetit.

Diliges dominum deum tuum.] Oq̄ paucis indiget humana vita legibus? q̄ nihil opus eſt vero Chriſtiano, imo vero homini, ſed verus homo non eſt, niſi Chriſtū agnoſcat & colat. Quā igitur nihil opus eſt digeſtis, aut codicibus, nihil gloſſis, cōſilijs, cautelis? vt paucis verbis magnus ille magiſter quemadmodum vnicuiq; viuendū ſit, docet? Ama q̄ potes maxīe, q ſupra te eſt, & non aliter q ꝓpe te quā te, quod ſi feceris, tu ſolus leges oēs, iuraq; ſcies, & ſeruabis, q̄ alij magnis ſudoribus vix diſcunt, multis incitamentis & terroribus vix ſeruant, eris maior philoſophus Pythagora & Platone, cū ſuis oībus peregrinationibus & numeris: maior Ariſtotele cū ſuis diſputationibus, libriſq; cōſcriptis. Diliges, inqt. Quid poteſt eſſe dulcius dilectione? Non metuere, nō fugere, nō horrere p̄ciperis. Dñm, vt ſcias illū eſſe reuerendū, nā dñs eſt. Deū, qui vnus ē. Tuum. Etſi multoꝝ eſt, tñ vniuſcuiuſq; fit p cultū ꝓprius, nec definit tamen communis eſſe &c. Vide Auguſt. lib. decimo, de Ciuit. dei capite quarto.

Scabellum.] Diminutiuum ſignificat

p par-

paruum ſcamnum. Nonnunquàm ponitur pro ſuppedaneo, vt hic. Græci hypopodion vocant, ein banck oder ſchemell.

CAP. XXIII.

Cathedra.] Subſellium eſt. Iuue. Satyra vij. Pœnituit multos vanæ ſteriliſque cathedræ.

Phylacterium.] Græca vox. Latinis eſt cõſeruatorium, quod in his ſeruatur memoria legis, à verbo φυλάττω, quaſi ſic præſtarent id quod deus iubet per Moſen ſeruari præcepta ſua. Deute. xvi.

Primos recubitus.] Græcis iucundior eſt elocutio per dictiones cõpoſitas, quaſi dicas præcubitum, & præſidentiam.

Rabbi.] Magiſtri & præceptoris eſt vocabulum, nempe qui docet, vnde & apud Hebræos Rab, à multitudine ſcientiæ dicta eſt vox.

Scribe, arum.] Græce vocantur γραμματεῖς, de quibus multa mentio in Euangelio. Hij erant qui ſacrorũ librorũ literam tantum docebant: nec ab ea recedebant vel culmum latum: qui vero maius quiddam profitebantur, Phariſæi nominati ſunt, à Phares, quod eſt, diuiſio, quaſi ſe velut meliores à multis diuidentes ſeparantesq;, & vtriq; tam ſcribæ quàm Phariſæi in cathedra Moſis ſedebant populo legem enarrãtes. Scribę ad cognitionem literę, ſenſusq; hiſtorici ac velut introductionem rerum altiorum ac ſecretarum, quas Phariſæi explicabant.

Paropſis, dis.] Græcis patella eſt, aut diſculus, in quo apponitur cibus, aut condimentum. Item patina, catinus, diſcus. Dictũ apparet à rotunditate flexuq;. Legitur & paropſis apud Suidam eodẽ ſenſu. Pollux tradit etiam iuris quoddam genus eſſe, vel vt putant alij, mazæ, vel obſonium quod nunc παροψιμάτιον diceremus.

Proſelytus.] Pen. cor. Latine aduena dicitur, vtpote qui ex aliena natione in aliam recipitur.

Menta.] Herba notiſſima eſt, cuius odor animum, & ſapor auiditatem in cibis excitat, myntz. Vide Marium Grapaldum de partibus ædium.

Anetum, ti.] Autore Plinio, lib. xix. & coquorũ, & medicorum gratia naſcitur, nã in condituris non inſuaue eſt, anyſs.

Cyminum.] Pen. prod. quod nos y. in v. vertentes, cuminum dicimus. Eſt autem cyminum, & ſatiuum & ſylueſtre quaternis aut quinis foliis, kumell. Perſius: Et pallentis grana cymini.

CAP. XXIIII.

Chriſtus.] Latine vnctus. vt: Ite terrenæ procul ite curæ. Et voluptates procul ite turpes. Rege ſub Chriſto iuuat innocentem Ducere vitam. Porro, Chriſtus dictus eſt filius Dauid. Sic in principio Euangelij Matthæi, & in contextu Euangelij plerumq; Ieſus filius Dauid dicitur, cui multũ promiſſus eſt Chriſtus, & quem inuenit dominus, virum ſecundum cor ſuum, & exanimi ſui ſententia. Duorũ enim maxime filius dicitur Chriſtus, Abrahæ & Dauid, quoniã iſtis ſæpius, ac diſertius, quàm cæteris eſt promiſſus.

Pſeudopropheta.] Vnica dictio eſt cõpoſita, quam vulgus illiteratum diuidit, nec ſignificat prophetam mendacem, ſed q; falſo nomine propheta vocetur, cum non ſit, ſicut ψευδαπόστολοι, qui ſibi vindicant eum titulum falſo.

CAPVT XXV.

Lucror.] A lucrum, quod eſt amplior ſolutio, quàm quanti eſſet res empta. A quo lucroſum, plenum lucro. Lucellum, diminutiuum. Lucriones, qui vndiq; lucrari cupiunt. Porro Superlucratus ſum, Latinius foret, lucratus ſum ſupra, ſiue vltra ea.

Euge.] Vox eſt collaudantis, & adplaudentis ei qui ſit functus officio, id eſt, bene ſeu recte. Licet idẽ polleat εὖγε bene, ſane.

Quando vni ex minimis meis.] Alibi quod vni, Græce eſt, ἐφ' ὅσον, hoc eſt, quantum, vulgo, ſo vill.

Nummularius.] Eſt argentarius, non ille qui argentea vaſa cælat, vel inaurat, aut indit, vel labra, vel anſam, vel naſum, ſed mẽſarius, monetarius, Græce τραπεζίτης, & κολυβιστὴς dicitur, apud quẽ pecuniæ deponunt, & horum tabernæ, argẽtariæ vocãtur, quæ erant circum forum, vt Vitruuius libro v. & Liuius lib. xxvi. ſignificat. Hinc eſt cedere foro Plauto in Perſa. Vicum tamẽ argentarium Auguſtinus poſuit pro eo, vbi ſunt officinæ aurifabrorũ, lib. vij. de Ci. dei, cap. iiij. Nummularius dicitur etiamnum menſarius, & menſularius. Horũ duo ſunt genera. Nam minutili illi nummularij, id eſt, cãpſores, quos Græci argyrognomonas vocant, quaſi pecunię ſpectatores: & colybiſtas & ἀργυραμοίβους, publicam cauſam habere non videntur, nec rationem accepti, expenſiq; facere: vt argentarij illi & menſularij, q non tam pecuniarum permutationem, quã maiorem negociationem exercent, qb: olim moris fuit pecunias cuſtodiendas dari: fœnerato interdum: interdum gratuito.

CAP.

CAP. XXVI.

Caiphas.] Penul. prod. Claudianus. Cecidit domus alta Caiphæ. Græci Caiaphas scribunt quatuor syllabis.

Alabastrum.] Delicata pixis vnguentaria vitrea, ita dicta à λαβεῖν prehendere, & particula priuatiua ἀ, addita p Pleonasmũ, id est, superabundantiam ϛ. quod ob leuorẽ comprehendi non possit. Sic & Horatius. Nardi paruus onyx. Hinc adagium: Tibi alabastrus vnguẽti plena putet. Vide Paræmiographum. Hinc Alabastrites pe. prod. m. g. Dicitur & alabaster m. g. & alabastrus.

Gethsemani.] Absq; h. loci nomen, & Hebræis sonat, vallis pinguedinum. Nam ge, vallem, Seman pinguedinem significat. Ea est ad radices montis oliueti, vt testatur Hieronymus in locis Hebraicis. De hac villa habes Esaiæ. xxviij. Et erãt in vertice vallis pinguissimæ, quod Hebraice dicitur, gesemanim.

Legio.] Græcis ἴλη siue τέλος, id est, grex, ordo, turba dicitur, à delectu militum dicta, quod deleguntur milites in delectu, diuiditurq; in decem cohortes &c. Hinc legiuncula diminutiuum & legionarius.

Adiuro te.] Græcis est, Exorcizo te: sic debet scribi, nõ exorgizo. Eodem verbo vtimur in cõsecratione aquæ lustralis, & sacri salis, & ejciendis immundis spiritibus.

Colaphus.] Et Colaphum, à Colaphizo, quod est verberare cum pugno clauso ad collum. Sed alapa cum manu extensa. Terentius: Plus quàm quingentos colaphos infregit mihi.

Palma.] Planum illud, & ex parte concauum manus est, quod in digitos desinẽs decore patet. Vnde & pro mẽsura ponitur, & pro arbore. Item pro victoria, vt Palmam obtinet qui mare concha includit. Adagiũ.

Prophetizo.] Et propheto, significat prædico, & vaticinor, futura pnũcio &c.

CAP. XXVII.

Pontius Pilatus.] Præses erat & iudex à Romanis constitutus Iudæis. Certe πόντιος Græce marinus dicitur, πόντια marina superficies, & cætera multa ab ijs deriuata.

Tu videris.] Id est, tu videbis, siue videris prima acuta, vt sit futurum verbi subiunctiui à videro.

Haceldema.] Syris ager sanguinis interpretatur. Nã hacel, est ager. Dema sanguis, Græce αἷμα dicitur. Nomen agri pecunijs illis, quibus Christum vendiderat Iudas proditor, empti in sepulturam peregrinoꝝ.

Barabbas.] Sic debet scribi cum vno r. & duplici bb. insignis quidam latro fuit, & homicida, & filius magistri interpretatur, verius patris. Nam bar filiũ sonat, & abbas pater.

Tribunal.] Sedes iudiciaria, Græce lithostrõtos, id ẽ, lapide stratũ, Hebraice Gabbatha, ein erhabẽ gebevve, das gepflester ist.

Prætorium.] A prætore, nihil aliud est, quàm domus Iudicis & præsidis, & tãta domus erat, vt seorsum habitantem dominũ suum haberet, & seorsum iudicẽ ferret, ein radthauss.

Cohors.] Est caterua: Græcis est σπεῖρα, id est, funis siue caterua. Nam cohors rusticana militum manus est. Vide Vegetium de re militari. Hinc cohortalis adiect. à cohorte villæ, vt cohortalis auis, Im hauszhoff erzogen.

Chlamys.] Pallium est militare. Coccinea seu Coccina magis. Nam Coccus granum est. Et grana vulgo vocant, qbus tingũtur rubra quædam, quod lucem addant colori. Porro, vt & color, & forma vestis militaris sit, eoq; magis ad ludibrium faciens, cũ pius impiorum vestem gestaret. Hinc Chlamydatus, a, um. Chlamydula diminutiuum

Golgotha.] Diuus Hierony. admonet Golgotha Syrum esse verbum, non Hebræum sonareq; locum calui, siue caluariæ. Sunt q malint esse Chaldaicam, & Golgolta pronunciandum. Verum cuiuscumq; linguæ sit, ita dictus est locus in Aelia. i. Hierusalem, qd in eo iacerent capita hominum damnatoꝝ & mortuoꝝ, dye scheddeli stede.

Vinum myrrhatum.] Marcus dixit, Matthæus & Ioannes, acetũ cũ felle mixtũ: à myrrha. Quamq; Hilarius vinum legat, Chrysostomus acetum. Tametsi nõ multũ interfit inter acetum & acidum vinum.

Heli heli lamma azabthani.] Ad hunc modum in sua lingua, hoc est, Hebraica scribũtur. Nec mirum, si peregrinæ linguæ verba deprauate scribant, pronuncientq; Græci, Latiniq;. Porro Hebræa, vt sunt apud Matthæum, ad hunc modum distinguenda sunt: Heli. i. deus meus. Heli. i. deus meus. Lamma, vt quid? Azabthani, dereliqsti me? Vide Erasmum in Annotationibus.

Arimathea.] D. Hierony. in catalogo locorum indicat dictam Armathasophim, ciuitatem Elchanæ, & Samuelis in regione Tamnitica iuxta Diospolim patriam Ioseph, cuius fit mentio. In Græco est, Ioseph Arimathæus, & interpretatur Leo mortuus domino, vel lux mortis domini.

Sindon.] Sindonis.pe.cor.m.g.linteũ ſubtiliſſimum, ſeu velum candidiſſimũ, q̃d plaga dicitur alio nomine, grande lineum, tegmen candidum, quo nunc vtuntur muli eres Romanæ: olim paſſim in vſu erat.

Paraſceue.] Latine præparatio dicit.

CAP. XXVIII.

VEſpere autem Sabbati.] Id eſt, veſpere Sabbatorum. Et quod, aut qui lucescit dicendum. Nam veſperum dicitur, aut veſper, niſi veſperugo legas, aut veſpera, ſiue heſperus. Vergil. Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite capellæ.

Sabbatum.] Hebraica lingua dies quietis dicitur: Græce hebdomas, Latine ſeptimana. Hinc ſabbatizare, eſt obſeruare ſabbatum: ſabbatarius, & ſabbatiſmus vacatio facta poſt labores.

Auete.] Verbum anomalum & defectiuum pluralis numeri, ab aue, quod ſalutantis eſt, & ſalutati & venientis eſt. Sed ſalue, id eſt, ſaluus ſis, tam venientes, q̃ diſcedentes dicunt.

¶ Matthæi Euangeliſtæ
FINIS.

PRAEFATIONIS, SEV PROLOGI in Marcum Euangeliſtam explicatio.

MArcus Euangeliſta.] Stylus arguit, hanc præfationem non eſſe Hieronymi, licet eruditam eſſe fatear, ſed e Græco tranſlatam apparet. Et conſentaneum eſt Hieronymum vnica fuiſſe p̃fatione contentum in quatuor Euãgelia. Aliquot tamen obiter explicabo vocabula, quamquàm obuia.

Italia.] Regio nobilis, & fertiliſſima, inter Hadriaticum mare, & Thuſcum, item inter Alpes, & Siculum mare. Et in multas diuiditur regiones, ſcilicet Liguriam, Ethruriam, Vmbriam &c. Hinc Italus, & Italicus, a, um. & Italice.

Compingo.] gis. ſignificat contrudo. Plautus in carcerem compingere dixit. Aliquando compono, cõiungo. Hinc compingens, & compactus participium, vt: Compactum corpus. Item incõpactum, male iũctum, & compoſitum. Dicimus ornate: Solum axibus compingere. Aliquem compingere in carcerem. Compingere in piſtrinũ. Compegerat ſe in Apuliam. Compacta crura, dick bein. Compacto, vel de cõpacto aliq̃d agere. Compactio, verbale. Cõpactilis, e.

Pollex.] Digitus craſſior manus, quod præ cæteris polleat: Græce ἀντίχειρ dicitur, quaſi contra manum, alio nomine hallux. Porro nomina digitorum ſunt hæc pollex, index, famoſus, medicus, minimus. Græce ſic, ἀντίχειρ, δεικτικός, ἰατρός, δακτυλιώτης, ὠτίτος, id eſt, pollex, index, medicus, anularis, auricularis. Vide Angelum Politianum in lib. Miſcellaneorum capite lxij. & Aulum Gellium in Noctibus Atticis.

QVARVNDAM DICTIONVM IN Marcum Euangeliſtam explicatio.

CAPVT I.

MArcus, diſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue ſcripſit Euangelium. Quod cum Petrus audiſſet, probauit, & eccleſiæ legendum ſua autoritate dedit: ſicut Clemens in vi. ὑποτυπώσεων, id eſt, informationum libro ſcribit. Et Papias Hieroſolymitanus Epiſcopus meminit huius Marci, & Petrus in epiſtola prima ſub nomine Babylonis figuraliter Romam ſignificans, & cætera. Hic Marcus epitonem, id eſt, compendium ſcripſit in Matthæum, autore Auguſtino.

Pœnitemini.] Græce mætanoite, id eſt, pœniteat vos, ſiue reſipiſcite, pœnitentiam agite, à pœnitet manat, quod regit accuſatiuum patientis rei, cum genitiuo agentis. vt: Quem pœnitet facti, eſt inſons. Seneca: Quẽ non pœnitet quàm probus ſit? Me noſtri cõſilij vtiq; pœnitet. Me haud pœnitet. Me pœnitet minime inſtituti. Hinc pœnitens omnis generis. Vt: Pœnitentis de matrimonio Agrippinæ. Pœnitendus, a, um. Pœnitẽdum gerundium legitur. vt: Non eſt eius præceptoris pœnitendum, neq; mei, hoc eſt, M. Iacobi Horlini. Pœniteo. Pœniturus, inuſitatum. Pœnitentia, & pœnitudo.

Rumor.] Oris, pro fama. Sed rumor magis ad rem refertur, vt rumor belli, fama generale nomen eſt. Non enim dicimus rumorem hominis, ſed famam hominis. Hinc rumuſculus diminutiuum. Diſtichon M. Iacobi Horlini: Nugax imbrifero rumor volat ocyus Euro. It teſtudineo candida fama pede. Hinc ſpargere rumorẽ. Rumor multitudinis. Rumor, ait, linguæ eſſe malæ. Quid de me rumores afferuntur. Aura rumoris.

Conſtans

Constans rumor. Rumor est &c.

Mundare.] Hic passiuum est imperādi modi, quemadmodum est in Matthæo, viij. cap. hoc est, esto mundus.

Diffamare.] Diaphemizin Græce non sonat in malam partem. Verti poterat spargere, seu diuulgare, verlumbden.

CAP. II.

Leui Alphæi.] Significat Matthæum publicanum Alphæi filium. Interpretatur copulatus. Tertius filius Iacob ex Lia. Genes. xxix. Sic vocabatur & Matthæus hic apostolus, pater Matthat.

Teloneum.] Siue telonium, mensa est, siue locus publicanorum, vbi colligunt vectigal, quod Græce τέλος dicitur. Dictum in Matthæo.

Assumentum.] Nomen inusitatum, in sacris Bibliis, ab assumo tamen verbo deriuantur Latina. Assumptus, particip. Assumptio. Assumptiuus, a, um. quod assumit, vt pars assumptiua. Græce epiblema ad verbū sonat immissuram quæ assuitur.

Panni rudis.] Id est, nondum à fullone curati.

Supplementum.] Græce Pleroma. Sic autem vocat eam panni particulam, qua vestis lacera sarcitur & expletur. Multa prudens prætereo, quod de his iam dictum sit in Matthæo.

Uter.] Vtris, m. g. pellis, qua vinū, aut oleū deferri solet, ein sauvmhaudt, schlauch. Vtricularius, ij. Græce Ascaula, ein sackpffeifer. Suetonius in Nerone.

Abiathar.] D. Hierony. in lib. de optimo gene. interpretandi indicat nomen Abiathar pro Achimelech esse positum propte rea, quod lib. Reg. i. cap. xxij. vbi refertur huiusce historia rei, nulla mētio fiat Abiathar, sed duntaxat Achimelech, interpretatur pater excelsus, aut pater residui, vel remanentis &c. Filius Achimelech sacerdotis. i. Regum xxij.

CAP. III.

Tyrus.] Hebræa lingua Zor dicit, Latine angustia interpretatur, vel tribulatio, vel obsidio &c. Ciuitas maritima, metropolis Phœnices &c.

Sidon.] Venatio interpretatur.

Boanerges.] Sonat filios tonitrui, vel fremitus. In Matthæo expositā sunt.

CAP. IIII.

Exestuo.] as. compositum ab æstuo, as. quod est ferueo, flagro, pro exurere, siue æstu pire posuit, vngestum sein. Hinc exæstuare ira dicimus, grymmich, zornich sein.

Aerumne.] Proprie furcinulæ sunt, quibus viatores sarcinas religatas ferre consueuerint. Hinc metaphorice pro labore onero so, miseria, & sollicitudine, vt hoc loco ponitur. A quo ærumnosus, a, um. vt vita hæc est ærumnosa, hoc est, plena ærumnis & miseriis. Hinc ærumnula, di. ærumnalis insolens nomen apud Apuleium. ærumnatus Plautina dictio

Modius.] Mensuræ genus, vernaculo nostro, eyn scheffell.

Granum.] Fere frugum dicitur, vt hordei, tritici &c. A quo granulum. Granarium locus in horreis ad frumēta seruanda. Granosus, a, ū. quod habet grana. Acini sunt cæterorum fructuum, vt vuæ, baccarum & huiusmodi. Granatus adiec. vt malū granatū.

Celum.] Hoc loco non pro elemento, sed p aere, & æthere ponitur. Alia transeo.

Puppis.] Posterior pars nauis. Sicuti prora anterior. Hinc adagiū, puppis & prora, hoc est, summa rei, vt: Pietas studioꝝ nostroꝝ puppis & prora esse debet. Sed heu: Quibusdam omnium rationum prora & puppis est pecunia. In puppi sedere apud Ciceronē. Puppis pro tota naui apud poetas.

Cerucal.] Græce proscephalæon, quod inde nomen habet, quod capite admoueatur, eyn hauptkussen. Ceruicale idem. Hinc ceruicosus. ceruicula à ceruix.

CAP. V.

Fretum.] Non idem est quod mare, etiamsi fretum omne dicitur mare. Lacum appellāt mare. Hinc transfreto dictū.

Gareseni.] Orum. siue Gadareni. Ad eundem modum legimus & apud Lucam, cum Matthæus vocet Gergesenoꝝ, de quo in Matthæo admonui plenius.

Legio.] Λεγεών. Græce scribens vsus est voce Romana & Latina, tametsi mutato genere pro caterua: dictū in Matthæo latius.

Decapolis.] Regio decem ciuitatum.

Archisynagogus.] Princeps synagogæ. i. congregationis, vel conciliabuli &c.

Iairus.] Proprium archisynagogæ, & illuminans, siue illuminatus interpretatur, à Iair, Iairi, lux mea. Iairites, quæ omnia idē sonant.

Tabita cumi.] Græci per lambda scribunt Talita, non Tabita per Beta: haud scio casu ne an consilio. Incertum autem videri potest, an hoc loco Tabita nomen proprium sit puellæ, quemadmodum in Actis capite nono puella Ioppensis Thabita dicta

est,Græce Dorcas, quod Latine capra seu hinnulus dicitur ab acie visus. Certe Talitha Syris puella dicitur. Quin Thabita Hebræis sonat respice, siue attolle oculos, vt possint esse duæ dictiones Hebraicæ. Thabita,attolle oculos,Cumi,surge: nisi Marcus ipse,qui sine cõtrouersia Græce scripsit Euãgelium,fuisset interptatus,puella surge. Vide diuum Hieronymum de optimo genere interpretandi ad Pammachiũ. Talitha Cumi, ex Syro & Hebræo,puella surge.

CAP. VI.

Sandalium.] Græca vox, calciamentũ muliebre,vti legimus Momũ, reprehẽsionis deũ,carpsisse Veneris sandalia. Haud dubium, quin simile quiddam libello huic meo Momi quidam facturi sint. Sed susq; deq; fero. Quidam soleam putant aut crepidam. Terentius: Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput. Hinc sandalarius, q ea conficit,ein solenmacher. Hinc Sandalotis Sardania insula denominata est ab effigie sandaliꝝ. Sandalium est & genus siliginis. Sãdaligerulus adiect. Sandalides genus palmarum.

Spiculator.] Dictus satelles principis, à spiculis,quæ gestat. Cornelius Tacitus. Dilapsis spiculatoribus, cætera cohors non aspernata concionãtem. Quidam etiam pro carnifice accipiunt,id est,latrunculatore,ein blutrichter,vt hoc loco. Spiculũ,li.ein schaf leinde. Accipitur etiam pro sagitta. Spiculo, as,spitzen. Spiculatores,herrendiener,schaflein treger.

Contubernium.] Verbum castrẽse, Vegetio autore de re militari,lib.iij. Et vocabatur manipulus. Idcirco recte Valla manipulatim hic mauult legi. Accipitur pro conuictu & sodalitio. Hinc contubernales, sodales dicuntur. vt: Militiæ contubernales. Cõtubernalis alicui in consulatu. Contubernalis mensæ, Academiæ.

Phantasma.] Latine spectrum, Græce alias phasma. Hinc phantasia, phantasticus, a,um.

CAP. VII.

Vrceus.] Vt Paulus Iurecõsultus ait, est vas, forte hic ligneum, quo aqua in vrnam funditur, vrcei aquariꝝ, cuius diminutiuum est vrceolus. vrceoli sex. Iuuenalis. Hinc vrceolaris herba, quæ alias perdicium dicitur, peterkraut.

Syrophenissa.] Id est, genere Syra, & regionis Phœnices, quæ sine dubio Iudæorum est, qui potuit esse Græca? Cęteꝝ quod gentilem dixit, non est Græce Ethnicos, sed hellenis, id est, Græca, vt patriam intelligas designatam, quæ declararet non esse Iudæã. Frequenter enim Hellena gẽtilem interpretatur. Vide Annotationes Erasmi.

Decapolis.] Regio est trans Iordanem decem ciuitatum, vnde & nomẽ habet Græcis circa Hippum, Pellen, & Gadaram, vt testis est Hierony. in Locis Hebraicis.

Hepphethah.] Hepphetah, adaperire, imperandi modi passiuæ vocis. Est autẽ hepphatha vnum ex eo verboꝝ genere, quæ Hebræi grauia vocant, & quæ vim habeant trãsitiuam, quasi dicas, præsta te apertum, siue fias apertus.

CAP. VIII.

Dalmanutha.] Quidam codex habet Magdala, cuius meminit Matthæus, siue vt quidam legunt Magedan. Dictũ est in Matthæo. Interpretatur situla præparata, vel exhaustio numerata, siue macies, vel ramus præparatus. Nomen regionis.

Si.] Hoc loco est abiurantis, quemadmodum & illic: *Si introibunt in requiẽ meam*, id est, non. Latini addunt, emoriar, dispeream, aut simile quippiam. *Si* etiam coniũctio est, quãdo res facta significatur & finitiuis iungitur. Vergilius: *Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus.* Subiunctiuis, veluti, *Si facias*, si faceres. *Si* pro quãuis subiunctiuo iungitur. Terentius: *Redeam? non si me obsecret.* *Si* cum quis indicatiuo fere iungitur. Cicero: *Si quis sibi plus æquo appetet &c.* *Si* pro etsi. Terẽtius: *Si ego digna hac cõtumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.*

CAP. IX.

Rabbi.] Interpretatur magister, Rabboni, idem. Syrum est.

Conquirere.] Pro disceptare ponitur hoc loco.

Ab infantia.] Id est, à puero, ab incunabulis, ab ineunte ætatula &c.

Spumo.] as. significat spumam facio, à spuma, quæ sordes earum rerum sunt, à quibus ejicitur. Hinc spumeus, & spumosus, vt spumea vnda, & spumosus homo, qui morbo comitiali laborat. Itẽ spumosus equus, qui fræna dentibus quatit. Compositũ verbum despumo, as, pen. product. est, spuma priuo. Vergilius lib. i. Georgicon. Et foliis vndam tepidi despumat aheni. Per metaphoram ponitur pro decoquere. Hierony. ad Oceanum: Venter mero æstuans, cito despumat

ſpumat in libidines. Perſius: Stertimus indomitum quod deſpumare falernum Suffi ciat.

Sal inſulſum..] Id eſt,fatuum, ſiue ſal ſale carens: Græcis eſt analon.

CAP. X.

SI licet.]Hoc eſt,licet ne?

Bartimeus.]Filius Timæi. Nam, id ſonat Bartimæus. Hebræis enim Bar filius,& Timæus,quemadmodum & Bartholomæus,filius Ptolemæi, conflatis diuerſarum linguarum vocibus.

Animequio: eſto].Græce habetur thar ſi.i.bono animo eſto,ſiue confide. Nec enim eſt comparatiuum, ſed poſitiuum, & aliud eſt fidere,hoc eſt,tharrin,q̃ æquo animo eſſe. Aequo animo eſt,qui boni conſulit,ac tolerat: fidit,cui certa ſpes eſt.

Rabboni.] Vox Syriaca nonnihil mutata,cum alibi Rabbi ſit,quod Hebræorum lingua,Chaldæorum, ac Syriacæ commertio viciaretur: quemadmodum & hodie Iudæi Rabeni magiſtrum vocánt, ſed inſignẽ, & eminentem.

CAP. XI.

BEthania.]In latere montis oliueti,qui duobus paſſuum milibus ab Hieroſolymis abeſt, & interpretatur domus obedientiæ.

Caſtellum.] Hoc loco vicum aut oppidum ſonat,ne quis putet arcem eſſe,aut magnatis palatium,à caſtro. vt: Caſtellum philoſophiæ Caſtellum forenſis latrocinij. Hinc Caſtellanus. vt: Caſtellanus triumphus. Caſtrametor, penultima producta. Caſtrenſis,e.

Tollere, & mittere.] Paſſiua ſunt imperatiui modi.

Spelunca.] Idem quod ſpecus ſeu ſpelæum,ein hole oder klufft.

CAP. XII.

PAſtino.] as.eſt agrum fodio, hoc loco pro plãto poſitũ eſt. Hinc paſtinatus .i.paſtinatio,& repaſtino repaſtinatio. Paſtinũ,ni.eyn hauvv,oder karſt. Paſtinatus, us. Paſtinatum,ti. Paſtinator,eyn hacker.

Ceſar.]Cognomen Iulioꝝ eſt. Ille enim qui primus Cæſaris nomen adeptus eſt, ab eo dictus fertur,quod cæſo matris vtero ſit natus. Hic Cęſarem velut incertum & ignotum nominat, quod multi fuerint eius nominis. Hinc Cæſarea,vrbs Palæſtinæ,Cæſar auguſta vrbs Hiſpaniæ. Cæſareus,& Cæſarianus,a,ũ: vt milites Cæſariani. Cæſaries,coma à crebra cæſione. Vnde Cæſariati comati dicuntur. Plautus: Cæſariatus miles.

Nubentur.] Græce gamin verbum eſt commune & viro & mulieri. Verumde hoc dictum eſt in Matthæo. Conquirentes,id eſt,diſputantes. Nubo,nubis,pſi,ptũ, & nuptus ſum præteritum facit, vt: Nupta eſt male. Dare nuptum viro. Nubere antiqui etiam viros dixerunt. Martialis poſuit pro vxori ſeruire tanquàm viro. Nubere dicuntur etiam arbores vitibus,& vites arboribus. Nubitur ẽ imperſonale paſſiuæ vocis. Plautus: Hic cũ mala fama facile nubitur. Hinc nuptus,a,um. Nuptus,nupti,nouus ſponſus. Nupta, nuptæ, noua ſponſa. Nuptus,nuptus,vt: Nuptui collocare. Nubilis, nubile. Nupturio, is. Nuptiæ. Nuptialis. nuptiale. CAP. XIII.

VApulo.]vapulas, verbum(quod vocant)neutropaſſiuum,id eſt, verberor, percutior,vt: Vapulare ſermonibus. Vapularis,qui vapulat, Plautus in Perſa. Obſoletũ.

Gallicantus.]Hoc eſt,gallicinium,das hanengeſchrey. Porro noctis quatuor ſunt partes, concubia, intempeſta, gallicinium, conticinium,vernacule der erſt ſchlaff,mitternacht,das hanengeſchrey,die morgeſtũde. CAP. XIIII.

AZyma.]Pluralis eſt numeri,quemadmodum dicimus Lupercalia, Saturnalia,hoc eſt,infermentata. Azymus vngehebelt,vt,Azymus panis. Nam ζύμη fermentum dicitur. ζυμίτης panis fermentatus, ζυμόομαι, fermentor. ζυμώδης, fermentaceus, non mucidus,non mucoſus. ζύμωμα, fermentum. ζυμωτός, fermentatus.

Nardus.] Generis eſt fœminini, idcirco piſticæ legendum,& ſpicatæ,precioſæ. Laurentius æſtimat piſticam vocari probatam & ſpectatam. Spicata genus quoddam,q̃d ſpica, ſiue ſpicum vocatur. Vulgarius Græcus interpres ambigit,vtrum piſtica dicatur genus Nardi eius cognominis,an probata, velut ἄδολος, hoc eſt, germana,nulla arte viciata. Certe piſtis fides eſt,piſticus fidelis. Profecto Dioſcorides, Theophraſtus,& Plinius,huius piſticę Nardi non faciunt mentionem,licet plura Nardorum genera commemorent. Dicitur tñ & Nardũ n.generis. Nardus Celtica. Nardopharum. Nardus maioribus foliis. Nardinus adiectiuum,vt: Nardinum vnguentum. Nardina pyra, dicuntur ab odore.

Beſemani.] Loci nomen eſt ſeu villæ,ſiue,prædij,& vallis pinguedinum interpretatur. Dictum in Matthæo.

Abba pater.]Euangelista vocem Syriacam posuit,eamq; velut interpretatur subijciens ὁ πατὴρ, Abbas, quod Valla Placentinus esse commune dicit, & primi declinatus, monstrante id eius vocatiuo. Legitur enim hic Abba pater.Abbas,inquit Henricus Bebelius, facit genitiuum Abbæ non Abbatis,idq; probat ex Georgio Valla.

CAP. XV.

BArrabbas.]Latro insignis,& homicida pessimus,& seditiosus: & filius patris interpretatur.

Prætorium.] Domus prætoris,vel iudiciaria Pilati,das radthauss.

Patrem Alexandri & Rufi.] Id est,patrem Alexandri Rufi,siue Rufi filium.

Eloi,eloi, Lammasabatani.,] Non est ambigendum,quin Euangelista voces Hebræas,siue Syras reddiderit, vtcumque à nobis sonantur, de quo in Matthæo est dictũ. Vide Erasmum.

Decurio.]Hic nomen dignitatis est,nõ officij militaris,id est, honestus senator, eyn radis herr, alias eyn rotmeyster vber zehen. Hinc decuria,decuriæ,dye zunfft.Decurio, decurias, abteylen in rotten. Decuriatus, us,verbale, ipsa decuriatio. Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent. Item decuria,pro turba x.militum.

CAP. XVI.

Effigies.]Signum est & similitudo,forma,seu imago ad viuam alterius facta, tam in picturis, quàm in sculpturis. Ponitur interdum pro aspectu. Dicitur etiam effigia,effigiæ,

Plautus in Rudente:

Veneris effigia hæc quidem est. obsoletum. Hinc effigio, effigias, ad effigiẽ formo, &c. Vt effigies humanitatis & probitatis patris filius. Effigies ingenij. Dei effigiem in se ostendere. Colũnæ effugie iaci. Effigies lupi.

¶Diui Marci Euangelistæ
FINIS.

PRAEFATIONIS IN LVCAM
explicatio: Lucas Syrus,&c.



Syrus & Syrius.] Syriacus, a,ũ, quod ex Syria est Asiæ regione. Dicitur & Syrissus, a, um, idem quod Syrius. Vergilius: Coppa Syrissa caput Graia redimita mitella.Hinc Syriace aduerbium. Et Syrophœnissa. Syrophœnix, ora maritima Syriæ,cuius pars Idumæa,& Iudæa.

Antiochenus.] Et Antiochẽsis, possessiua & adiectiua, ab Antiochia vrbe Syriæ.

Bithynia.] Regio Minoris Asiæ, proxima Troadi, & ad pontum sita, prius dicta Bebrycia & Migdonia,& magna Phrygia.

Achaia.]Dictio tetrasyllaba, regio Græciæ vndiq; mari circumsepta, præterquàm à Septentrione, cuius caput est Corinthus. Ouidius: Ah quoties dices, quàm pauper Achaia nostra est. Hinc Achæus, & Achiuus,a,um,id est,Græcus.

Contestans.]A cõtestor,aris,quod est testem facio, testem inuoco, vel testificando certifico.Cicero.L.Flacco.Cum ego te Flacce,cœlum terramq; contestans. Hinc contestari litem.Contestatus participiũ,vt: Contestata virtus.Antiquitas contestata.

Admissus.]Ab admitto,is, quod multa significat,recipio, assumo. Interdum intromitto, aliquando iuxta pono, adiungo. Nonnunquàm accepto, sustineo. Interim pecco. Hinc admissum pro peccato commisso ponitur,& admissio, ipse actus admittendi,vt dare admissionem. Admissionalis, vt:literæ admissionales. Admissarius denominatiuum, vt admissarius equus. De admissario homine vide Ciceronẽ in Pisonẽ. Admissura, admissuræ.

DICTIONVM QVARVNDAM IN Lucam Euangelistam explicatio,

CAP. I.



Quoniamquidẽ.] Haud scio, num apud emendate loquentes hæc dictio reperiatur. Ego mallem dicere, quoniam, aut postquàm, aut quando quidẽ: Certe Græcis est ἐπειδήπερ.id est,simulatq;, simul vt,qm̃ quidem,cũ primum, protinus. Cicero. Quoniam quidem suscepi, non desero.Separatim ponit, syntemal doch &c. Quoniam quidem,secundo loco, dan, darumb das,vt: Satis consilij dedere prisci,quoniam quidem,&c.das.

Theophilus.] Sonat amicum dei, siue dilectum deo,quod vtrum proprium sit nomen,an epitheton (id est,adiectiuum)pij lectoris,alij disputent. Ego proprium hominis vocabulum esse puto hoc loci.

Gabri

Gabriel. Archangelus, interpretatur fortitudo dei, & Paranymphus appellatur à Hierony. dicitur pronubus: auſpex quoque à Latinis nominatur, nam auſpicari ſolebãt vt ſcribit Cice. Hi à marito mittebant ad fœminã, ab hac ad illũ Pronubæ. Tacitus de Nerone: Ipſe p licita atq; illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, q̃ corruptior ageret, niſi paucos poſt dies vni ex illo contaminatorũ grege, cui nomẽ Pythagoræ fuit, in modũ ſolenniũ coniugioꝝ denupſiſſet, inditũ imperatori flammeum, miſit auſpices duos, & genialis thorus, & faces nuptiarum.

Angelus. Ἄγγελος nuncius eſt, hinc ἀγγέλλω, nũcio. Idcirco Hiero. inquit, angelum non naturæ nomen eſſe, ſed miniſterij. Hinc etiam εὐαγγέλιον præmium, quod bona nunciãti datur apud Homerum, & Ciceronem non ſemel ad Atticum.

Cognoſco. is, melius agnoſco. Cognoſcimus enim quę diſcimus antea nobis incognita. Agnoſcimus, quæ prius vtcũq; nouimus, velut faciem ante annos aliq̃t viſam agnoſcimus. Indicat hanc elegantiam duorum verborum Diuus Hieronymus, cum alias, tum in Apologia aduerſus Rufinum. Hinc cognobilis apud Gellium pro cognito & noto. Cognitus participium, vt cognitus alicui. Cognitio, cognitor, vt cognitorem dare.

Zacharias. Memoriam domini ſonat, aut maſculum domini.

Abia. Penultima producta, pater dei interpretatur.

Elizabet. Dei mei ſaturitas. Dicitur Elizabeta Latino declinatu. Verius, deus iuramenti, vel ſaturitatis, ſeu dei ſeptenarium interpretatur.

Sorte exijt. Græcis eſt ἔλαχεν, id eſt, ſortitus eſt. Sors exijt, quod ſortibus miſſis in vrnam, ſors illius, aut illius exiſſe diceretur.

Sicera. Per ſ ſcribendum eſt, non per c, nec enim à cicere dicitur leguminis genere, verum vox eſt Hebraica, quæ per Sin apud illos ſcribitur, à verbo Sachar, quod ſonat inebriari. Vnde apud illos omnis potus factitius, qui poſſit inebriare, ſicera dicitur. Porro vini factitij vſum fuiſſe apud Aegyptios, teſtis eſt Diodorus Siculus, quod ſua lingua vocarent Zuthum, id q̃d olim Galli ceruiſiam vocabant, Hiſpani cæliam, teſte Plinio. Alij zythum vocant. Nam ζυθός, potus ex ordeo eſt Græcis.

Deſponſata. Siue deſpõſa, vtrumq; reperio apud probos autores. Græce eſt μνᾶσθαι, quod eſt pprie proco tradere ſpõſam. A deſpondeo, es, cætera omitto.

Nazareth. Ciuitas in Galilæa, vbi Chriſtus educatus eſt. Hinc Nazaræus, id eſt, conſecratus, ſeparatus domino. A nezer Hebraica dictione quæ florem ſonat.

Domus & familia. Hoc loco differunt. Domus appellatio latius patet. Familia pertinet ad pauciores.

Pugillaris. Hic tabella cærata eſt, quam Græci pinacidion vocant, in ijs enim olim ſcribebatur, ein ſcribgezau, oder ſcreibtabell.

Quis putas? τίς ἄρα, quis nam. Nam ἄρα coniunctio eſt expletiua. Dictum in Matthæo.

CAP. II.

Edictum. Ab edico, edicis, quod eſt iubeo, pronuncio, decerno: & eſt proprie magiſtratuum & primatum, &c.

Cyrino Græce habetur κυρηνίου, id eſt, Cyrenio: num recte, iudicent doctiores. Certe κυρίνιος, dominantẽ ſonat. Præſidem Syriæ.

Diuerſorium. A diuertendo, eſt hoſpitium meritorium. Dicitur & diuerſorius, a, um, vt taberna diuerſoria.

Simeon. Interpretatur audiens, vel exauditio & cum iota ſcribitur. Sic reperio apud Græcos ſcriptum σιμεών. Apud Hebrços quoque. hoc modo. Fuit ſecundus filius Iacob ex Lia, vt habes vicesimo nono, & primo Paralipomenon. iiij.

Hanna. Interpretatur gratia eius, gratioſa, &c.

Phanuel. Facies dei.

Aſſer. Sonat beatum, aut beatum erit.

Comitatus. Actiue & paſſiue accipitur. Sed comitatus, us, pro comite & ſocio proprie eiuſdem itineris. Nam ἐν συνοδίᾳ in Græco habetur.

CAP. III.

Tyberius. Nomen Cæſaris ſeu Imperatoris Romani Auguſti ſucceſſoris. Tyberij autem ex eo dicti ſunt, quod iuxta Tyberim fluuium naſcerentur. Vnde & p y Græcum ſcribi ſolet. Alij ſcribunt ſine ypſilon, & interpretatur bona viſio, vel vmbilicus, aut confractio. Tyberias, dis, idem.

Iturea. Penultima producta regio eſt, à qua Iturei populi in Cœleſſyria in montanis habitantes, cuſtoditam ſonat, vel Syriace, montanam, vel montoſam.

Trachonitis. dis, τραχωνίτις pe. pro. regio Syriæ Arabiã verſus, generis fœminini,

pars

pars Iudææ inter montem Libanum, & Lacum Tyberiadis sita, interpretatur saxosa, vel aspera.

Lysanias.] Tetrarches Abilenæ. Fuit & alius eiusdem nominis orator Græcus. Et alius hoc nomine Archas, qui Lycaonem regno expulit. Certe λυσανία Græce, Latinis insania dicitur. Sed λυσανίας, dissoluens tristitiam, à lyo, soluo.

Abilina.] Penultima producta regio ẽ, num ab Abila monte nomẽ sortita sit, sum nescius. Interpretatur tamen lugens, vel plorans. &c. Sed Abyla cum y Græco, mons est in Aphrica, vna columnarum Herculis.

Longum foret.] Et cum multo lectoris tædio, reliqua generationum nomina explicare. Si quis tamẽ ea scire desiderat, legat annotamenta Desiderij Erasmi Roterodami aut interpretationem Hebraicarum dictionum in Lucam: ego Laconismo studẽs, supersedeo. Vnum tñ explicabo, videlicet.

Elib alias Heli.] Idẽ est cum Iehoiakim, quem corrupte vocant Ioachim. Pater naturalis Mariæ virginis, & auus IESV CHRISTI secundum carnem, quod testatur & diuus Hieronymus, atq; hinc colligere licet, Lucam naturalem Christianæ genealogiæ seriem secutum esse, non legalem, si quidem ad CHRISTVM respiciat: sin ad Ioseph referas, contra erit. Nam Matthæus p naturę linea deuenit ad Ioseph, quę ad Christum tendenti legalis est. Interpretatur eleuatio, vel oblatio eleuans, siue offerens.

CAP. IIII.

Pinnaculum.] Fastigium, & summitas ædificij in acumen tendentis, siue quod veteres pinnam acutum dicebant, dictum Matthæi quarto.

Sareptha.] Vrbs Sidoniorum. & interpretatur conflatio, seu purgatio ignis. Hinc Sareptanus, a, um. Sidonius: Vina mihi non sunt, Gazetica, Chia, Phalerna. Quæq; Sareptano palmite missa bibas.

Sino.] is, significat permitto. Hinc loquimur. Sine fic habere, lass es also seyn, Setz das also sey, laess es nach. Sine, ad me vt redeam. Sine, vt veniat. Situs, participium. Concionatus est, comitia haberi non futurum. Huius compositum est desino, is, q̃d est cesso, termino, vt vera amicitia non est, quæ desinere potest. Hinc: Desine iam demens sæuum stimulare leonem, nescio quis poetarum autor, certo legi.

CAP. V.

Stagnum.] Dicitur aqua stans, à stãdo. Verg. Nam qua Pelæi gẽs fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. Et dicimus stagnare aquam, cum non effluit, neq; sorbetur. Et stagnare terram, q̃ non absorbet, sed continet aquam. myt vasser vberschvembt seyn. Stagnatus, a, um, vt. Terra stagnata.

Genezareth.] Alij Genazaria ponunt, lacus Galilææ xvi. milia passuum longus, & sex milia passuum latus, atq; multis oppidis septus. Dicitur etiam mare Galilææ, & mare Tyberiadis. Nam Tyberias vrbs ei adiacet. Explicatum in Matthæo, & Marco.

Altus.] Potest esse participium ab alo, alis, quasi alitus. Sed hic nomen est, quo significatur pars superior, & quandoq; inferior. Altitudo enim nomen est mensuræ. Vnde dicimus, altum cœlum, & altum mare, vernacule diffe. hogh.

Paralyticus.] Qui morbo paralysi correptus est, atq; totius corporis membrorũque dissolutione laborat.

Tegula.] Quod domos tegat dicitur. Tegulæ autem quæ ad balneas adhibẽtur, à laxitate dicuntur mammatę, aliæ coctiles vocantur. Hinc detegulare, est detegere tectum, vt ita dicam. Vt, meas confregisti imbrices, & tegulas. flachtach zigeln.

Quia vidimus mirabilia.] Miracula Christi admirabiliora erant angelis, & dæmonibus, q̃ hoĩbus, propterea q̃d illi causas multarũ rerũ quum nossent, videbant oẽm vim: hoĩes vero & si magna atq; admiranda esse non dubitabant, tñ non deerant q calumniarentur per Beelzebub principem dæmoniorũ dæmonia eĩci, nõ tam illud credẽtes ipsi, q̃ conãtes vt impita turba crederet.

Leui.] Nomẽ patriarchæ. Sed hic cognomen Matthæi Euangelistæ & interp̃tat adhæsio. Hinc leuites, vel ta, & leuiticus vt ordo Leuiticus, Leuitica tribus, Leuiticum ministerium.

CAP. VI.

Sabbatũ secũdo primũ.] Vulgarius ĩqt, Iudęi totũ festũ sabbatũ vocabãt. Nã sabbatũ reqẽ sonat. Sępenumero, ĩqt, ĩcidebat festum in Parasceuen, & vocabant Parasceuen sabbatũ ppter festum. Itaq; q̃d pprie sabbatũ erat, noiabant secundo primũ, q̃d scdm esset ab altero festo & sabbato, q̃d p̃cesserat. Hactenus ille. Chrysost. homil. in Matth. xl. indicat hoc esse sabbatũ, cuius meminit ille caxij. addẽs secũdo primũ vocari, qñ qes atq; ociũ duplex erat, tã sabbati dñi q̃ solẽnitatis alterius succedẽtis. Vide hoc loco d. Hieron. in epistol. ad Rusticũ. Mo. & Eras. in Annot.

Per-

Pernoctans.] A pernocto,as,quod est per noctem moror,versor,vigilo,oro, quiesco,ambulo,sto,habito, dormio, vel quicq̃ aliud facio, seu in bonum id sit, seu in malum. Hinc pernox,& perdius aduerbiũ. Noctem in stramentis pernoctare. Pernoctant venatores in niue,in montibus vri se patiuntur. Pernoctare ad ostium carceris. Pernoctare in publico.

Dimitte.] Latinius esset remitte. Ita legit Augustinus libro primo Homiliarũ, Homilia vigesima nona. Verum religio est mutare hasce minutias. Dimittere tamen est elegans verbum, vt si dicimus: Dimittere literas in alias vrbes. Dimittere boues in pascua,&c. Hinc dimissio. Dimissorius,a,um,vt literæ dimissoriæ.

Confertam.] Pro pressam, quod Græca dictio sonat. Id enim fit in aridis, quo plus capiat mensura, vernacule, getruckt,à confero,ers.

Coagitatam.] Id est,concussam,sic habet Græcum verbũ. Nam & hoc pacto fit, vt plus capiat vas quo metimur, Teutonice, geheufft. Sed ꝓprie coagitare,est simul agitare,denckẽ,trachtẽ. Coagitatio,trachtũg.

CAPVT VII.

PVer.] Hoc loco,non filium,sed famulum, siue seruum significat.

Erat moriturus.] Melius agebat animam,aut erat in periculo mortis, aut certe incipiebat mori,rang mit dem tod.

Pretiosus.] a,um,non nisi ad rem pertinet,nisi per Metaphorã accipias. Sed charus,tum ad rem, tum ad hominẽ refertur. Proinde entymus, dicendum erat charus, aut in pretio habitus. Cum t scribendũ reperio, & sine diphthongo, vt nimium pretiosa operaria es. Pretiosus sapor. Pretiose aduerbium.

Naim.] Oppidum Galilææ, in secundo miliario montis Thabor, contra meridiem iuxta Endor, quod torrens Cison alluit, & interpretat pulchritudo, siue decor.

Loculus.] Hic pro capulo, siue feretro sumitur,quo mortui efferuntur,eyn todtenbare. Alias sandapila.

Deuoratoꝛ.] A deuoro,as, cur non edax,edo,comedo,manduco, lurco, mansutius,helluo,asotus,catillo,&c. innumera.

Feneratoꝛ.] A fœnore, est vsurarius, Græce Danista dicitur: quod tamen non solum fœneratorem sonat,verumetiam creditorem,nomen verbale à verbo δανείζω, ꝙd mutuo,aut traho ad vsurã significat. Hinc fœneratio, fœnerato aduerbium. Fœneratitius,a,um. Fœneralia, fœneraliorum. Fœnebris res.

CAPVT VIII.

ADire.] Hoc loci lectitandum est,nõ audire,quasi diceret,non poterant cõuenire eum. Ab adeo,is,ire. Hinc aditus,us. Adeor,iris,passiuum,sed fere in tertijs personis. Cicero: Illa pericula adeuntur in periculis. Aditur impersonale,&c. Cicero: Anteq̃ in ius aditum esset. Aditus,penult.cor. participium à passiuo adeor,iris. Cicero: Periculisq; aditis. Aditio verbale.

Quis putas?] Latine dicitur quisnã?

Geraseni.] Id est, Gadereni,de quo iam ante non semel disserui.

Abyssus.] Græca vox est, Latine vorago dicitur,& aquarum gurges.

CAPVT IX.

APostolus.] Latine missus dicitur. Hinc apostolicus,a,um.

Per castella.] Id est,per oppidula, quasi dicas castellatim, & oppidatim, hoc est, per singula castella & oppida. A castro diminu.

Tetrarcha.] Qui quartam regni partem regit,dicitur,eyn virfurst. Hinc tetrarchia,tetrarchiæ.

Renunciare.] Potest hic capi, pro negotijs domesticis valedicere. Est autem proprie ἀποτάσσεσθαι,mandatis ijs, quæ velis alicui dimittere. An idem polleat renunciandi verbum, mihi non admodum liquet. Aliquoties renunciare comperio positum, pro nunciare quod gestum est. Aliquoties pro nũcio misso interdicere, vt renunciauit illi hospitium, apud Ciceronem, & Terentium,alteri illi renunciaui,cuius nuptias recusarat,absagenn. Hinc renũciatio verbale. Renuncius,ij,ein vvidderbott.

CAPVT X.

DEsigno.] as,est rem nouam facere,et in vtramq; partem, & bonam, & malam. Inde designatores dicti, qui ludis funebribus prẽsunt. Donatus: Etiam est cum nota,& ignominia aliqd facere. Nonius Marcellus. Item significat & definere Festo autore. Hinc designatio,vt designatio,atq; apparatus. Sine designatione personarum atq; tẽporum. Designator mas.gene.verbale.

Prophete.] arum, ꝑphetas populus Hebraicus vidẽtes noĩauit, q dñm aliqd ꝑnunciantẽ,aut etiã imagines reꝝ futurarꝝ videret,si nõ corporis oculo, certe illo mentis multo q̃ hic est acutiore. Hinc ꝑphetia est visio in sacris. In primo lib. regum Nathan appellatur videns. Interdũ prophetæ nomine

pro

pro præconibus, vatibus, sacerdotibus Greci vtuntur. Primus & homo & Propheta fuit Adam, qui mysterium Christi & ecclesiæ in sopore vidit. Hinc Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, & huius aliqui liberi. Moses & alij deinceps permulti, qui tamen inter prophetas non numerantur, quia libros de visionibus suis non reliquerunt præter Mosen: cuius volumina etiam ad ritus, sacra, cæremonias, legesq; ciuiles spectabant. Et si hæc omnia figura rerum futurarum erant, neq; illa tempora prophetarum sunt dicta, sicut ea quibus est regnatum, q̄bus prophetæ nunquàm defuerunt à Samuele, ante quem sermo domini rarus erat & visio non manifesta, vt dicitur primo regnorum ad remigrationem e Babylone, scriptiq; sunt libri quatuor maiorum prophetarum, & duodecim minorum.

Stabulum.] Non hic iumentorum est, sed pro diuersorio meritorio capitur. Hinc stabularius, hospes est, sed meritorius, eyn vvyrrt, Græce pandochæus dicitur, & pandochæum hospitium, eyn vvirtshauss, caupona, & taberna vinaria, œnopolium.

Satago.] Penulti. correpta, proprie est anxie torqueor difficultate rei conficiundæ, vt: Suarum rerum satagit. Consulibus de vi, & multitudine hostium satagentibus.

CAP. XI.

VT.] Hoc loco, vel est aduerbium temporis, vel q̄litatis: & significat statim, postquàm, vbi, ex quo, primũ, siue cum primum. Vt, est etiam coniunctio causatiua vtcumq;, vt vt idem.

Commodare.] Et mutuum dare differunt. Commodatur enim, cuius vsus modo præstatur, vt equus, vestis, liber, patella. Mutuum datur, quod vsu absumitur, vt oleum triticum, aut quod non idem redditur. Dicimus etiam commodare, vtile esse, & incommodare contrarium. Hinc commodum, penultima correpta fit à modo. Commodus, a, um, vt: Capillus commodus, commodus conuiua. Commodum, de, commodule, aduerbia. Commoditas. Commodatarius, cõmodatarij, qui accipit commodatum.

Improbitas.] Elegãs vocabulum, modo recte intelligatur, non hic pro malignitate, sed ꝓ impudentia, & perseuerantia ponit. Vergilius: Labor improbus omnia vincit. Ab improbus, a, um. Hinc improbulus, improbe, aduerbium. Improbo, as. Improbabilis, improbabile.

Demonium.] Diabolus, Satã, & malus dæmon, quem cacodæmona etiam vocant. Monostichon: Fœmina dæmonio tribus assibus est mala peior. Autorem certe ignoro.

Quinimo.] Μενοιῶγε, ea coniunctio neque negat quod dictum est, neq; reijcit, sed infert quod est certius.

Catinus, & num.] Pe. pro, discus, lanx, paropsis, patella. Sed pinacos Græce non solum catinum, sed etiam quadram, aut tabellam significat, eyn flach scussel. Hinc catillus siue catillum dim. Item catillus, pars superior molæ. Catillones gulosos dicebãt antiq autore Festo. Catillare, catinos lĩgere. Catillatio, abliguritio, & expoliatio ꝓuinciarum. Festus. Catina, æ, vrbs Siciliæ Ptolemæo, & Straboni. Catana penult. corripit.

Ita.] Significat hoc loco etiã, vtiq; aduerbiũ vehemẽt adfirmãtis, ꝟius ꝓfecto, certe.

Os opprimere.] Vide an recte dicatur. os obturare nec sinere loqui, os occludere, ac pẽdere ab ore, & obseruare q̄d dicatur.

CAP. XII.

VEneo.] Verbũ neutropassiuũ, significat venũdor. Veneunt. i. venduntur.

Dipõdium]. i. duo asses, q̄q̄ Græca vox diminutiua est assariõ dyo, id est, assibus duobus, sicut & passerculi, Gręce στρουθίον passerculus. Dr̃ & dipondius, & dupondius, ij. à duobus ponderibus. Dipondiarius adiecti. vt Dipondiarius orbiculus.

Cellarium.] Locus est in ædibus, in q̄bus esculenta poculentaq; reponunt, alias penu, Græce tamion, eyn spyse Kammer. A cella. Hinc cellares columbæ. i. domesticæ. Cellaria, æ, eyn kellerin. Cellarius, ij.

Fenum.] Herba est, secta & arefacta, cur nõ potius gramẽ, aut herba? cum Græcis sit χόρτον, q̄d significat gramẽ, herbã, sœptum, fœnũ. Hinc fœnile, fœnisex, cis, cõis generis. Fœniseca, cæ, cõmunis generis, fœnisecium, vel vt alij scribunt, fœnificium. Fœnicularium. Cicero ad Atticum lib. xij. In fœnicularium. i. in aciem ad excercitum, q̄n fœnum succidit à militibus falciculariã faciẽtibus.

In sublime tolli.] Nõ proprie hic ad tumorem, & fastum pertinet: sed magis, ne curemus ea quæ supra nos sunt, meteora em̃ vocantur, q̄ sunt in nubibus, & in sublimi aeris regione. Hinc Aristoteles libros meteoroꝝ ædidit, hoc est, impressionum.

Tritici mensura.] Græcis est sitometrion, ad omnem cibum referri potest. Id q̄d Latini vocant dimensum: siue quod ad certum modum tribuatur, siue quod in singulos menses redderetur, vt Donato placet. Hic chœnix, dimẽsũ ẽ, & diurnus cibus, vt: Chœnici ne ĩsideas. Symbolũ Pythagoricũ.

Va-

Vapulo. Neutropaſſ. ſignificat pcuti or vapulabit .i. verberabitur plagis multis

Nimbus. Repentina, & præceps pluuia. Hinc nimboſus,a, um. Laurẽtius tamẽ hic mauult imbrem , quã nimbum,cũ Græce ſit ὄμβρος, hoc eſt, pluuia & imber , ein plotz reghen. Nimbatus adiectiuum.

Minutum. Participium & nomẽ eſſe poteſt. Sed hoc loco nomen eſt, & ſignificat breue,tenue, Græcis eſt araeos & leptos.i.tenuis, Minutus. Matt. minimum quadrantẽ dixit , à minuo,is. Hinc minutus participium. Minuta ſpes, minutus animus, &c. Minutio verbale, minutulus diminut. Minutatim aduerbium, vt minutatim interrogare. Minutim idem, minutia,æ, minutal,is.

CAPVT XIII.

Siloe. Interpretatur miſſus.

Ficus. Arbor eſt. Nam ficulnea parum Latinum videtur, doctioribus tamẽ iudicandum relinquo. Hinc ficulus dimin. pro parua ficu. Ficoſus, ficetum, ti. Ficarius,a, ũ, vt ficariæ crates. Ficaria,æ, ficitor, obſoletũ. ficolea, palus ficulnus, ficitas abundantia ficuum, obſoletum. Ficulneus,a,um, vt ficulnea ligna, arbor ficulnea.

Stercus. Eſt fimus. Sed Græca vox, κοπρία, ſtercorationem ſonat magis quã ſtercus. Et ſtercoratio non ſolum fit ex animantium excrementis, verumetiã e ſtipulis, culmis, aut terræ medulla , quam mergã vocãt Britanni, teſte Plinio. Hinc ſtercoreus,a, ũ, vt ſtercoreus miles, kaatmann. Stercoro,as, tingen, bemiſten, vt vicia & faba ſtercorare agrum dicuntur. Stercoratus participium, ſeu nomen ex participio , vt ſtercorata colluuies cortis. Locus ſtercoratiſſimus, vvolgetunget. Stercoratio, ſtercorarius,a,um, vt crates ſtercorariæ, miſtkorb. Stercoroſus,a, um, vt aqua ſtercoroſa, herbæ ſtercoroſæ, ſolum ſtercoroſum. Sterquilinium, miſtgrub, vt ſterquilinium, lenonem vocat Plaut. Stercutius, dictus eſt Saturnus.

Inclinata. Hoc loco ſignificat toto corpore deflexam in terram, & cõtractam: cui contrarium eſt quod ſequitur, ſurſum erecta, ſiue ſurſum aſpiciens, & erigẽs caput. Ab inclino,as,pe. prod. Inclinatus participium, vt inclinatus morbus. Inclinatior ad pacem animus . Inclinatus ad cauſſam plebis, &c. Inclinans,tis, participiũ. Inclinatus, us, pro declinatione Grãmaticis nota . Inclinatio, verbale, vt alterna inclinatione egerunt ſcobem. Rerum & temporum inclinatiões. Cũ hæc inclinatio animos plebis ad ſuſtinendam inopiam ęrarij fieret. Inclinatio ad meliorem ſpem. Cœli inclinatio, quam quidam aſpectum & horizonta vocant. Inclinamẽtum apud Gellium legitur, obſoletũ.

Contendo. is, ſignificat niti, conari, interdum litigare, rixari verbis. Sed hoc loco contendite ſignificat curate & laborate. Quanquàm apte vertit interpres , ſi modo aduertamus. Contentus participium. Contentio, verbale. Contente, aduerbium. Contentioſus,a,um. Contentioſe, aduerbium.

Auis. Græce eſt ὄρνις, quod eſt anceps, ad auem, & ad gallinã . Eſt em̃ mirus amor auiũ ad confouendos pullos, ſed præcipue gallinis. Hinc aues Palamedis à poetis vocãtur grues. Auicula,æ, dimin. Auicularius, q præeſt. Auiaria, auiarius, auitium, faederſpil. Budæus.

CAPVT XIIII.

Hydrops. Gene. maſc. morbus eſt aquaticus, & Latine aqua intercus dicitur, ſubcutaneus, quoniã ſub cute aqua fit, qua venter turgeſcit. De quo Horat. eleganter in Odist Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops. Nec ſitim pellit, niſi cauſſa morbi Fugerit venis & aquoſus albo Corpore languor. Hydrops, ge. com. qui vel q̃ eo laborat morbo. Hydropicus,a,um, adiecti. vvaſſerſuchtig. Hydropiſis,is, ge. fœ. idem quod hydrops. Hydrus, ſerpentis genus. Hydra eiuſdem ge. fœmina, vt Lernea hydra, &c. Cato veternoſum appellauit.

Si licet. Rectius, licet ne? an licet?

Lena. Quod veſpertino tempore fit. Hinc cœnula dimin. cœnare, cœnatio, & cœnaculũ, locus ad cœnãdum aptus, idoneus, cœnipeta, domicœniũ, incœnis, ſine cœna, cœnacularia ars, locandi cœnacula . Cœnacularius homo. Cœnatus vt pranſus, vt potus, vt lotus. Cœnaturire, cœnito,as, frequẽ. Cœnatiuncula diminu. Cœnacularia, æ, vt cœnacularíam facere, ſiue exercere. Cœnatoriũ, pro veſte cœnatoria. Cœnaticus, ad cœnam pertinens, obſoletum.

CAPVT XV.

Drachma. Et drachmum, genus põderis ex xviij. ſiliquis. i. tribus ſcrupulis conſtans. Et eſt genus nomiſmatis. Sed dragma per g, rapina, ſiue manipulus Latine dicit. Drama vero ſine ch, & g, dicitur vt in ſcœnicis agi fabula ſolet, vbi diuerſæ perſonæ introducuntur, aliis accedentibus, aliis diſcedẽtibus. Vnde & canit eccleſia: Ante thronũ huius virg. freq. nobis dul. cantica dramatis, non dragmatis legendum eſt. Dramaticus,a,um, vt dramaticum carmen, ein gedicht der perſon allein redden, vnd nit der Poet.

Euerto.] is,cõpositum à verto, q̃d est, scopis purgo.Iuuenal. Verre pauimentum, nitidas ostẽde columnas. Euerrit hic legendum erit. Forte aliquis imperitus & sciolus non intelligens,inuersa scriptura fecit euertit,quod sane minus mirum est fuisse depraua tum,quàm non fuisse animaduersum.

Siliqua.] Folliculus seu integumentũ, vbi grana leguminum includũtur.Hinc siliquor,aris,est siliquas facio, siliquastrum,& siliquastra, herba quæ & piperitis dicitur.

Quanti.] Cur non potius quot,siue q̃ multi? Non est mihi spacium scribendi, alioqui adscriberem omnia à quantus,ta,tum, deriuatiua. Tu Lector vide Cholinum, & Petrum Frisium,& Dasypodium.

Symphonia.] Apud Latinos pe.cor. & consonãtia,& Musicus cõcentus dicitur, quæ & harmonia appellatur.Hinc Symphonicus substantiue, modulator, ἀπὸ τῆς συμφωνίας,id est,à cõcentu & modulatiõe.In festo Cybeles multi ædebantur sonitus cõpositi, & ad numerum, vt tibijs & tympanis. Ouidius lib.iiij. Fastorum: Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit, & Idææ festa parentis erunt.Ibunt semimares,& inania tympana tundent, Aeraq; tinnitus ære repulsa dabũt.Et post: Tibia dat Phrygios, vt dedit ante modos. Et tibiam Diodorus inuentum esse dicit Cybeles, à qua doctus est Marsyas,qui cum Apolline certauit. Augustinus lib.ij.de Ci.dei cap.iiij.dicit: Audiebamus Symphonicos,&c.

Chorus.] Cum h, conuentum & multitudinem significat, & veluti coronã eorũ, qui ad ludos cõueniunt, siue saltantium atque canentium.Nam multorũ vicibus,& cõcentu constat.Hinc choragium, choragus, gi,choraula, vel choraules, vel choraulis, q ad choreas ludit.

CAPVT XVI.

Villicus.] ci,vt inquit Varro in libris de Re rustica,agri colendi caussa cõstituitur,appellatus à villa,q̃d ab eo conuehuntur fructus,& euehuntur cum venerint.Diuus Hieronymus villicũ ab œconomo distinguit, quod villicus villæ gubernator sit, œconomus, non tm̃ frugum, sed & omnium,quæ dominus possidet,dispensator est. Hinc villaticus,a,um,vt canis villaticus. Villico,& villicor,aris. Villicatio,villaris,e, vt gallinæ villares.

Diffamare.] Significat per diuersas partes famã diuulgare. Hic in malum ponitur. Sed iuxta Græcum melius,delatus est.

Cadus.] Græcis est batus. Nam batus Hebraica vox est,illis mensuram significans liquidorum,vt docet Iosephus li. Antiquit. Iudaicæ gentis viij. Ea capiebat sextarios septuaginta duos: quemadmodũ & illud q̃d mox sequitur.Hinc cadiscus diminutiuum.

Coros.] Sine h, ea mensura aridorum capiebat medimnos Atticos quadraginta vnum, vt idẽ testatur libro tertio Iosephus. Subinde explicata sunt.

Cautio.] Idem quod cautela: à caueo. Græcum τὸ γράμμα habet vtrobiq;, quod non cautionem, nec literas, sed literam sonat.Nam literæ numero multitudinis significat epistolam,licet poetæ literam pro epistola aliquando ponant: maxime Ouidius. Hoc loco gramma,aut scriptum,aut syngrapham,aut codicillos,aut libellos,aut huiusmodi quippiam significat,vernacule ein registter,oder rechẽbuch. Hinc cautionalis,e, apud Iurisconsultos. Cautus, a, um, cauto est opus,vt sobrie,&c.

Mammona.] Cognationem habet cũ Punico mammon, quod apud nos lucrum significat.Vnde mammona apud Diuũ Hierony. diuitias,auaritia congestas significat. Item mammona vox est Syra,vt Hierony.inquit,quæ apud eos opes significat, quod apud Græcos πλοῦτον. Augustinus in sermone de verbis domini,& in quæstionibus Euangelij. Mammon Punice lucrum esse dicit, multisque in verbis vicinas esse linguas, Hebræam & Aphram.

Lazarus.] Hebræis sonat adiutus à domino, vt ipsum etiam vocabulum faciat ad parabolam. Destitutus enim erat ab hominibus,sed adiutorem habebat deum. Siquidem azer auxilium sonat,iah deus.

Chaos.] Confusionẽ significat,dictũ à χέω.i.fundo,q̃d fuerit fusio.i.cõfusio omnium elementorũ. Sed hoc loco χάσμα est, q̃d hiatum terræ significat, q̃ solet nonnunq̃ in terræ motu fieri, quẽ Arist. in li.de mundo chasmatian appellat, vnde & chasmaticus terræ motus dictus. Nonnulli voraginẽ vocant, q̃d fissura terræ in immẽsam deuergat profunditatẽ,dicitur à χάινω.i.hio. Ouid.Lege I.lib.Metamorphoseos fere in vestibulo libri: Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos,&c.

CAPVT XVII.

Lapis molaris.] Et saxum molare,est saxum substratum in mola, quod accipit frumentum, hic mola asinaria vocatur, de quo dictum est in Matthæo xviij.

Morus.] Arboris nomen, sed μωρός, Græce stultus,fatuus,stolidus,&c. Verũ sycaminus

caminus, arbor est sui generis, peculiaris Syriæ, vti indicat D. Hieron. Hesychius addit à nonnullis dici μορέαν vulgato, vt conijcio, vocabulo, vt arbor mori. Morum, ri, fructus mori arboris, mora ruborum, brombeeren.

Eradicare, transplantare.] Passiua imperandi modo sunt, quanquàm in Græco plantare sit, non transplantare.

Coruscans.] Id est, splendens, vibrans, à corusco, as, quod non solum splẽdere, sed & vibrare significat. Vergilius: Talia vociferans sequitur, strictumq; coruscat Mucronem. Item & crispare significat. Idẽ: Tu syluis scæna coruscis, zitterlechtig.

CAPVT. XVIII.

SUggillo.] as, est vitupero, ac derogo, strigilo. Nã id significat suggillare, verbum à pugilibus dictũ, qui superne suggillant, genis liuore notatis, inferne supplantant, impulso ad ruinam antagonista, hoc est, aduersario. Suggillatio, verbale.

Camelum per foramen acus.] Quidam Theologi cum intelligant absurde dictum, de camelo transeunte per foramen acus, acũ faciunt vnam e portis vrbis Hierusalem. Verum camelus Græcis ambigua vox est, significans & animal ingens & distortum: & funem ab huius similitudine dictum, quẽ Latini rudentem vocant. Atqui nec istud (inquies) fieri potest. Fateor, verum cum de rudente accipis, absurditas sermonis adempta est, non τὸ ἀδύνατον. Nam in hoc ipsum Christus hoc adhibuit, vt ostenderet id fieri non posse, quemadmodum paulo post palam explicat. Tametsi Suidas κάμϊλον, cum est rudens per iota scribit, non per κ, differentiæ caussa, non quam ipsa vox habeat, sed quã Grammatici, præsertim Græci, suo arbitratu soleant addere. Mirum est autem nec Hieronymum animaduertisse de fune.

Hiericho.] Vrbis nomen olim munitissimæ, & luna interpretatur, id est, defectus. Dictum subinde.

CAPVT XIX.

ZAccheus.] Nomen telonis, & interpretatur iustificatus.

Sycomorus.] In Græco est συκομωραῖαν, id est, in caprificum, hoc est, fatuum ficum. Illud mirum, apud Græcos hanc dictionem scribi per o micron, cum μωρὸς habeat ω mega, id est, magnum.

Mna.] Latini interponunt i, dicentes mina. i. libra, genus ponderis siclos lx. habens, qui faciunt obolos mille ducentos. Vide Guiliel. Budæũ de Asse & partibus eius.

Euge serue bone.] Id est, recte bone serue. Collaudat em̃ seruũ functũ officio suo.

Sudarium.] Lintheum, quo sudor faciei detergitur, & nares purgãtur: alias strophium, siue strophiolũ. Huius dimin. est sudariolum, ein svveis, oder snaupthuchlin. Hinc sudator, sudatorius, a, um. Plautus: Sudatrix. Sudum, di, id est, humidum.

Vallum.] A vallus, qui est firmior palus, quo vitis adligatur, & castra muniũtur. Vallũ est ipsa munitio. Hinc vallaris, & hoc re, & vallo, as, firmo, circũuallo cõpositum.

Ad terram prosternent.] Hoc est, solo, siue pauimento ęquabunt te. Hoc significat Græca dictio edaphizin.

CAPVT XX.

LOco.] as, multa significat. Hinc dicimus locare domum, vineã, agrũ. A quo locito, as, frequentatiuũ dictũ. Et elocare filiam eleganter dicitur. Hinc elocatio.

Coloni.] Hoc loco pro agricolis, siue vinitoribus ponitur, qbus vinea locata est.

Stola.] Vestis, seu indumentũ dicit. Hinc stolatũ matronale honestũ. Stolatus, a, um.

Certi enim sunt.] Certus enim est aliquis de re vera, at persuasus esse potest, qui falsum credit.

Aequales angelis.] Hoc est, similes siue pares. Quemadmodum Homerus eximios viros dixit dijs æquiparandos.

CAPVT XXI.

DOna.] Græce anathemata. i. dona, quæ dicata & consecrata dijs suspenduntur in tholis, parietibus, & columnis tẽpli, cuiusmodi apud nos visuntur potissimũ iuxta monumenta diuorũ, statuæ argẽteæ, cęreæ, equi aurei, pocula gemmata, & huiusmodi. Vide Lexicon Græcolatinum.

Oliuetum.] Mons in quo crescunt oliuæ, duobus passuum milibus ab Hierosolymis distat, in cuius latere est Bethania. Bethphage in ipso monte sita.

Manicare.] Pro mane venire hic posuit, & est Græcã vocem imitatus ὤρθριζε. Idem verbũ in Psalmis, de luce vigilo, translatum est. Latini⁹ foret, diluculo veniebat. Nã manicare pro mane surgere, verbum est in primis barbarum. Sed mane, aduerb. elegans. Hinc dicimus, hodie mane Dolobella, &c. Mane totum dormire. Bene mane hæc scripsi. Sub obscuro mane, vel crepusculo matutino. Vel post nonam, vel postero mane, &c.

CAPVT XXII.

MAgistratus.] Significat eos qui in potestate sunt constituti, vt sunt consules, prætores & alij qui ciuitates & prouincias moderantur. Interdum ipsam potesta-

tem,& officium significat.Sed hoc loco præfecti templo tuendo,quasi ductores,siue duces exercitus,quos Græci strategos appellãt, videntur. Alĩ ædiles vocant.

Amphora.] Genus est vasis,quod alibi ceramion,vas fictile,alibi hydria fictilis,alibi aqualis,alibi lagena, versum est,ein vvasserkrugk.Hinc amphoralis,e,vt vas amphorale,ein ohm.

Αγονία,agonia.] Timor,solicitudo. Hoc loci accipitur pro horrore illo,& affectione qua corripi solent homines iam instante,atque vrgente graui discrimine. Erasmus angorem vertit.

Sinite vsq; huc.] Verius, hactenus ne resistite:Sinite hactenus.Sic Græcis sonat.

CAPVT XXIII.

POntius.] Declinans consilium interpretatur,modo Eucherio credamus Episcopo Lugdunensi.

Causa.] Hoc loco pro noxia,siue crimine ponitur,quod imputari debeat.

Nequam.] Hoc loco pro facinorosis, & maleficis sumitur,Græci cacurgos vocãt.

Paradisus.] De paradiso tres fuisse opiniones refert Augusti. lib. de Genes. viĩ. Alĩ paradisum spiritalem tantum , alĩ corporalem tantum , alĩ vtrumq; simul ponebant, quod sibi potissimum probari Augustinus fatetur.Verũ vbi fuerit paradisus non parum inter nostros scriptores ambigitur. Iosephus ad Oriẽtem plagam statuit.Idem Beda cõfirmat,&c. Plato amœnissimum illum in Phædone locum supra imbres omnes,flatus,fluminaq; cõstituit,quod alĩs verisimile non est visum. Albertus Grotus Auicennam,sed & vetustiores Polybium , & Eratosthenem secutus sub æquinoctiali tẽperatissimam omnium statuit regionem,cõtra veterum fere placita , qui nihil habitare sub via solis voluerunt:æquinoctialis vero medium intersecat cingulum torridum,duobus punctis in ariete & libra Signiferum attingens,&c.Scotus cum eo sensit.Porro ex sacris literis vbi sit paradisus nõ liquere Hieron. putat, etsi vulgo in Edẽ ab Oriẽte verterunt Lxx.ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς.Sed Oriẽs late patet.Hiero.sic inquit,pro paradiso hortum habet.i. Gan. Porro Edem delitiæ interpretatur, pro quo Symmachus transtulit paradisum florentẽ.Nec non quod sequitur contra Orientem, in Hebræo mikkedẽ scribitur,quod Aquila posuit ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio possumus dicere.Symmachus vero ἐκ πρώτης, & Theodotio ἐν πρώτοις, quod & ipsum non Orientem, sed principium significat. Ex quo manifestissime comprobatur, quod priusquã cœlum & terrã deus faceret, paradisum ante condiderat, sicut & legitur in Hebræo:Plantauerat aũt deus paradisum Edem à principio.Hæc apud Hieron.

Decurio.] Hic nomẽ est dignitatis,nõ officiĩ militaris,ac sonat ferme senatorẽ siue cõsultorẽ,quẽ Græci βουλεύτην, ein radtsherrn.

Excisum monumentũ.] Intelligimus solidũ saxũ,nõ cõpactile, aut structile , sed excultũ suo loco natiuo. Ab excindo, is,ere.

CAPVT XXIIII.

EMaus.] Vrbs Palæstinæ, post dicta Nicopolis,id est,victoriæ ciuitas. Iosephus Ammaum appellat . Interpretatur timens consilium,&c.

Fauum mellis.] In Græco habet ἀπὸ μέλιτος κηρίου.i. de apiario fauo . Nã & alia q̃dã insecta,mel,& fauũ habẽt, fauulus dimi.

Euangeliĩ Lucæ FINIS.

PRAEFATIONIS IN IOANNEM EVangelistam explicatio.



Hic est Ioannes.] Hæc præfatio cuius cuiꝰ sit, Hieronymi non esse, manifestarium est: sicut nec cæteræ in Marcũ,& in Lucam. Obiter tamẽ eam explicabo. Tu pie iuxta ac cãdide lector,boni consule,quicquid lucro accedit.

Asia.] Media seu tertia pars orbis terræ, incipiẽs ab India,quã ab Europa fluuius Tanais,ab Aphrica Nilus separat,& hęc maior Asia dicit.Altera minor Asia,est pars Asię.s. q̃ fuit sub imperio Romanorũ , quæ hodie Turchia appellatur, & in se cõtinet Phrygiam,Cariã,Lyciam,Lydiam,Lycaoniam, & Ciliciã.Hinc Asius,& Asianus, & Asiaticus. Asiatici fuerunt copiosi, & exuberantes in loquendo. Vide Erasmum de Copia verb.

Pathmos.] Insula parua in Aegæo mari vna Sporadum,in qua D. Ioannes Euangelista exulans Apocalypsim scripsit.

Apocalypsis.] Latine reuelatio dicit.

Alpha,& ω.] Principium & finis,à prima & vltima Græcorum litera, vt Alpha penulatorum,der bettler hauptman.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in D.Ioannem Euangelistam explicatio.

CAP.

CAPVT I.

FVit homo missus.] Ne, quia angelus dicitur nuncius, q mittitur, & Ioannes cum sit missus angelus etiam nominatur, putaret aliquis ex cœlestibus illum spiritibus vnum esse, nec à se vel à quoquã alio potuisse ad rem tantam nunciandã mitti, quàm à deo.

Vt omnes crederent per eum.] Nõ in eum, inquit Beda, nam execrandus homo, qui in homine confidit, sed per Ioannis testimonium crederent luci. Tametsi ambiguũ potest esse apud Græcos an fit, omnes credant per Ioãnem, an per lucem: nam est δι' αὐτοῦ, quod genere distingui non potest.

Non erat ille lux.] Græce οὐκ ἦν ἐκεῖνο τὸ φῶς. In articulo τὸ latere mysterium putat Theophylactus. Sancti enim lumina sunt, etiam teste domino: Vos estis lux mundi. Et Ioannes lucerna dicitur, sed nõ sunt τὸ φῶς, id est, ipsum lumen, nam lumina sunt de lumine ipso deriuata. Hinc est id quod sequitur: Erat lux vera. Quærit Augustinus, cur additum sit vera. Quoniam, inquit, illuminatus dicitur lux, sed vera lux illa est, quæ illuminat. Seu vt articulus τὸ lumen significet, de quo est modo locutus, quasi non erat Ioannes illud, de quo dicebam, lumen.

Quod illuminat omnem hominem.] Non quia nullus est hominum, qui non illuminetur, sed nisi qa ab illo nullus illuminat, vel vt Chrysostomus dicit, illustrat vnumquemq; hominẽ quantũ ad ipsum pertinet. Si vero aliqui mentis oculis clausis luminis huius radios non admiserunt, nõ à lucis natura tenebræ generatæ sunt, sed à nequitia illoꝝ, qui vltro se tanto bono fraudãt, alioq in vsum vniuersorum par orbem sparso.

Quasi.] Aduerbium similitudinis, significat ita, sicut. Laurentius tamẽ mauult, tanq̃ vnigeniti, q̃d vere esset vnigenitus, &c.

Ante me factus est.] Intelligamus Christum serius natum fuisse, & serius prædicare cœpisse quàm Ioannem, sed tamen autoritate anteuertisse. Nam factus est, positũ est pro eo quod est cœpit esse ante, hoc est, qui sequebatur iam præcessit. Hæc fere Cyrillus & Chrysostomus.

Bethania.] Chrysostomus & huius æmulus Vulgarius admonent, in vetustioribus & emendatioribus exemplaribus legi Bethabaram, quod Bethania non sit trans Iordanem. Quanquàm Hieron. Emserus diuersum sentiat. Videto eum si lubet.

Ioanna.] Græce filius Iona legitur, quod Hebraice bar iona, id est, filius columbæ, quod alibi filius Ioannis versum est.

Nathanael.] Quatenus coniicio, donum dei interpretari potest. Peritioribus relinquo.

CAPVT II.

CAna.] D. Hieron. indicat duas esse Canas, maiorem iuxta Sidonem, & minorem in tribu Aser: ad distinctionem igitur alterius additum est Galilææ. Est enim in Galilæa oppidum. Hinc Cananæus per koph, id est, zelotes, æmulator.

Hydria.] Græca vox est. Nam Plautus vocat aqualem, quandoquidem & hydria ab aqua nomẽ habet. ὕδωρ enim aqua est. Hinc hydropeta, aquam bibens. Hydropicus, hydropisis.

Metreta.] Id est, cadus: vtraque Græca dictio. Horatius: Nardi paruus onyx eliciet cadum. Est autem cadus, seu metreta, mensura congiorum decem, vt docet copiosius Budæus libro de Asse & partibus eius v. si quis forte plura desiderabit.

Architriclinus.] Græca dictio est, significat eum qui prẽfectus est apparando cõuiuio. Triclinium locus tribus constratum lectis ad discumbendum.

CAPVT III.

NIcodemus.] Victoria populi interpretari potest, à nicos, victoria, & demos, populus. Nicolaus idem sonat.

Renatus.] Id est, genitus, natus. Valla genitus mauult, quod e viro quoque gignatur aliquis, cum e muliere nascamur.

Spiritus.] Hoc loco pro flatu & impetu huius aeris videt accipi, testãtibus Chrysostomo & Cyrillo, ne quis hoc meum somnium esse cauilletur. Est enim simile de flatu, re quidem inuisibili, sed tamen efficaci.

Enon.] Loci nomen, interpretatur oculus aut fons eorum. Beda Enos aqua transfert. Terminus est Damasci. Ezechiel. xxvii.

Salim.] Ciuitas in qua Melchisedec regnauit, & interpretatur pugilli, siue volæ, aut ortus aquarum, quod breuius Græce dicitur βρύοντα. Item Vulpes pluralis numeri, nomen loci. I. Regum nono.

CAPVT IIII.

SIchar.] Conclusio siue clausura, inebriatio, vel merces interpretatur. Corrupte autem pro Sichem, quæ transfertur in humeros, vt Sichar legeretur vsus obtinuit,

Coutor.] Latinum factitiũ, Latinis auribus vox inaudita. Quis em̃ vnq̃ dixit couti, aut quis intellecturus sit couti esse cõmertium, & mutuam vitæ consuetudinẽ? Nam

& Latinis vſus familiaritatẽ ſignificat: & vtimur his, cũ qbus agimus cõſuetudinẽ. Cæterũ couti & couſus inauditę voces ſunt, ſat ẽ.

Quid.] Pro cur, ſiue quod cum muliere loqueretur. Quid nomen ſubſtantitiuũ interrogat, aut infinite capitur, nunq̃ refert. Quid agimus? Quid cauſſæ eſt? &c.

Regulus.] Græce baſilicos, id eſt, regalis dictus, vel quod eſſet generis regij, vel q̃d magiſtratus munere fungeretur. Eſt tamen baſilicos diminutiua vox Græca, id eſt, regulus quaſi paruus rex, &c.

CAPVT V.

Probatica.] Græcis hic datiui caſus eſt, piſcina nominatiui. Sonat aũt probatica, quaſi dicas ouilla ſiue pecualis. Nam probaton pecudẽ, aut ouem ſonat Græcis. Hebraice betheder. Siquidẽ Hebræis beth, domus eſt dicta, eder, grex ſiue pecus.

Bethſeda.] Non Bethſaida. Bethſeda enim domus gregis Hebraice dicitur, verius Betheder. Chaldaice Bethſedra.

Piſcina.] Hic non viuarium ſignificat piſcium: ſed in qua natatur, natatoria. Apparet igitur totum hunc locum dictum eſſe probaticam, in quo fuerit aliqua pars ſeruata in vſus natare volentiũ. Hinc piſcinalis, e. Piſcinarius, ij, à piſcis omnia deriuantur. Hinc plura, quæ tranſeo.

Grabbatum.] Pe. pro. mirum eſt vnde Græci ſcribant κράββατον per duplex bb, cum Martia. primam huius dictionis ſyllabam corripuerit in Epigrãmate: Sed ſi nec focus eſt mundi nec ſponda grabati. Perottus etymologiam vocis petit à Græcis. Dictum enim putat κ̔άββατον, quaſi κ̔άβατον, à κάρα, caput, & βατόν, peruium, quod verum ſit nec ne, in præſentia non diſputo. Certe lectuli genus eſt, ſeu lecticæ potius. Hinc grabbatulus diminutiuum.

CAPVT VI.

Piſces.] Id eſt, obſaria Græce. Nam apud Terentium in Adelphis piſces obſonium vocantur, alias piſcis, Græce ichthys vocatur. Ichthydion piſciculus, ichthyobulus piſcator, ichthyeros vas piſcarium, ichthyocolla gluten ex piſce, ichthyopoleon locus vbi veneunt piſces, ichthyopola qui vendit piſces, ichthyotrophion piſcina, & piſcium viuarium, ichthyophagus ex piſcibus viuens, qui & piſcedulus dicitur.

Inter tantos.] Latinius foret inter tam multos, ſiue inter tot. De numero loquitur, non de magnitudine hominum.

Docibilis.] Vox eſt Latinis auribus inaudita. Sed docilis eſt is, qui facile diſcit, & idoneus eſt ad diſcendum. Paſſiue accipiendum eſt. Nam didactus Græce, docilis dicitur. Theodidactus, à deo doctus. Autodidactus, ex ſeipſo doctus. Hinc dicimus docilis ad rem aliquam: Docilis Luſcinia, Græco et Latino ſermone. Praui docilis Romana iuuentus. Hinc docilitas, tatis. Cholinus tamẽ ponit docibilis, e, bald gelernet, ergreifenlich. Omnia à doceo, es, & plura alia quæ ſuperſedeo.

Litigare.] Eſt litem agere, diſceptare, contendere. Martial. Ah miſer & demens viginti litigat annos Quisq̃? cui vinci Gargaliane licet. Hinc litigioſus, a, um, litigator, et litigatrix, atq; lis, & litigium. Vitilitigator, ein klaffer, hinder redner, leſterer. Vitilitigo, as. Scio multos qui vitilitigent, Plinius inquit. Vitiligo, inis, deformitas corporis.

CAPVT VII.

Scenopegia.] orum. neu. ge. quæ vox compoſita Græcis dicta eſt à figendis tabernaculis: noſtri perperam addunt aſpirationem, quã Græca dictio reſpuit. Pluratiuo tm̃ nume. profertur. Feſta tabernaculoꝝ, in quibus Iudæi faciebant tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculoꝝ, in qbus habitãt cũ ex Aegypto peregrinarent in eremo.

Feſto mediante.] Græce μεσούσης. i. mediante. Latine dicendũ erat, cum dimidium feſti peractum eſſet, aut circa medium feſti.

CAPVT VIII.

Oliuetum.] ti, locus in quo oleæ conſitæ ſunt. Oletum idem. Sed hic p mõte oliuaꝝ prope Hieruſalẽ capitur. Itẽ oletum ab olere, eſt ſtercus humanũ. Vt: Cui id demum bene olet, quod oletum olet.

Jacio.] is, eſt emitto, vverffen. Vnde iacere ad certum, eſt dirigere in id quod intẽdit. Et iacere, eſt ponere, vt iacere fundamentũ. A quo iacto, as, & rurſum iactito frequent. & iactus, us. Sed iaceo, es, cui, ſecundi ordinis, notum eſt verbum, vt poma iacent ſtrata. Dicimus iaceo in ſtrato, & iaceo humi, &c. Hinc dicimus prouerbialiter: Iacta eſt alea, ich habs gevvogt.

CAPVT. IX.

Lutum.] Cœnum ſiue ſordes, & habet primam correptam. Hinc luteus, a, um, vt luteus homo, lutea meretrix, lutei panis. Luto, as. Luteſcere ſignificat lutum fieri, lutulentus, a, um. Monoſtichõ M. Iacobi Horlini: Spernit amaricinum ſus lutulẽtus olẽs. In medio luto eſſe. In eodem luto hæſitare, Adagium. Lutoſus, lutoſa, lutoſum, vt luto ſa rapa. Lutamentum, lutamenti. Lutarius, a, um,

a,um,vt lutariæ teſtudines, lutarius mulus.

Sputum.] A ſpuo,is,ſiue ſputo,as, id eſt,ſaliua. Sputamen idē. Dicitur & ſputus, ti,maſc.ge.Sputator,oris,eyn ſpeutzer.

Natatoria.] Eſt piſcina. Notatorium autē Græce ſonat colymbethran.A no, nas, nare,vt: Nare contra aquam.Et ſine cortice nare difficile eſt. Nare etiam aues aquatiles dicuntur. Hinc nato,as, frequent. Natatus, us,natatilis, e, natatile ſubſtanti. Natabula,orum, Apuleius.

Siloe.] Interpretatur miſſus. Dicitur & Siloah.

Schiſma.] Græca vox eſt, Latine diſſentio,diſſidiumq; dicitur. Hinc ſchiſmatici. Diſcriminantur tamen hi ab hæreticis.

CAPVT X.

Dæmonium.] Anceps vox,hic in malum capitur,vt frequēter, vt: Fœmina dæmonio tribus aſſibus eſt mala peior, autorem ignoro.Hinc dæmoniacus,& dæmonicus,a,um, puto à dæmon,dæmonis.

Encenia,orum.]Sunt initialia,vt verbū verbo reddam, à καινὸν nouum,ἐγκαινόω innouo,initio,dedico.

Porticus.] Gen.fœm.quæ propter repentinos imbres,& vmbrarū, ac deambulationis gratia ædificantur.Ouidius de porticu Pompeiana: Tu modo Pōpeia lætus ſpaciare ſub vmbra.Cum ſol Herculei terga leonis adit,eyn bedeckter gangk, oder ſchopff. Hinc porticula, æ,diminut.

CAPVT XI.

Didymus.] Græca vox,Latine gemi nus dicitur, zvuillingk. Hinc didymatocos pe.acuta geminos enixa:quemadmodū parens mea bis gemellos enixa eſt,quorum ego adhuc (diuino numine) ſuperſtes ſum, germanus meus chariſſimus vita functus eſt.Didymaon gemellus,didymotes geminatio,omnia Græca.

Inſtita.] Penultima cor.tenuis faſciola,inquit Acron. Ouidius in arte: Eſte procul vittæ tenues inſigne pudoris, Quæque tegis medios inſtita longa pedes. Etiam apud Horatium legitur.

CAPVT XII.

Venit.] Id eſt, venditum eſt, à veneo neutropaſſiuo,vt dicunt.

Loculus.] Hoc loco pro crumena,marſupio,aſcopera,& teſtibus arietinis Politiano autore capitur in Miſcellaneis.

Tonitrus.]tri,& tonitru,eſt vt in quæſtionibus docet Seneca, nubis ictæ ſonus, q & tonus dicitur,donner.Ouidius: Vnde ſolet tonitrus,& flumina mittere terris. Hinc tonitro,as.Toneſcit,tonus fit.Tonitruum, tonitrui idem.A tono,as,tonui,tonitum,& aliquando tonaui,tonatum, donneren, vt: Tonat deus.Tonat cœlum. Tonare murmure ac verberib⁹. Tonare laudes alicuius. Tonimus veteres pro ſonamus dixerunt.

CAPVT XIII.

Ponere.] Hoc loco pro deponere poſitum eſt,vt in poetis ſubinde legimus: Pone metum, id eſt, depone. Simplex pro compoſito.

Apoſtolus.] Dicitur ab apoſtolin, quod eſt proprie cum mandatis mittere, πέμπειν quomodocunque mittere: Apoſtolus miſſus, legatus dicitur. Hinc Apoſtolicus, a,um.

Calcaneum.] Et calcaneus, pro poſteriore parte pedis imi,id eſt, planta. Vergilius: Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant. Aduertat hic lector veram ſignificationem nominis calx,cis, ſignificatum aūt exprimā teutonicum.Nam hæc germanis meis, non Italis lectoribus ſcripſi interpretationē Germanicam & Teutonicam. Porro pes, der gantz ſchenckel. Fœmur dicitur quod eſt à coxa vſq; ad genu. Genu,knie,poples,knieſcheib. Crus,quod eſt à genu vſq; ad imum, teutonice ſchinbeyn.Sura eſt poſterior pars cruris carnoſa in homine tantum,vulgo die vvad. Hinc adagiū: Genu ſura propius, hoc eſt, Tunica pallio propior eſt. Omnes ſibi melius eſſe volunt q̄ alteri. Calx, der fuoſs, calcaneum, die verſs. Iam illum locum exponam:Leuabit ſuper me calcaneum ſuum. Septuaginta habent πτερνισμὸν,id eſt, ſupplantationem. πτέρνη enim eſt calcaneus, ſupplantatio eſt in luctatoribus, cum alter pede ſuo crus alterius ſubſtollit, quo altero tantum innixum crure facilius proſternat. Græci πτερνίζειν dixerunt à calcaneo, nos ſupplantare à planta pedis parte. Germanica ac Moguntina lingua, eynem eyn beyn ſtellen,oder eynen fuoſs halten daruber er fall. Eſt etiam ἀλληγορικῶς πτερνίζειν ἀπατᾶν, fallere.

CAPVT XIIII.

Si quo minus.] Hoc eſt, ſin minus,vel alioqui.

Paracletus.] Per e ſcribendum in penultima, eaque producenda, cum Græce ſit παράκλητος per ita: & Latine conſolator, aduocatus dicitur: Græci tamen antepenultimam acuunt. Dicitur etiam patronus, fautor.

Suggero.] Significat ſubminiſtro, in

cor pono seu supporrigo. Hinc suggestus, us, est pulpitum & concio, quam ambonem vocamus, non barbare, sed doctissime. Nam ἄμβων Græce locus æditus est, ascensus. Item orificium ollæ, & montis cacumen. Hinc suggestio.

CAPVT XV.

Excusatio. Hic pro prætextu ponitur, plus enim quiddam intelligit quàm excusationem. Græcis est prophasis, id est, prætextus, excusatio, occasio, oratio.

Paracletus. Penult. prod. consolator dicitur & aduocatus. Hinc paraclesis, consolatio, & admonitio est, exhortatio. Est etiam aduocatio, id est, aduocati & corrogati, vt adsint iudicio, vel concioni, vt faueant concionāti, vel causam dicēti. Hinc παράκλητος, inuitat⁹. παρακλητικὰ, τὰ, conciliatoria, adhortantia. παρακλητικός, adhortatiuus.

CAPVT XVI.

Scandalizemini. A σκανδαλίζομαι, scandalum patior, hoc est, offendamini. Ego potius à σκανδαλίζω, id est, offendo, actiuo dicerem. Hinc σκάνδαλον, offensio.

Hora. Hoc loco pro tempore positum est. Hinc horologium, & horula, vt bonas meas horulas male collocaui.

Modicum. Latinis dicitur moderatum, à modo, vernaculo meo, navv. Pusillum dicendum est Latine. Hinc modice aduerbium. Et immodic⁹, & immodicè quod est nimium.

Palam. Aduerbium ad omnia refertur, & significat manifeste, & coram pluribus. Coram ad personas tantum. Hinc propalam eiusdem significātiæ. A quo dicimus palam quæstum facere scorta & caupones.

Pressura. A premo, is, id est, pressio, pro afflictione, tribulatione, angustijs, incōmodis ponitur. In Luca legimus: Pressura gentium. Hinc presso, as, frequenta. Pressor, aris, deponens. Plautus: Vomica est pressare parce. Pressatus, pressus, pressura, truck, trāg, sine diphthongo.

CAPVT XVII.

Clarifico. Verbum clarificandi toties hic & alibi repetitum, Græce est glorificare, & claritas gloria: Græce δόξα. δοξάζω, opinor, &c. Sed δοξολογέω, glorifico, actiuum.

Abs te. Ab & abs præpositiones significāt idem quod à, in vtendo tamen discriminis nonnihil habent. Asclepiadeum, & Choriambicum. M. Iacobi Horlini: Abs te nemo sciat, quod tacitū velis. Tu qui frena tibi ponere non potes, Quo speras modo stulte Abs quouis fieri tibi?

Filius perditionis. Et hic color sermonis peculiaris est Hebræorum, qui epitheto, id est, adiectiuo, addunt genitiuum substantiuum, Deus pacis, deus pacificus, lex mortis, lex mortifera, filij inobedientiæ, filij inobedientes. Alioqui quid est perditionis, nisi quem peperit perditio, id est, filius pditus.

CAPVT XVIII.

Cedron. Non est nomen Hebraicum, sed genitiuus pluralis, id est, cedrorum. Opinor torrentem ita dictum, q̄d hinc, & hinc cedros haberet, sicuti dictus est mons oliuarum. Vide Erasm. Polyhistora, id est, multiscium.

Laterna. Id est, lucerna, à lateo, es, dicta, quod ignem incluſum habeat. Martial. Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis, Et tuta est gremio parua lucerna meo. Hinc adagiū: Laterna punica, in eum qui nihil secreti continere potest: quemadmodum qui Vulcanum in cornu lacero gerit, vt inquit Plautus Comicus poeta.

Fax. Facula diminuti. Græce lampas dicitur, eyn fackel. Hinc adagium: Solem adiuuare facibus, est rem per se claram velle illustriorem reddere. Facularius Calepin. sine autore.

Malcus. Interpretatur regnum. Malcus autem in Græcam translatus linguam, rex appellatur. Sic olim Porphyrius cognominatus est Malcus, Græce rex. Hæc. L. Viues in xij. caput diui Augustini de Ciuitate dei. Alij scribunt Malchus per ch.

CAPVT XIX.

Exinde. Aduerbium ordinis, id est, propter hoc, quapropter, dicitur & exin: sicut proin, pro exinde, & proinde, darnach, demnach.

Titulus. A tuendo, & aliquando sumitur pro laude & dignitate. Interdum pro auorum monumento. Euangelista Latina voce vsus est τίτλον, vt supra in linteo, & pōtorio. Dici potuit caussa, siue inscriptio, epigraphe Græce, eyn tytel, vberschrifft, vt: Omnia sub titulo tantum suo. Titulus libri. Hic gessit officium titulo tenus. Titulus pro milite. Obsoletum.

Hebraice, Græce, Latine. Siue Græcis, & Hebraicis, & Latinis, q̄ sane treis linguæ vel hoc noīe Christianis oībus deberent esse commendatæ, quod in cruce dñi nostri Iesu Christi sint solæ omnium dedicatæ. Quarum vt ingenue & simpliciter, vereq; fatear, nullam perfecte calleo.

ἄλοη, Aloe,& aloes.] Generis fœmini. sine plurali. Græcum est magno quorundã errore,qui generis neutri putant,& significat herbam amarissimi succi. Iuuenalis: Plus aloes quàm mellis habet,scilicet vita hominum. Mehr leyd dann freud.

CAPVT XX.

VNa Sabbati.] Vno sabbatorum est Græcis,id est, primo die σαββάτων. Vnus pro primo sæpe capitur in Bibliis sacris.

Sudarium.] Linteum quo sudor abstergitur, Græce capsidrotion dicitur,autore Pulluce, eyn svveyfstuoch. Hinc sudariolum.

Didymus.] Latine geminus. Sic Thomas apostolus nominatus est, à Thom gemellus, didymus. Genesis xxxviij. Apparuerunt gemini, &c. Et Canticorum quarto: Sicut duo hinnuli capreæ gemelli, &c. Et inde verbum, vt in eodem loco. Male igitur Apostolum Thomam aliqui non satis literati adseuerant vocari didymum, ob id quod dici volunt incredulum. Nam Thoma Hebraice,& didymos Græce,idem est quod geminus Latine. Oritur autem error inter Germanos, quod eodẽ vocabulo theutonico dicimus incredulum, & geminum,Zuiffling. Hactenus Capnion de verbo mirifico.

Video.] es,vidi, visum. Videre ad omnes sensus pertinet, vt apud Græcos ἰδεῖν, vt vidisti quàm incondita est hæc oratio, quàm insuaue hoc vinum. Sic inuisibile Augustinus pro eo quod sub nullum exteriorem cadit sensum posuit lib. xi. de Ciuitate dei cap. iij. Hinc viso frequentatiunm verbum. Visus, visio, visibile,& visibiliter, & cætera.

Fixura, æ.] A figo, is, xi, xum, pro figura, & typo. Verum Latinis exiguum discrimen est inter fixuram,& figurã,ita Græcis inter τόπον, & τύπον. Augustin. cicatricem vertit.

CAPVT XXI.

PAlmentarium.] Græce prosphagiũ, inde dictum quod addatur pani.

Diligo & amo.] Vtrunq; verbum hoc loco ponitur. Græci itaq; ἀγαπάω vertunt diligo. φιλέω amo. Quia nonnulli arbitrantur aliud esse dilectionem,aliud amorem. Origenes homilia prima in Cantica sic inquit: Videtur mihi quod diuina scriptura volens cauere,ne lapsus aliquis legẽtibus sub amoris nomine nasceretur,pro infirmioribus q; busq; eum,qui apud sapientes seculi cupido seu amor dicitur,honestiore vocabulo charitatem,vel dilectionem nominasse. Aliam Latini scriptores longe diuersam faciunt in istis vocabulis differentiam,vt diligere sit remissius,amare ardentius,vt apud Ciceronẽ: Dolobellam antea diligebam,nunc amo. Et ad Brutum apertius: Clodius Trib. Pleb. Des. valde me diligit,seu vt ἐμφατικώτερον, id est,significantius dicam,valde me amat. Etsi non negarim amorem ambiguum quidẽ, & mediũ nomen esse,in obscœnum tamẽ,& flagitiosum plerunq; vsurpari constat, dilectionem raro: & quã differentiam Latini ponunt inter diligere & amare, eandem Græcorum quidam inter ἀγαπᾶν, καὶ φιλεῖν.

Si.] Coniunctio legendum est hoc loco,non sic aduerbium. Idque non inter spretis vitio,sed errore librarij factum est. Hieronym. Embserus tamen aliter defendit & luxat.

Porro.] Quanquàm hæc non faciunt hæreticum,si sic legas pro sententia: tamen error tã manifestarius non est dissimulandus in literis Euangelicis: & vt fateor,non insectandum conuitijs,qui sic labatur, ita commiserandum aio,ac subleuandum.

¶Euangelij diui Ioannis
FINIS.

PRAEFATIONIS IN OMNES diui Pauli epistolas explicatio: Primum quæritur,&c.

DIgestum.] A digero,is,quod est ordino, dispono. Sic digestum, ordinatũ, dilucidatum, interptatum, placitum, scitũ, decretum, &c. Quandoq; est diuidere, distinguere. Interdum cõcoquere. Hinc digestio,ordinatio,& digeries, dispositio,distributio,nomen insolens vt Calepinus ex Macrobio annotauit.

Rediuiua.] Quæ post interitum redeunt,vel quod mortuũ ad vitã redire potest. Rediuiuus,a,um, pen. prod. Sed rediuia,æ, morbus est vnguium in manibus hominis. Rediuius ij, eyn zeck, oder holtzbock.

Edocet.] Ab edoceo,es,med. cor. i. pfecte docet. Salust. Cicero p legatos cũcta edoctus.

Sane.] Aduerbium affirmandi. i. certe, vt ita sane. Q̃q̃ permissiue,vt sit sane vt vis. i. esto vt vis. Interdum pro valide, nam qui sanus est,validus est. Nonnunq̃ iungitur cũ &,& quàm,vt sane quàm vtile est,&c.

Absur-

Absurdus.] a,um,quod est dispar,diuersum,abhorrens,inconueniens, stultum, deforme,odiosum,iniquũ. Hinc absurdus, & absurde aduerbium qualitatis,vt:Absurde aliquid dicere,turpe est,& indecorum.

Conflicto.] as, frequentat.à confligo, id est,frequenter pugno,percutio.Hinc conflictor,aris,deponens,& cõflictatio, pugna, conflictatiuncula. Cõflictatus participium, vt:Conflictatus graui morbo.Cõflictus,us, conflictio idem,vt conflictio causarum.

Indigeo.] es,est carere,licet differant. Nam indigemus necessarijs.Vacamꝰ literis, pecunia,liberis.Caremus vero honoribus, dignitatibus,& huiusmodi.Hinc indigens, indigentia,& indiguus.Indigetur impersonale dixit Plinius: Nunquàm conspectis, nisi cum præsidio earum indigetur. Haud opis indiga nostræ.

Prosequor.] Proprie significat vltra, siue post sequor.Aliquando prosequi est cũ adfectu animi, vt prosequor te amore, laude,odio,cõtumelijs,& huiusmodi. Interdũ est perseuerare,exequi quod cœptũ est. Longius prosequi veritus,prosequi funus, prosequi memoria,odore,præmio,&c.

Inconcussus.] a,um, quod non concutitur.Lactantius lib. de ira dei.Pronus est lapsus,& facilis ad ruinam,nisi pedes inconcussa stabilitate figantur.

PROLOGI

SPECIALIS IN EPIstolam ad Romanos explicatio: Romani sunt.



Roma.] Græce ῥώμη, robur,potentia, suauitas, valentia, fama, vrbs, quàm Solinus Valentiam prius fuisse dictam Latinis tradidit.Latini putant à ruma dictam, hoc est, à mamma lupę,quam suxerunt Remus & Romulus. Vide item Plutarchum in vita Romuli. Hinc Romanus,a, um, quod e Roma est,vel qui Romam inhabitat.Sed Romanẽsis,qui alibi ortus est,sed in Roma versatur. Vnde Cato,seu Varro,in lib.de re rustica,salem Romanensem appellat, non Romæ factum,sed qui Romæ vendebatur.Item Romanicus,id est,Romanus.Obsolet.Romandui sunt dicti Normãdi in Gallia.Romaniam M. Antonius Sabellicus Thraciam vocat.Romanula,porta quædam Romæ. Romula, arbor sub qua Romulus & Remus pueri sunt inuenti.

Alteruter, ra.] Quiuis vel quæuis e duobus,duabusve, siue alter,aut altera. Cicero in Verrem: Video necesse est alterutrũ. Sed pro mutuo,id est,inuicem, non memini me legisse apud probum autorem, penultima corre.eyner auss den zvveyen,eyntvvederer. Hinc alterutrinque aduerbium, von eyntvvederem teyl.

Noctu.] Pro nocte nominaliter vtebantur antiqui.Noctu vero aduerbium significat per noctem.Salustius: Diu noctuque laborare,festinare. Aliquãdo nox pro noctu, vt est in xij.tabulis: Si nox,id est,noctu furtum factum sit. Hinc nocturnus, a, um,noctifuga,æ. Noctiluca luna,penult.prod.noctu lucens.Noctes & dies,nocte ac die.Noctesq; diesq;,assiduo.Stertit noctesque & dies. Nocte & interdiu. De nocte. Cicero: Scribente me hæc noctu in Caleno,&c.Elegantes dicendi formæ.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in epistolam ad Romanos explicatio.

CAPVT I.



Paulus.] Varie de hoc nomine disceptatur. Sunt qui putent Saulo commutatum fuisse vocabulum à conuersione, licet d. Hieronymus arbitretur, pro Saulo Paulum vocari cœptum ob Sergium Paulum Proconsulem, quem hic Apostolus primum omnium Christo lucrifecit. Sunt rursum qui putent illum fuisse binominẽ,id q̃d forte vero propius est.Quanquàm arbitror Paulo primum Hebræo nomen Hebraicum inditum Saul: post ex Saul Hebræa võce factum esse Saulum, sicut hodie ex Adam Adamum,&c. Nunc ad institutum.Illud sat fuerit, Saul Hebræis sonare peritum,passiuum à Saal, quod ascitus fuerit ad munus apostolicum. Ambros. indicat Saulum dici tentationem, seu inquietudinem. Cæterum Græcis σαῦλος Saulos duntaxat abiecta commotionem,ac tumultum sonat proprie maris,ac fluctuũ,σάλος. Paulus autem Græcis sonat quietum,à verbo παύομαι, vnde & παῦλαν quietem appellant.Romanis pusillum sonat.Hactenus de nomine.Vide peritiores.

Voca-

Vocatus. Vocatus hoc loco non est participium, dictus aut nominatus: sed nomen est substan. velut apostolus κλητός, quēadmodum & paulo inferius: Vocati Iesu Christi. Est autem vocati nomen absolutū, quemadmodum olim apud Romanos euocati dicebantur, qui velut amici ad bellum accersebantur, valet enim ferme perinde quasi dicas, vocatitius apostolus, siue vocatione apostolus, & vocatione sanctis, &c. A verbo voco, as, are.

Prædestinatus. a, um, id est, qui finitus, seu definitus erat, vel secundum Græcorum scholiorum interpretationem, certo pnūciatus, ac declaratus: à prædestino, as, quod est præordino, præmitto. Hinc prædestinatio, & destinatio, quam Origē. expedite definit, ita pronuncians: Destinari eū, q eā est: prædestinari, qui nondum sit, verordnē.

Barbarus. a, um, omnis dicitur præter Græcum. Item barbari omnes dicuntur, qui crasse loquuntur. Nunc etiā ad eos trāsfertur qui non sunt Latini. Hinc barbaries, barbaria, barbaricus, a, um, barbarismus, & barbaralexis, dictio peregrina est. Vide epigramma primum Martialis: Barbara pyramidum, &c.

Memoria. Pro mentione. Gratia ꝑ dono. Consolatio pro gaudio.

Non erubesco euangelium. Latinius foret. Non me pudet euangelij. Quāquàm apud Q. Curtium scio legi erubescit fortunæ, quod si crebro occurreret in probis autoribus, non pigeret imitari. Quanquàm erubesco elegans verbum sit, vt: Erubescere ora alicuius.

Passiones. Græci πάθη, quod apud eos nonnunquàm perturbationes animi sonat, aut motus, aut morbus, aut quod maxime placet Fabio, affectus. Porro perturbatio est, quæ Græce πάθος dr. Cicero in Tusculi. quæst. perturbationes πάθη vertit. Quintlianus in sexto affectus, idque recte & proprie verti dicit. Apud Plinium solum ex veteribus legitur passiones, dubitaturq; num satis castigate libro xx. Illitum quoq; passionibus ventri earum prodest. Vt à πάσχω πάθος, sic à patior passio. Diffinitio πάθους apud Ciceronem ex Zenone, auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. Ex eodem Cicerone in Tusc. quæst. Sed corporū affectiones sine culpa accidere possunt, animorum non item, quorum omnes morbi, & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt, itaque in hominibus solum existunt. Nam bestiæ simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidūt. Opinionibus enim falsis vanisque premimur, & nos ipsi nobis facimus affectus potius, quàm ex rebus accipimus. Et, vti Seneca inquit, plura sunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt. Stoici perturbationes omnes ex deprauatis hominum iudicijs, opinionibusque oriri putant, nam opinio magni futuri boni est libido, magni futuri mali est metus, magni præsentis mali dolor, magni præsentis boni lætitia, quæ omnia quoniam stultitijs nostrarum cogitationū metimur, citius quàm naturis rerum, idcirco tot perturbationibus, tanquàm immoderatis rapimur. Hoc est in homine miserrimum, quod etiam sapientissimus, dolet tamen & gaudet, & cæteris affectibus agitur, quamlibet prouiderit ne fiat.

CAPVT II.

Bonitas. Hoc loco pro benignitate positum est. Et adducit, pro inuitat, prouocat.

Cor impœnitens. Significantius Græce amætanoeton, quasi dicas, impœnitibile, quodq; nulla dei beneficentia possit ad pœnitentiam adduci.

Thesaurizo. as, significat colligo, recondo, repono. Hinc thesaurus, vt Hesiodus: Optimus est homini linguæ thesaurus & ingens Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis.

Reddet. Vulgo habetur reddit. Augustinus melius lib. I. de Ciuitate dei cap. viij. Nam de futuro seculo loquitur Apostolus. Græce est ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ, id est, qui redditurus est vnicuiq;, &c.

Præputium. Cuticula tegēs glandem virilem, quod puteat, vorhaudt, & pro gentili, & ethnico capitur.

CAPVT III

Absit. Frequenter obuiū apud Paulum, Græce est μὴ γένοιτο. i. ne fiat, aut ne sit, ne contingat, siue deus auertat, aut ꝑhibeat. Est autem abominantis sermo.

Inferre. Hoc loco infligere est. Alias inferre varie capitur, vt: Inferre pedem in ædes. In ignem inferre. Illatus in aciem lecticula. In templum, in vrbem inferre. Arma, bellum, cœcitatem, calamitatem, caritatem annonæ, causamq; inferre, & id genus innumera.

Præcello. is, est idem quod excello, hoc est, excedo, & antecedo, vt: Nos aperaditu præcellit, aranea tactu, Vultur odoratu, lynx visu, simia gustu. Autor me clā est.

præcel-

præcellens. Hinc præcelſus. Item excellens participium. Excellentia, æ, excellenter, excelſus, a, um, excelſitas, tis, excelſe aduerb.

Cauſor.] Deponens, ſignificat rei geſtæ cauſſam adfero, ſeu reperio, & excuſationẽ adduco. Hoc loco Græce habetur: Præcauſati ſumus, id eſt, ante cauſſam reddidimus.

Juſtus quiſquã.] Id eſt, ne vnus quidẽ.

Requiro.] Differt ab exquiro. Nam requirimus, non quod veſtigamus, ſed quod abeſſe dolemus. Requirimus in amico fidẽ. Requiſitum eſt. Requiſita natura dixit Saluſtius, &c.

Subditus.] Non hic ſubex dicitur, aut ſubiectus, ſed hypodicos, id eſt, obnoxius, reus, veluti ad pœnam obligatus. Subditus particip. vt partus ſubditus. Subditum teſtamẽtum. Subditiuus, ſubdititius idem.

Propiciator.] Verius propiciatorium, ſiue propiciationem. Nam Græce hilaſterion habetur, id eſt, propiciatorium, & cooperatorium arcæ teſtamenti: ἱλαστήριον, propiciator, ἱλασμός propiciatio, manſuetudo, beneuolentia.

Immo.] Pro quã Græcis eſt ναί, quod eſt affirmantis aduerbium, quaſi dicas nimirũ, certe. Iha auch ia vvol, coniunctio, immo vero: Immo γὸ ſcrutabimur. Imõ optime.

CAPVT IIII.

Acceptum ferre.] Eſt pro accepto habere, quod non acceperis, quæ apud Iureconſultos, ni fallor, vocatur Acceptilatio. Accepto fert hoc loco, id eſt, imputat, ſiue acceptum fert.

Signaculum.] Notam ſignificat, ac ſignum impreſſum, Græce ſpharida. Nam fidei cauſſa ſolemus obſignare, quod certum eſſe volumus.

Emortuum.] Hic vocat effœtum, ne quis eum iam cadauer fuiſſe putet, ſed inualidum ſenio, non ſimpliciter, quoniam ex Cethura filios poſtea ſuſtulit, ſed hactenus emortuum, vt citra opem diuinam non poſſet gignere ex anu, & vetula, prouectáq; ætate. Emortuus, a, um, ab emorior, eris.

CAPVT V.

Confundere.] Eſt pudefacere, aut pudore adficere, beſchemen. Hinc cõfuſio. Etiam eſt perturbare, & commiſcere, vt æra Corinthia fecit caſus: quia incenſio Corinthi confudit metalla. Confuſus participium, confuſe, confuſim aduerbia.

Subintrauit.] Ab ſubintro, as, quod eſt clam, & latenter intro. Latinius foret, obiter irrepſit.

Superabuudo.] as, eſt quaſi vehementer, & ſupra modum abundo. Auget enim hoc loco Græca præpoſitio hyper, non aliter atq; quàm, aut per apud nos. Vnde nõ nullli Græcorum more loquentes, ſed parũ Latine, dicunt ſuperbenedictus, pro eximie benedicto, ſuperexcelſus, pro vehementer excelſo, &c. Hinc ſuperabundantia, id eſt, abundantia. Superabundanter aduerb. in Bibliis tantum legitur ſacris.

CAPVT VI.

Complantatus.] Hoc eſt, inſititius, & particeps. Alludit emm ad inſitionẽ plantæ quæ reſpondet communioni corporis Chriſti, quemadmodum ſurculus decerptus e ſua arbore, particeps fit humoris eius arboris cui inſeruitur: ita qui per baptiſmũ Chriſti corpori inſeruntur, conſortes ſunt, & fiunt bonorum illius. A planto, as, lego compoſita, deplanto, explanto. Hinc plantatio, planta, plantula dimi. Supplanto, ſupplantator, plantaris, e.

Humanum dico.] Hac loquitandi figura ſolet d. Paulus mitigare, ſi quid durius dicere videtur, aut inconſideratius, ſecundum hominem loquor. Ab homo multa.

Liberi.] Hoc eſt, expertes, & inſontes, &c. Liber plura habet ſignificata non recẽſenda ob Laconiſmum, alias dicta.

CAPVT VII.

Sub viro.] Id eſt, obnoxia, ſubdita viro, quaſi dicas ſubuiralis, vt docendi cauſa explicem.

Venundatus.] Penulti. corre. à venundo quod eſt venditus eſt, ſiue veniit, aut addictus ſub peccatum. Venundo, as, penultima cor. à venum, quod vſurpatur pro ſupino verbi venio. Hinc venundatio verbale. Liuius dicit: Si venum à primoribus datos.

Lex.] Hoc loco matrimonium, ſiue ius matrimonij ſignificat etiam Græcis. Hinc exlex, exlegis, adiectiuum.

Peccans peccatum.] Hoc ita ſonat quaſi dicas, ſceleſtum ſcelus, aut vt ſi quis dilucide potius quàm Latine vertat, peccaminoſum peccatum. Porro quis Latinus intellecturus ſit, quid ſit peccatum peccator, pro peccato inſigni ac euidenti, aut cur potius peccator peccatum, quàm peccatrix peccatum? Et tamen ita legit D. Auguſt. lib. I. ad Simplicianũ. Maluit peccator dicere, quod nomen eſt, quàm peccans participium, ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία ſic eſt Græce. Itaq; peccator ad peccatum refertur, tametſi maſculini ſexus, ſed nihil prohibet duo ſubſtantiua ſic coniungi. Niſi quis etiam malit peccans non participium, ſed verbale nomen,

quod

quod ſolet genitiuis addi, vt alieni appetens apud Saluſtium. Et litium fugitans apud Terentium.

Corpus mortis.] Eſt corpus obnoxium affectibus peccandi. A corpore corpuſculum, &c.

CAPVT VIII.

Adoptio.] Ab adopto, as, quod eſt valde deſydero, aut filium adoptiuum facio. Adoptio (ſicut ſcribit Caius) duobus modis fit, aut principis autoritate, aut magiſtratus imperio, &c. Vide ipſum autorem. Hinc adoptator, adoptatio. Adoptiuus verbale, & adiectiuum. Adoptatitius, ex adoptiuo filio natus.

Abba.] Hebræis, immo Syris, vt indicat diuus Hieronymus ſonat patrem, dictio e duabus primis Hebraicis literis compoſita Aleph, & Beth. Sed vocem Hebræam reliqt, quo ſignificaret peculiare quiddam eſſe in ipſo vocabulo quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ſonare diſcunt. Vide Eraſmum eo loci, & digna lectu reperies.

Primitie, arum.] Primi fructus ex agro ſunt ſuſcepti, qui deo offeruntur.

Interpello.] Eſt loquentem, vel aliqd agentem interrumpere. Aliquando eſt dicere. Interdum rogare, poſtulare, intercedere. Eſt autem quoties quis cõuenit aliquem ſuper negocio alterius, veluti ſi quis adeat principem commendaturus cauſam amici. Hinc interpellatores, interceſſores. Interpellatio verbale. Hinc dicimus: Nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Hæc tota res interpellata bello refrixerat. Partam victoriam interpellare. Debitorem interpellare.

Scimus quoniam diligẽtibus deum.] Et aduerſa & proſpera meritum bonis augent: nihilq; eſt, quod non ipſi in incrementa ſuarum virtutum conuertant.

CAPVT IX.

Anathema.] tis, penult. produ. anathemata Græcis dicuntur res Dijs dicatæ, & in hoc ſepoſitæ. Sed hic ſeiunctio, ſeparatio dicitur quaſi quiddam ſepoſitum, & alienum à Chriſto. Et anathema penult. cor. eyn verfluchter, verbannet. Hinc anathematizare, verfluochen, vnd ſich dem teufel geben.

Figmentum.] Quod factum eſt, à fingo. Græce plaſma, ſiue plaſmatum. Hinc plaſtes, fictor, figulus, & plaſtice ars figlaria, ſiue fictoria. Fictus participium, ficte aduerbium. Fictrix, figulina, æ, ſeu quod magis à doctis vſurpatur per ſyncopen, figlina. Figlinum, ni, figlinus, a, um. Figlina creta, figlinum opus. Figularis, e, vt figularis rota. Fictilis, e, fictile, is, ſubſtantiuum, yrdin.

Sabbaoth.] Numero multitudinis, ſignificat exercituum, virtutum, militiaꝝ.

CAPVT X.

Finis legis.] Hoc eſt, τέλος, conſummatio, ſumma, perfectio, finis, ordo, honor, initiatio, ſacrificium, impenſa, ſumptus, & nuptiæ, omnia hęc ſignificat τέλος. Vide Lexicon Græcolatinum Petri Gillij Albienſis.

Euangelium.] Bonum nuncium. Hinc Euangeliſta. Euangelicus, a, um. Euangelizo, as.

Iſrael.] Videns deum, ſeu princeps dei. Geneſis xxxij. Hinc Iſraelita, & Iſraeliticus, a, um.

Emulatio.] Hoc loco pro inuidia, & dolore capitur.

CAPVT XI.

Beniamin.] Eſt filius dextræ, ſed Benoni eſt filius mœroris, Gene. xxxv.

Oleaſter.] Græcis eſt agrielæos, quod ſonat agreſtem, ſiue ſylueſtrem oleam, eyn vvilder oelbaum, cui reſpondet callielæos, quæ eſt oliua frugifera. Hinc oleaſtrinum, oleum ex aleaſtro. Oleaſtellus, oleaſtelli diminut. ab oleaſtro.

Inſertus.] Id eſt, inſitus, quoties fiſſo arboris ramo inſeritur ſurculus. Eſt enim hoc vnum inſitionis genus, &c. De his duobus verbis, inſero, is, penul. correpta inſeui, inſitum, & inſero, inſeris, inſerui, inſertum, non eſt ſpatium adſcribere.

Excideris.] Penult. prod. in futuro, ab excidor, excideris, ciſus ſum.

Noli altum ſapere.] Hoc eſt, ne ſuperbi, ne tibi placeas, ne efferaris animo, ſiquidẽ hic ſapere vocat affici animo. Ne tibi Suſfenus ſis.

Inueſtigabiles.] Græcis eſt, ἀνεξιχνίαστοι, id eſt, ininueſtigabiles, hoc eſt, non veſtigabiles, ſiue imperueſtigabiles. Sic enim vulgo legitur pro contrario, id eſt, minime inueſtigabiles. Inueſtigabilia enim ſunt ea quæ veſtigando inueniuntur, viæ autem domini humanæ menti inueſtigari non poſſunt. Græce ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Cæterum diuus Hierony. exiſtimat Paulum retuliſſe locum qui eſt apud Eſaiam cap. xi. Et non eſt inueſtigatio viæ eius.

CAPVT XII.

Obſequium.] Officium eſt. Terent. Obſequium amicos, veritas odium parit.

rit. Hinc obsequela, morigeratio. Obsequiosus, obsequibilis, qui obsequitur. Rationabile obsequium, pro rationali cultu Græci habent.

Ad probandum quæ sit voluntas dei.] Sic etiã hunc locum legit Augustini epistola xxvi. quod Erasmus in Annotationibus mirat: nam Græce est τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον, hoc est, sicut vulgo habemus, bona & beneplacens, & perfecta, vt de voluntate intelligatur τὸ θέλημα. Sed Augustinus lib. de Ciuitate dei cap. vi. vel ad sacrificium refert, vel certe simpliciter vt intelligatis q̃ sit voluntas dei, quid etiam bonum ipsum, & beneplacens, & perfectum, cum quo Ambrosius consentit.

Sapere.] Cogitare, sentire de se, alijsq; & fratribus & rebus.

Ad temperantiam.] εἰς τὸ σώφρονεῖν, in quo est mediocritas quædam totius vitæ, sicut etiam in temperantia, quemadmodum Cicero docet primo officiorum ex Platone. Lib. Tusc. quæst. tertio, temperatum à Græcis σώφρονα vocari scribit, & quam illi σωφροσύνλω, tum temperantiam se dicit vertere, tũ moderationem, nonnunquàm etiam modestiam. Et ambigit an ea virtus frugalitas dici possit.

Benedicere.] Est bene loqui, bene precari, beneq; ominari. Contrarium.

Maledicere.] Est male precari, deuouere, execrari, blasphemare, &c.

Congero.] Significat accumulo, coaceruo, congrego, &c.

Vincitur à malo.] Qui prouocatus iniuria non temperat animo, sed adducitur ad retaliandam iniuriam.

Vincit malum bono.] Qui malefacta benefactis repensans, efficit vt inimicus fiat amicus.

CAPVT XIII.

Anima.] Hoc loco pro omni homine positum est. Porro animam pro homine dici Hebraismus est, vt puto, vt Septuaginta quinq; animæ: pro vita vero Græcorũ est, & Latinorum quoq; vt vita pro anima. Nonius Marcellus pro corporibus ait animas poni, quum Vergilius dicit libro xi. Interea socios, inhumataq; corpora terræ Mãdemus, qui solus honos Acheronte sub imo est. Ite ait egregias animas, quę sanguine nobis, Hãc patriam peperere suo. Quod an ita sit ipse viderit. Est tamen apud Græcos interdum inuenire, quum ψυχὴ ponitur pro rebus animatis. Gene. I. Hinc animam adimere dicimꝰ. Alicui animam extinguere. Animam efflare, edere, agere, dimittere, amittere. Animã debet. Anima vitalis. Anima & sensus. Animæ meæ blandientis est. Anima, der athem, vvind, lufft. Anima putei, paqua. Anima, pro vita. Anima & vita: Prouerb. das liebst. Animula, æ, diminut.

Potestas.] Multa significat, vt Paulus ait Iureconsultus, hic pro principatu, potentatu, & magistratu videtur accipi, quẽ Græci dynastian vocant, & dynastas principes, potentesq;. Hinc potessum pro possum. Obsoletum. Potestam pro potestate veteres vsurparunt. Potestur pro potest.

Tributum.] Census annuus, siue vectigal, q̃d Græce telos dicitur. Hinc tributarij.

Instaurari.] Significat hic recapitulari, hoc est, summatim perstringi in hoc verbo, verfassen. Alias renouare, vt aĩm instaurare, cædẽ, acies, bellum, epulas, &c. Hinc instauratio, instauratiuꝰ, vt Ludi instauratiui.

Comessatio.] Est conuiuium procacius, ac iuuenile, & proprie cibi, potusq; post cœnam ex luxu absumpti. Comos autem Græcis deus est temulentiæ, vt fingunt poetæ. A comessor, aris, comessator, comessabundus, comessans idem quod comessator.

CAPVT XIIII.

Disceptatio.] A discepto, id est, disputatio, contentio, & discordia. Hinc disceptator dicitur rei, sententiæq; moderator, vt docet Cicero, vt disceptator domesticus, arbiter ex compromisso. Disceptatrix, disceptatio pro arbitratu, & cognitione, & iudicio. In disceptationem dicendi, & controuersiam vocare.

Olus.] eris, dicitur omnis herba satiua, quæ in vsu cibario est, ab alendo. Varro ab olla deducit. Nonius & Festus inter aspirata connumerant. Huius diminut. est olusculum. Horat. Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo. Hinc olisatrum, Græce hyposelinum. Olitor, & olitorius, a, um, vt forum olitorium: Græci vocant lachanapolium, & lachanapolam, venditorem olerum. M. Iacobus Horlinus: Felix o nimis est atq; beatulus. Qui vitam placido ducit in otio Expertem sceleris, fraudis & insciam. Contentus bene vili Viuens pauper oluſculo, Asclepiadeum Choriambicum.

Commune.] Dicimus quod est commune omnium & omnibus. Vt hoc est commune mihi tecum, vel cũ cæteris. Hinc communicare est participare. Sed hoc loco commune est, q̃d cæteris hominibus patet, & q̃d non est de parte dei, pro immundo ponit, à quo communicare, per translationem coinquina-

quinare significat, vt in Matth. & Marco. Et in Actis fusius explicabitur.

CAPVT XV.

Illyris, vel Illyricum.] Est lata regio inter Italiam, Germaniam, Thraciam, Macedoniam, & Epirum, habens ab vno latere mare Hadriaticũ, ab altero Danubium. Hæc regio nunc dicitur Slauonia, vel Bosnensis. Propertius: Antibi sum gelida vilior Illyria. Hinc Illyricus, a, um. Horatius li. carmi. Illyricis comes obruit vndis.

Collatio.] Græcis hoc loci cœnonia est, id est, communio, siue communicatio, hoc est, eleemosyna missa atq; collecta. A conferre.

CAPVT XVI.

Phebes, is.] Ministra & soror spiritalis fuit apostoli. Per hanc putant Phœbem redditam epistolam Romanis. Græce scribitur φοίβη, nomen mulieris & interpretatur lucida, vel pura.

Cenchree.] Portus & emporium, locus vbi merces venduntur Corinthiorum. Cæterum cum plura sint huius nominis loca, nempe in Troade oppidum atq; aliud itidẽ in Italia, tamen magis consentaneũ est Paulum sensisse de Cenchreis statiõe nauali Corinthiorum. Græce sic scribitur κεγχρεαῖς, & sonat milium, genus leguminis.

Priscam, & Aquilam.] Origenes putat Priscam eandem esse quam Lucas in Actis cap. xviij. Priscillam appellat, cuius maritus erat Aquila, Ponticus genere, Iudæus religione & origine stirpis, Paulo ὁμοτέχνῳ eiusdem artificij, opificij, nimirum artifex tabernaculorum, & vt Origenes interpretatur sutor.

Epenetus.] ἐπαίνετος, sic scribendum & legendum, non Ephenetus: quod Latine sonat laudatus, siue laudabilis, amicus Pauli. Qui sunt nobiles. i. insignes, ne quis eũ de genere loqui putet. Hi duo erant Paulo & sanguinis cognatione, & captiuitatis societate iuncti e numero lxxij.

Andronicum, & Iuliam.] Iunian habetur in Græco. Nam Iuliam posterius suo loco refert. Ανδρόνικος, vir victorioſus dicitur. Iunia à Iunone, id est, dominatrice, nomen viri concaptiui Pauli.

Ampliatus.] In Græco habetur amplian, interpretatur populus malleator. Nec est dilectissimum, sed dilectum, quia charus animo meo. Latinum à verbo amplio, as.

Urbanus.] Socius & adiutor laborũ Pauli in Euangelio Christi prædicãdo. Latinum est. Hinc vrbanitas, vrbane, &c.

Stachys.] Certe Græcis significat spicam, consors Pauli, & magnopere charus. σαχύη spica est.

Apelles.] Origenes addubitat num hic sit Apollo Alexandrinus, vir in scripturis eruditus, cuius mentio fit in Actis capite xviij. & sonat congregans eos. Hic multas afflictiones passus, exploratus, spectatus, probatus inuentus est. Απελλῆς interpretatur expellens vel abigens.

Aristobulus.] ἀριστόβουλος, penultima accentu accuto: est enim Græcis diphthongus, nomen ab optimo consilio dictũ. Sic omnia in bubus producũt syllabam bu. Optimus consultor, vel optimum consiliũ.

Herodion.] ἥρωδίων formido dicitur. Cognatus Pauli fuit. Verius Iunonis vel dominatricis cantilena.

Narcissus.] Interpretatur stupefactus, vel negligens, certe Græcis flos est, fabulam poeticam nostis.

Tryphena.] τρύφαινα delitiosa, vel delicata.

Tryphosa, τρυφῶσα.] Idẽ significat. Hæ duæ suo studio, curaq; iuuabant rem euangelicam.

Persida.] Vnice Paulo dilecta, sonat frangens, siue diuidens, aut vngula vel gryphus.

Rufus.] Pietate ac religione eximius. Latinum est.

Ασύγκριτος, **Asyncritus, & Phlegon.**] Legendum est Asyncritus, & sonat incomparabilem. Viri nomen.

Phlegon.] Incendens. Græce sic φλέγων, comburens. Viri nomen.

Hermen, Patrobam, Herman.] Diuersa nomina sunt. Hermes Latine sonat Mercurium, siue nũcium, aut interpretem. Hinc hermenia. Et Aristotelis liber Peri hermeneias pen. longa, de interpretatione.

Herma.] Hebraicum, destructio, siue anathema est.

Patroba, πατρόβα.] Paternalis dicitur.

Philologus, φιλολόγος.] Nomen viri. Græca vox, est sermõis, vel studij amator, loquax. Huius coniunx erat Iulia.

Nereus.] νηρεύς, έος ὁ, lucerna vel nouale, certe Græcis est pulcherrimus Troianorũ Fabula nota est. Et magnus interpretatur, modo credendum sit Elencho interpretationum Hebraica. Græc. Latinarũ dictionum.

Olympiaden.] Græce ὀλυμπᾶς, apparet eñ vir: esse nõ mulierẽ e duobus Græcis articulis, at ex Olympiade nõ põt vir: facere. Nã ὀλυμπίας qnquenniũ et lustrũ signat.

Timotheus, τιμόθεος.] Derbensis, in Euangelio collega Pauli: & honor precio-sus deo interpretatur, Græcaq; vox est. Honorans deum, precioſus deo.

Erastus.] Græca dictio amator, siue amabilis. Reliqua supersedeo, vide Hebraica nomina.

Jason.] Thessalonicensis fuit. ἰασών, sanans vel medicans interpretatur.

Sosipater, σωσίπατρος.] Pyrrhi filius Beroensis cognatus Pauli. Saluans patrem, vel salus patris.

Benedictio dulcis.] Hoc loco chrestologia est, i. blandiloquentia, blandiloquiū. Eulogia ad verbum benedicētia est. Cæterę hic pro laudatione, siue adulatione positū.

Tertius.] Legendū est, nō Terentius, scriba, qui Paulo hanc dictanti epistolā pietatis studio operam cōmodauit. Latinū est.

Arcarius.] Oeconomus, id est, dispensator, quæstor ærarij, & præfectus. Ab arca, æ, eyn kastenmeyster.

Gaius.] Hospes Pauli, & totius ecclesiæ, vnus inter paucos cui Paulus baptisi, administrauit vna cum Crispo, & Stepha. familia. Scribitur etiam Caius cum c. vt alias, probaui, & admonui.

¶ Epistolæ diui Pauli ad Romanos FINIS.

PROLOGI

IN I. AD CORINTHIOS epistolam explicatio.



Corinthus.] Achaiæ Metropolis olim erat ob portuū commoditatē. Est em̄ Isthmos emporium. i. locus vbi merces venduntur, totius Asiæ tum celeberrimum, tum opulentissimum. A quo adagium: Isthmum fodit in eum qui frustra laboraret, & conaretur. Hinc Corinthij dicti sunt Achaici, vide argumentum. Corinthius, & Corinthiacus, a, um, adiectiua. Corinthiarius apud Suetonium: Nimius amator Corinthiariorum vasorum. Aera Corinthia fecit casus: quia incensio Corinthi confudit metalla. Adagium: Corinthiorum nauigatio non est omnium virorum. Vide Polydorum, & Erasmum in Prouerbijs. Itē Corinthus supercilijs, curuitatibusq; laborat. Lege eundem Polydorum.

Isthmos.] Ea terræ angustia appellatur, quæ inter duo maria Aegæum & Ionium concluſa est, qui non sine longo, & anciti nauium ambitu transiri potest. Plinius lib. iiij. cap. iij. Hinc adagium: Isthmum fodis, id est, frustra laboras. Actum agis. Arenam numeras, &c. Vide Paræmiographos.

Medeor.] eris, penult. cor. idem est ꝙd medico, as, & medicor, aris, hoc est, remedium p̄beo. Hinc medetur impersonale. Compositā immedeor, remedeor, medicus, a, um, adiect. medica herba, medicina, medicamē, mentum, & medela, medicinale, medicabile, medibile idem, medicamentarius, Meditrina, medicinarum dea, cuius sacra Meditrinalia dicuntur. Dicta alias fusissime.

QVARVN-

DAM DICTIONVM in epistolam diui Pauli ad Corinthios I. explicatio.

CAPVT I.



Sosthenes, σωσθένης.] Med. corr. Paulo religione frater, & muneris societate collega, Græca vox composita, si à σός pronomine componitur, sonat tuus robur: sin à σῶς quod est saluus, saluum robur interpretatur. Saluator potens, vel robustus idem fere sunt.

Chloes, χλόη.] Bulgarius Græcus interpres, Chloen familiæ Corinthiensis nomen esse putat, vt intelligas eius gentis aliqs fuisse, qui Paulo significarint de Corinthiorum dissidio, &c. Certe apud Horatium in Odis Chloe, fœminæ vocabulum est: Me nunc Cressa Chloe regit, Dulces docta modos & citharæ sciēs. Miro vero consilio Paulus fidei caussa familiæ nomen expressit, at rursus hominū nomina suppressit, ne quid illis conflaret inuidiæ.

Apollo.] Hoc loco Atticus casus est, & genitiū Græcus, id est, Apollinis. Sicut Verg. ij. Aeneidos dicit: Androgeos se offert nobis, socia agmina credens. Isthic poeta noīatiuo est vsus. Alibi & accusat. vsus est. Vt Atho, aut Rhodopen, pleriq; male Athon legunt, est enim Atho antiquus accusat. sicuti hic Apollo. Vide P. Melancht. sua in Grammatica Græca. De Apolline deo Ethnico multa silenter transeo. Hoc addam Tetrastichon Euricij Cordi: Suadeo atrox compesce labrum, vel sæuus asilus, Quem culicem reris, mox tibi vulnus agit. Quod neq; Thessalicon Chirus, nec Apolline natꝰ Curabit: putris sed quasi cancer erit.

Stepha-

Stephana.] æ, mulieris nomen, Paulo admodum familiaris & chara, cuius famiIiam ipse baptizauit. Siquidem Stephanus Græca dictio est, Latine corona dicitur. στέφος idem. Hinc στέφανη, galea, vertex, montis cacumen. στεφανηφόρ, coronam ferens. στεφανίτης, athleta. στεφανόω, corono, actiuum accusati. iũgitur. Stephanoplocos, coronas, & serta faciens.

Inquisitor.] Græcis est syzetetes. i. disputator, ad verbum sonat conquisitor. Atque ita legit d. Ambrosius. Hinc inquisitio verbale, vt: Caue inquisitioni ne mihi fis. Inquisitio, nachfrag. ab inquiro, is. Nihil de alieno inquirere. Vina inquirere. Inquisita & comperta res. Cum ego diem inquirendi in Siciliam perexiguam postulassem, &c.

CAPVT II.

Sublimitas.] A sublimi. i. alto, pro eminentia ponitur. A quo sublimare. Et e sublimi despicere, & contemptui habere idem pollent. Hinc sublimiter aduerb. Sublime idẽ, cui opponitur humi. Ex sublimi vertice saxi. Sublimem abire. In sublime, &c.

In ostensione spiritus.] In hoc loco proper accipitur, vt alias sæpe.

Spiritalis.] Et hoc spiritale per Syncopen, quod est spiritus: Græce πνευματικός. Contrarium animalis ψυχικός. Spiritus, halitus, spirabile, vitale quo spiramus, spiramentum, spiraculum, id est, per quod exit spiritus. Spiritaliter aduerb. Omnia à spiro, as, id est, exhalo, manãt. Explicatũ sæpenumero.

CAPVT III.

Quid Apollo?] Quid ponitur pro cuius momenti: quasi dicas, nullius precij.

Apollos.] Est nominandi casus, non Apollo, Ἀπολλώς cuius genit. facit Apollo.

Incrementum.] Ab incresco, is, Græce Epidosis, seu Auxesis. Quintili. Quatuor tamen maxime generibus video cõstare, amplificatione, incremento, comparatione, ratiocinatione. Congeries incrementũ est potentissimum, cum magna etiam videntur q̃ inferiora sunt, vernacule gevveschs, getrege, deyungh, meerũg. Vt: Incremento augeri. Vrbis incrementum. Incremento ingenti res auctæ.

Architectus.] Et architector, faber princeps, artẽ habens fabricandi, quiq; ædificiorũ structuris præest. Hinc adagiũ Hesiodiũ: Inuidet aut figulus figulo, aut egenus egeno. Aut faber fabro, dulcisq; poeta poetæ. Architectus inuidet architecto. Architectura ædificandi scientia, de qua Vitruuius elegans opus ædidit. Alibi de hoc copiosius memini me dixisse.

CAPVT IIII.

Humanus dies.] Est humanum iudicium, quo quis ab hominibus bene vel male audit, cui cõtrarius est dies dñi, qui intima cordis scrutatur, & iudicat.

Transfigurare.] Est aliorũ personam in se transferre. Hinc transfiguratio, & trãsfiguratus.

Apollo.] Hoc loco accusandi casu debet accipi, in me & Apollo. i. Apollinem, quemadmodum dixi de Atho I. cap.

Peripsema.] Valla puluerẽ vestigoꝝ dici vult. Græca scholia dicunt peripsema esse reticulũ, quo sudantes se abstergunt. Alij soleæ suppactum corium, alij puluerem, quẽ calcamus, alij quod abijcitur in mare, quo nauis sit incolumis. Videtur omnino peripsema apud Græcos quiddam esse tale, quale apud nos est nauci, quisquiliæ, & sterquiliniũ. Ambrosius lustramenta & purgamenta vocat. Eligito lector quod volueris, abseyleten, vnd das so man von eynẽ ding schneidt.

Pedagogus.] Seruus est, cui patres liberoꝝ moderandoꝝ curam mandãt. Alijs noïbus, pædotriba, pædologus, gymnasiarcha, pædonomus, ludimagister, præceptor, magister, instructor, didascalos appellatur.

CAPVT V.

Fornicari.] Pro illicita vti libidine, & fornicatione, pro stupro, siue scortatione, nondum apud idoneos autores reperi, licet fornicem pro lustro sciam inueniri. Hinc fornix, fornicator, & trix, fornicarius, &c.

Massa.] Græce phyrama, ea est farina aqua conspersa, siue temperata, mixtaq;, veluti cum argilla humore maceratur, farina liquore aquæ oleive, aut aliud simile, eyn klumpff. Hinc dicimus: Massa auri, massa ferri. Massam pacis vrbe reportat, eyn scheiben hartz. Massula, æ, diminut.

Pascha, cæ, & Pascha, tis.] Siquidem phase est trãsitus, qm̃ pertrãsibat angelus domini pcussor domos filioꝝ Israel, nec plaga illas affligebat. Hinc deductũ est Pascha, vt Hieronymus docet lib. ij. in Michæam, non à πάσχειν quod est pati, quasi passio. Idem in Matthæum. Vide Numeri ix.

Azymus.] Id est, infermentatus, vt ad verbum reddam. Dictum alias subinde.

CAPVT VI.

Angelus.] Latinis nuncius dicitur.

Idolum.] Simulacrũ est, eyn goetz, oder abgot.

Mollis.] e dicitur, hinc molliculus dir ij minu-

minutiuum,qui & pathicus,& draucus, & cynædus,& catamytus,& si qua sunt obscæniora vocabula,hic ob verecundiam nõ interpretanda, nec referenda: à mollio, is, & mollesco, cis,&c.

Absit.] Hoc est,ne sit,ne contingat, auertat aut prohibeat deus.

CAPVT VII.

Bonum.] Hoc loco commodum significat non honestũ,vt opponatur vitio.

Nubere.] Græcis ambiguum est verbum gamesæ,quod significat & nubere viro,& ducere vxorem.Explicatum alias.

Vri.] Græce pyrusthæ,hoc loco de libidinis incendio,molestiaque corporis non se continentis,intelligitur.

Libertus.] A libertate dicitur: & is est qui cum esset seruus,factus est liber. Vlpianus eum esse libertum definit,quem quis seruitute ad ciuitatẽ Romanã perduxit. Hinc libertas,Græce eleutheria,eleutheros.

Reliquum est.] Id est, residuum est, & supereſt. Cicero. Reliquum est, vt certemus officijs inter nos. Terentius: Vt cognoscatis quid spei sit reliquũ, potest & dici quid spei sit reliqui. Reliqunm feci elegãter dicitur pro reliqui, sicut missum feci per dimisi.

Figura.] A fingo dicitur forma, aspectus,species,qualitas. Præterit huius mũdi figura,quod hic nihil habeat solidi, sed speciem modo quandam bonorum, ac malorũ præ se ferat.

Sine vxore.] Dicitur cœlebs, inconiugatus,Græce agamos.Hinc agamia.

Superadultus.] Græce hyperagmos, id est,cuius flos iam præterijt,& est vltra pubertatem,quod & Ambrosius reddidit.

CAPVT VIII.

Idolothytum.] Penulti.produ.dicitur immolatum siue sacratum idώlo. Idolothysia cum accentu in penulti. immolatio, quæ fit idώlis,&c.

Idoleum.] Penult.prod.Nam Græcis est εἰδωλεῖον: est locus simulacrorum, aut mensa,in qua carnes sacræ proponebantur. Sed idolium penult.cor. diminutiuum ab idolo est,eyn goetzlin. Idololatria penulti. prod.Idololatres,vel tra.

CAPVT IX.

Signaculum.] Est signum & sigillum, quo certa fides fiat Apostolatus,quẽadmodum vulgatis etiam prouerbijs,quod vehementer certum, & indubitatum intelligi volumus, id dicimus obsignatis literis testatum.

Triturare.] Significat terere,& ad segetes pertinet,dreschen. Et habet primam syllabam longã.Hinc tritura.Vergil. Magnaque cum magno veniet tritura calore. Hinc tritor, oris,masc.gene.verbale,à tero, teris. Tritus,us,& participium.

Altarium.] Altare,& ara,idem fere pollent. Sed Græcis est thysiasterion, locus vbi victimæ mactantur.

Brauium.] Siue Brabion, Græci producunt βραβεῖον. Et est omnino præmium, sed proprie quod datur certantibus ac vincentibus. Ambrosius palmam vocat. Hinc brabeutes,æ,masc.gene.dispensator, præfectus gymnicis ludis,designator Latine dr.

Pugno.] as,pro pugillor,laris,ponitur, quod est pugilum certamen exerceo,& pugnis certo, non à pugno,sed pugna dictum. Nam pugillari est pancratium facere, d.Augustino teste. Porro pancratium, id est,oĩa potens,ludus fuit gymnicus, id est, nudus, quinquennio constans, hinc pancratiastes. Hinc:Pancratio vincere. Pancratice valere, prouerbialiter dicimus,id est, pugilice, athletice,Basilice,&c.

Aerem verberans.] Prouerbiali schemate dictum est,pro frustra, & inaniter laborare, veluti pugil nihil agit, nisi corpus attingat.

CAPVT X.

Prouentus.] us, à prouenio,is.Sed hic pro euentu,siue exitu ponitur,quasi dicatur,is qui finit vos incidere in tentationẽ, idem faciet,vt tentatio bene eueniat, nõ opprimat,aut vincat.

Venit.] A veneo neutropassi. id est, venditur & venundatur.

Macellum.] Eyn speismarck. Locus quo venalia oĩa quæ ad victum humanum pertinent,venduntur,contrahunturq;.Plautus:Venio ad macellum,rogito pisces, indicãt caros,agninam caram, caram bubulam, vitulinam,cetum,& porcinam, cara omnia. Hinc macellarius,qui exercet & vendit.Sed laniena penult. prod. eyn metzg: carnium est locus,à lanione,vel à lanio. Hinc lanionius,a,um,vt mensa lanionia. Lanio,as,are, vt dentibus laniare.Laniatus,us, laniarium, ij, neutro gene. pro laniena.

CAPVT XI.

Deturpo.] as,à turpis videtur manare,quod est deformis, contrarium pulchro.Latinius foret: Dedecorare,siue pudefacere, aut dehonestare. Hinc deturpatio. Hinc dicimus à deturpo,as. Poma deturpare rugis Aquilonem,vvelck machen.

Decaluo.

Decaluo.] Est valde caluum facio.

Coma.] Capillitium, sed promissius,& curatũ. Hinc comatus,a,um. Adagiũ in insubidum:Nullus conatus,q nõ cinędus,&c.

Ecclesia.] Cœtus, concio.Sunt & mundi conuenticula,plena litium et iurgiorum. Porro cœtus Christianorum ab huiusmodi vitiis debet abesse.

Oportet hæreses esse.] Hæresis Græca vox Latine sectam sonat : ambiguum nomẽ,odiosum est vsu nostro factum, quoniã iis accommodatur,qui non vnam ecclesiã catholicam sequuntur, sed sua iudicia, suasq; priuatas sectas.

Scissura.] A scindo, is, pro schismate, quod magis quadrat .i. sectione & dissidio, ponitur. Hinc scissio,schismaticus.

CAPVT XII.

Anathema.] Iesum, accusandi casus est hoc loco,id est,dicit Iesum esse anathema,hoc est,maledicit,& execrat Iesum. Vide Lexicon Græcolatinum.

Genera linguarum.] D.Augustin. ait li. xv.de Ci.dei cap.viij.Ei linguæ potius credatur vnde est in aliam per interpretes facta translatio.Hoc ipsum Hierony.clamat, hoc ipsa docet ratio. Et nullo est saniore iudicio qui repugnet sed frustra consensus bonorũ ingeniorũ hoc censet. Nam rigidus stupor velut moles opponitur, non quia isti insciĩ sunt earum linguarũ,nam nec Hebraice sciebat Augustin. & Græce minus quã mediocriter, sed nõ est in his ea modestia animi,quæ in Augustino. Hic vndecunq; paratus erat doceri, isti nusquàm volunt docceri, vbique docere,quod ignorant.

Charisma.] Donatio gratuita, siue donũ est.Charis gratia, hinc Charites gratiarum deæ.Et tres finguntur à Poetis,Aglaia, Thalia,Euphrosine,vel Pasithea.

Opitulatio.] Subuentio est atq; subsidium:ab opitulor,quod est subuenio,iuuo. Nihil possumus iam opitulari reipublicæ. Contra vanas species hic opitulatur.Opitulus dictus est Iupiter,quasi opis lator.

CAPVT XIII.

Cymbalum.] Instrumentum Musicũ, quod in sacris matris deorũ cum tympanis habebatur, ob perpetuum sonitum, strepitum,& tinnitum : quemadmodum fit in lebetibus Dodonæis. De quo adagium: Dodonæum æs,in hominem improbę & odiosæ loquacitatis.

Perperam.] Aduerb.varie interpretatur.Perperã agit, qui data opera secus agit, quã oportet,id est,peruerse. Mihi videt vox à Perperis fratribus esse conficta,qui & Cercopes dicti sunt, quorum procacitas & improbitas etiam fabulis est nobilitata. Hinc perperus,a,um, & pperitudo obsoleta sunt. Perperam pronunciare, iudicare. Recte & perperam contraria. Me insimulatam perperam fuisse somniaui.

CAPVT XIIII.

Barbarus.] Porro veteres barbarum vocabant quicquid erat peregrinum,& extraneum,deinde vox deflexa est ad vocis, ac sermonis absurditatẽ. Hinc barbarismus, &c.ad Roman.I. Initio reliqui omnes præter Græcos dicebantur Barbari, etiam Romani ipsi iam domini, post Latini & Itali ea sunt nota exẽpti. Donatis prouinciis omnibus ciuitate illi soli nomine Barbarei sunt notati,qui sub Romano imperio nõ essent, & hic est sensus Herodiani,Spartiani,Eutropij, & recentiorum historicorũ cum de Barbaris loquũtur. Ita Rhenus duas dicebatur habere ripas, hanc citeriorem Romanam,illam vlteriorem Barbaram. Claudian.O q̃ties doluit Rhenus qua Barbarus ibat,Quod te non geminis frueretur iudice ripis.

Idiota.] Græca vox est, q̃ significat & priuatũ.i.nõ fungentẽ aliq̃ magistratu,& illiteratũ.Hoc loco plebeiũ potest & indoctũ significare.Hinc idiotismus, proprietas linguæ est.

CAPVT XV.

Cras moriemur.] Valla cohortatur & admonet prouerbiũ esse Laconicũ. Videto eũ si placet.Distichõ:Quid miser elato turgescis homũcule vultu. Cras eris in putri vile cadauer humo.Sapphicon.Flosculus cana tener vt pruina Tactus emarcet,iuuenile robur Sic perit, fastu qd homo tumescis Stulte superbo.Aliud: Haud potest vllis precibus,vel arte Qualibet flecti truculenta mors, quin Falce lunata perimat,q̃d amplo Viuit in orbe. M. Iacobus Horlinus autor.

Corrumpunt mores.] Senarius est Menandri poetæ Comici, quemadmodum D. Hieronymus indicat.

Vtputa.] Græce ὡς τύχοι.i.verbi gratia, nimirũ cui exemplũ fingimus aut ponimus.

In momento.] Atomo,id est,puncto tẽporis indiuisibili.

In ictu oculi.] Diuus Hieronymus ad Minerium indicat vtrunq; inueniri, ῥοπὴ.i. ictus,& ῥοπὴ,id est,motus:prius translatum est ab ictu teli,seu fulminis, secundum à motu ancis,seu libræ.

Deo gratia.] Vt subaudias est,sic Latine dicimus,nõ deo gratias, licet vsus inoleuit.

CAPVT XVI.

Collecta.] Est collectio, à colligendo siue à legendo dictum, nouum apud Paulum verbum. Apparet Metaphorã ductam à fœtibus arborum, aut terræ, quæ legi dicuntur: vnde & leguminibus nomen. Collatio dici poterat.

Hyemo.] as, quanquàm hyemandi verbum apud Suetonium in Cæsare Augusto sic videtur vsurpari, quasi sonet affligi incõmodo hyemis, & apud Salustium notante Seneca noue dictum est hyemare, cũ tempestate molestum est, tamẽ subinde reperitur idem verbum in commẽtarijs Cæsaris pro hybernare, hoc est, hyemem transigere.

Apollo.] Hoc loco ablatiui casus est, id est, de Apolline, antiquo more.

Anathema.] Hac voce solet Paulus extremum exitium significare, quod Hebræi vocant hæræm.

Maran, atha.] Duæ dictiões magis Syrum est, quã Hebræum, tametsi ex confinio vtrarumq; linguarum aliquid & Hebræum sonat, & interpretatur dñs noster venit. Sic Hieronymus & Ambrosius transferunt. Vide illos, & Erasmi Annotationes.

Epistolæ prioris diui Pauli ad Corinthios FINIS.

PRAEFATIONIS IN II. D. PAVli ad Corinthios epistolam explicatio.

Teor.] Secundi flexus, significat defendo, à quo tutus: quanquàm tuitus eius participium sit, quo Quintilianus vtitur. Tuitq; sum adolescẽtis miserrimi causſam. Hinc tuitio, tutamen & tutamentum, tutela & tuto aduerbium.

Præstans.] Omnis generis excellens. A quo præstantia, excellẽtia. Eo Aulus Gellius vtitur libro I. Noctium Atticarũ de prę stantia Pythagoræ loquens.

Secundo.] Aduerbium, modo significat, vt primo, secundo, tertio. Modo bis, vt secundo consul. i. bis consul. Et secũdo eum monueram. i. bis. Modo rursus, iterũ, vt hic. Secundo loco, ornate dicitur pro eo, quod est secundo, &c. Vide P. Dasypodium.

Catalogus.] κατάλογος, Græca vox, delectus militum, denumeratio, siue sermo, vel scriptura, quæ numerum, aut ordinẽ designat, recẽsio, descriptio. Græci etiã τὰ τάγματα τὰ καταλόγους vocabãt, id est, cohortes legiones q;. Vide posteriores Budæi Annotationes in Pandectas, ein register, ein ordẽtlich erzoelung.

IN POSTERIOREM D. PAVLI AD Corinth. epistolam vocularum quarundam explicatio.

CAPVT I.

Achaia.] Ampla Græciæ regio est, cuius Corinthus ipsa metropolis est, iã Morea dicta. Hinc Achæus & Achaicus, a, um.

Tolerantia.] A tolero, as, quod est verbum male patientis, à cuius participio fit tolerãter, tolerantia, & toleratus, us, vt hoc est difficile toleratu, id est, ad tolerãdum, per simplex l semper scribitur. Hinc tolerans, toleratio, tolerabilis, e, tolerabiliter aduerbium.

Tederet vitæ.] Impersonaliter, hoc est, vt desperaremus de vita. Hinc tædium, ĩj. Tædulus, fastidiosus, odiosus. Obsoletum.

Est, & non.] Est, id est, etiam, affirmantis apud Græcos vox, & pro instabilis, & vanus ponitur. De hoc habes Matthæi v.

In ipso amen.] In pro per vsurpatur.

Amen.] Apud Hebræos confirmantis est, vere, fideliter, fiat, vt apud Græcos ναί, id est, etiam, certe.

Syluanus.] Diuus Hieronymus admonet esse legendum Sylam, non Syluanum, cuius crebra fit mentio in Actis apostolicis, proprium & missum significat. Sed Syluanus, a, um, à Sylua, vt Syluanus deus Faunus, &c.

CAPVT. II.

Obiurgatio.] Ab obiurgo, as, reprehensio est. Hinc obiurgatiuncula, & obiurgatrix epistola, est dentata et mordax. Vide Angelum Politianum in quadam epistola ad Bartholomæum Scalã. Etsi edentulus tu, tua tamen fuit dentata epistola, &c.

Valefacere.] Est valedicere, & renũcia re vale atq; dimittere. Hinc valefactio.

Troas.] adis, ciuitas est q̃ prius Troia appellabatur. Est & regio, quã Ptolomæus minorem Phrygiã appellat. Adiacet Hellesponto, vt Plin. li. v. refert. Hinc Troianus.

Deo gratia.] Sic Latine dicendum est.

Idonens.] a, um, q est ad omnia aptus, tam ad mala, q̃ bona. Terentius in Andria: Adeon' videmur vobis idonei, in quibus illudatis? Idoneus autor, idoneum tẽpus, idonea

nea tẽpestas. Idonei atq; integri homines. Idoneis verbis cõsuescere, &c. Idoneus tibi videor, quem fallere incipias dolis? Idonee, aduerbium. Hinc idoneitas, quod Erasmus ponit addens, vt ita loquar. Græcis est ἱκανότης, id est, sufficientia.

Adulterantes.] Id est, cauponãtes, corrumpentes, ad quæstum abutentes, siue vt D. Hierouy. transfert, venundantes & vẽditantes. Ab adultero, as. Adulterare per translationem dictum est, vt adulterare iudiciũ. Dicitur etiam adulteror, aris. Adulter, a, adulterium, adulteratus nomẽ ex participio.

CAPVT III.

Atramentum.] Ab atro colore dicitur, cuius duo genera, scilicet scriptorium, qđ & librarium & tectoriũ. Est & sutoriũ atramentũ, qđ in inficiẽdis pellibus sutores coriarij vsurpãt. Hinc adagiũ: Sutoriũ atramentũ, quo Cice. ad Pætũ, li. epistol. ix. vsus est. Sutorio absolutus putatur atramẽto. Significans absolutum quidem esse reũ iudicum corruptela, nõ sine infamia tñ, &c. Item atramentum pro sanguine est sepijs. Atramentarium, eyn dintenhorn, &c.

Deformatus.] a, um, à deformo, as, Græce habetur informata, hoc est, insculpta. Quanq̃ eleganter dictum sit deformata, pro formata. Non enim hic auget de, non magis q̃ in deambulare, ac deosculari. Et Quintilianus inquit: Marmora prima deformata manu. Hinc dicimus deformatus corpore, fractus animo. Deformata ignominia imago. Deformis, e. Deformitas, deformatio, deformiter aduerbium.

Speculantes.] Hoc loco, à speculo ductum est, non à specula, vt intelligas dei gloriam à purgatis animis, seu speculo excipi, & reddi.

CAPVT IIII.

Dedecus.] Vituperium, facinus pessimum, probrum. Porro occulta dixit p occultamentis. Nam turpitudo amat latebras Seruatore teste: Qui male agit, odit lucem, Ioannis iij. Et Iob: Oculus adulteri obseruat caliginem, Iob xxiiij. Vere dictum.

Aporior.] aris, conuitior, & quasi pauper abijcior. Hinc aporia, penuria, indigentia, egestas. Nã aporin significat egere. Sunt hic duo verba Græca, aporumeni, quod significat hærentem, & consilij inopem ac perplexum. Alterum exaporumeni, quod significat plane desperantem, ac tædio victũ. Explicatũ est Ecclesiastici xxvij. & Esa. lix.

CAPVT V.

Contendo.] is, significat contra tendo, quod est contra proficiscor. Itẽ certare, vt hoc loco. Hinc contentio, & contentiosus, a, um. Reliqua significata transeo.

Ex hoc.] Id est, posthac. Ambrosius legit, ex eo tempore. Apud Quintum Curtium legimus de cætero. Ex die hoc, von diesem tag an.

Legatio.] Legatorũ functio est & munus, prouinciaq; à lego, as. Hinc legatus, ti, masc. ge. Legationem dare. Gerere legationem. Esse in legatione, libera legatio. Votiua legatio. Legatiuum, ui, idem, &c.

CAPVT VI.

In vacuum.] Hoc est, incassum, frustra, inaniter.

Seductor.] Impostor & deceptor, siue Planus, de quo Horatius: Fracto crure Plano. Tollat te qui non nouit te, vide Præmiographum.

Angustiamini.] Ab angustior, aris, hic non est verbum imperandi modi, sed indicandi, quasi diceret: Nolite angustiari, vt post: Nolite iugum ducere, &c. Angusto, as, are, angsten. Hinc angustatus, engh. Plinius & Cicero. Angustè aduerbium, eng, vt angustè scriptum. Angustia, æ, siue potius angustiæ, ãrum, vt loci angustia, orationis angustia. Angustiæ ærarij & temporum. Angustitas pro angustia, antiquum. Nonius Marcellus. Angustior barbarum est, non tamen contemno interpretem.

Belial.] Græca scholia indicant, Belial Hebræis significare desertorem, hoc est, Lucifer. At eximius ille Ioannes Reuchlinus in suo Lexico docet Belial apud Hebræos significare malum, & iniquum, aut etiam noxium dæmonem, quod satis quadrat: nos absq; iugo interpretamur.

Inambulare.] Hoc loco pro in aliquo ambulare positum est. Nã inambulare Latinis nihil est aliud aliquoties, quã ambulare. Hinc inambulatio, spacierũg, eingangk.

CAPVT VII.

Capite nos.] Non est hic capite pro intelligite positum, sed capaces estote, sicut vas aut locus aliquid capit. D. Ambrosius propemodum explicuit, qui legit, capaces estote nostri.

Circumuenio.] is, significat idem quod circundo. Aliquando circummunio. Interdũ decipio, seu insidijs inuoluo, vt hic. Nõnunquàm opprimo. Hinc circumuentio, deceptio est, fraus & impostura, &c.

Commori.] Mitsterben. Hinc commorientes dicuntur, mitsterbende. Commor-

talis,

talis, adiectiuum, vt commortalis natura, todtlich. Id erat apud veteres amicitiæ genus, vt amico forte extincto, amicus vltro sibi mortẽ consciſceret, quod amicitiæ genus significat Horatius sibi fuisse cũ Mecœnate.

Ad horam.] Significat ad tempus constitutum. Ad hanc horam, ad hunc diem, ad tempus, &c.

CAPVT VIII.

Comes.] Dicitur qui sequẽdo aliquẽ se maiorem comitatur. Socius par est. Ponitur tamen quandoque comes pro socio. Hinc comitor, aris, deponens. Dicitur et comito, as, actiue. Ouidius: Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Est & comitor passiuum. Comitatus actiue & passiue accipitur. Comitatus, us, pro comite. Vide Lodouicum Viuem, quid de comitis vocula pro dignitate accepta censeat, in commẽtarijs super librũ de Ciuitate dei D. Augu.

CAPVT IX.

Ex abundanti est.] Id est, superuacaneum est

Macedo.] Penultima correpta, q Macedoniam habitat. Lucanus libro sexto: Cũ tibi sacrato Macedo seruetur in antro. Hinc Macedonicus, a, um.

Benedictio.] Hoc loco beneficentia est, Græce Eulogia, non manuum nota, sanctæ crucis signaculo.

Destino.] as, ex de & sto compositũ videtur. Pe. cor. significat hic propono, vt destinare diem necis alicui. Destinare aliquid agere. Destinatum est mihi. Destinatum est mihi in animo. Destinari ad mortem. Destinati cẽsores, &c. Destinatus participium, vt destinati ad certamẽ. Destinatio, verbale, vt destinatio mortis, &c.

CAPVT X.

In promptu habere.] Hoc est, parate, absq; vlla mora. Per translationem promptus ponitur p manifesto & aperto. Vt res est in promptu, id est, in manifesto. Salusti. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere dixit. Item, iram in prõptu gerere, gezornig sein. Ouid. nescio quo libro: Quæritur Aegistus quare sit factus adulter. In promptu causſa est, desidiosus erat. Cum illa pateant, in promptuque sint omnibus.

Regula.] Norma, qua lineæ dirigũtur. Hinc regulo, as, est redigo. Regularis & hoc regulare, quod secundum regulam est, vel quod in regulam trahi potest. Vnde æs regulare dictum est, quod à caldario, coronarioq; distinguitur, das fich auſstengelen, vnd ſchlichten laeſt.

CAPVT XI.

Modicum.] Aduerbiũ, modice idẽ, Latinius foret paululum, pauliſper, aut aliquantiſper.

Despondeo.] Est promittere, quod ad nuptias proprie pertinet, & ad eum præcipue, cuius interest locare mulierem viro, siue virum mulieri. Sed despõdere animum, est desperare, venusta oratio. A despondeo desponsare fit. Hinc desponsatio. Despõsus, a, um, vt desponsa puella. Desponsatus, à desponsor, aris.

Scientia.] Hic pro cognitione capitur.

Pseudapostolus.] Sic dicendũ cõposita dictiõe, quẽadmodum est apud Græcos, nec potest in duas diuidi, Latine sonat, falso titulo apostolus. A pseudo plura cõpositа.

Quadragena.] In Græco habetur Tessaraconta, id est, quadraginta. Valla mauult, quinquies vndequadraginta accipi. Subaudiendum autem haud dubie, plagas. Quadrageni adiectiuum idem significat quod quadraginta, &c. multa.

Aerumna.] Labor onerosus est. Item calamitas, miseria, infelicitas. Hinc ærumnosus, a, um, ærumnose aduerbium.

Damascus.] Ciuitatis nomen. Genitiuus Damasci hic est aduerbialis, nam prępositus ad sequentia refertur: & apparet deduci à mesek, id est, desponsatore, procuratore. Nam Hebræi pronunciant Damesek. Dixi alias.

Aretas.] Penultima produ. rex, is erat socer Herodis. Eum igitur significat, quem Aretas rex Damasco præfecerat. Hinc legimus Herodem Antipam duxisse vxorẽ Herodiadem filiam regis Aretæ, &c. Lege diuũ Hieronymum in commentarijs super Matt. xiij. capite. & me nõ iudicabis matæologũ.

CAPVT XII.

Paradisus.] Ioannes Crastonus solum in masculino genere ponit, ita etiam Gellius, & est pomarium, id est, hortus consitus. Est quoque nomen oppidi. Strabo & Plinius. Est etiamnum locus in Oriente situs, lõgo tractu maris distans à continẽte. Hic locus à primi hominis reatu intercluſus est, nec vlli animantium datur in eũ aditus. Hinc paradisiacus, a, um. Hinc præceptor olim meus magister Iacobus Horlinus elegãter dixit tetrasticho carmine. Qui tenero assuescit laudatis moribus æuo, Et facit æthereі iussa sacrata dei. Tempora defectæ quũ mors rapit vltima vitę, In paradisiacos mox volat ille lares.

Stimu-

Stimulus.] Proprie dicitur fustis acutæ cuspidis, quo rustici boues subpungũt. Per Mataphoram est omne illud à q̃ diuexamur. Hinc stimulum carnis & vitiorum dicimus. A quo stimulo, as, id est, pungo. Extimulo, id est, valde stimulo. Hinc stimulam nominat Augustinus libro quarto de Ciuitate dei capite xvi. deam quandam. An hæc sit Horta, q̃ in humanis quum esset, Herfilia dicta est vxor Romuli, quam ab hortando & incitando nominatam ait Labeo, cuius ædes nunquàm claudebatur, quod semper aliquid præclari fieri hortaretur, nec cessandum suaderet, quæ postea vocata est Hora prouidentiæ dea, quæ negligẽtes, socordesque esse nõ pateretur, nominatamq; Labeo existimat etiã hac appellatione ab hortãdo & incitãdo Græca voce παρορμᾶν. Plutarch. Meminerunt huius deæ Ouid. Gelli. & alij.

Colaphizo.] κολαφίζω, actiuũ accusatiuo iungitur. Hinc κόλαφος, vt infringere colaphos, &c. Significat colaphis cædo.

Esto.] Sit ita: concedentis est aduerbium. Vergilius: Esto ægram nulli quondam flexere mariti. Plautus: Hæc multa ei esto, vino viginti dies vt careat. Verum esto, sit sane ita. Esto, istud curabo.

CAPVT XIII.

Experimentum.] Ab experior. Hinc experientia, est vsus, doctrina. Valla hic legi mauult documentum, siue specimen, Ambrosius probationẽ. Hinc experiendus, a, um. Plin. Ad experienda vina. Expertus partici. Experiẽs vir. Expertissimus homo.

Reprobus.] a, um, & improbus, contraria probi, id est, malus.

Durius agam.] Id est, præcise, siue exacte, quod Latini vocant ad viuum. Græcus sermo ad verbum ita sonat, ne rigide vtar, hoc est, seuere me geram. Græce ἀκριβῶς.

Posterioris epistolæ ad Corinthios
FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in epistolam ad Galatas explicatio.

CAPVT I.

Galate.] Pe. cor. qui & Gallogræci dicti sunt à Galatia, quæ & Gallogręcia, prouincia Asię minoris: & interpretatur translatio. Galatæ translati, siue deducti interpretantur. Hi descenderũt à Gallis, & ex ferocioribus. Item veniunt ex Gomer Noe filio. Vel vt Liuius lib. xxxix. ait, Gallogræci populi sunt in Asia minore, qui Græca lingua dicuntur Galatæ ex Gallis, q̃ sub Brenno in Græciam transiuere, & Græcis commisti, &c.

Anathema.] Separatio, seiunctio. D. Hieronymus admonet Anathema verbum esse proprium Iudæis, quo extremam detestationem significare soleant. Dictum alias.

Expugnare.] Verbum proprie est populantium, & excindentium captas armis vrbes. Hinc expugnatio. Expugnator, vt pudicitiæ expugnator.

Iacobus.] Dictio tetrasyllaba cognomento iustus, filius Mariæ sororis Mariæ matris Iesu. Nam & hi fratres vocantur more Iudæorum. Claudianus: Quid laceras versus dux Iacobe meos?

CAPVT II.

Confero.] Elegans verbum, quod multa habet significata secundum diuersum vsum. Aliquando significat simul pono. Interdum tribuo. Nonnunq̃ disputo, seu in comparationem deduco. Hinc collatio. Interim assimilo, vt confero te illi, & cũ illo. Conferre in pauca, vt inquit Cicero, est concludere. Conferre verba in pauca, est reducere. Item donare, vt multa cõtuli in Catonem, id est, multa donaui Catoni. Similiter conferre, est ire, vt cõtuli me domũ, &c.

Interest.] Verbum impersonale, vt vocãt, dicitur, quasi in re mea est, vt mea interest, id est, in re mea est, hoc est, in mea vtilitate. Interdum pro differentia est. Significat et præsentem esse, vt interfui negotio. Item in medio esse. Aliquando notat distantiam, vt viginti passus interfunt ex domo mea conductitia ad contubernium nostrum recentiorum. Nonnunq̃ interest, spectat, vt legere bonos libros interest scholasticorum, &c.

In faciem restiti.] Elegantius, iuxta faciem illi restiti, aut certe in facie, id est, propalam, & in conspectu omnium. Nam in faciem, erat contumeliosius.

CAPVT III.

Insensatus.] a, ũ, durius est verbũ, & cõtumeliosius. Greca vox anoetos magis sonat rudẽ, parũq; cordatũ, pśertim cp Galatæ e ferocioribus Galliæ partibus sint pfecti.

Fascinare.] Dicuntur Latinis, qui aspectu malefico lædũt, sed apud Græcos baseæ nin, quo verbo hic vsus est Paulus, significat & inuidere, vt intelligas inuidia motos q̃sdam voluisse eos ad seruitutẽ legis reuocare. D. Hierony. legit & vertit cõtra Iouinianum:

num:Impediuit.Hinc fascinus,& fascinum pe.cor.& fascinatio, ꝑ maleficio,zauberey.

Proscribo.] Hoc loco est relegare,damnare.Hinc proscriptio, quę erat apud Romanos damnationis genus, quam Græci prographen nominant. Item proscribere est aliquid per scripturã venale exponere, vt proscribere domum. Verum hic forte præscriptus, προεγραφη legendum est. Proscribere venale.Proscribere aliquem.Proscripturio, is.Proscriptor verbale,verachter.

Pedagogus.] Penul.prod.puerorum ductor,siue custos. Hinc pædagogiũ apud Iureconsultos,dicitur seruitium,atque mancipium.Pædia,æ,zuchleer. Pædotriba, eyn zuchtleer meister.

CAPVT IIII.

Prefinitum tempus.] Est dies præscriptus,statutus& præstitutus,ad quẽ ius alicuius duraret,à prefinio.Hinc præfinitio. Præfinito,aduerb. vt præfinito loqui, nach bestimpter mass reden.Præfinire aliquid de aliquo. Præfinire diem. Præfinire restricte, ein kurtz zel setzen.

Tutores.] Pueris pupillis dantur, qui eos,eorumq; res tutabantur. Hinc adagiũ: Ne fis mihi tutor,nec patruus.

Curatores.] Furiosis & adolescẽtibus, qui pro illis rem administrarent,licet existimem hos & actores dici.Hinc curatio, vt curationem adhibere.Curantia,æ,idem quod curatio,vt curatio mea est,es ist mein ampt.

Elementum.] Græca vox elementi, videlicet stichiõ,anceps est,quæ declarat interim initium, ac primordium rei nascentis: interim ipsas literas.Iustinianus libros Institutionum,elementa iuris appellat,veluti rudimenta.Elementa loquendi.Elementa puerorum.Elementariæ literæ,anfanckliche. Iulius Capitolinus.

Abba.] Peregrinũ est verbũ Hebræis, Syrisq; commune. Id interpretatur adiecto verbo Græco,qui mos peculiaris est scripturæ diuinæ,vt Bartimæus,filius Timæi in Euangelio.Aser diuitiæ. Thabita Dorcas in Actis,& in Genesi Mesech vernaculus,aliaque his consimilia.Abba pater. Dictũ alibi.

Allegoria.] Tropus est & figura, cum aliud dicitur,aliud significatur. Vergi.Claudite iam riuos pueri, sat prata bibere. Hinc Allegoricus,& Allegorice aduerbiũ.Porro ἀλληγορούμενα,id est, Allegorica dicuntur. Allegoria,inquit Quintilianus libro ix.quã inuersionem interpretantur,aliud verbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. Hieronymus ait,quã hoc loco Allegoriam vocauit, alio loco Paulum eundẽ spiritalem intelligentiam nominasse.

Sina,siue Sinai.] Mons in deserto Arabiæ,alio nomine Oreb,vel Choreb. In quo Moses legem,& præcepta accepit à deo,& interpretatur rubus. Hunc eundem puto, quem Pomponius Mela Cassium Arabiæ nominat.Nam est & Cassius Syrius Plinio. Arabicus ille insignis est templo Iouis Cassij,sed magis Pompeij Magni tumulo.Sunt qui putent Arabice Sina dici Agar. De lusu puerorum Isaac & Ismaelis vide Lodouicũ Viuem in xv.lib. Augustini de Ciuitate dei capite secundo.

CAPVT V.

Veneficus,& venefica.] Penult.corr. qui & quæ venena conficit,quiq; incãtationibus, & cæteris malis artibus vtitur. Hinc triueneficus, est excellens veneficus. Plautus: Mussas adhuc triuenefica? A quo veneficium,ipse actus venenandi, imo ipsa ars malefica & magica,quæ docet & amare, & amari.Plinius:Hæc arbor ante atrium sata omnibus veneficijs remedio est.

Secta.] æ,à sector,aris,seu à sectus,ducta fieri cõstat.Ea inter philosophos est,aut philosophis similes,vt secta Platonicorũ, secta Aristotelicorum.A Græcis hæresis dicitur,id est, electio. De quorũ singulis, si quis volet plenius edoceri, legat D. Hieronymi in hunc locum commentarios:ego breuitati studeo.Præterea Hæresis Græca vox,Latine sectam sonat:ambiguum nomen, odiosum est vsu nostro factum, quoniam ijs accommodatur, qui non vnam ecclesiam catholicam sequuntur,sed sua iudicia,suasque priuatas sectas.Hæc Lodoui.Viues.Hinc sectacula,æ, diminuti. Apuleius.Sectarius, a, um,vt veruex sectarius. Sectator,sequax,sequela,&c.

Christi sunt.] Diuus Ambrosius legit ad hunc modum, vt Christi nominandi casu sit numero multitudinis,nõ paterni. Addit enim eos vocari Christos, id est, vnctos, qui Christo deuoti sint. Hinc chrisma, vnctio. Christianismus. Christianus, a, um, quod & substantiuum est.

CAPVT VI.

Preoccupatus.] a,um,à præoccupo, quod est præuenio,legendum est. Præuentus,antequàm potuerit cauere. Quibus verbis excludit omnino destinatam malitiam, & peccandi voluntatem. Hinc præoccupatio apud Rhetores, cum id quod obijci potest cogitationi, vel iudicis, vel aduersarij,

uersarij, priusquàm obijciat occupamus: & dicitur Græce προκατάληψις. Dicimus & occupare partes alterius. Præoccupare ferre legem.

Catechizare.] Est tradere mysteria religionis Christianæ, instruere, docere, erudire. Hinc catechesis & catechismos, i. instructio, catechisticus instructiuus, catechumenus instructus, seu q verbum dei audiens ẽ. Catechizat dr̃ hic, sicut nos dicimus, docetur Grãmaticam. Atq si de oratiõe fuit sermo, non debebat ei q catechizatur, sed q catechizat, hoc est, nõ discipulo, sed magistro.

Stigma.] Græca vox est, significat autẽ notam impressam. Solent enim serui notari à dominis, ne quis alienus illos p̃ suis possit asserere. Sentit igitur se certas habere notas, quod sit seruus Iesu Christi, pro quo tã multa passus fuerat. Hinc stigmaticus, a, ũ. Stigmosus adiectiuum, στιγματίζω, noto, verberando signo.

¶ Epistolæ diui Pauli ad Galatas
FINIS.

DICTIONVM QVARVNDAM IN epistolam ad Ephesios explicatio,

CAP. I.



Ephesus.] Media correpta metropolis Asiç minoris. Hinc Ephesij, qui sunt ex Epheso. Et Ephesinus, a, um, vt templum Ephesinum, & columnæ Ephesinæ. Itẽ Ephesus est vrbs Ioniæ, vel Lydiæ.

Ante constitutionem mundi.] Catabole, quæ vox ita sonat, quasi dicas, ante iacta fundamenta mundi.

Adoptio filiorum.] Græcis vna vox est υἱοθεσία, qua significant eam adoptionem, q̃ quis in filij locum adoptatur. Ab adopto, as. Hinc Adoptator. Adoptatio. Adoptiuus. Adoptatius, ex adoptato filio natus.

Gratificauit.] Hoc est, gratos, siue charos reddidit: à gratifico. Sed gratificor, aris, est rem gratam facio, cõsentio, complaceo. Differunt tamen gratificari, & gratum facere, quod gratificari in se cõtineat quiddam maius. Est enim beneficum esse. Vnde dicimus deum gratificari hominibus, quasi sit beneficia conferre. Gratum vero facere, sit obsequi & inseruire. Hinc gratificus, a, um. Sed gratari, est dijs gratias agere, & quasi supplicare. Est & gaudere de bono proprio. Gratificatio, verbale, dienst.

Instaurare.] Est idem quod integrare, ab in & stauro, quod non est in vsu. Græcis tamen hic habetur recapitulari. Nam oratores vocant Anacephalæosin Recapitulationem, cũ ea quæ sparsim ac fusius dicta sunt, summatim repetuntur, vt in summam conferantur, & simul iudici renouentur. Hinc instauratio, verbale. Instauratiuus, a, um, vt: Ludi instauratiui. Renouare, & instaurare. Animum instaurare, acies, cædem, epulas, bellum ac pugnã. Belli reliquias instaurare & renouare. Tunicam instaurare aduersus hyemem, futeren, besseren. Instaurabat sacrum dijs loci, ruſten eyn opffer zu. Monumentum sibi instaurabat. Funus instaurare, eyn begraebnuſs begon.

Signati.] Id est, obsignati: quemadmodum tabulas obsignamus in pactis.

Pignus.] Hoc est, arrhabo, siue arra. Diuus Hieronymus illud tamen interesse vult, putatq; inter pignus, & arrhabonem. Pignus, quod Græci vocant hypotecham, datur in mutuo. Arrhabo in contractu emptionis & venditionis, quo firma sit obligatio. eyn gotts pffenning. Cum aspiratu scribitur in media syllaba.

CAP. II.

Gratia cuius saluati estis.] Nemini deus debet, ideo Gratia in vno sensu dicitur, q̃d gratis detur, in altero, quod gratum faciat eum cui adhæserit. Paulus ad Romanos vndecimo. Quis dedit illi prior, & retribuetur ei? Nam si deberet, non faceret, sed referret gratiam. Et ad Titum idem Apostolus. Non ex operibus iustitiæ &c. Et ad Romanos sexto. Gratia dei vita ẽterna.

Filij diffidentiæ.] Id est, apithias, hoc est in filijs inobedientiæ, siue immorigeris. Est enim filiorum proprium, esse dicto audientes, ac morigeros parentibus.

Consideo.] consides, penultima correpta, consedi, cõsessum, à con, & sedeo compositum, est simul sedere, & sine motu esse. Hinc consessus, & consessio. Consessor verbale.

Hospites.] Sunt peregrini, siue extranij, quasi alieni à iure ciuium. Hinc hospitium, & hospitiolum, ab hospitor, aris. Hospes cõmunis generis: hospita hospitę vvirtin. Hospita æquora, vicina. Hospitalis, hospitale. Hospitalitas. Hospitaliter aduerbiũ.

Sine deo.] Athei dicuntur, i. impij, qui nullum credunt esse deum. Asebi, impij.

Accessus.] us, aditus est, & introductio, veluti cum quis introducitur ad conspectū principis. Ab accedo, is. Hinc accessus, a, ū. Et accessio, onis, & discessio contraria sunt. Accessionē adiungere ædibus. Accessio febris, annoꝝ, comitialis morbi, &c. Accessiones etiam fideiussores vocantur, burgen.

Angulari lapide.] Græcis vnica vox est, acrogoniæu, qua significatur summus lapis in angulo ædificij, qui solet esse validissimus. Est autem ablatiuus absolute positus, veluti dicas, in qua structura Christus summus est in angulo lapis. Et statim post eodē modo ponitur absolute.

Constructa.] Id est, coagmentata, siue commissa, siue coaptata. Hieron. legit cōpaginata. Ambro. compacta. Et est participiū præsentis temporis. Constructus, à cōstruo, is. Constructi dentes in ore. Cōstructio verbale, vt cōstructio hois, verboꝝ cōstructio.

CAPVT III.

Vinctus.] a, um, à vincio, is, nomē est, Græcis Δέσμιος, & ob id mollius cohæret cum genitiuo Iesu Christi.

Sacramentum.] Dicitur quod iurisiurandi sacratione interposita geritur. Sed hic pro mysterio, i. arcano secreto ponitur.

Concorporales.] Græce syssomata: quasi dicas, vnius corporis.

Præfinitio.] Græce prothesis, hoc est, propositum. A præfinio, is, præfinitus, a, ū. Præfinito aduerbium, vt præfinito loqui.

Paternitas.] Græce πατρια, id est, familia autore Hierony. Nam Latini vocāt patrias, cum ex radice multa generis turba diffunditur. A patre multa deriuantur, quę Laconismi gratia omitto.

CAPVT IIII.

Fluctuo.] as, significat iactor, commoueor à fluctibus, in dubio sum, vacillo, & instar nauis fluctibus agitor. Vnde fluctuatus, a, um, pro iactato. Fluctus, fluctuosus, a, ū, vndosus, pcellosus, ingetus, fluctuatim, iactāter, solute. Fluctuatio, vt stomachi fluctuatio. Animoꝝ fluctuatio. Fluctuans particip. Mare dicit fluctuare, & homines quoque. Animus fluctuat. Fluctuantur incerti animi. Animo & in re aliqua fluctuare. Dicimus & fluctuor, aris.

Junctura.] Commissio est, à iungo: ꝙd & cōmissura apte dicitur, sic vt vtrūq; se mutuo cōtingat, veluti membrum membro cōnexum. Vt boū iunctura. Iunctura verboꝝ. Iūctura posituraq; ligni scite, peritęq; facta. Hinc iūctus partici, vt iūctus illi cognatiōe. Quintio iuuctus hospitio. Iuncta matrimonio puella. Iunctio verbale. Iuncti m. aduer.

CAP. V.

Ius odorem suauitatis. Id est, redolentiæ, siue fragrantiæ.

Scurrilitas.] A scurra. Hinc scurrilis, & hoc scurrile, penultima producta, vt verbum scurrile hoc loco. Eutrapolia est Græcis, id est, facetia, siue lepos, nam in bonam partem apud philosophos accipitur. Sentit autem vrbanitatem scurrilem, & indignam graui viro. Scurrilis iocus. Scurriliter, aduerbium.

Idolum.] Penultima producta, Latine simulachrum: idololatres, vel idololatra, cōmunis generis, idolorum cultor: idololatria penultima pducta, cultura idolorum. Idolium, idolij, eyn bilderhaufs. Idolothytum, ti, bildopffer.

Psalmus.] Canticum, Psaltes cantor, Psalterium, organum laudatorium, Hebraice Nablon. Frequentissime replicatum.

Hymnus.] Laus diuina. &c.

Ecclesia.] Ecclesiæ, concio, cœtus. &c.

Lauacrum.] A lauo, lauas, balneum, in quo quis lauari commode potest. Hinc lauatrinæ quæ & aquariola dicuntur. Lauatrinæ olim dictæ sunt quæ nunc latrinæ.

Ruga, rugæ.] Non solum in corporibus dicitur, quæ fit ex cutis contractione, & præ senecta, sed etiam in vestibus, eyn falde. Ruga exterior est, sinus interior. Hinc rugo, rugas, & corrugo, corrugas, à quo corrugata frons, id est, caperata, matutina, rugosus item. vt: Acina rugosa. Cortex rugosus, frons rugosa. Rugare dicitur vestis. Testa rugata. Rugæ vestium, falten an kleydern. Ruga in arboribus. Ruga senilis arat, inquit poeta.

Sacramentum.] Id est, mysterium, hoc est, arcanum, sacrum occultum. &c.

CAP. VI.

Longeuus.] Cum diphthongo, quod est longi æui. Hinc longęuitas in sacris, insolens pro longinquitate ætatis. A, longus, a, um, multa manant, longinquus, longinquitas.

Disciplina & correptio.] Pro quibus, pædia & nuthesia, id est, eruditio siue institutio, & admonitio. Cæterum vtraquæ vox Græcis anceps est. Prædia, tum eruditionem, significat, cum castigationem à puero dicta. Hic pędalogia, pędagogus &c. Nuthesia, admonitionē & obiurgationem, siue correptionem, inde dicta, quod in animum alicuius ponas, & ingeras qd factum oporteat.

Ir-

Armatura.]Græce Panoplia dicitur. Ea vox semel significat quicquid ad armandũ in pugnam militem pertinet, quasi dicas omnia simul arma quæ ad virum pertinent, vuapungh oder harneſs.

Insidiæ,arũ.] Fallaciæ sunt, & techne, cuniculi,strophæq;. Hinc insidior,aris,& insidiosus,a,um. Insidiose aduerbium. Insidiosissime,& sceleratissime tractare aliquem. Spem falsam insidiose ostendere. Ita dicimus,vt insidiemur apris. Vt insidietur & obseruet. Conditio insidiosissima. Insidiosus latro. Insidiator,verbale vt. Viæ insidiator.

Diabolus.]Latine calumniator,& delator dicitur. Hinc diabolicus,a,um.

Colluctatio.] A colluctari,idem quod lucta,das ringen.

Mundi rector.] Græcis Cosmocrator dicitur, id est, mundi dominus,dictio Pauli noua & primum ficta, vt putat Hieronymus.

Galea.] Cassis à Galero, quo multi veteres vsi sunt. A qua galeati dicuntur, qui galeis armati sunt. Galeola cum accentu in antepenultimâ vas sinuosum à galeę similitudine dictum.

Tychicus.]Penultima correpta, vir Asianus, Apostolo dilectus,cooperarius, puto interpretari fortunatum:à Tyche, quæ est fortuna, sors,casus, euentus. Hinc τυχικός, id est, casualis, vt ita dicam,contingens: τυχρός tamẽ Græce dicitur fortunatus,fortuitus. τυχικῶς,fortuitu.

Incorruptio.] Græca dictio aphthartia, alias sonat immortalitatem, hic integritatem ac animi synceritatem, vacantis omni culpa,& vitiorum corruptela.

Epistolæ diui Pauli ad Ephesios
FINIS.

VOCABV-
LORVM QVORVNDAM
in epistolam ad Philippenses explicatio.

CAP. I.

Philippi. orum.] Vrbs Macedoniæ, à Philippo rege condita, prope quam Cæsar & Pompeius, deinde Augustus & Brutus pugnarunt. Hinc Philippicus,a,um, vt cãpi Philippici. Item Philippensis,& hoc Philippense,vt ciues Philippenses,& bellũ Philippense. Philippici etiam genus nummorum est,Philippeus,Philippei. Et Philippus Philippi,genus est aurei nummi. Philippus sonat amatorem equorum,siue bellicosum.

ἐπαφρόδιτος,Epaphroditos.]Penultima ꝑducta Græca vox,& commilito Pauli,Latine venustus dicitur,siue iucundus. Dicitur etiam ἐπαφροδίτη.

Diaconus.]Penultima correpta dicendum est non diacones: & Latine minister dicitur à διακονέω diaconeo,id est,ministro, & Diaconia, ministerium. Hypodiaconus est subdiaconus,& subminister, vt ita dicã.

Syncerus.]a, um. est integrum,purũ, incorruptum, immaculatum. Hinc synceritas,synceriter,syncere aduerbia. Cõtrarium est insyncerus. Reperitur & synceris, is,tertij inflexus. Horatius:

Syncerũ est nisi vas quodcunq; infundis acescit.

Adagium. Mens syncera,cor syncerum,pectus synceri. Simplex & syncerum. Hæc vt intelligatis syncerĕ à me & scribi & ꝑnũciari.

Euangelium.] Bonum nuncium dicitur.

Prætorium.] Domus Prætoris est & ꝑdomo iudiciaria sæpe vsurpatur à prætor.

Gratulatio.]A gratulor,aris, pro gloriatione capitur. Lætitia & gratulatio,dãckſagung. Gratulabundus, idem quod gratulans. Hinc dicimus: Gratulor tibi hanc rem. Gratulor tibi de hac re. Gratulor huic terræ, quod ab regionibus illis. Tibi pro opportunitate temporis gratulor &c.

Collaborare.] Est simul & pariter laboraret hic pro concertare,hoc est,in certamine adiuuare ponitur,mitthelffen.

CAP. II.

Consolatio.] A consolor, consolaris, penultima producta, Græce paracleſis dicitur. Hinc paracletus penultima producta,consolator,aduocatus. Consolo, consolas,actiue. Obsoletum. Nonius. Consolans. Consolabilis, consolabile. Vix consolabilis dolor. Cicero. Cõsolabile carmen. Consolatorius,a,um.

Forma.]Græce Morphe,quod speciem sonat aut figuram, quam in epistola ad Hebræos characterem vocat. Ambrosius specimen,siue exemplum. Hinc formula, & formare atq; deformare. Formator. Formularius,formularij. Formosus,a,um. Formositas. Formalis temperatura æris.

Exinanio.] Pro inanio. Nam Quintus Curtius libro quarto exinanire dixit ꝑ exhaurire, dicens: Ita vt nec circumuenirẽtur,

si arctius starent, nec tamen mediam aciem exinanirent. Hinc exinitio. Verbum exinanis nomine formatum, vt Exinanire ouũ, nauem, vrinam, aliquem. Vastare atq; exinanire agros vectigales.

Obediens.] Qui factus est obediens patri vsque ad mortem, in qua tanquàm ouis ad aram est ductus, & tanquàm agnus, cum tonderetur, obmutuit, nec cædentibus est comminatus, nec maledicentibus remaledixit. O salue exemplum obedientiæ, mansuetudinis, mitis animi, ac modesti, quod ferociindomito, ingrato, impio generi humano pater omnipotens ad imitandum proposuit. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius, non propter generis, inquit Hieronymus in Hieremiam capite vndecimo, super illo dicto priuilegia, non propter circuncisionis iniuriam, & ocium sabbati, sed propter obedientiam & deus efficitur populi Israel, & Israel populus eius. Similia in Esaiam capite quadragesimo tertio. Inter Augustini opera liber est, de obedientia & humilitate. Hanc de obedientia sententiam, quod omnium sit virtutum mater atque origo, repetit multis in locis libro primo cõtra aduersarios legum & prophetarum, & in de bono coniugali. Neque enim aliquid præcipit deus vel homini, vel angelo quod eius operequopiam beatissimus ille & nullius rei indigus egeat, sed obsequentem sibi & audientem dicto vult eum esse, vnde illud est, præstare sacrificio obedientiam.

Querela.] Est querimonia, questio, à queror questus. Hinc querulus, a, um, querimundus & querimoniarius. Sine querela, Græce amempti, id est, de quo nemo queri, conqueri possit alioqui sine querela est, qui de nullo queritur. Querela pacis Erasmi elegantissimus liber, notissimus est orbi.

Inuacuum.] Id est, frustra, incassum.

Epaphroditus.] Penultima producta, id est, venustus, iucundus: dictum primo capite.

Apostolus.] Latine missus, Hebraice Silas.

CAP. III.

Concisio.] A concido, cõcidis, penultima pducta discerptio, distractio. Distinguitur concisio à circuncisiõe. Concidi tur enim, quod discerpitur, & plane distrahitur. Circumciditur, quod expolitur resectis superuacaneis. Hinc cõcisus, a, um.

Ad destinatum.] Id est, secũdum scopũ, aut præfixum. Nam scopus est proprie signũ pfixum sagittantibus. Vnde ꝺd animo destinamus, ac præfigimus, scopus est.

Brabeum, siue Brauium.] Præmium ẽ, siue palma, quod datur certantibus, ac vincentibus, eyn Kleynot. Hinc brabeutes, æ masculini generis.

Configuratum.] Id est, conforme: à configurare deriuatur, gleichgestalt.

CAP. IIII.

Euodia, & Syntyche.] Nomina mulierum matronarum e Philippis ciuitate, quę concordibus animis erant in promouendo Christi euangelio. Nam.

εὐωδία.] Græca dictio est, & significat bonum odorem siue bene olẽs si cum ω mega scribitur. Non legendum enodia, siue vt plures libri hñt, euchodia, sed in correctissime.

συντύχη.] Syntyche. Latine dici potest secundũ Græcam etymologiam, simul aut pariter fortunata, vel confortunata, vt ita dicam: à Syon, id est, con, & tyche fortuna. Alij colloquens, siue confabulans interpretãtur. Num bene viderint ipsi.

Idipsum sapere.] Pro idem sentire, hoc est, cõcordes esse.

Etiam.] Adfirmantis est, Græcis ναὶ.

Germanus.] Id est, syncerus, verus, genuinus, genesios, natiuus. Hinc Germania, Germanicus, Germanitas, Germane, aduerbiũ, Germane, & fraterne, Germanales arbores Papinianus dixisse videtur, quæ ex iacto semine, vel sponte nascantur.

Compar.] Idem est quod par. Etiam dicitur socius seu æqualis, vt hoc loco. Sed Rhetores Compar id esse dicunt, quod duabus aut pluribus sententijs breuibus, & inter se paribus exigitur. Hinc comparare est adæquare, comparatio & comparatiuus.

Modestus.] A quo modestia, epiꝯes, id est, humanitas, siue æquitas. O modestũ ordinem. Modestum iter. Modestus vultu. Modeste, aduerbium.

Thessalonice vel Thessalonica.] Penultima producta, teste Bebelio, Macedoniæ metropolis est, vndè & regionis incolæ Thessalonicenses appellati. Sed hoc loco in Thessalonica adiectiuum est, vt subaudias ecclesia. Thessalonicensis adiectiuum.

¶ Epistolæ diui Pauli ad Philippenses FINIS.

DICTIONVM QVARVNDAM IN epistolam ad Colossenses explicatio.

CAP.

CAP. I.



Coloſſe,arũ.]Ciuitas eſt Phrygiæ quæ eſt in Aſia minore, haud ita procul à Hierapoli, & Laodicæa, quarũ & in hac epiſtola meminit Paulus. De Coloſſis vide Plinium libro ſexto capite xxxij. Et Strabonem Geographiæ ſuæ libro x. Et Vulgarium,qui ait: Coloſſæ ciuitas Phrygiæ,quæ nunc vocatur Chonæ, atque id liquet ex eo, quod vicina ſit Laodicæa. Hinc Coloſſenſes finitimi Laodicenſibus. Nec ſunt Rhodienſes, vt quidam opinãtur, ob nobilem illum Coloſſum, qui memoratur inter ſeptem mundi miracula.

ἐπαφρᾶς,Epaphras.] Mediam corripit, conſeruus Pauli & fidelis collega. Spumãs interpretatur.

CAP. II.

Philoſophia.] Si ipſum nomen interpretemur Latine, φιλία σοφίας, id eſt, amor ſapientiæ,& φίλος σοφίας, amicus ſapientiæ: cuius contrarium eſt, ἀφιλοσοφία, qua ſapientiam quis, & rationes auerſatur, vt Speuſippus ait. Porro ſi ſapientia deus ẽ, vti certe eſt Chriſtus, patris filius, Sapientiæ ſeptimo, & Paulus ad Hebræos primo dei filium ſapientiam patris nominat, per quam fecit mundum vniuerſum. Lactantius libro tertio de hoc multis rationibus cõtra philoſophos agit. Verſus eſt Pacuuij, nõ minus lepidus, quam grauis. Ego odi homines ignaua opera,& philoſopha ſentẽtia. Sed de hoc argumento à varijs ſunt multa conſcripta.

Laodicea.] Pe. prod. vrbs in Phrygia eſt, aut certe in confinio, Ptolemæo autore: & interpretatur populi iuſtitia. Nam Græca vox eſt compoſita. λαοδικεῖα, populus iuſtus interpretatur. Ciuitas in Aſia, quæ Dioſpolis olim dicebatur. Deinde Ros, poſtremo Laodicæa. Laos, populus, dice, iuſtitia.

Abſconditi.] Hic nomen eſt, non participiũ, id eſt, occulti ſiue arcani, apocryphi.

Chirographus.] Et chirographũ, penultima correpta, & Latine manus inſcriptio, handt ſchrifft, dicitur. Vt: Chirographum imitari. Suo chirographo miſit mihi literas. Chirographa ſunt quæ nos præſcripſimus in fidem alicuius. Aſconius dicit chirographa dici, in quibus tantum quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent. Hinc chirographarius creditor à Iurecõſultis ponitur pro eo, qui ſuo chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice. Der vmb ſeyn ſchult nichts dan ein hant ſchrifft hadt.

Triumphans & ſpolians.] Illud obiter admonendum, hæc & cætera participia hoc loco præteriti temporis eſſe.

Superſtitio.] Falſa religio eſt. Hinc ſuperſtitioſus, a, um, & ſupſtitioſe aduerbiũ. Vide Lodouicum Viuem in Cõmentarijs Diui Auguſtini de Ciuitate dei libro quarto capite xxx. Et alibi in eodem opere, & elegantiſſima inuenies, mihi non libet huc omnia inuehere ob libri breuitatem.

CAP. III.

Libido.] Græce hoc loco Pathos eſt, id eſt, morbus, aut potius mollities, vt de effœminatis & pathicis intelligas. Porro molliciem & Flaccus morbum appellat in Odis: Cum grege turpium morbo virorum, & cætera. Obſcœniora ſunt, quã vt hic ſcribantur vocabula, quamuis ijſdem Diuus Paulus vſus ſit.

Judeus.] A confeſſione dictus. Hic appella, recutitus, item & verpus dicitur. Iudæa Iudææ regio Iudaica. Iudaizare in Bibliis ſacris Græca forma dicitur, Iudæos imitari. Iudaiſmus, lex Iudaica, & vſus.

Scytha.] Qui e Scythia eſt, regione barbarica. Hinc Scythicus, a, um. Porro barbaro apponit Scytham, non quod is barbarus nõ ſit: ſed quod præ hoc reliqui barbari nõ ſint barbari.

CAP. IIII.

Τυχικός, TYchicus.] Penultima correfidus Pauli miniſter, & in Euangelio promouendo conſeruus, collega: ſonat fortunatum. Dictum eſt alias.

ὀνήσιμος, Oneſimus.] Penultima correp. fugitiuus Philemonis, & Græce vtilis dicitur: vt ſuo loco fuſius explicabitur.

Ἀρίσαρχος, Ariſtarchus.] Qui tametſi Iudaicæ gentis fuit, tamen ob fidei germanitatem à Diuo Paulo commendatur, & interpretatur optimus princeps. Nomẽ viri Macedonis Theſſalonicenſis.

Barnabas.] Conſobrinus Marci, & illis non incognitus, aliasq; ipſis commendatus. Interpretatur filius prophetæ, vel filius conſolationis. Actorum quarto.

Jeſus, τρισυλλαβῶς.] Cognomento iuſtus, & hic Iudaicæ gentis erat commilito Pauli, ſonat ſaluatorm. Iuſtus hic Latina vox, Græce tñ ſic ſcripta eſt ἰοῦς.

ἱεράπολις, Hierapolis.] Penultima correpta Phrygiæ ciuitas, aut certe cõfinis, autore Ptolemæo. Hinc Hierapolitanus. Et Latine ſacra ciuitas dicitur.

Δημᾶς, Demas.] Adhuc cum Paulo agebat: proprium nomen. Certe δέμας, Græcis corpus, forma, figura, funis dicitur. Sed hoc loco fortassis nihil ad rem, nihil ad chordam, nihilq; ad Bromium. Interpretatur popularis, vel plebeius, aut pinguis.

νυμφᾶ, Nympha.] Ambrosius (si modo non fallunt codices) existimat Nympham fuisse mulierem deuotam, vt vocant. Sed ἀυτοῦ pronomen apud Græcos additum, significat virum fuisse nō mulierem Nympham. Certe quicquid sit, Nympha Græcis sonat sponsam, nurum. Hinc nymphicus sponsalis. Nymphius sponsus, nymphocomus pronuba, & nuptam adornans, &c.

Ecclesia.] Latine congregatio, cœtus, concio. Sed opinor hic ecclesiam accipi non pro vniuerso cœtu, sed pro reliqua familia iam Christiana. Nam Græci interpretes putant Nympham magnatem aliquem ob id fuisse, quod domi habuerit ecclesiam.

ἀρχίππῳ, Archippus.] Præfectus Laodicensium, & Latine interpretatur princeps, seu præfectus equorum.

¶ Epistolæ diui Pauli ad Colossenses FINIS.

VOCVLARVM QVARVNDAM in Epistolam ad Thessalonicenses priorem explicatio.

CAP. I.

THessalonica.] Penultima producta Bebelio autore, Macedoniæ Metropolis est, vnde & regionis illius incolæ Thessalonicenses appellati sunt. Thessalonicensis, e, adiectiuum.

Sustinentia.] Hoc est, tollerantia siue patientia, expectatio, perseuerantia: à sustineo, es, quod ē patior, expecto. Barbare legitur pro patientia, non tamen contemno translatorem. A sustineo, es. Sustento, sustentas, frequentatiuū. Hinc sustentaculum. Sustentatio.

Diffamatus est.] A diffamari, hoc loco non in malam partem, sed pro exonuit, siue ebuccinatus est positum est. Iam vero palam falsum est omnia verba apud Latinos ad eundem modum composita, significare in malam partem, nisi forte dispergere, disiungere, dissoluere, atque id genus alia sexcenta, sunt in malam accipienda partem. Apud Græcos huiusmodi vox est quæ additā nominibus ac verbis id efficit, vt δυσχεῦν, δυσφημεῖν contraria εὖ, apud Latinos nō item. Certe Diuus Augustinus diffamare vtitur pro diuulgare, cum fama longe, lateque spargitur.

Profectus.] a, um. à proficiscor eris, profecta est, id est, manauit, siue peruenit, aut potius dimanauit, vt intelligas, id quod ante clanculum mussitabatur, iam cœptum publicitus prædicari. Hinc profectio, verbale, vt: Continuata plurium dierum profectione.

CAP. II.

COntumelia.] æ, conuitium: à contēdo, seu vt Vlpianus, & Seneca aiunt, à contemptu. Hinc contumeliosus, a, um, qui eam inferre solet, & contumelioſe aduerbium. Contumelia plus est quàm iniuria & cætera.

Error.] Apud nos tantum est decepti, at πλάνη Græcis est & decipientis. Vnde dici potest impostura. Et Planus Horatianus, id est, error, impostor, deceptor. De quo alias dictum est.

Sine querela.] Id est, iuculpate, irreprehensibiliter.

Contribulis.] Penultima producta qui ex eadem tribu est. Horatius:

Vt cum Pileola soleas conuiua tribulis.

Stamsgenosse.

CAPVT. III.

AThene, arum.] Vrbs Atticæ regionis, & rebus bellicis, & bonis artibus quondam celeberrima, nunc autem periit: & (vt ferunt) Parhysius id studij Athenæi translatum est. Nomen autem sumpsit à Pallade, dea sapientiæ, quæ Græce dicitur Athæna. Hinc adagium: Noctuas Athenas ferre, quibus abundat ipsa. A quo Atheniensis. Vide Lodouicum Viuem in commentarijs de Ciuitate dei Augustini libro decimo septimo capite nono.

CAP. IIII.

SUpergredior.] A gradior compositum, significat superius eo, superambulo, supero, vt est illud Prouerbiorum: Tu autem supergressa es vniuersas. Hinc supergressio hic in malam partem quasi violenter decipiat, qui supergrediatur. Omnem laudē supgredi, alles lobs vbertreffē, venusta oratio.

Vlinder.] Proprie iniuriarum vltor, & qui alterius causam suscipit defensandam, &

& vindicandam. Hinc vindiciæ, arum. dicũtur ſententiæ quæ in libertatem aſſerunt. A quo vindico, as. vlciſcor, vindicta, vltio. vt: vindicias poſtulare ſecũdum libertatem, & ſecũdum ſeruitutem. Vindicijs a c ſacramẽtis petere. Vindicatio verbale.

CAP. V.

Momentum.] Proprie ſignificat exiguam quãdam mutationem, & pene indiuiſibilem, quod Græci atomon vocãt. Hoc veteres etiam momen appellabãt. Hinc quodcunq; minimum poteſt momẽtum dici. Fortaſſis hic melius foret, articulis ſiue opportunitatibus. Sed nolo cornicum oculos cõfigere. A quo momentaneus, & momẽtarius. Hinc vulgare dictum: Momentaneum eſt quod delectat, æternum vero q̃d cruciat. Vnde Scotus Argentinẽſis graphice æternam pœnã libidinoſis depingit dicẽs: Ardet in affectu Venus anxia, ſordet in actu. Inficit & fœtet, quãdo patratur opus. Poſt factũ feciſſe pudet, cito præterit illud, quod iuuat: æternum quod cruciabit, erit. Momẽto, ablatiuus vice aduerbij. vt: Momento horæ arſura omnia. Vide Cholinum.

Diligenter ſcitis.] Id eſt, exacte noſtis, ſiue ad plenum ſcitis, vel nomine proprio, aut ipſis digitulis, certius.

Lorica.] Pe. pro. Græce Thorax, ea pars corporis eſt apud medicos, quæ pectus & humeros, ac ſcapulas complectitur vſq; ad ſtomachi ſedẽ. Vnde & veſtis, aut panoplia, id eſt, armatura hãc muniens, & thorax dicitur, eyn broſt krebs. Hinc loricatus, a, um. Loricula, æ. diminut. Lorico, as. vt: Loricata ſtatua. Loricati equites, ein harniſz angelegt. Lorica, loricula, ein ſchãtz, bollvverck.

¶ Epiſtolæ prioris ad Theſſalonicenſes FINIS.

DICTIONVM QVARVNDAM IN poſteriorem ad Theſſalo. epiſtolã explicatio.

CAPVT I.

Vt dignum eſt.] Inuenitur quidem & hoc apud Latinos: cæterum vſitatius, magiſq; Latinum eſt, vt par ẽ, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, Græci loquũtur, hoc eſt, ſicut dignũ eſt.

Exemplum.] Hic pro oſtenſione, documento, ſiue endigmate ponitur, eyn exempel, beyſpil, vorbild, vt: Ad illud exemplum fit. Capere exẽplum de aliquo. Expetere exemplum &c. innumera. Exemplar, aris. n. g. Exemplarium. ij. legitur Plinij libro vi. vbi forte exemplar legendum eſt.

Requies.] Anapauſis Græcis dicitur. Sed hic anefin, id eſt, remiſſionem, hoc eſt, refrigerium & refocillationem, ſiue relaxationem legunt, ne quis accipiat de remiſſione peccatorum. Hinc requieſco, is. Requietus, a, um, ſtill, gervvt. vt: Aruum requietũ. Lac requietum. Requietior, baſs geruvvet.

Pœnas dare.] Eſt pœnas luere, ſeu pendere pœnas. Pœnas reddere. Pœnas capere. Afficere pœna &c.

CAP. II.

Diſceſſio.] A diſcedo, is. Græcis eſt apoſtaſia, quod diuus Ambroſius vertit defectionem, nempe, cum aliquis deſciſcit à ſuo autore, ſeu principe. Hinc apoſtatare, & apoſtata, quorum hodie proh dolor innumera multitudo eſt, ſeruet me Ieſus Chriſtus ſua gratia, ne horum albo abſcribar.

Homo peccati.] Antichriſtus intelligatur, propemodum Lethæo didiſſem fluuio, qui ſecundum operationem erroris, id eſt, energiam & efficaciam ſeductionis, vel impoſturæ, ſeducturus eſt multos per prodigia, quæ facturus eſt, nimirum agente in illo ſpiritu immundo. Quandoquidem diuus Hieronymus arbitratur Paulum hũc ſumpſiſſe locum ex Eſaia, qui ſcribit: Dominus miſcuit ei ſpiritum erroris. Eſaiæ xix. capite. Vide eo loci diuum Hieron.

CAP. III.

Clarifico.] as. hoc loco pro nobilitare, & glorificare, ſiue celebre fieri poſitum eſt: à δοξαλογέω glorifico. à clarus, a, ũ. multa. Claritas. claritudo, Claro, as, are. i. clarum oſtendere. Clareo, es, ere. claret lumen. clareſco, is. clarificare, clarum reddere. clare aduerbium, vt: clare lucere. clare oculis vídere. Clare crepitare dentibus. clare dicere. clariſſime audire. clarius id periculum apparet. Clarigare, bellum indicere. Hinc clarigatio, eſt ipſa belli denũciatio, abſag.

Importunus.] a, um. quod caret portu, id eſt, quiete vbi nullus portus eſt. Hinc importunitas, quæ vt Donatus inquit, neq; loci, neq; temporis habet commoditatem, vel rationẽ. Sed hic p abſurdis & prodigioſis ponitur, D. Ambroſius legit, ab iniquis.

Inordinate.] Ατάκτως aduerbium, id ẽ, incõpoſite, ſiue turbulente. Frequenter hoc vocabuli hic ponitur pro inquiete. Ambroſius intemperanter legit. Ab inordinatus,

a,um.vt:Ex inordinato in ordinem adducere.Inordinati & incõpositi milites. Hostes inordinati & effusi.Pili inordinatissimi. Inordinata folia sunt pomis &c.

¶Epistolæ Posterioris ad Thessalonicenses FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM IN priorem ad Timotheum epistolam explicatio.

CAP. I.

Timotheus.]ei.pe.cor. Quãquàm id quidem nihil atttineat ad sententiam Pauli,tamen admonendum duxi, Timotheus pronunciandum antepenultima acuta,siue Græcam rationem sequaris, siue Latinam,quod contra nunc fit. Et licet optandum foret,vt hoc esset grauissimũ erratum in vita Christianorum,tamen fœdũ est,nos publicitus in re tam manifestaria ppetuo errare,nec bene monentibus obtemperare.

Doctrinis dæmoniorum.] Sunt disciplinæ, quas dæmones hominibus tradiderunt,vt magia,Astronomia,& omne diuinationis genus præter propheticum. Plato in Phædro dæmonẽ cui erat nomen Theuth, inuenisse scribit literas,Arithmeticam,Geometriam, Astronomiam,aleam,& ad Thamum Aegypti regem detulisse. Dialecticã quoq; hanc cõtentiosam & pertinacem, nõ dubium ab ingenio diabolico esse pfectam, q̃d in verum cõtraniti semper,& melius dicenti nunq̃ cedere,& falso vez gaudet vincere.Hæc Viues.

Genealogia, γενεαλογία.] Pe.acuta, secundum Græcos,Latine sermo de generatione,& origine dicitur.

Interminatis.] Ἀπεράντοις,id est,quæ finem nõ habent, videtur ab intermino,as. modo dicendũ sit Latine,manare, de quæstionum examinibus,& nunquàm finiendis.Cætera prudens mussitabo.

Finis.] Tam masculini quàm fœminini generis.Et est terminus, siue extremitas in vnaquaq; re, hoc est,id in quo vnaquæq; terminatur res.Ab hoc nomine sunt composita affinis,& cõfinis penultima producta.Hinc cõfines agri & cõfinium. Finio,is. finitores agrorum, quos agrimensores appellãt,finale,is,finitimus,a,um.Finitus participium.Finite aduerb,Finitio verbale, idẽ quod definitio.

Vaniloquium.] Græce matæologia. Quatenus ad pnunciationem attinet,matæologia non multum abest à theologia, nisi q̃d hoc vaniloquium est, illud deiloqum, re tamen inter se multum discrepant. Hinc vaniloqui,Græce matæologi dicuntur.Proinde nobis q̃q; cauendum est, ne sic sectemur theologiam,vt in matęologiam incidamus, de friuolis nugis sine fine disputantes,digladianteq;.Vaniloquẽtia,æ.Vaniloquidorus adiectiuum inepte à Plauto cõpositum,ait Petrus Cholinus.i.vana de donis loquẽs

Contaminatus.]a,um.à cõtamino,as. q̃d est,inficio, polluo, cõmaculo, cõspurco. Porro contaminati piaculo aliquo,à sacris arceri solent,vt bebeli & prophani,atq; anosñ,id est,qui alieni sunt à sacris,neq; deum, neq; homines verentes. Cõtaminatus, nomen.Cicero:Parricidijs contaminatissimus, & omni scelere coopertus. Contaminatus, & integer,contraria. Veritatẽ mẽdacio contaminare pessimũ est.Contaminare aliquid vitijs,p translationem. Homo multis flagitijs contaminatus.Nomen populi Romani scelere contaminare.

Plagiarius.]ñ.is dicitur q aliena mancipia subducit furto:quod genus furti plagium vocatur apud Iureconsultos. Quemadmodum qui sacra furantur, sacrilegi, qui de publico,aut principis fisco,peculatores,qui iumenta aliena abducunt, abigei: ita qui liberos,aut seruos alienos, plagiarij & fures mancipiarij dicuntur.Alias latissime explicatum.

In me primo.] Primo hic nomen est, non aduerbium.

Naufragium facere.] Latine dicitur. Quis enim vnq̃ dixit naufragare? Hinc naufragus,pen.cor.& naulum,schñflone,vt Iuuenalis in Satyra,cui initium: Stemmata qd faciunt.Præconem Chærippe tuis circũspice pannis,Cum Pansa eripiat,quicquid tibi Nacta reliquit,Iamq; tace, furor est post oĩa pdere naulum.Vide Chiliades Erasmicas.

Hymenæus, ὑμέναιος.] Et Alexander virorum,& hæreticorum nomina propria,q̃s tradidit Paulus Satanæ,vt discant non blasphemare.Certe Hymenæus deus est nuptiarum creditus,& carmẽ nuptiale,ein brautlid,alias Thalassio dicitur,vt celebrare Thalassionem,id est,nuptias, ab hymenos, idẽ, pelliculla virginali sic dictus:reliqua honestatis ergo mussabo.Vide dictionaria.

CAP. II.

Obsecratio.]Ab obsecro,as, quod significat per sacra rogo,vel opem à sacris

cris rogo, obtestor. Græcis dicitur proslipa-resis, id est, obsecratio. vt: Obsecrare prœcibus. Te obsecro ne facias. Si nefas est obsecrare à te pater. Te p amicitiã obsecro &c. Obsecro aduerbialiter positũ pro cedo, etiã veluti rogantis. Terent. Hem obsecro, an is est? Obsecro te quid agimus? &c.

Oratio.] Græcis proseuche precatio ẽ, quæ ad deum funditur, quasi proseche, quoniam attentione opus sit. Oratio autem oratorum logos dicitur. Hinc Oratiuncula diminu. Orator. Oratorius, a, um. Oratorie aduerbium. Oratorium, ij. Oratrix. Quintilianus lib. ij. cap. xv. Oratoria sic effertur, vt elocutoria, oratrix, vt elocutrix, ab orare oĩa & plura quæ transeo.

Postulatio.] Græcis Enteuxis. i. colloquium, vulgo vocant intercessionẽ, idq; sonat Greca vox. Porro Grecanicũ scholiũ ita distinguit hæc tria, vt dicat, Deesin vocari, q̃ rogamus, vt liberemur à malis, quod si verũ est, elegantissime d. Ambrosius vertit, deprecationes. Proseuchen esse, qua precamur, vt nobis contingant bona. Enteuxin autem, cum querimur de ijs, qui nos lædunt, & sic interpellationes dici possunt. Sed de hisce rebus fusius disserit D. Augustinus in epistola lix. ad Paulinum, si quis copiosius postulet edoceri. Et Erasmus in libello de Inuocatione Diuorum.

Sublimitas.] A sublime, excellentia est. Sed hic pro dignitate ponitur, & pro ijs qui in sublimiori loco positi sunt. Hinc ex sublimi vertice saxi. Sublimem abire. In sublime. Sublimiter aduerbiũ. Columella. Nec sublimiter potest, nec per longa spatia volitare. Sublime idẽ. Sublimo, as, are. Obsoletũ.

Pietas.] Proprie religio, siue dei cultus intelligi solet, quã Græci eusebian vocant, & erga parẽtes officiose haberi solet. Porro pietas est, vt inquit Cicero primo de natura deorum, iusticia aduersus deos. Est & pietas cultus erga maiores, aut sanguine coniunctos, qui quum est erga deos, religio nominatur. Erat & Romę sacellũ Pietatis ab Acilio dicatũ: vbi mulier habitauit illa quę ve ribus suis aluit patrem custodiæ traditũ. Festus: Ibiq; imago factum hoc exprimens visebatur, vt Valerius subindicat lib. v. Aedis pietatis in Circo Flaminio meminit Obsequẽs in prodigijs. Hæc Viues in August. de Ciuitate dei lib. iij. xxij. cap.

CAP. III.

Neophytus.] νεόφιτος. Latine nuper natus, aut nuper insitus. Sic eñ d. Paulus vocat recens baptizatum, quod à baptismo censeantur Christiani.

Bilinguis.] Et hoc bilingue. Græcè dilogus. i. duplex in sermõe. Hinc dilogia sermonis duplicitas.

Diaconus.] διάκονός, penul. cor. dictitandũ est nõ diacones, vt Gotthici proferũt, & ministrum significat. Hinc hypodiaconus. Hinc Diaconia, ministeriũ. Diaconicus. Diaconium &c.

Columna.] Basis, firmamentum, ac sedes veritatis, est ecclesia sacrosancta, atq; orthodoxa, catholicaq;.

CAP. IIII.

Dæmonion.] δαιμονίων, siue dæmoniorum potest hoc loco esse adiectiuũ, à δαιμόνιον, id est, diuinus. Nam in dęmonia nõ quadrant, sed in diuinos, qui fingunt se cum spiritibus habere commercium, idcirco adiecit in simulatiõe falsiloquorum. Dicitur etiam dæmon, onis. Hinc dæmonicus & dæmoniacus, a, um.

Pietas.] Est officiosus erga deos, patriam, parentes, sanguine cõiunctos cultus, deniq; gratitudo ijs qbus debemus. Hæc Lo. Viues in August. de Ci. dei. lib. i. cap. iij.

Cauteriatus.] a, um. Is dicitur, cui conscientia cauterio notata est. Nam ferro candenti notabãtur malefici stigmatis impressis cuti. Cauterium, ein breneisen. Cauteriũ in pictorum instrumentis cõtinetur. At isti nõ corpus, sed animum habent stigmaticũ, ob vitæ dedecora, quorum ipsi sibi conscij sunt. Vide Annotation. Erasmi.

Prohibentium nubere.] Cõtra hæreticos futuros. Secũdas nuptias Cataphryges nihil à fornicatione differre cẽsebant: vt Augustinus scribit ad Quodvult deum. Diuus Hieronymus (licet Μὴ δὶς πασῶν, ab omnis hæreseos nota fuerit) secundas nuptias non modo abominatur, sed primas etiam parũ probat, homo cęlebs, & cõiugio parę æquus, cõtra Iouinianum disputans.

Aniles fabulæ.] Sunt meræ nugæ, Siculæ gerræ, lyræ lyræ, quas diuus Hieronymus alibi vocat Hiberas nugas, hoc est, portentosas nœnias, quod apud Hiberos magica miracula narrarentur, vt apud Thessalos. Hinc Thessala mulier, venefica, & malefica dicitur.

Deuito.] as. compositum à vito, as. penultima producta, significat cauere, sicut & euito, est perfecte vito. Hoc loco Græcũ verbum abnuere significat, & deprecari, reijcere, & non admittere. Hinc dicimus: Mortẽ deuita-

deuitare incommodum, aliquem deuitare. Hinc deuitatio verbale.

Presbyter.] Latine senior dicitur.

CAP. V.

Anus.] us. generis fœmi. & prima correpta vetula dicitur ob annoꝝ multitudinem. Hinc anilis & hoc le. penultima producta, vt anilis fabula: anicula diminutiuum pro vetula. Dicitur & ancilla, vti docet Marcus Varro. Sed anus, ni. podex est, siue nates, honor sit auribus.

Vidua.] Dicitur à viduando, hoc est, orbando, desolando, & destituendo quasi orbata, destituta, desolata. Græcis chera dicit. Hinc viduertas pro desolatione & solitudine. Viduo, as, are. vt: viduare ciuibus vrbem. viduus, a, ũ. vt: Arbor vidua. Lectus viduus. viduum solum arboribus. viduitas, tatis. viduus vir.

Luxus, us.] Luxuria, & luxuries non solum pro re Venerea, sed etiam, & fere semp, propriéꝝ pro omni superfluitate, & nimia profusione, & sumptuosiore cibi, vestitus, & aliarum rerum cura dici solent. Hinc luxurio, &. or. (si Diomedi credimus) à quo luxuriatus, vt hic, & luxuriosus, a, um. nimium abundãs. Pro luxuriatæ fuerint, legit D. Hieronymus fornicatæ sunt. Hoc em̃ Græcus sermo significat. Nam σχνιᾶν lasciuire, seu ferocire est, quod deductum putant à verbo sterin, ceu metaphora sumpta à iumentis, q̃ cum pabulo ferociunt, auellunt habenas, & suopte arbitrio feruntur.

Materfamilias.] Geniti. Græcus ad imitationem Græcorum, qui fœminino, in purum a definentium genitiuos in as faciũt. Est autem materfamilias, vt docet Gellius lib. xviij. ca. vi. ea sola, quæ in mariti manu mancipioꝝ est, quoniam nõ in matrimonium tantum, sed in familiam quoꝝ mariti, & in sui hæredis locũ venerit. Festus scribit, non ante matremfamilias dici, quã vir eius paterfamilias appelletur.

Stomachus.] Os, ventriculus, siue receptaculum ciborum. Horatius: Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit. Hinc adagium: Mouere stomachum. i. bilem motitare, & ad iracundiam prouocare. A stomacho, stomachor, indignor. Stomachicus, q ex stomacho laborat. Stomachosus, a, um. q facile indignatur, & excandescit.

CAP. VI.

Pietas.] Fides & religio Christiana, cultus dei &c. dictum est. Porro nulla est hominis sapientia nisi pietas, non philosophia, nõ eloquẽtia, nõ reliquæ artes & disciplinæ mundo p̃claræ atq; admirabiles. Vnica hæc est ars nosse & colere deum.

Pugna verborum.] Eleganter D. Paulus vnico verbo dixit pugnas verborum λογομαχίας, cum isti iactent se totos in rebus esse. Logomachus, pugnator verborum.

Haud.] Aduerbium negandi. i. non, haudquanquàm. Gellius: Haudquaquã mihi displicebant. Haud dubium, vel haud dubie, id est, non dubie, & indubie &c.

Depositum, ti, substant.] Quod deponitur, hoc est, quod alicui sub fide traditur, vel quod pignoris loco dimittitur, hinderglegt, zuhalten geben. Et sic Cicero inquit: Quid si quis apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddes ne depositũ? Non reddere depositum maxima iniustitia est. Hinc depositorius, qui aliquid deponit. Sed depositarius, qui depositũ accipit, à depono, is. Hinc deponens verbum apud Grãmaticos &c. Depositus participium. vt depositã pecuniam recuperare. Depositus itẽ pro desperato. Depositio, ablegung.

¶ Epistolæ ad Timotheum prioris

FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM IN epistolam ad Timotheum posteriorem explicatio.

CAP. I.

Gratias ago.] Pro gratiam habeo. Nam ita mauult Valla. Et ad eundem modum legit Ambrosius.

Lois, dis.] Auia Timothei, proba matrona & mulier Christo deuota. λωίδη, melior. Nam λῴων prima acuta melius dicitur. Sed λωίων, ονος, ὁ. penult. acuta melior. vtrumq; m. g. apud Græcos.

Eunica.] Seu Eunice, mater Timothei, à victoria dictum vocabulum, quod probe vinceret. εὐνίκη. i. bona victoria.

Collabora.] A collaboro, as. i. simul affligere cum Euangelio, & particeps esto afflictionum, quæ prædicationẽ euangelij comitantur, penul. prod. In sacris legitur, mitt helffen.

Phygellus, Hermogenes.] Hi duo cœperunt Romæ auersari Paulum. Vterq; ipso vocabulo declarat inconstãtiam. Nam prior à fuga, posteriori à versatili Mercurio vocabulum est. φύγελλος, fugitiuus, ἑρμογένης, Mercurio genitus interpretatur.

ὀνησιφόρος, Onesiphorus.] Latine dicit vtilitatem,

tatem,aut commoditatem ferens. Nam ὄνησις vtilitas & iuuamen est: Græcis ὀνήσιμος vtilis. ὀνησίφορως ad iuuandum,aduerbium.

CAP. II.

Confortare.] A confortor,aris,impe randi modi.i.fortis,aut robustus esto. Insuetum est,& insolens verbum pro corro borare & confirmare,non tamen eleuo au toritatem translatoris.

Cancer.]Hoc loco morbus est,quē Græ ci carcinoma vocant, siue gangræna,ne qs animalculum hoc loco putet esse. Tetrasti chon haud inelegans, sed atrocius: Suadeo atrox compesce labrū,vel sæuus asilus. Quē culicem reris,mox tibi vulnus agit. Quod neq; Thessalicus Chiron,nec Apolline na tus Curabit: putris sed quasi cancer erit. Eu ricius Cordus Symphusius autor est olim in Helium Eobanum Hessum inuehens. Am bo mihi noti,sed iam vita functi. Alter poe ta, Alter et poeta, & medicus excellentes.

Serpo.]is,significat latēter repo,& quā doq; quasi in modū serpētis circūeo, & pau latim decurro. Hinc compositum inserpo, & proserpo,porro serpo. Hinc serpens,tis. participium. & serpēs,tis,nomen tàm mas. quàm fœm.g. ein kriechende schlang. Ser pula,læ.id est,serpens. Obsoletum.

Philetus.]φίλητος,Latine amabilis di citur, sed hic nomen apostatæ est cum Hy menæo,de quo.i.ad Timoth.i. Vir quidam qui à fide Christi excidit.

Docilis.]e.In Græco habetur διδακτικὸν didacticō,id est,idoneum ac paratum ad do cendum,magis quā imperiosum, nunc co gere malumus quā docere. Explicatū alias.

Nequando.]Latinius foret, si quādo, quod μή apud Græcos nō semper est negā tis aut prohibentis,sed nonnunquàm dubi tantis,vt apud nos num, aut si, νὴ Græcis ē certe. Næ tu bonus vir es.i.certe.

CAP. III.

Sēipsos amantes.] Philauti.i.sui aman tes,& sibi placētes,hoc est,suis commo dis studentes, & qui sibiipsis sunt Suffeni, Mæuiq;. Vnde dicta philautia cæcus, vt in quit Flaccus, amor sui. Id vitiū Plato malo rū omnium fontem autumat. Aristoteles. ix. Moralium libro satis indicat hanc φιλαυτίαν probrosam appellationem &c. Vide Chilia des adagiorum.

Cupidi.] Philargyri,i.pecuniæ cupidi & auari. Vnde philargyria pecuniarum cupidi tas & auaritia,à cupio,is. Hinc cupido, inis. f.g. Cupidus,a,um. Cupide aduerb. Cupi do,is.m.g. deus amoris, & pro ipso amore ponitur. Hinc Cupidineus,a,um. Cupidi tas &c.

Elati.]Græce alazones.i.glorioſi,vt ipse interpretatus est Paulus. Ambrosius elegit insolentes. Hieronymus fastidiosi. At suspi cor scriptum fuisse,fastuosi à fastu.

Inobedientes.] Id est,immorigeri,si ue intractabiles,refractarij,& rubo arefacto præfractiores,vt est in prouerbio.

Criminatores.] Diaboli.i.calumniato res siue delatores,à crimen. Hinc criminosus a,um. vt: Criminosa oratio. Criminose ad uerb. Criminor,aris. Criminatio.

Proditores.]Prodotæ.i. desertores a micitiæ & sodalitatis,à prodo,is. Proditus, participium. Proditio,vt proditio arcano rum. Proditiones amicitiarum,& rerum pu blicarum.

Proterui.]Id est,præcipites, siue teme rarij. Hinc proteruitas,& proteruia,vt pro teruiam fecit. Adagium est in eum qui de coxerit omnia. Vide Paræmiographum. Proteruus,a,um. Proteruum dictum aut fa ctum. Proterue aduerbium. Proteruia, ge nus sacrificij apud Romanos, in quo quod supererat ex sacris epulis, id igne absume batur.

Iannes & Mambres.]In Græco habe tur Iannes,& Iambres,quos Chrysostomus ait fuisse duos magos Aegyptios, qui por tentis ædendis certarint cum Mose. Exodi vij.quamquàm in Exodo non addantur il lorum nomina,sed quæ Paulus acceperit ex traditione Iudæorum, quam agraphon, id est,non scriptam vocant, aut certe à spiritu sancto: quasi vero hoc tātopere retulerit sci re magorum nomina. In Hebræorum no minum interpretatione legimus vtrumq; Mambres & Iambres similiter expositum, quasi nihil interfit Iambres sones,aut Mam bres. In Hebræo legitur Iamnai,quod inter pretatur rudens,siue affligens,aut depaupe rans, filius fuit Gad.i. Paral.v. Hinc Ianne idem significans. Et Iannes, vt hic, nomen incantatoris alterius, qui Mosi restitit, quū signa faceret corā Pharaone. Mambres idē Hebraice potest interpretari,mare cum ege state,vel paupertate. Et hic vnus ex illis qui restiterunt Mosi. Exodi.vij.

Iconium.]Vrbs Ciliciæ. Item vrbs Phry giæ,& Lycaoniæ. Græce sic Ἰκόνιον.

Lystra, Lystris vel Lystra.]Ciuitas ē Lyca oniq;,& dissoluēs sonat. Act.xiiij. Sed Lestris Græce,

Græce,prædatrix Latine dicitur, & λῃστὴς latro,prædo, ſicarius. Item: Lyſtra Actorum xxvij. In Græco ſcribitur Myra,& interpretatur virgultum,ſiue vnguentum odoriferum,Ciuitas Lyciæ. Vide Plinium libro v. cap.xxvij.

CAP. IIII.

Coaceruo.] As. ſignificat totum, vel ſimul aceruo,coniungo. Lactãtius li. v. Errores ſuos inſuper crudelibus factis co aceruauit. Hinc coaceruatio.

Magiſtros prurientes.] Didaſcalos,id eſt,doctores, & prurientes hic nominandi caſu eſt accipiendum. Knethomeni,id eſt, q titillantur & pruriunt auditu,vnde quærũt, qui ſcalpant aures voluptate orationis, non qui radãt veritate. Mordaci radere vero. Nõ occurrebat locus.

Delibor.] Penul. prod. ſignificat immolor, σπένδομαι, Græce legitur. Delubutus,a, um. pe. prod. participium eſt ſine verbo, vt: Delibutus capillus,id eſt,vnctus. Per metaphoram: Animus gaudio delibutus. Medicamentis delibutus. Penurijs delibutus.

Penula.] Eſt χλαῖνα, paludamentum, veſtis craſſa,ſuperindumẽtum hyemale, q̃d eſt pallij genus, non conſularis,vt quidam putant, ſed quo tegimur ab imbribus,pelliceum,vt putat Heſychius: quamquàm idem addubitet, num ſit ſcriniolum, alij putant eſſe thecam librorum. Hieronymus alibi lacernam vertit ſiue penulam. Hinc adagium: Aeſtate penulam deteris. Item: Rumpere penulam. Vide adagia Eraſmi. Penula ſcortea. Penula gauſapina. Penulatus.

Troas.] Dis. ciuitas Aſiæ maritima, eadem Antigonia dicta, prius Troia, & tota regio,minor Phrygia dicta. Hĩc Tros. Troianus,a,um. Troicus, & Troius,idem. Troiugena, Troianer.

Membrana.] Pellis ſuperior, quæ & pergamena charta,dicta quod tracta ſit detergoribus animalium. Hæ olim ex papyro in Aegypto fiebant. O ſupellectilem Apoſtolicam,penulam quæ defendat ab imbribus & libros aliq̃t haud dubie ſacros. Oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit. Membrana ligni,baſt,bergement. Hinc membranula,æ. Membranaceus,a,um. vt: Cortex membranaceus.

Aerarius.] ij. χαλκεὺς,id eſt,faber ærarius, qui in ære laborat,ne quis de quæſtore ærarij, aut cuſtode æris accipiat, vt quidam interpretati ſunt. Ab ære æreus,& æneus,a,um.

Eraſtus, ſiue ſtes.] Dictum pro amatore,vel amabili. ἐραστὴς, amator, amicus.

τροφιμος.] Antepe. acuta eſt Græcis. Latine nutritus,magnus,alumnus,nutritor. Ita habet Lexicon Græcum, vel educatus. nomen viri Epheſi.

Miletus.] E longa ciuitas in Aſia maritima,in qua Paulus Epheſiorum maiores alloquitur. Eſt & inſula eiuſdem nominis, non ignobilis in mari Aegæo, & Ionio ſita κίλικιον dicta.

Εὐβουλος, Eubulus.] Pe. prod. nomen à bono conſilio dictum,prudens,bene conſulens. Hinc ebulia bonum conſilium.

¶ Epiſtolæ ad Timotheum poſterioris FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in epiſtolam ad Titum explicatio incipit.

CAPVT I.



Titus.] τίτος, i. honorabilis. Diſcipulus diui Pauli, ac filij loco habitus ob eximias dotes. Hunc inſulæ nobiliſſimæ Cretæ præfecerat apoſtolus, & illinc abiens archiepiſcopum cõſecrarat: à τίω, honoro, Acto. xviij. Eſt nomen viri, cognomento Iuſti.

Sine crimine.] Quid peccatum & crimen differant docet Auguſti. tractatu. xli. ſuper Iohannem. Nã crimen ẽ, inquit, peccatum graue accuſatione & damnatione dignißimum. ideo apoſtolus Paulus,quando elegit ordinandos,vel presbyteros, vel diaconos, & quicũq; ordinandus eſt ad præpoſituram eccleſiæ,non ait, ſi quis ſine peccato eſt,hoc enim ſi diceret,omnis homo reprobaretur,nullus ordinaretur: ſed ait,ſi quis ſine crimine eſt. Sicut homicidium, adulterium,aliqua inuidentia, fornicationes,furtũ, fraudes,ſacrilegium,& huiuſmodi. Ad explicandum Auguſtini dictum ſatis.

νικόπολις, Nicopolis.] Vrbs in Epiro,quæ eſt in Actiaco littore, quam ita vocauit Auguſtus à victoria, quam habuit ibi de Antonio. Item alia in Aegypto. Victoriæ ciuitas,vel victorioſa ciuitas. Item Thraciæ ciuitas,quæ Hiſtro flumini imminet. Titũ iij.

Creta.] Inſula nobiliſſima, quæ ab occidente habet Hadriaticum mare,à Septentrione Creticum,ab oriẽte Carpathium,ab auſtro Aphricanũ mare. Hinc Creticus & Cretæus,a,um. vt vinum Cretæum. Cretenſis, à quo

à quo plura adagia. Cretes nescit Pelagus: Cretenses mẽdaces: Cretizare cõtra Cretẽsem: Cretensis contra Aeginitã. Vide Chiliades Erasmi.

Vaniloquus.]a,um. qui vana & inepta loquitur & effutit: Græce matæologus. Hinc vaniloquium, matæologia. Vanidicus,a, ũ, id est, vaniloquus. Plautus. Vaniloquentia, æ. &c.

Ventres.]Legendum est, non ventris. Nam ipsos ventres appellat homines abdomini deditos, quemadmodum & Lucilius ventri deditos, ventres appellat, & Terentius in Phormione: pugnos, inquit, in ventrẽ ingere, parasitum indicans. Iuuenalis. Montani quoq; venter adest abdomine tardus. Vide Adagia Erasmi. Ventres.

CAP. II.

Sobrius,a.um.] Hoc est, non temulentus, vigilans, vtrũq; significat vox Græca nephaleos. Hinc sobrietas, & sobrie aduerbium.

Pudicus.] a,ũ. Græce habetur semnos .i. grauis, seuerus, & honestatem præ se ferẽs. Hinc pudicitia, & pudice. Pudens. Pudibundus, a, um. Pudor, oris. Pudenter aduerbiũ.

In habitu sancto.] Græca perinde valẽt, ac si dicas, eo amictu, eoq; incessu, & corporis motu, qui deceat sacras matronas ac deo dicatas.

Domus curam habentes.] Hoc est, domus custodes, vt assidue domi sint, & rẽ domi curẽt, quæ præcipue mulierũ laus. Vnde veteres, autore Plutarcho, pingebant Venerem testudini insistentem, quod id animalculi nunquàm à domo discedat, symbolum probæ matrisfamilias.

Grauis.] Et hoc graue, dicitur homo constans, seuerus, ac sapientia præditus. Hinc grauitas pro firmitate, ac animi cõstantia, ac in vultu, moribus, verbis, rebus agẽdis quædam seueritas. Grauiusculus diminut. Grauiter, Grauedo, Grauedinosus, Graueolens, Graueolentia, Grauicors, Grauiloquus. Grauo, as. Grauatus particip. Grauor, aris. Grauate, grauatim aduerbia. Graueſco. Grauidus, a, ũ. Grauiditas, tatis. Grauido, as. Grauastellus, id est, senio grauis. Obsoletum.

Seculare.] Pro mundano hic capitur. Alioqui Latinis seculare dicitur, quod centesimo quoq; anno instauratur, vt Ludi seculares. Neq; enim est ab eo quod sequitur, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, in hoc seculo.

CAP. III.

Dicto obedire.] πειθαρχεῖν, quod est, proprie magistratibus parere.

Litigiosus.]a,um. à lite, siue litigio, qui pugnax est, iurgiosus, & contentiosus dicitur. Litigium tibi est cum vxore. Litigator. Litigatrix. Litigo, as. Qua de re nunc litigatis inter vos?

Lauacrum.] Penultima producta Bebelio teste à lauo, as. balneum, in quo quis lauari commode potest. Vide Aulum Gellium in Noctibus Atticis.

Genealogia.]Latinis est sermo de generatione & origine. Ambrosius originũ enumerationem interpretatur, à γενεαλογέω quod est quæro de genere, neutropassiuũ.

Pugnas leges.]Græce μάχας νομικὰς, id est, pugnas legales, quod diuus Hieron. explicans, quę veniunt, inquit, ex lege.

Artemas.]Siue ἄρτεμᾶς, Latine integer, incolumis, venustus dicitur. Alij ἀρτεμᾶν habent.

Zenas.] ζηνᾶς, olim legis Mosaicæ professor, & peritus: post insignis euãgelicæ tubæ præco & buccinator. Interpretatur viuens, Legisperitus quidam à ζῆν, quod Græcis est viuere.

¶Epistolæ diui Pauli ad Titum FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in epistolam ad Philemonem explicatio.

Philemon.] φιλήμων. pe. pro. in nomit in obliquis corripit eandem. Græci tradunt hunc genere Phrygem fuisse, quã nationẽ intractabilem ac seruilem esse, vel Græcis prouerbijs iactatum est. Phryx plagis emẽdatur. Et: Sero sapiunt Phryges. Imo ictus sapit. Quem tñ D. Paulus ob pietatem & officia in sanctos, inter p̃cipuos habuit amicos. Hic secundum Hebraicam etymum interp̃tatur mire donatus, siue os panis, ab ore non ab osse, si Hieronymo credimus super hãc epistolam. Interpretatur deosculãs, à φίλημα, quod est osculum, seu suauium.

Appia.] Ἀπφία. vxor est, & coniunx pudicissima Philemonis, castissimaq; Penelope, Paulo tanquàm soror vnice dilecta, sonat producens, siue pullulans.

Ἀρχίππος, Archippus.] Pauli commilito, & Latine præfectus, siue princeps equorũ dici potest.

Onesimus.] Seruus fugitiuus Philemonis. Est autẽ allusio ad nomen serui, quẽ cõmendat. Nã onesimus Græce vtilis dicit.

Et tamen produnt hunc Onesimum postea Romæ martyrij laureã meruisse.

Ad horam.] Id est, ad tempus, quãq; hora breuiculum tẽpus magis indicat, & Græci quoq; horam vsurpãt pro tempore, ꝗd ꝑpemodum imitatus est Horat. Qui purgor bilem sub verni temporis horam. Hinc dici mus: Ad horam nonã in anchoris expectauit, bisz vff die nundte stund. Ad hanc horam. Ad hũc diem. Ad vesperum. Ad solis occasum, ad multam noctem &c.

Ἀρίσταρχος, Aristarchus.] Latine optimus princeps. Nomen viri Macedonis Thessalonicensis. Actor. xix. & xxvij. ij. Coloss. iiij.

¶ Epistolæ D. Pauli ad Philemonem FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM IN epistolã ad Hebræos explicatio.

CAP. I.

Hebrei.] Dicti sunt Iudæi ab Heber, q fuit abnepos Sem filij Noe. Prius Heberæi cognominati, ac deinde vna detracta litera Hebrei, vt docet Augustinus li. xvi de Ci. dei. Hinc Hebraicus, a, um, vt lingua Hebraica siue Hebræa, id est, Iudaica. Heber, Genesis, xlvi. i. Paralip. iiij. vij. viij. vbi dicitur, Et Hezeci & Heber, interpretatur socius, aut particeps vel adhærens, incãtator, aut liuor. Item Numeri. xxvi. filius Brie. Heber item transiens, vel transitus, aut ira, seu pugnans, Syriace filius Sale. Geñ. x. Lucæ. iij. à quo Hebræi &c. Hinc Hebræa, transiens, irata, aut prægnans. Hebræi, transeuntes. Hebræus, Hebri, idem.

Multifariam.] Aduerbium, & significat quod multis modis fari potest, & multipliciter, sicut plurifariam. Hinc multifarie idem. Multifarius, a, um. à multo aduerbio multa. Multesima pars. Obsoletum. multitudo. Multibarbus. multibibus. Multicauatus adiectiuũ. Multicaulis, le. Multicolor. Multifacio. Multifer. Multifidus. Multiforis, e. &c.

Splendor.] Lux à splendeo, es. Græce lamprotes. Sed hic apaugasma, id est, refulgentia, siue relucentia, quod ex alio resplendet. Hinc splendesco, is. Splendidus, a, um, id est, lucidus, à quo splendide aduerbium, vt: Splendide acta ætas. Magnifice & splendide ornare conuiuium.

Figura.] æ. Græcis est character, quam dicere possis formam expressam ex alio, siue notam rei cuipiam impressam. velut in cera. Vox dicta à verbo charatto, quod est, insculpo, siue notam imprimo. vt: Noua figura oris. Hinc figuro, as. Figuratio verbale. Figurare os pueri per translationem.

Substantia.] Hic non pro facultatibus sumitur, sed pro hypostasi, id est, subsistentia à subsistendo dicta, quæ Græcis aliquando accipitur pro persona. Ex hoc verbo nata est magna digladiatio, quod Arriani exigerent treis hypostases, & verbum homousij non reciperent, das vvesen eins dings. Itẽ richtumb, haab, vnd gut.

Differentius.] Diaphoroteron, id est, excellentius, à differo, differs, tuli, latum. Hinc differens participium, vt: Differẽs causa. Hinc differentia, æ. Differitas, pro differẽtia. Obsoletum. Dilatio verbale. Dilatio temporis, comitiorum. Petere dilationem.

CAP. II.

Pereffluo.] is. compositum adparet à composito effluo, quod est extra fluo, & effundor. Vallo hic mauult legi præterfluamus. Chrysostomus interpretat pereamus. Certe Græcis est παραῤῥυῶμεν, id est, præterfluamus. Pereffluere inepta compositione legitur pro effluere. Saluo tamen honore interpretis.

Paulominus.] Aduerbium, mihi videtur, saluo perspicatiori iudicio, illud significare, quod apud Græcos βραχύτι, id est, breuiter, hoc est, ad breue tempus diminutus est ab angelis, non quo ad dignitatis immiutæ modum esse referendum, sed ad temporis modum, quo versatus est Christus in terris. Sic Chrysostomus, & Vulgarius interptantur, à paulo aduerbio, vt: Paulo amplius quàm priuatus. Cum paulo ante dedissem ad te literas, hoc est, dudum, vel nuperrime. Paulo magis, vt: Verbis delectari videtur paulo magis priscis. Paulo minus. Cicero. Vna in re paulo minus consyderatus, et vvas zevvenig. Paulo minus, pro propemodum vel pene. Suetonius. Quod paulo minus vtrumq; euenit &c. Paulo mox calefactũ vulneri imponatur. Rediit paulo post. Tibi dedi equidem illam paulo prius. Docti seiunctim, & scribunt, & legunt.

Repropitio.] as, are. & or, aris, quod est rursus propitium reddo, placo. Sed mea sententia, absq; tamen interpretis eleuatione, aut contemptu, verbum barbarũ pro pacare & reconciliare.

CAP. III.

Infensus.] a, ũ. Latinis dicitur, q aduersus tendit in quẽpiam. Porro Græcis prosochthin,

fochthin, est tædium, molestiamq; capere ex re quapiam. Deniq; Hebræis est Akut, quod tædij molestiæq; significationem sonat. Id circo diuus Hieronymus transtulit, displicuit mihi &c. Vt: Natura infensa hominum generi. Infensus & inimicus. Infenso atq; inimico animo in aliquem ire.

Si.] Abiurātis est, & perinde valet, quasi dicas, non. Aliquoties addimus, emoriar, si fecero, dispeream, ni optimum erat.

CAP. IIII.

NE forte.] μήποτε, id est, nequando.

Si.] Abiurantis est, id est, non: dictum priore capite.

Sabbathismus.] Vacatio facta post labores. Sabbathum quies, ruv. Hinc sabbatharius, ij. obseruator sabbathi.

Anceps.] Adiectiuum omnis generis, à capite deriuatum. Dictum quasi dubij capitis. Est & anceps duplex. Interdum quod ex vtraq; parte acutum est, vt hoc loci, gladius anceps. Aliquando pro ambiguo ponitur. Vergili. Anceps pugna diu. Anceps animus, casus, fortuna belli, disputatio, via, cibus &c.

Medulla.] Dicta est, quod in ossibus media sit, marck. Hinc emedullare, & emedullatus. Medullitus aduerbium. vtt Medullitus amare.

Discretor.] A discerno, is. i. separator, diuisor, vt ita dicam. Hinc discretus, & discretio. Sed hoc loco κριτικὸς habetur, id est, iudex, siue qui iudicare possit. Hinc critici Latinis dictitantur iudices, à κρίσις, iudicium, sententia, causæ dictio, accusatio.

CAP. V.

POntifex.] Masc. ge. sacer magistratus (vt inquit Sceuola) à posse, & facere dictus. Vel, vt ait Varro, à ponte, quia sublicius pons à pontificibus factus est primum, & restitutus sæpe. Hinc pontificatus & pontificius, a, um. pontificalis. vt: Cœna pontificalis, est dubia & opipara. Pōtificium ius. Pōtificium, ij, substantiuum. Pontificia, orum. pluralis numeri.

Aaron.] Summus sacerdos & pontifex. frater Mosi, vel rectius Aharon, potest interpretari mons siue montanus, si etymologia accipiatur ab hoc significāte mōtem, quare etiam media syllaba aspiranda venit, cum scribatur per He. Exodi quarto. Hinc Aharonicus. a, um.

Melchisedec.] Latine rex iustitiæ dicitur. Baptista Mātuanus inflexit, dicens: Melchisedecis erat, hemistichion est.

Elementa.] Sunt primæ literarum notæ. Horatius lib. Sermonum. Quid vetat: pueris olim dent crustula blandi Doctores, elementa velint vt discere prima. Elemēta loquendi. Elementa puerorum. Elementarius. vt: Elementarię litere. Iulius Capitolinus.

CAP. VI.

INchoatio.] Ab inchoo, as. quod est incipio, exordior. Hoc loco primordium, siue principium potest dici, vtpote de catechumenis initiandis, qui adhuc rudes sunt in Christo, intelligens. Hinc inchoatiua verba à Grammaticis dicuntur, quæ initium & incrementum rei significant. Dicimus inchoare philosophiam, virtutem. Mancū atque inchoatum. Maturitas inchoata. Inchoare in Verg. vi. Aeneidos pro perficere. Tū Stygio regi nocturnas inchoat aras.

Ostentui habere.] Est infamare, traducere, deridere, derisui habere. vt in Matth. siue ludibrio exponere.

Ostentare.] Semper in malam sonat partem. Sed hic ostendere est monstrare, exhibere, & præstare. Hinc ostentator, ostentatio.

Nisi.] Hoc loco aduerbium est confirmandi, & iurantis. Nihil enim aliud est iusiurandum, quàm vehemens confirmatio. De nisi coniunctione vide Cholinum.

Ancora.] Dens ferreus, quo nauis in aquis remoratur, & retinetur, ein ancker. Hinc ancorarius, a, um. vt funes ancorarij. Item ancorarius substant. qui curam ancorę habet. Ab hac plura adagia: Sacram ancoram mouere, siue tollere. Ad sacram ancoram confugere. Ancora domus, ancoras tollere. Vide Parœmiographum. Vnde distichon elegans mihi ignoto autore. Ne tempestatum vis auferat, ancora sacra, Quo mentem figas, est iacienda tibi. Item: Sacra hæc ancora non fefellit vnquàm, Semper sit nixa mens honesto.

CAP. VII.

MElchisedec.] Interpretatur rex iustitiæ. Nam melech Hebręis rex dicitur, Zedek iustitia. Melchisalem vero regem pacis exprimit.

Genealogia.] Latine sermo de generatione, seu origine est. Sed sine genealogia, Græci vna voce exprimunt agenealogetus, quod vere sonat, quasi dicas, cuius generis origo non possit reddi. Dictum alias.

Patriarcha.] Latine patrum princeps.

Leui.] Interpretatur adhæsio. Hinc Leuites, vel ta, penultima producta, & Leuiticus, a, um.

Vt ita dictum sit.] ὡς ἔπος εἰπεῖν, id est, vt sic dicam, nusquàm alias est apud Paulum.

CAP. VIII.

Capitulum.]Cephalæon, id est, summa, siue caput. Sentit enim se compendio dicturum, quod fusius disseruit. Item capitellum, aliud dimi. Capitulum, vox blandientis. vt: O capitulum. Item in columnis, à caput.

Minister.] Liturgos, quod non simpliciter sonat ministrum, sed administratorem sacrorum, & qui fungatur officio sacerdotij pro alijs. Hinc ministerium. Ministra, æ. à ministro, as. Ministrator, trix, torius, a, ũ. Ministratorij vrceoli.

Propitius.] a, um. quod est placidum, fauensq;. Hinc propitio, as. & or, aris. propitiabile, propitiatorium, propitiatio, sacrificium. Propitiator.

Antiquare.]Est euacuare, abolere, & ad statum pristinum reuocare. Festus. Et antiquare est confirmare. Liuius: De plebeio senatu antiquabant, id est, confirmabant. Ab antiquus, a, um. Hinc Adagium: Antiquiora diphthera, scilicet in qua creditum est olim Iouem omnium facta scribere. Antiquior quàm Chaos, idem. Antiquitas denominatiuum. Antiquitus aduerbium temporis. Antiquarius, a, um. vt: Antiquarij homines dicti sunt. Antiquare, abstellen, abthun. Itẽ antiquatio verbale, abolitio, abstellung.

CAP. IX.

Sanctum seculare.]τὸ, τε ἅγιον κοσμικὸν, id est, sanctum mundanum, vt ad verbũ reddam. Seculare dicitur, inquit Bulgarius, quia ab oñibus adire permittebatur, vt vulgatior esset hic in tabernaculo locus, & notior, vbi & Iudæi & Nazaræi, & Proselyti, & Græci consisterent, & quoniam & gentibus, id est, seculi hominibus patebat accessus, seculare hoc dicit. Sic Erasmus in Paraphrasi. Olim quidem & vetus illud templũ, cuius religio successione veritatis Euangelicæ iam euanuit, habebat ritus quosdam, statasq; ceremonias, quæ obseruatæ iustitię speciem haberent: habebat sanctimoniam quãdam, sed mundanam, nimirum in rebus extrarijs, ac vilibus sitam, cuiusmodi nonnihil videtur & apud gentes. Hactenus illi.

Vrna.] Vas aquarium, eyn eymer, ad hauriendum aquam. Hinc vrnula diminutiuũ, ein eymerlin, geltlin. Vnde vrna imaginis mortui. Vrna mensura continens quaternos congios. Vrnalis, e. Vrnarium, ij. Vrnula, æ. diminutiuum.

Propalare.] Est manifestare, in longum crescere. Hinc propatulum, late patens & apertum. Et res in propatulo est, id est, in publico, & in confesso. Non hinc deriuatur propatulus, a, um. sed per se, vt dicunt, nomen adiectiuum est. Propalare probat Calepinus ex Columella, vbi nunc propagare legitur.

Per amplius.]Duæ sunt dictiones, idẽ, per id quod amplius, siue maius erat secundum Græcam sententiam.

Testamentum.] Hebræis sonat Berith, id est, pactum, siue fœdus, à testis. Hinc testimonium. Testor, aris. Testatus, a, um. Testatio. Testificor, aris. Testificatus, a, um. Testificatio. Testamentum componere, facere, conscribere, irritum facere. Ruptum & ratum testa. Testamentarius, a, um: vt testamentariæ tabulæ. Lex testamentaria. Testamentarius, ij. substant. Scriba, scriptor testa.

Coccinea lana.]Potius coccina, à cocco, quæ adhibetur tingendæ purpuræ.

CAP. X.

Vmbra.]Est obscuritas, & etiam quod facit obscuritatem, vel quod impedit solem, vt frondes arborum. Hinc vmbella, instrumentum quod in æstu tenetur cõtra solem, ne facies lædatur, etiam diminut. A quo vmbraculum, vmbro, as. tego, adumbro, as. Verũ vmbra nihil repræsentat præter extrema quædam corporis liniamenta, vnde rudis illa priscorũ pictura cœpit. Vmbraticus, a, um. vt: vmbraticæ literæ. vmbratilis, e. vmbrifer, a, um. vmbrosus, a, um. Vmbria, regio Italiæ.

Imago.] Proprie dicitur, cuius generatio est per imitationem, vt filius est imago patris. Ponitur interdum pro quacumq; similitudine. Hinc imaguncula, imaginosus, a, um. Vnde speculum imaginosum. Imaginarius, a, um. imaginarij, imagino, as. & or. & imaginatio, imaginabile. Hic ipsam imaginem, pro vera, & expressa, quæ rem totam, vt est, repræsentet, posuit.

Indesinenter.] Id est, incessanter aduerbium, on vnderlass. Ab indeses, nit faul, traeg.

Presto est.] Hoc est, adest, præsens est, præsidio est, fauet, iuuat, aduerbium vt nonnulli volunt, alij nomen indeclinabile omnis generis esse dicunt, significat p̃sens, & verbo Sum, es, est iungitur, gegenvvurtig, habetq; easdem significationes, quas adsum.

Aliquantulum.] Diminutiuum ab aliquans

quantum, aduerbium. Dicitur & aliquãto, aljquantiſper, id eſt, aliquanto tempore. Aliquantillum pro hoc dixit Plautus, ab aliquantus, a, um. vt: Timor aliquantus. Saluſtius. Vſuræ aliquanti temporis. Aliquantulum interdum eſt nomen &c.

CAP. XI.

ARgumentum.] Hoc loco elenchus eſt, id eſt, indicium, ab arguo, is. Hinc argumentor, aris. Argumentatio. Argumentoſus, a, um, vt: opus argumentoſum. Apis argumentoſa, dixit Diuus Ambroſius in vita Cæciliæ virginis.

Subſtantia.] Hypoſtaſis, i. certitudo, & id cui aliquid innititur ac fulcitur &c.

Habel.] Vanitas Gene. iiij. & ſcribitur per He in exordio. Sed ſi per Aleph ſcribatur, ſignificat luctũ. i. Reg. viij. & planiciem. Nume. xxxiij. Abela etiam luctus.

Elegans.] tis. nomen eſt, non participium, ab eligo, is. hoc eſt, cultum, ornatum, politum, pulchrum. Hinc elegantia, & eleganter. Hinc loquimur: Elegans formarum ſpectator. Elegantem regem narras, idem. Elegans in omni iudicio. Elegans homo. Vir mundus & elegans. Elegans in cibis. Materies criſpioris elegantiæ. Elegantia ſermonis differendi. Eleganter diſputare. Eleganter acta vita. Acceptus eleganter &c.

Ludibrium.] Deluſio, irriſio. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus. i. deriſui, & contemptui, ſpott. ſpotvverck. à ludus, vt: ludibrio eſſe alicui. Haberi ludibrio. Idem ludibrio læſum iri ab aliquo.

Melote μηλωτή.] Siue melota, pen. pro. pellis ouina, aut cuiuſuis quadrupedis. Sicut leonte dicitur exuuium leonis.

CAP. XII.

NUbes.] Hoc loco, ingens turba, ac multitudo teſtiũ eſt, vndiq; cingẽs & circundans nos, vt: nubes peditum, per tranſlationem. Nubis in nominatiuo dixit Plautus. Hinc nubecula, æ. diminutiuum. Nubifugus, a, um. Nubigena, æ. m. g. ex nube genitus. Nubilus, a, um. Color nubilus, nubilum, nubilarium. Nubilar, is, idem. Nubilo, as, lor, aris, deponens.

Author.] Conſummator: Græci hoc loco clarius exprimunt dicentes archegon, & telioten perinde quaſi dicas, inceptorem, & finitorem, vt idẽ Chriſtus ſit author initij & finis. Suaſor & author. Hortator atq; author. Authoritas. Authoro, as. Authorati milites. Authoramentum, lon, vergeltung, beſoldung.

Diſciplina.] Hic pro caſtigatione ponitur, Græci pædian vocant, licet Valla non ſatis probet, tamẽ reperire licet apud probos autores, præcipueq; Suetonium, pro ſeueriore inſtitutione, gubernationeq; cuiuſmodi ſolet adhiberi primis annis. Diuus Auguſtinus diſciplinam interpretatur, cũ quis moleſtijs eruditur. Hinc diſciplinæ & artes Græcorum. Colere diſciplinam. Diſciplina & ſcientia. Tenere diſciplinam, diſciplina temporum. Diſcipulus, li. Diſcipula, æ. Diſciplinalis, e. vt: diſciplinalis ſcientia.

Adulteri.] Opinor adulterini hic legendum pro ſpurijs & illegitimis, quos Græci ſimulq; Latini vocant nothos. Hebræi, ſi recte memini, manzeres, alij manizetes.

Sion.] Titulus, aceruus lapidum. Eſaiæ. lxi. Sion per ſe inquietus. Deuteron. iiij. vbi quidam male legunt Sanit. Hinc Sionius, a, um.

CAP. XIII.

CHaritas fraternitatis.] Græcis eſt, vnica vox philadelphia, id eſt, fraterna charitas, hoc eſt, charitas Chriſtianorum inter ſe mutua.

Hoſpitalitas.] Græce xenia, proxenia, philoxenia, eſt ipſa facilitas, & in recipiendo in hoſpitium benignitas, humanitasq;, ab hoſpes. Hinc hoſpita, tæ. & hoſpita neu. ge. Hoſpitalis, hoſpitium. Hoſpitor, & hoſpitaliter loquor. Itẽ inhoſpita teſqua, ſunt loca inculta, & difficilia, in quibus ſine difficultate hoſpitari, & eſſe non poſſumus. Horatius pri. li. epiſtolarum.

Connubium.] Matrimonium eſt, viri & fœminæ coniugium, cui apud Ethnicos etiam maximus habitus eſt honos, ob fauorem publici commodi. Hinc connubialis, & le. vt fœdus connubiale, à connubo, as. pe. prod. Connubio permiſta troglodytis herba.

Thorus.] Græce κόιτη, hoc eſt, cubile, lectus. Hinc thorulus dimi. paruus lectus, alij ſine aſpiratu ſcriptitant. A quo torale, & per apocopen toral. i. mappa longa.

Horatius:

Nec turpe toral, nec ſordida mappa.

Venarum tori. Toroſus, a, um. vt: Toroſa herba. Vitis toroſa.

Præpoſitus.] Qui aliquibus rebus præfectus eſt, à præpono, is. Verum quod præpoſitus & prælatus, ſint nomina dignitatis, nuſquàm legi apud probos autores. Sed hi Latine dici poſſunt Antiſtites eccleſiæ. Vide quàm ſcite Diuus Auguſtinus libro decimo quarto de Ciuitate dei, capite xxviij. ex-

preſſit duobus verbis, videlicet, Et præpoſiti conſulendo, & ſubditi obtemperando, optimam reipub. formam, multis verbis ab aliꝭs deſcriptam, vbi magiſtratus nõ regunt, non imperant, ſed velut in excelſiore poſiti ſpecula inferioribus conſulunt. Vnde dicti ſunt veteres illi conſules, & ſubditi non obluctantur, nec detractant conſilia, ſed modeſte & ſedulo exequuntur. Præpoſitus bello imperator, den krieg zu furen verordnet. Præpoſitio verbale. Et apud Grammaticos pars orationis.

Solatium.] Pro ſolatio Græcis hoc loco eſt paracleſis, id eſt, exhortatio. Oblectamentum & ſolatium. Solatium & fomentum dolorum. In ſolatio eſſe. Solatio eſſe. Dare ſolatia, præbere ſolatium. Vti ſolatio. Conſolari ſe ſolatio & cætera. à ſolor, aris, troſten.

¶ Optime lector, nihilo minoris velim eſſe tibi hanc epiſtolam, quod à multis dubitatum ſit, Pauli eſſet, an alterius. Certe cuiuſcumq; eſt, multis nominibus digna eſt quæ legatur à Chriſtianis, Pauloq; adſcribatur.

¶ Epiſtolæ ad Hebræos
FINIS.

PRAEFATIONIS IN ACTA APOſtolorum explicatio: Canit Pſalmiſta &c.

DUdum.] Aduerbium, quaſi diu, dum eandem vim habet quã iamdudum, ita vt quandoq; diem non tranſcendat, vt dudum intraui. Dudum te expecto, id eſt, hora eſt, vel duæ, vel treis ſunt ex quo intraui, & ex quo te expecto. Interdum etiam tranſcendit diem vt iamdudũ, id eſt, iam olim. Quando dudum, quamdudum iſtuc factum eſt? Dudum p antea &c.

Ceruix.] Poſterior pars colli, der nackẽ. Hinc eſt, quod qui nec flecti, nec cogi poſſunt, duræ ceruicis perhibeantur. Sed duræ ceruici paranda eſt ſecuris. Hinc ceruicoſus, a, um. pro duro, & inexorabili. Angelus Politianus nouum finxit verbum: Incuruiceruicum pecus. Vide verborũ Copiã Eraſmi.

Hiſtoria.] Latine narratio eſt &c. Hinc hiſtoricus, a, um. vt: hiſtoricum genus. Hiſtoricus, ci ſubſtantiuum. Hiſtorialis, e, & hiſtoriographus, & hiſtorice.

Texo.] Is. proprie ſignificat telam ſtruere. Per metaphoram pro componere, facere, fabricare, colligare, vt hiſtoriam, tabellas, & huiuſmodi, ponit. Sic hoc loco capitur. Hinc textor, textrix. Textura, textrina, textilis, & hoc le. textim, & textricula diminutiuum à textrix. Textus, us. & textum, ti. Textrinum, ni.

Animaduerto.] Significat intendo, cogito, intueor, conſidero, animumq; illuc verto. Aliquando ſignificat punire. Hinc animaduerſio, & animaduerſor, id eſt, punitor, conſiderator. Animaduerſus particip.

Bithynia.] Regio maioris Aſiæ, vt Solinus ſcribit & Serenus t primũ Bebrycia, poſtea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. Hinc Bithynus, & Bithynicus, a, um. Confinis, Galatiæ, Miſiæ, & Paphlagoniæ.

EXPLICATIO DICTIONVM QVArundam in Actiones Apoſtolorum.

CAPVT I.

ACtus Apoſtolorum.] Græce πράξεις, quod Cyprianus vertit acta. Diuus Hieronymus interim actiones: interim acta vocat. Cæterum actus maſculini generis, reperitur quidem, ſed in carmine, vt apud Lucanum: Licet ingentes abruperit actus. Verum acta magis vocantur, quæ iudiciꝭs, aut teſtamentis, aut conſimilibus modis tranſiguntur. Proinde ego geſta malim, quã acta. Eligat quiſq; quod velit. Abago, is, egi, actum. Hinc actito, as. Actitatus. Actitatio. Acto, as. frequentatiuum nõ eſt in vſu. Actum, vt actum eſt. Actum agis. Actus participium. Actus, us. verbale nomen ab agendo, handlung. Actuarius, ij. denominatiuum, à verbali nomine actus. Item actuarius, a. um. vt: Actuariæ naues. Actuariolus, a, um. diminutiuum. Actuoſus, a, um. Actuoſe aduerbium qualitatis, & cætera.

Primum.] Hoc loco pro priorem, ſiue ſuperiorem ponitur. Nam πρῶτον apud Græcos ſæpe vice comparatiui vſurpatur.

Theophilus, θεόφιλος.] Sonat amicum dei, vel dilectum deo, quod vtrum proprium ſit nomen, an epitheton piꝭ lectoris, aliꝭ diſputent. Ego proprium hominis vocabulumputo.

Conueſcens.] A conueſcor, id eſt, comedens, modo mendum non ſit. Aliꝭ conuerſans,

sans, quod magis sequentibus cohæret, legunt. Certe in Græco συναλιζόμενος habetur, id est, congregans. Vide Annotationes Erasmi.

Si.] εἰ. apud Græcos frequenter est interrogantis, & pro num siue an vsurpatur. Si in hoc tempore, id est, num, siue an in hoc tempore, &c. Vide Cholinum, & Dasypodium.

Momentum.] Proprie significat exiguam quandam mutationem, & pene indiuisibilem, quod Græci Atomon vocant, dictũ. Hinc tempora & momenta, id est, χρόνους ἢ καιροὺς Græce, hoc est, tempora & articulos, siue oportunitates. Quanquàm apud Græcos nonnunqnàm pro χρόνος vsurpetur, at non contra.

Iter Sabbati.] Hoc est, fere passus bis mille. Nam diuus Hieronymus scribens ad Algasiam quæstione decima indicat, Iudæis religiose obseruatum esse, ne Sabbatis ambularent supra bis mille passus.

Petrus & Jacobus.] Suspicatur Erasmus incuria librariorum esse factum, quod hic perpetuo non distinguantur Apostolorum iuga. Ipse tamen nihil ausus est immutare, cum non suffragarentur exemplaria, neq; interpretes idonei. Porro apud Matthæum x. & Lucam vi. per iuga, hoc est, paria recensentur. Primus Simon, qui vocatur Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus filius Zebedæi, & Iohannes frater eius, &c. quemadmodum & hic nonnulli recensentur.

Cenaculum.] Hic cœnaculum non significat eum locum in quo cœnatur, sed superiorem domus partem, id quod Græca vox indicat ὑπερῶον, id est, tabulatum, locus æditus, palatium, solarium. Alias copiose dictum.

Possedit.] Hoc loco pro parauit. Neque enim Iudas possedit hunc agrum, verum ea pecunia paratus est is ager. Porro de mercede iniquitatis allusit, ni fallor, ad cognomen Ischariotæ, quod Hebræis sæcær mercedem sonet.

Achseldemach.] Græci scribunt acseldema, propius accedentes ad vocem Hebraicam quàm nos. Hebræis ahala fundus est, siue facultas, daem sanguis, etiamsi diuus Hieronymus indicat nomen esse Syrum. Dictum Matthæi xvxij. ager sanguinis.

Iustus.] ἰοῦστος, nomen Romanum, quod cognomen olim inditum fuit Aristidi apud Athenienses. Explicatum alibi.

CAP. II.

Pentecoste.] A penteconta dici potest quinquagenaria, quoniam hæc dies à resurrectione domini distat quinquaginta diebus. Nam Pentecostes Latine quinquagesimus dicitur. Dies hic singularis est numeri. Itaq; compleretur legendum est Augusti no subscribente li. aduersus Felicem primo capite quinto.

Conuenit.] A conuenio, media prod. est in simul, siue in vnum congregari. Hinc conuentus, us, & conuentio. Conueniens, participium. Conuenienter, aduerbium. Conuenientia, conuenientiæ. Conuentus, participium. Conuenta pax. Conuenticula, orum. Conuenæ, arum.

Parthi.] Inter flumen Indum, quod ab Oriente est, & Tigrim, quod est ab Occasu siti sunt. Hinc Parthia regio eorum. Cæterum Parthi lingua Scythica exules dicuntur, quemadmodum refert Iustinus libr. xij. docens ab exulibus Scytharum Parthorum imperium esse deductum. Horum regna duodeuiginti fuisse testis est Plinius libro sexto.

Medi.] A Madai filio Iaphet appellati sunt. Hinc Media regio eorum, quæ autore Ptolemæo à Septentrione Hyrcano mari terminatur: ab Occasu maiori Armenia & Assyria: à Meridie Perside: ab Oriente Hyrcania & Parthia, quæ montibus excluditur.

Elamite.] Penultima producta principes Persidis, ab Elam filio Sem appellati.

Mesopotamia.] Regio inter flumina Tigrim & Euphraten, vti ipsum vocabulũ indicat, à mesos, medium & potamus, aqua.

Judea.] Quandoq; tota terra duodecim tribuum. Aliquando duæ tantum tribus, quæ quondam Iuda vocabantur, apellatur.

Cappadocia.] Regio est Pontica, vt scribit Solinus, quę læuo latere vtrasq; Armenias, Comagenemq; tangens, dextro multis Asiæ populis circũfusa, ad Tauri iuga & Solis ortus attollitur. Diuidit eam Euphrates à maiore Armenia. Appianus minoris Armeniæ partem: Ptolemæus vero minorem Armeniam esse scribit. Dicta est autem Cappadocia à Gappadoce amne, qui antea Leucosyria vocabatur. Vnde & Cappadoces Leucosyri dicti sunt.

Phrygia.] Prouincia est Asiæ minoris. Hic Phryx & Phrygius, vt sero sapiũt Phryges. Prouerbium. Vide Chiliades Erasmi.

Pamphylia.] Prouincia Asiæ inter Ciliciam & Syriam.

Libye.]Prouinciæ duæ sunt. Vna Libya Cyrenaica, de qua hic dicitur: Et partes Lybye, quæ est circa Cyrenen. Dicitur etiam Libye, es, Aphrica. Hinc Libys homo. Libyssa mulier. Libyssinus, & Libystis, Libystids, Libyx.

Cyrenc.]Penultima producta. Vnde Cyrenaicus, a, um. Et Cyrenæus. Et Cyrenensis, est ciuitas in Libya, cuius regio etiam Pẽtapolitana, à quinq; vrbibus appellatur.

Aduenæ Romani.] Non est proselyti, quo mox vtitur, sed epidemuntes, hoc est, illic versantes. Cæterum Hebræi proselytos Hebraice garim vocabant, qui diuersæ factionis nati in ius Mosaicæ legis reciperentur. Hic sentit Iudæos quidem religione, verum Romæ agentes. Alioqui aduenæ dicuntur, qui aliunde quopiam commigrarunt ad aliam gentem. Item aduenire dicitur, & qui iam in propinquo est, & adueniſse, qui iam adest. Aduentat qui longius abest in itinere. Nec is aduentasse dicitur, quum peruenerit. Vnde dicimus: Vxor aduenienti viro occurrit ad limen, aduentanti non occurrit. Cæterum ventitat, qui frequenter venit.

Cretes.] A Creta insula Græciæ dicti, centum quondam oppidis insigni, famosaque diuitijs, maxime æris. Hinc Hecatompolis dicitur Græce, de qua Vergilius Aeneidos tertio. Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Modo Candia vocatur & est sub Venetiarum ditione. Hinc Creticus, a, um. Item Cretensis. Cres, cuius fœmininũ Cressa. Creticum vinum. Malasier. Cretæus, a, um. Vnde Adagiat Cretizare cum Cretensi, trug vmb trug tryben. Cretensis Cretensem. Cretensis nescit mare. Cretenses sacrum. Vide Adagia Erasmi.

Arabes.]Media cor. ab Arabia regione sacra, & thurifera, dicti. Arabs adiectiuum, qui Arabiam incolit. Inde Arabius, & Arabicus, a, um. Arabice aduerbium. Arabia, regio inter Iudæam & Aegyptum. Est autem triplex, Arabia felix, Arabia deserta, Arabia Petræa. Arabum Gazę. Prouerbium. Arabarches, præfectus Arabiæ. Arabicus tibicen, prouerbium.

Mustum.]Non solum vinum nouum dicitur, vt hic, sed etiam quicquid nouum est. Nam mustus, recens est. Vnde Plautus mustam iuuencam dixit. Nęuius virginem mustam. Hinc musteus, a, um, & mustaceum genus libi secũdum Probum Grammaticum. Item mustaceus. Mustarius, a, um, vt Mustarius vrceus. Poma mustea. Mustulentus, id est, musteus. Martialis

Musteus ẽ propera charos ne differ amicos.
Nam mihi cum vetulo est Petasone nihil.

CAP. III.

Elecmosyna.] Est munus, quod pauperi datur ex misericordia. Nam eleos misericordiam significat, eyn almus,

Ecstasis.] Penultima correpta stupor, somnus, timor. Hinc ecstaticus, a, um, id est, attonitus. Diuus Augustinus in Psalmorũ interpretatione: Ecstasis, inquit, mentis excessum significat, qui fit, vel pauore, aut alia qua reuelatione, in qua oẽs sancti fuerunt.

Homicida.] Penultima producta, qui hominibus eripit vitam. Huic Iudæi donarunt vitam, & autorem vitæ tranxerunt in mortem. Retulit inter se contraria, non minus grauiter, quàm festiuiter. Ab homine. Hinc homicidium. Homo bulla, Varronicũ adagium. Homuncio, Homunculus, Homulus diminutiua sunt. Distichon Magistri Iacobi Horlini.

Quid miser elato turgescis homuncule vultu.
Cras eris in putri vile cadauer humo.

Samuel.] Interpretatur postulatus à deo, aut nomen eius à deo.

CAP. IIII.

Magistratus.]Hic singularis est numeri, & hominem quempiam significat cui commissa fuerit tutela templi, id est, princeps siue dux templi. Alias ædilis forte dictus.

Idiota.]Cõmunis generis, Latine priuatus, inscius, indoctus, plebeius. Hinc idioma, idiotismus, & idioticus, a, um, idiotis, idiotidis.

Barnabas.]Interpretatur filius consolationis Syriace. Nam bar filius est. naphas, præter alia, recreari significat & refrigerari, ac consolari. Hoc autem honoris habere voluit illius pietati, qui syncere obtulit sua, quo detestabilius redderet exemplũ diuersum, quod sequitnr quinto cap.

CAP. V.

Ananias.] Gratia domini interpretatur, modo nominibus Hæbraicis credamus. Verius, nubes domini, vel diuinatio domini.

Sapphira.]Penultima producta quoniam cum αι. Græca diphthongo scribitur, vxor Ananię: & Syro sermone formasam sonat. Alias narrans, aut libraria, vel literaria interpretatur.

Men-

Mentior, iris.] Græcanica est figura, sicut & euangelizo te, & benefacio te, siue q̃d sensus sit, eum mentiri spiritũ sanctum, qui ficte simulet & imitetur, quod cæteri instinctu spiritus sancti faciebant. Nam mentitur non solum qui falsum dicit, verum & qui simulat, vt, faciem mentita Creusæ, & æs mentitur aurũ, vt mentiebatur ad milites. Mẽtiri in aliquẽ. Mentiri se esse aliquem. Mẽtiri colorẽ fuco. Mentibor, pro mentiar, Psaltes & Plautus. Mentitus, a, um, participium. Cicero: Ne tu videaris mentitus. Ea mentita & falsa, plenaq; erroris sunt, erlogen.

Conuenit.] Media producta à conuenio, is. Græce sic, τί συνεφωνήθη, id est, quid cõspiratum est à vobis, & hoc consentitis, vt tentetis spiritum domini.

Gamaliel.] Pauli præceptor, & interpretatur retributio dei, aut Camelus dei, siue ablactatus dei, hoc loci. Item filius Phadassur, princeps tribus suæ Manasse. Nume. i.

Theodas, & Iudas Galilæus.] Eleganter interpres vertit, extitit anesse, id est, surrexit, siue exortus est. Græci codices habẽt Θευδᾶς Theudas, nõ Theodas. Hos Chrysostomus putat ob id sublatos e medio, quod vetuerint censum dare Cæsari, fuisseq; pharisæos, interpretationem habes in nominibus Hebraicis. CAP. VI.

Murmur.] Tam masculi, quàm neutri generis lenis aquæ strepitus, quãquàm & p quocũq; strepitu poni consueuerit. Hinc murmuro, as, & or, aris, deponẽs, murmurillum, murmuratio, & murmurillare. Plautus. Quid murmurillas tecum, & te discrutias.

Stephanus, στέφανος. Græca vox. Latine corona dicitur, quæ & stephos. Hinc stephanophoros, id est, coronam ferens. Stephanoplocos. &c.

Philippus.] Equorũ amator dicitur, bellicosus.

Prochorus, πρόχορος. Penultima correpta interpretatur, expeditus, facilis, promptus, paratus.

Nicanor, νικάνωρ. Penultima correpta in obliquis, victor, vel victoriosus.

Timon, τίμων. ωnis, penultima producta in obliquis, quia cum ω mega scribitur, & significat honorabilem, vel preciosum.

Parmena, παρμένα. Penultima producta permanens interpretatur.

Nicolaus, νικόλαος. Victoria populi dicitur, hic erat aduena, id est, proselytus, hoc est, ad legem Mosaicam receptus. Nicodemus idem sonat Græcis.

Cilicia.] Prouincia Asiæ, quàm Cydnus amnis intersecat, & mons Amanus, cuius meminit Salomon à Syria Cœle separat. Hinc Cilix, ex Cilicia. A quo Cilicium, vt q dam volunt, & Cilicinus, a, um.

Si.] Id est, num. Num hæc ita habent? Varie accipitur si. Vide Cholinum.

CAP. VII.

Charra.] Ciuitas Mesopotamiæ, apud Romanos Crassi clade, apud nos hospitio Abraham patriarchæ, & parentis eius morte, nobilis. Genesis vndecimo. Ad hanc ciuitatem exercitus Romanus imperatore M. Crasso cæsus est à Parthis.

Passus pedis.] Apud Græcos vestigium est pedis. Nam passus aliquot pedes cõplectitur, nec potest vnius pedis esse passus. Augustinus legit spatium pedis, eyn schrit.

Accola.] Non est omnis generis, sed cõmunis generis, non enim dicitur semen accola. Certe aliud est incola, quàm accola. Siquidem accolæ dicuntur finitimi, vt accola Rheni, nachpaur, ab accolo, accolis. Hinc accolens, accolentis, participium. Incola, qui non sit autochthon, id est, indigena: quanquàm Græcis est paræcus, qui aliunde profectus alibi domum habet. Porro semẽ inquilinum optime quadrat. A paræco, paræcia, παροικία, quasi vicinia, circumhabitatio, à παροικεῖν. Sic qui diuersis hemisphærijs, sed eodem parallelo habitant, paræci à Cosmographis nominantur. Parochus vero longe alius est significationis, quàm qua nunc vsurpatur pro curione. Parochus, Copiarius Latine dictus olim, vt Porphirius tradit. Nunc vero pro cuiusque viciniæ dispensatore & accolatu in sacris accipi potest. Et penultima corripitur. Item Parochus apud Horatium conuiuator est. Inde Parochia, vel potius παροικία, accolorum conuentus, vel accolatus, & eiusdem fani consortium. Latine dici potest Curionatus. Et Paræci παροικοί, Curiales, qui fanum aliquod accolunt. Alicubi etiam Parochus reperitur p auspice, vel paranympho.

Chanaan.] Filius Cham, obtinuit terram à Sidone vsque ad Gazam, quam Iudæi deinceps possederunt eiectis Chananæis.

Sichem.] Ciuitas Iacob, nunc Neapolis dicta, iuxta sepulchrum Ioseph. &c.

Madian.] Ciuitas iuxta Arnonem, & Areopolim, & cætera, à qua Madianitæ dicti sunt.

Sina.] Mons in regione Madian super Arabiã in deserto, qui alio nomine Choreb

reb nominatur, nos Oreb dicimus.

Moloch.] Idolum Ammonitarum,& rex eorum dicitur iñ. Regum xi. & Hebræi iam Moloch, iam Melchom legunt.

Remphan.] Alij rephan, id est,factura vestra, vel requies vestra. Ego puto legendum Raphaim,hoc est, gigantes fortes, ut habes graphice in Commentarijs Diui Hieronymi super Amos quinto.Hũc adito, si instructior fieri discupieris.Omnia explicata sunt alibi.

Dura ceruice.]Græcis epitheton,id est, adiectiuum, compositum σκληροτράχηλοι, quasi dicas,duriceruicos,vt angelus Politianus dixit noue incuruiceruicum pecus, id est, indomabile,indomitum & ferox.

Disseco.] Penultima correpta significat varijs modis seco, dilanio siue in varias partes diuido.Vnde dissecatus. Sed hic,& quinto capite pro dissecabantur, melius foret fortasse ira dirumpebantur ,& magis ac magis exasperabantur. Dissecare pectus, das hertz vff schnyden.

CAP. VIII.

Samaria, Samariæ.] Ciuitas regalis in Israel, in vertice montis Somer posita. Sed & omnis regio,quæ circa eam fuit à ciuitate quondam nomen acceperat, media inter Iudæam, & Galilæam iacet. Ab Augusto Sebaste nominata: & custodiam sonat.Hinc Samarita,Samarites.Samaritanus, id est,custos.

Aethiopia.] Est regio inter Arabiam, & Aegyptum versus Austrum, nigros homines præ nimio calore producens. Vnde dicuntur Aethiopes à Græco verbo αἴθω, qđ est vro,incendo,ardeo.&c.

Potens.] Græcis est dinastes, vel sta, id est,magistratus,siue præfectus.Græca voce vsus est & Cicero: Tetrarchę &Dynastæ, ob quandam reginam Aethiopiæ nomine Candacen de gente illa optime meritam.

Candax.]Cãdacis,siue Cãdace, ces. media correp. fuit nomen reginæ Aethiopum temporibus Augusti Cęsaris,quod nomen ita videtur cõmune fuisse reginis, vt apud Aegyptios Pharao & Ptolemæus regibus: Nam mulier regnare solet in Meroe insula.

Iuuenalis:

Candacis Aethiopum dicant arcana.

Sic alia terminata in acis corripiunt penultimam, vt Salmacis pro fonte. Ouidius libro decimo quinto.

Cui nõ audita est obscœna Salmacis vnda,

Idem libro primo de arte.

Atracis ambiguos traxit in arma viros,

hoc est,Hippodom ab Atracia.

CAP. IIII.

Spiro, spiras.] Significat exhalo. Aliquãdo est emittere fragrantiã,vt flos spirat odorem. Hinc spiritus, & spirituale,& spiritale, spirabile, spiramentum, spiraculum. Sed hic legendum est, saluo meliori iudicio: Spirans minas ac cædem. Snauben. Composita. Adspiro. Conspiro. Exspiro. Inspiro. Respiro. Suspiro. Suspirium. Suspiriosus,a,um.

Saule, Saule.] Saul, Saul, cum Lucas alibi Saulum vocet ac Paulum,hic Hebræam vocem integram reliquit,quod CHRISTVS illum Hebraice compellarit, vt ipse postea testatur. Porro Saul Hebræis sonat petitum,passiuum à Saal, quod ascitus fuerit ad munus Apostolicũ.Ad Romanos copiose offendes explicatum nomen.

Contra stimulum calcitrare.] Ethnicis etiam in prouerbio, translatum à bubus aut alijs iumentis,quæ stimulo incitantur, vt equi calcaribus.& cætera.Vide Paræmias Erasmi.

Vicus.] Hoc loco non est pagus aut oppidulũ,ne quis in hoc erret, nã id Græcis κώμη,sed pars vrbis. Ciuitas enim distingui tur in vicos, vici in vias, viæ in domos. Hinc viculus,& vicatim per vicos.Vicos ruris dorff. Vicinus, a, um. Vt vicinum malum. Vicinitas. Vicinia. Vicinalis, vicinale. Viæ vicinales.

Tarsus.] Ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ Paulo Apostolo glorioſa. Hinc Tarsensis dictus est Paulus.

Squama.] Qua corium piscis,aut serpentis tegitur,eyn fischschup. Hinc squamosus, a, um, desquamare & exquamare.

Plautus:

Dromo desquama pisces.

Squama æris. Hinc squameus, a, um. Squamificus.Squamiger,a,um.Squamatim aduerbium.

Cesarea.] Plures Cæsareæ sunt. Vna Palestinæ quæ turris Stratonis, id est, Pyrgos dicta est. Altera vero Cæsarea Philippi nuncupata. Tertia Cæsarea Cappadociæ metropolis est,&c.

Aeneas.] Ab αἰνέω, id est, laudo, est proprium nomen. Non ille vtraque olim lingua celebris,de quo Homerus in Hymno Veneris.Et Vergilius in Aneide.

Lyd-

Lydda.] Ciuitas Paleſtinæ in littore magni maris ſita, quæ Dioſpolis dicitur.

Saronas.]Haud ſcio an hęc ſit, quàm in Hebraicis nominibus corrupte legimus Accaron, pro Aſſaron, quam eandem quidam putarunt eſſe turrim Stratonis, poſtea Cæſaream nominatam. Vero proximum eſt, hanc eſſe regionem, quam Hieronymus appellat Saronas. Id Hebræis ſonat campeſtrem regionem. Eſt autem à Cæſarea Paleſtinæ pertingens vſq; ad oppidum Ioppe. Teſtatur ſua etiamnum ætate illic agrum fuiſſe paſcendis gregibus aptum. Et interpretatur Saron, ſiue Sarona planities, aut canticum eius. Saronites, planus vel cantans.

Joppe.] Non longe aberat à Lydde, quanquàm eſt & altera eiuſdem nominis regio inter montem Thabor, & ſtagnum Tyberiadis, cuius meminit Eſaias. In paludes verſus eſt Sarron. Verum priorem fuiſſe eam de qua hic ſentit Lucas, indicat Hieronymus. Puchritudo, aut decor dicitur.

Thabita.] Hoc certe loco Thabita non poteſt eſſe verbum. Iohannes Capnion, id eſt, fumulus, Reuchlin, Thabiam legendum eſſe putat, vocem enim Aſſyriorum eſſe, quæ illis capream ſignificat. Certe qui literas callent Hebraicas, fatentur hoc puellæ vocabulum nonnihil habere cognationis cum verbo videndi, quod illis dr̃ nibbat. Et Græcis item δορκὰς dorcas caprea à δέρκομαι, video deducta eſt, quod id animal acri oculorum acie putetur eſſe. Vnde & qui ſunt perſpicacibus oculis ὀξυδερκεῖς, oxyderces vocantur.

Coriarius, coriarij.] Qui coria concinnat, præſertim craſſiora βυρσῆ byrſi, quod opificium non ſolum plebeium, verum & ſordidum habetur. O quantus hoſpes, & Apoſtolici culminis princeps apud cuiuſmodi diuerſatur hoſpitem? A corium, vt Corium hominis, piſcium. Coria in ſtructuris. eyn lege ſteynen im bauv. Coriarius, laedergaerver. Coriarius frutex eſt rhius herbæ. Hinc coriaceus, a, um. Coriago, morbus. Corrigium. Excorio, excorias, verbum.

CAP. X.

Religioſus.] a, um, id eſt, in deum pius, & iam quaſi Chriſtianiſmi candidatum agens, à Religione.

Joppe.] Oppidum Paelſtinæ maritimum in tribu Dan, vbi hodie ſaxa mõſtrantur in littore, in quibus Andromeda relegata Perſei quondam viri ſui fertur liberata fuiſſe præſidio.

In veritate comperi &c.]Hæc eſt pietas noſtra, quæ ideo catholica nominat, quod non certo alicui populo tradita eſt, vt Iudaicã, ſed toti generi humano, nec vllum excludit. Omnibus per hanc ſaluis eſſe licet, & ſine hac nulli, nec religiones in hac ſunt cuiq; genti, ſicut apud gentiles. Alij enim dij, & alio modo apud Romanos colebantur, quã Græcos, alij apud hos, quã apud Gallos, Hiſpanos, Scythas, Indos, Perſas. Omnes gẽtes quæ Chriſtum profeſſæ ſunt, eundem colũt deum, & eodem ſacrificij genere.

Per ter.]Ἐπὶ τρίς, id eſt, ad ter, quamquã ſatis eſſet dicere ter. Apologum haud infeſtiuum de rurali quopiam ſacrificulo, ipſa ruditate rudiore, hic prudens ſuperſedeo.

Nazareth.] Viculus in Galilæa iuxta montem Thabor. Vnde & dominus noſter Ieſus Chriſtus Nazarenus vocatus, habetq; eccleſiam in loco, q̃ angelus ad beatam virginem Mariam euangelizaturus intrauit. Sed & aliam vbi dominus eſt nutritus &c.

CAP. XI.

Quare introiſti.]Ὅτι hoc loco confirmantis eſt, & ſignificat q̃niam, quod, quia, quodcunq;, nec interrogant, ſed accuſant, aut certe expoſtulant.

Ecſtaſis.]Latine mẽtis exceſſus eſt, aut ſtupor. Hinc ecſtaticus, a, um.

Commune.]Hic pro impuro, & immũdo accipitur. Nam Græcis verbum eſt μὴ κόινου, id eſt, ne communica, hoc eſt, ne feceris communia, ſic enim Hebræi vocant impura. Explicatum eſt alias in Euangelijs.

Phenicia.] Vel Phœnice regio maioris Aſiæ, & pars Syriæ, propinqua Iudææ, & valde fertilis frugum, cuius partes ſunt, Samaria & Galilæa, & aliæ plurimę regiones. Hĩc Phœnix quidã rex Phœniciæ, à quo regio nominata eſt. Monoſtichon M. Iacobi Horlini. Phœnice eſt toto rarior orbe fides.

Cyprus.] Inſula diues in Carpathio, vel Cilicio mari, Syriæ & Ciliciæ oppoſita, & Veneri conſecrata. Hinc Venus Cypris, vel Cypria dicitur aut Cyprigena.

Antiochia.]Ἀντιόχεια pe. prod. quia cũ diphthongo ει. ſcribit. Ciuitas Syrię Cœles, in q̃ Barnarbas & Paulus apoſtoli ſunt ordinati.

nati. Est autem & alia in Pisidia prouincia, in qua ꝺem concionati sunt. Hinc Antiochenus,a,um,& Antiochensis.

Tarsus.]Ciuitas metropolis Ciliciæ ꝓuinciæ. Hinc Tarsensis Paulus.

Agabus.]Media correpta, propheta q̃dam ex vrbe Hierosolymorum, qui surgẽs in congregatione significauit illis ex afflatu spiritus, magnam famem futuram in vniuerso terrarum orbe. Ea accidit sub Claudio,qui successit Caligulæ. Hic interpretatur locusta,vel festiuitas patris.

CAP. XII.

Quaternio,onis.] Græcis est tessara tetradius,& significat quatuor chartarum, siue alterius cuiuscunq; rei compositionem,vt hic militum. das vier begreifft. A quater.

Caliga.] Penultima correpta hic pro sandaliꝭ ponitur,q.d.Subliga sandalia tua. Hinc caliga Maximini prouerbium.Caligatus.Caligarius,a,um.Caligaris, caligare,vt Caligarius clauus.

Status.] a,um,vt status dies elegantius dicitur, quàm statutus dies. Nam status dies est,qui iudicij causa cum peregrino instituitur. Plautus:Status condictus cum hoste interceſſit dies. A statuo,is,statutus.Sed à sto,stas,status.

ῥόδη, Rhode.] Puellæ nomen,à rosa, quæ Græcis rhodon dicitur,appellata.

Consumptus à vermibus.]Scolecobrotos morbus: quo qui laborant, exeduntur à vermibus,opinor eundem esse, quem medici pedicularem vocant, quo perijt & Lucius Sylla,certe ibi non felix.

CAP. XIII.

Manaben.]Interpretatur consolans. Verius cõsolator,aut ductor eorum, siue præparatio coloris, aut munus incensum,&c. filius Gaddi.quarto Regum xvi. Hic alius est.

Collactaneus.]Græcis est Syntrophos, id est, simul cum eo educatus, quasi eodem lacte nutritus. Collacteus,a, um, idem.

Seleucia.] Et regionis nomen est Syriæ,penultima producta ante Pieria dicta. Vide Dasypodium, & ciuitatis in Cilicia à Seleuco dicta. σελευκεία.

Salamis.]Ciuitas in Cypro insula,nũc Constantia dicta, quam Traiani principis tempore Iudæi interfectis omnibus accolis deleuere.

Paphus.] Ea est ciuitas Cypri quondam Veneri sacra.Hinc Paphius,a,um. Vt Paphia dea Venus est, quæ & Cypria dicitur. Vt autem Salamis extrema est Cypri ad orientem: ita Paphus extrema est ad occidentem, vt intelligas totam insulam peragratam.

Barieu.]Græci legunt βαρϊησοῦ.quod sonat filium Iesu,aut certe filium Ieu. Vide Annotationes Erasmi.

Elimas.]Idem est,quod faciens præuaricari, siue vt Lyra interpretatur, mensura dei mei, siue dei mei census. Nam Eli, deus meus,mas census,&c. Vide Annot.Erasmi.

Perge.]Ciuitas Pamphiliæ prouinciæ. Prouinciæ nomen adiecit non ob discretionem,cum non sit nisi vna Perge: sed quod oppidi vocabulum non perinde notum esset omnibus,vt prouinciæ.

CAP. XIIII.

Iconium.] Ciuitas celeberrima Lycaoniæ ad montem Taurum. Altera Ciliciæ. De priore,ni fallor,hic loquitur.

Lycaonia.] Prouincia Asiæ est,& eiusdem nominis ciuitas in Phrygia minore.

Derben.]Ciuitas Lycaoniæ prouinciæ. Hinc Derbensis.

Exilio,is.] Penultima correpta, significat exeo & quasi saltando prorumpo. Cicero Tyroni:Mihi crede tuis & illius literis perlectis exilui gaudio. Huius frequentatiuum est exulto,exultas.

Lycaonice.]Aduerbium,id est,more illius populi,siue lingua Lycaonica.

Mercurius.] Deus facundiæ dictus. Dicitur etiam deus mercatorum & palestræ,nunciusque &interpres deorum. Hic inuenit Lyram, & interfecit Argum centoculum. Horatius primo libro Carminũ: Mercuri facũde nepos Athlãtis.Porro Mercurios qnq; fuisse narrat apd Ciceronẽ Cotta. Primũ Cœlo patre,& Die matre natum. Secundum Valentis & Pheronidis filium eum, qui sub terris habetur, idem Trypho-nius est. Tertium Ioue tertio natum & Maia.Quartum Nilo patre,quem Aegyptij nephas habebant nominare.Quintum, quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamq; causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptijs leges & literas tradidisse:hunc Aegyptij Theut appellant.Hæc Cicero. Multo plura Viues in Augustinum de Ciuitate dei lib. septimo capite decimo quarto,quæ supersedeo. Græce ἑρμῆς dicitur.Hinc prouerbium Græcum,κοινὸς ἑρμῆς, id est,communis Mercurius. Vide paræmiographos.

ographum. Hic Cyllenius dictus, quod sermo sine manibus omnia conficiat, qbus partibus corporis egeni, κύλλοι vocantur, tametsi hoc nomẽ ad omnes mutilatos patet. Augustinus lib. vij. de Ci. dei. cap. xiiij. Mercurius quasi medius currens. Festus ait à mercibus esse dictum. Ego enim nomen à mercor deriuatum puto, vnde sunt mercatus, & mercatura, & merx, quibus oñibus præest Mercurius.

Pisidia.] Prouincia Asię, dictum alias.

Attalia.] Scribitur penultima product. cum ę Græca diphthongo ἀττάλεια. Ea est ciuitas Pamphyliæ maritima, autore Hieronymo. Nam Stephanus eam ponit in Lydia, siquidem procul aberant ab Italia.

CAP. XV.

Presbyter.] Latine senior. Pluribus verbis agit hoc loco Valla, quoties dignitas significatur, Græca voce fuisse vtendum presbyteri: sic enim olim vocabantur Episcopi, teste nõ vno in loco diuo Hieronymo: quoties ætas indicatur, Latine dicendum erat seniores &c.

Phenice.] Non à Phœnix. Legendum est ergo Phœnicen per n. nõ per m.

Heresis.] Ab electione, id est, secta, factione dicitur.

Antiochia.] Pe. prod. hic, vt credo, regionis nomen est. Vnde addenda erat præpositio in.

Immolatitia.] Sunt idolothyta, id est, quæ simulachris immolantur.

Suffocata.] A suffoco, as. penultima producta sunt, quæ strangulantur absq; sanguinis emissione.

CAP. XVI.

Vidua.] Pro Iudæa positum, filius Iudææ cuiusdam mulieris fidelis. Nam gentilem patrem opponit Iudææ matri.

Asia.] Minor hoc loco est vndiq; maricincta, præter eam partem qua spectat orientẽ, ea complectitur Phrygiam, Pamphyliam, Lycaoniam, Ciliciã, Galatiam, aliasq; nõnullas regiões: sed qua finitima est Epheso, maxime minor Asia dicitur.

Mysia.] Prouincia Asiæ, nunc Aeolis dicta. Est & altera iuxta fluuium Danubij.

Troas.] Ea est ciuitas Asiæ maritima, dicta eadem Antigonia.

Samothracia.] Ea est insula in sinu Pacusiaco, & regione Thraciæ, nomine composito ex Samijs, & Thracibus.

Neapolis.] Non est ea, quam nunc in Italia occupant Hispani, sed altera Cariæ in Asia.

Philippi.] orũ. ciuitas est in prima parte Macedoniæ.

Lydia.] Proprium puellæ purpurariæ. Græce porphyropolis, id est, purpurarum venditrix, à porphyra, id est, purpura, & polin vendere. Nam purpurarij magis videntur dici qui colligunt purpuras, hoc est, vrinatores, aut qui tingunt.

Thyatira.] Pen. prod. dictio: & multitudinis numero effertur genere neutro, ciuitas est Lydiæ in Asia, vnde quod dictum est Lydia non videbatur esse nomẽ puellæ, sed regiõis, nisi additum fuisset nomine Lydia. Hinc Thyatireni.

Python.] onis. nomen erat Draconis & serpentis, quem iaculis suis confecit Apollo. Vnde & ipse Pythius dictus, deinde spiritus ille quo afflati prædicebant futura, Pytho vocari cœptus est. Hinc Pythonici. Sæpe expositum.

Lictores.] Græci ῥαβδοῦχοι vocant, à virgis gestãdis. Nos viatores dicimus, quod ijs quoq; mos sit gestare virgas. Nam hi proprie dicuntur, per quos magistratus denunciãt qd velint, stadtknecht, oder boddell nostro vernaculo. Hinc lictorius, a, um.

CAP. XVII.

Amphipolis, & Appollonia.] Ciuitates sunt Macedoniæ, & Latine interpretatur vallata vel circumdata ciuitas. Ἀπολλωνία, perditio, vel destructio.

Thessalonica.] Pen. pro. quanq; est altera Amphipolis in Syria. Apollonia item altera in prouincia Aphricæ, quæ & Pentapolis dicta est.

Colentes.] Pro religiosis & pijs, cultuiq; diuino deditis hic ponitur, à colo, is, ere.

Assistentes domui.] Quid audio? Num defensabãt domũ Iasonis? Est autem ἐπιστάντες. i. adorti, siue vrgentes & imminẽtes.

Jason.] Onis. trisyllabum, & pen. cor. in obliquis proprium viri. Ouidius: Quem nisi crudelem nõ tangit Iasonis ætas. Loqtur de Iasone Aesoni filio. Huius nominis prima vocalis est. Sed hoc loco alius est.

Berrhea.] Βέρροια. Legendum est, non Beroa, neque Beræa. Est autem ciuitas Macedoniæ, quæ verbum domini nobiliter accepit, interpretatur grauis, vel ponderosa. Hinc Βερροιαῖος, Berrhoensis.

Athene, arũ.] Ciuitas in Achaia, philosophiæ dicata studijs &c. Dictum alias.

Epicurei.] Ab Epicuro philosopho voluptario. Hinc secta Epicuræorum, q̃ sum-

mum bonum in voluptate collocant. Sidonius: Aſt Epicuræos eliminat vndique virtus.

Stoici.] Philoſophi appellati ſunt à Stoa, quod porticum ſignificat, quo conuenire ac diſſerere ſolebant. Vnde & ſecta Stoica, & Stoici philoſophi, qui antea Zenonij dicebantur à Zenone doctore.

Seminiuerbius.] Pro quo diuus Auguſtinus citat ſeminator verborum. Græcis eſt ſpermologus, Latine verbiſator: pro eo qui nouos rumores ſpargit in vulgus, ſiue verbilegus, pro locutuleio, & ad quæſtum quiduis garriente. Heſychius aliter interpretatur, qui ſemina colligit, quicq; nugator eſt. Forſitan non abſurde Logodædalus appellaretur.

Demonia.] Hic pro dijs ponuntur.

Areopagus.] Penultima producta, id eſt, Martius pagus. Eſt autem locus æditus, vt vertex collis, ſeu ſcopuli. Conſtat Martium vicum fuiſſe Athenis. Sunt enim Græcis duæ voces. Hinc Areopagita penultima prod. vt Areopagita grauior, in ſeuerum dicitur adagium. Porro ſic Græce Ἄρειος πάγος, Stephanus in vrbibus promontorium dicit fuiſſe Athænis, in quo iudicia & queſtiones factæ necis exercerentur. Athænis enim duo erant conſilia, vt ſcribit Libanius Sophiſta. Vnum perpetuum, quod de cædibus iudicabat, & huiuſmodi rebus eo loco, qui Areopagus dicebatur. Alterum quotannis mutabile, quod Rempublicam cõſtituebat, & quingentarium vocabatur. De Areopago & Areopagitarum moribus collegit plurima ex vtriuſq; linguæ ſcriptoribus Budæus noſter annotans Pandectas.

Superſtitioſus, a, um.] Falſus dei cultor, & qui plus nimio meticuloſus eſt. Videe Ciceronem libro ſecundo de natura deorum. Item Lactantium, Gellium, Senecam, & Viuem Lodouicum Valentinum.

Simulacra.] Hoc loco, non eſt idola, ſed ſebaſmata, σεβάσματα, id eſt, culturas, quod verbum complectitur omnia quæ veneramur, nempe aras, delubra, ſtatuas, monumẽta: à verbo ſebomæ, quod proprie ad religionem pertinet.

Ignoto deo.] Titulus ignoti dei ſic habebat, teſte Hieronymo. Dijs Aſiæ & Europæ, & Africæ, dijs ignotis & peregrinis. De dijs incertis dictum alio loco quoꝝ incerta erat diuinitas. Dicam pauca de dijs ignotis, ne quis eoſdem eſſe putet ignotos deos, & incertos. Erãt in agro Attico multæ dijs ignotis aræ ſacræ, vt Lucas attingit in Actis Apoſtolorum capite xvij. & apud Pauſaniam in Attica, θεῶν ἀγνώτων βωμοί: quę aræ inuento Epimenidis Cretenſis ſunt erectæ: nam cum regio peſtilentia laboraret, conſultaq; Pythia reſpõdiſſet expiari oportere vrbem & agros, nec cui deo fieri oporteret dixiſſet, Epimenides, qui tum Athænis erat, iuſſit dimitti hoſtias per agros, ſequiq; eas ſacrificos, & in quo loco quæq; conſtitiſſet, ibi mactari eam, immolariq; deo ignoto pro picio. Itaq; ex eo tempore etiam ad ætatem Laertij Diogenis frequentes viſebantur per pagos Atticæ terræ ſacræ aræ ſine nomine. Hæc libenter enarraui propter locum ſacrarum literarum.

Huius enim & genus ſumus.] Hemiſtichium eſt heroicum ex Phœnomenis Arati poetę. Ac mire quod dixit de Ioue, hic torquet ad verum deum.

Dionyſius Areopagita.] Quis ſit, vide Vallam & annotat. Eraſmi.

Damaris.] Pe. cor. nomen mulieris. Δάμαρις idem. Certe Damar Græcis vxor eſt.

CAP. XVIII.

Aquila.] Hic non nomen auis, ſed viri eſt. Hunc diuus Paulus in epiſtola ad Romanos ſalutat, niſi quod illic vxor ꝑ Priſcilla, Priſca nominatur, adnotante Origene.

Ponticus genere.] Pontus enim Aſiæ pars eſt, nõ enim à mari hic dictus eſt ponticus, vt quidam opinantur. Nec legendum eſt pontificio genere, ſed pontico genere. Opinor ideo offenſos, quod abſurdum ſit pontici generis dici, qui Iudæi eſſent, quaſi id temporis non habitarint per omnes ferme regiones ſparſi Iudæi.

Artis eiuſdem.] Homotechni dicuntur Græcis eiuſdem artificij ſiue opificij, velut pictori pictor, faber fabro, ſutor ſutori, nauta nautæ, homotechnus eſt.

Scenofactoria ars.] Eſt aulæorum, ſiue tabernaculorum texendorum ars. Interpres Origenis enarrantis epiſtolam Pauli ad Romat interpretatur σκηνοποιούς artifices tabernaculorum, hoc eſt, ſutores, ob id opinor, quod tabernacula apud priſcos pellibus conficiebantur.

Gallion.] Græce ſic γαλλίων, lactans, vel lacteus interpretatur. Proconſul Achaię.

Minare.] Sane quàm inſolens verbum eſt Latinis auribus. Potius dicendum abigere, ſiue depellere. Minare gregem diuus Hieronymus, Feſtus agaſones, equos agentes,

tes,id est,minantes. Martialis: Agere mulos,ait:

Semper agis causas,& res agis Attale semp,
Est,nõ est q̃d agas,Attale semper agis.
Si res,& causæ desunt,agis Attale mulas.
Attale,ne q̃d agis desit,agas aĩam.

Hinc minæ, arum.vt:Minas iactare,periculà intendere.Minor,aris.Minito,as. Minitans.Minatio.Minitabiliter,pro minaciter, obsoletum. Minitabundus.Minax,cis.

Cenchreis.]Legendum est nomine trisyllabo Cenchreæ,sicut Athenæ, portus est Corinthiorum,dictum alias.

Apollo.] Ἀπολλὼς, cuius genitiuus Apollo,nõ Apollinis.Meminit huius Paulus in epistolis.

CAP. XIX.

Ephesus.]Pe. cor. Amazonum opus, ciuitas in Asia,vbi requieſcit beatus euangelista Ioannes.Hinc Ephesij, & Ephesinus, a, um. penulti. producta, vt templum Ephesinum.

Schola Tyranni.] Ambiguitas hoc loci est, Tyrannus ne primatem ac potentem significet,an proprium sit hominis vocabulum.Sed quid scholæ cum tyrãno? Deinde, si nomen est proprium,cur addit τινός,id est, cuiusdam? Proinde suspicor fuisse secessum magnatis alicuius,in quo solitus sit ociari. quandoquidem schola Græcis sonat ociũ.

Semicinctium.]Succinctorium, quod medium hominem cingat,id est,vestiat.Est enim genus vestis breuissimæ, quo venter, & velanda teguntur.

Exorcista.]Vel exorcistes,Latine adiurator, adiuratus. Hinc exorcizo, adiuro,& exorcismus,adiuratio.Præterea ἐξορκίζω, adiuro.Sic Augustinus ἐξορκισμὸν,adiurationẽ vertit, & exorcistam adiuratorem, qui immundum spiritum adiurationibus pellit à cathecumeno,antequàm sacræ aquæ admoueãtur,vt ipse docet in symbolo.Et est inter initiationes tertia quæ dicitur exorcistæ. Ordo ẽ enim ex septẽ.De hoc & exorcismo ante baptismũ tractat Petrus Lombardus libro quarto sentẽtiarum Theologicarum sectione octaua, &.xxiiij. Erit & huius vocis locus Matthæi.xxvi.

Sceua.] Iudæus quidam, & princeps sacerdotum,hic habebat vij.filios &c.Certe σκευὴ sceua Græcis est habitus, apparatus,obarmatio.Dispositus vel prẽparatus dicitur Sceua.

Demetrius.]Quidam argentarius, alias Latinis & mensarium significat & numularium: verum hoc loco significat opificem & sculptorem argenti, quem nos aurificem seu aurifabrum vocamus,est enim argyrocopos ab incidendo argento dictus:sicut chrysocopus ab auro. Δεμήτριος, Cerealis à Cerere dicitur.

Diana.]Filia Iouis à Latone,ac soror Apollinis aut Phœbi.Hæc dicitur dea venationis & virginitatis: & est luna. Diuus Hieronymus indicat in prima præfatione commentariorum ad Ephesios,hanc Ephesiorũ Dianam nõ fuisse iaculatricem illam, sed cognomento πολύμασον, id est, multimammiam,quod eam omnium viuentium nutricẽ haberi volebant. Hæc multa sortitur noĩa, quæ compendij causa omitto. Lege Poetas.

Cultrix.]Græce νεωκόρος, quæ vox cõposita est ex neως, quod Attice sonat templũ,& κορῶ purgo siue verro,autoribus Hesychio,etymologico, & Suida. Solent enim qui impensius dediti sunt alicui diuæ, aram illius varijs ornamentorum generibus cohonestare,quemadmodum facit apud Apuleium Psyche,& apud nos mulierculæ plus nimis superstitiosæ.

Iouisq; prolis.]Græca longe secus habẽt,id est, magnæ illius Dianæ,& e cœlo delapsi,vt subaudias signi, aut simulachri. Nã Diopetes Græcis dicitur, quod ab Ioue delapsum sit,ac e cœlo venerit &c. Vide Annotationes Erasmi.

CAP. XX.

Sopater Pyrrhi.]Pyrrhi Græcis non additur,sed vt hoc deest, ita supersunt hæc vsq; ad Asiam,quæ apud Latinos non inuenio, sed apud Græcos adduntur. Nam Græci sopater habent,non sosipater. Σωπατερ saluus & sanus pater interpretat, à σῶς, id est,saluus & pater.

Derbeus.] Pe. pro. à Derben ciuitate Lycaoniæ prouinciæ, dicitur & Derbensis.

Eutychus.]Græca vox composita, Latine fœlix,fortunatus.Hinc eutychia, felicitas,bona fortuna, & proprium muleris cuiusdam.Eutycheo, fœlix sum. Eutycheſtata felicissime,aduerbium.

De tertio cœnaculo.]Græcis est tristego,id est,à tertia contignatione,à tris,ter,& tegos tectum. Cæterum solum primæ cõtignationis tectum est infimæ partis ædium. Rursum secundæ solum tectum est primæ. Item tertiæ solum tectum est secundæ:vt intelligamus lapsum fuisse lethalem,nimirum ex loco tam alto.

Asson.]Nonnulli codices Thasson habent,

bent pro Asson. Est enim & Thassus insula Thraciæ opposita, de qua natum est prouerbium: Thassius bonorum. Cæterum complures sunt vrbes huius nominis Assos, vna Lyciæ in præruptо sita. Altera in Aeolide. Tertia in Mysia. Quarta in Lydia. Quinta in Epiro minore, Cleanthis patria. Diuus Hieronymus hanc ponit in Asia, quę eadem dicta sit Apollonia, suffragante & Plinio libro v. capite xxx.

Mytilene.] Penultima prod. insula contra Asiam, quæ à proxima cõtinente abest quingenta septem milia passus.

Chios.] Insula ante Bithyniam, cuius nomen Syra lingua masticen designat, eo quod ibi mastix gignitur. Hanc aliqui Chiam appellauere à Chione nympha Choos.

Samos.] Insula in mari Aegæo, in qua reperta prius fictilia vasa tradũtur. Vnde & vasa Samia appellata sunt.

Trogyllium.] Oppidum est Siciliæ, tametsi sunt eiusdem nominis alia.

Miletus.] Pe. prod. ciuitas in Asia maritima, decem stadijs ab ostio Meandri amnis secreta, vbi Paulus Ephesiorũ maiores adloquitur. Est & insula nõ ignobilis in mari Aegæo, & Ionio. Hinc melitæi canes parui sunt, à Melite insula, quæ ẽ inter Italiã & Epirum, vt vult Strabo, ante Pachinum, iungfrauen hundlin.

Maiores natu.] Nunc seniores dicuntur, nunc presbyteri, hoc loco potius honorem indicat quàm ætatem.

CAP. XXI.

Cous.] Vel melius Cos, est insula in Aegæo mari, vna Cycladum, vbi bonũ vinum nascitur. Inde cous, a, um. adiectiuum. Nõnulli codices habent κῶ, nonnulli κῶῳ. Vtroq; modo pronunciari fatetur Stephanus, quin & κίῳς dictam fuisse quondã. Vnde & Plinius admonet Cæam dictam, & κόον.

Rhodus.] Cycladum insularum nobilissima, quondam Ophiussa vocata. Hinc Rhodij & Rhodienses proh dolor nostro æuo ab impijs Turcis expugnata vrbs hoc nomine.

Patara.] Antepenul. acuta, Græci pronunciãt neutro genere, numero pluratiuo, quanquã vtroq; modo reperio vsurpari huiusmodi nomina. Lystra & Lystrã, Pyra & Pyrã, Ciuitas est Lyciæ puinciæ in Asia.

Phenice.] Penult. pro. non à Phœnix, prouincia Syriæ, quæ & Phœnicia dicitur, cuius partes sunt Samaria & Galilæa, & aliæ plurimæ regiones.

Cum aperuissemus autem Cyprum.] Sic puto legẽdum. Nam Græci anaphanantes habent. Porro q nauigãt, nũc hanc, nunc illam terram dicuntur aperire, aut cælare, cum incipit in prospectu esse, aut secus. Cõsimili figura dixit Vergilius: Terræq; vrbes que recedunt.

Tyrus.] Ciuitas est maritima metropolis Phœnices, quondam insula septingentis passibus diuisa à continente, mari prælto, sed vix credibili opere comportatis aggeribus per Alexãdrum Magnum adiuncta cõtinẽti. Est in tribu Nephtalim xx. ferme miliario à Cæsarea Philippi.

Mnason.] Onis, penultima producta in obliquis, nam cum ω mega scribitur, proprium cuiusdam Cyprij, antiqui discipuli Pauli.

Tarsus.] Ciuitas Ciliciæ. Est autem metropolis eius regionis. Vide Stephanum de nominibus vrbium.

Sicarius.] Qui fica, id est, gladio hominem interficit, sanguinarius est, vernacule, eyn blutzapff, eyn morder. Sicula, æ, diminutiuum.

CAP. XXII.

Ratio.] Hic pro defensione & excusatione, siue Apologia ponitur. Hinc ratiuncula diminut. Rationalis, e. Rationabilis, e. Rationarius, a, um. Rationor. Ratiocinator. Ratiocinatio. Ratiocinatiuus, a, ũ. Ratiocinium, ij.

Gamaliel.] Legisperitus & doctor, Pauli didascalus, & præceptor.

Stephanus.] Protomartyr, id est, primus testis Christi, & coronam sonat, vel coronatum.

Lorum.] Proprie corrigiam significat ex corio, & pro cingulo ponitur. Item pro habena & retinaculo iumentorum &c. Vetulum canem difficile est assuescere loris. Et veterem arborem transplantare.

Resco.] is, et rescisco, is, est factũ aliq̃d occultius, aut inopinatũ, insperatũ q; cognoscere. Aliquãdo significat rem, vbi gesta est, scire, quam nesciebas cum gereretur.

CAP. XXIII.

Concilium.] Per c. à concalando, id est, vocando, vel, vt Varro ait, à coactione. Seu secundum Festum, à populi cõsensu. Et proprie viri conuocati concilium dicitur. Hinc cõciliabulum, locus in quem cõcilium conuenit & concilio.

Deuouere.] Est maledicere, execrari, anathematizare, ac dijs manibus, vt Ethnici loquuntur, deuouere. Hic pro coniurare vide-

videtur accipi.

Lanceatii.]A lancea dicti, quod Lanceas ferrent. Hi & doryphori & Saryssophori, Dexiboli Græce dicuntur, quod dextra mitterent hastilia. Nam olim fere missilibus vtebantur.

Optimus.] Cratistos Græca vox magis cõpetit in potẽtem, quàm in bonum virum, vt dictum est in Præfatione Lucæ in suum euangelium.

Antipatris.]Is, antepenultima acuta, ciuitatis nomẽ Palæstinæ, ab Antipatre patre Herodis sortita nomen, sonat cõtra patriã. Nam ἀντίπατρος, pro patre vel cõtra patrẽ.

CAP. XXIIII.

TErtullus, τερτύλλος.]Orator tum facũdissimus, tum eloquentissimus, accusator Pauli, interpretatur falsa aununcians.

Portius Festus.]Successor Fœlicis præfidis, hic præses nouus à biennio Paulo in Cæsarea morante instituitur.

Prouidentia.]A prouideo. Libri sunt de prouidẽtia Plotini quatuor, in qbus ostẽdit maxima & minima à deo principe naturæ administrari, tum etiam ab illo mũdo intelligibili, qui est apud deum hunc sensibilẽ esse procreatum, sed ab origine sua degenerantem magis, quo inferius descendit. essecq; ab vno generatum non vere vnum, à simplici multiplicem, & dispersum.

CAP. XXV.

APpello.] as. pulchrum & elegans vocabulum. Primo est blanda oratione alicuius pudicitiam attentare, eyner onerlichs anmuten. Item appellare dicitur creditor, quando creditam pecuniã reposcit. Appellare item est vocare & requirere, vt vos appello centuriones. Item est prouocare, vt titulus de appellationibus. Sic dicimus: Appello iudices, vel principem, sine præpositione. Offenditur tamẽ etiã appellare ad principem cum præpositione apud Iureconsultos. Item appellare à iudice & à principe. Vide Modestinum & Vlpianum &c.

Agrippa.]Rex Iudęorũ, qui patri Herodi Agrippæ ab angelo percusso in regnum successerat. Latinum est, dictum ab eo quod ægros, id ẽ, difficiles partus faciat, vel dicitur ille, qui in nascendo prius emittit pedes. Filius Herodis Agrippæ illius inter Herodes tertij, qui occidit Iacobum, & in carcerẽ cõiecit Petrum. Actorũ. xij.

Beronice.] Vel Berenice, seu, vt Græci habent, Bernice penultima producta. regina Aegypti, soror Ptolemæi & Cleopatrę, à qua Beronice vrbs in maiori syrte creditur appellata. Fuit & alia Bernice Herodis Agrippæ Iudæorum regis filia, de qua Iuuenalis: Deinde adamas notissimus & Beronices. Græce sic scribitur, βερνίκη, & grauis victoria, vel pondus victoriæ dicitur.

Damnatio.]Græcis est dicen, qd causam, ac litem, siue ius significat, & nonnunquàm pœnam. Erasmus cognitionem vertit, à damno, as. Damnatus, a, um. Damnatorius, a, um. Damnas pro dãnatus apud Iurisconsultos legitur.

Augustus.] Locus religiosus, & sanctus. Aegesippus libro quinto inquit: Augustum apud Romanos nomen imperij est, ad quod allusit Ouidius: Augeat imperium nostri ducis augeat annos. Augusti dicti sunt Romanorũ imperatores ab Octauiano Augusto. Abusiue tamen augustus pro nobili, sacro, & maiestate pleno ponitur. Hinc augustior, stissimus.

CAP. XXVI.

SEcta.] Hic Pharisæorum hæresis & factio nominatur, haud dubie quin in bonam partem. Hinc sectacula diminut. Apuleius: Sectarius, a, um. vt veruex sectarius.

Damascus.] Vrbs nobilis Phœnices, q̃ & quondam in omni Syria tenuit principatum & nunc Saracenorũ metropolis perhibetur. Vnde & rex eorũ Naunias famosam in ea sibi, gentiq; suæ basilicam dedicauit, Christianis in circuitu ciuibus baptistæ Ioannis ecclesiam frequentantibus.

CAP. XXVII.

IUdicatum est.] Id est, decretum, siue cõstitutum, scilicet à rege & præside, qui sic statuerat audito Paulo.

Adrumetum.]Siue Adrumetium ciuitas est Mysiæ autore Stephano. Est & Adramyttis insula Lyciæ, & Adrumes adrumetis ciuitas Aphricæ, vnde dicendum Adrumetina nauis, licet in ijs varient codices. Nã Hieronymus indicat Adrumetum esse ciuitatem in Bazatio regiõe Africę. Plinius Adrumetum vocat neutro genere. In Græcis codicibus legimus Adrumyttinam. Et Stephanus ab Adramyttio oppido deformat Adramyttenum.

Julius.] Centurionis, & militum præfecti nomen, qui Paulum humanissime & excepit & tractauit.

Cyprus.]Insula Veneri sacra. Subinde explicatum.

Pelagus.]Mare. Hinc Pelagicus. Pelagius, a, um idem.

Myra.]Ciuitas est Lyciæ.

Gnidus.]Insula est opposita Asiæ, spectans prouinciam Cathiam, atq; est eiusdē nominis oppidum in insula Calymna. Item ciuitas Lyciæ. Vnde adiectiuum Gnidius, a, um. vt: Gnidij nodi, pro calamis legi apud Angel. Politianum in Miscellaneis capite xxxix. Quanquàm ibidem habeatur. Cnidij nodi, quod idem puto. Ita habet propemodum. Cnidios dein accipe nodos, quoniam calami probatiores Cnidij, sicuti Plinius ait libro xvi. histo. naturalis. Affectauit autem imitationem Persianam, cum dixit nodos, quoniā & ille scripserat. Inque manus chartæ, nodosaq; venit arūdo. Hactenus ille politissimus Politianus.

Salmon, σαλμων.]Ciuitas est maritima insulę Cretę autore Hieronymo. Sed Salmo, onis. m. g. salmen, eyn fisch.

Boni portus.] Pluratiui sunt numeri καλοὺς λιμένας, quanquàm magis dixit, pulchros portus, quā bonos. Sentit autem (ni fallor) de ciuitate Cretensiū, cui nomen καλοὶ ἀκταὶ, id est, pulchrum littus, cuius meminit Stephanus de vrbibus.

Lassea, λασαία.]Sic Græci legunt, quę & ipsa ciuitas est littoralis Cretæ haud procul à bonis portibus. Male legitur & corrupte in vulgatis codicibus Thalassa, siue Laphet autore Hieronymo.

Nauclerus.]Gubernator est nauis, qui & nauarcha, clauum tenēs. Nauarchus, ein schiffherr. Nauarchis, dis. f. g. nauis prætoria in qua est prætor. Nauclerius, a, um. Nauclericus idem, à nauis omnia, & plura alia.

Phœnicen.] Hic est accusatiuus à phœnix, quæ Græcis palmam significat. Vnde & Phœnicē Syriæ partem apparet dictam. Ipse Lucas indicat esse portum Cretæ huius nominis.

Africus & Corus.] Ventoq; noīa sunt. Duos autem nominat, quod ad vtrunq; vergeret is portus.

Assos.] Est maritima Lyciæ ciuitas in ædito sita promontorio, adeo vt parum tutum sit accedere, vnde iocus Nicostrati Citharœdi: Asson eas, vt citius ad exitū terminos pueniās. Dictum alibi fusius. Cæterum Lucas hic de Asso Cretæ oppidulo sentit & cætera.

Typhonicus ventus.]Vnus est e ventis subitis ac repentinis nomine Typhon, quod ecnephias, id est, procellas excitet moueatque. Vide Annotatiōes Erasmi. Horatium in Odis, & Aulum Gellium de ventis. Typhō, à Græco verbo τύφω, quod est inflāmo.

Euroaquilo.] Græci pro eo legūt Euroclydon, vox hinc dicta, q̄ ingētes excitet fluctus, ἐυροκλύδων.

Clauda.] Ptolemæo Claudos dicitur, spectans Cretam inter meridiem & occidētem, quo magis cōsentaneum est huc depulsos fuisse flatu Euroaquilonis.

Hadria.]Nomen maris contra Rauennam, quod p ostia Padi fluuij intratur. Quidam cum aspiratione scribunt, doctius forte. Hinc Hadriaticum mare.

Bolis, idis. f. g.] Dicitur à ballin, q̄d est mittere, id est, pondus funiculo affixū, quo deiecto nautæ explorant altitudinem maris, eyn grūdklotz. Item, schiesz balcken.

Animequiores.]Euthymi, id est, bono animo, siue recreatis iam animis, positiuum est, non comparatiuum Græcis. Barbare pro animo æquiore legitur, non tamen suggillo interpretem.

Artemon.]Penulti. correp. cum o micron, est antenna mali, hoc est, lignum trāsuersum mali, in quo velum adligatur. In obliquis artemonis product.

Dithalassus.]Est locus bimaris. Sic eīm Horatius in Odis: Bimarisve Corinthi Mœnia, q̄ ea sit Isthmos, & vtriq; mari alluatur. Hinc Isthmum fodere Adagium, dicitur de re difficili & impossibili, fruſtrataq;. Vide Polydorum Vrbinatem. & Erasmum Roterodamum in Prouerbijs.

CAP. XXVIII.

Melite.]Penult. acuta, sic legunt Græci. Ea est insula inter Epirum & Italiam, spectans Siciliam ad Septentrionem. Vnde Melitæi canes dicti, in delitijs habiti. Quanquam est Militene Cappadociæ ciuitas: verum hic insulam vocat. Dicitur etiam Melita, tæ. Hinc Melitensis, e. adiectiuum. Item Melites, tis. m. g. lapis.

Pyra.]Lignorum congeries. Vergil. In numeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consueuere: à pyr, q̄d est ignis. Pyræus Athenienſium portus. Pyralis, is. f. g. muscula in igne viuens. Pyrum, pyri, eyn byrr. Pyrus, f. g. eyn byrnbaum.

Sarmenta, orum.] Virgulæ vitium superuacuæ, abscisæ. Inde sarmentitius, a, um. vt cinis sarmentitius, rebben esch. Sarmentosus adiectiuum. Sarmentum, ti. gereschp vō vvein reben abgeschnitten.

Vipera.] Serpentis genus, quod vi pariat. Græce echidna dicitur, etiammū echis: vulgo marassum vocant.

Be-

Benigne exhibuit.]Id est,amice & humaniter tractauit,aut si dicere liceret, hospitatus est.

Dysenteria.]Morbus,intestinorum dolor,Latine tormina autore Celso dicuntur. der rodt schad, dye rot rur. Græce sic, δυσεντερία, vt tradit Archigenes, est vlceratio arteriarum, ac viscerum, perseuerans ex causis extrinsecis,videlicet frigoris, caloris, potionis, cibique minime concocti. Hinc δυσεντερικός,eo morbo laborans.

Insigne castrorum.] Castorum esse legendum indicant etiam recentiores,non castrorum.Nam Græcis est Διοσκοῦρων.Id eñ nominis est Castori & Polluci,filijs Iouis & Ledæ. Credidit antiquitas eos deos salutares nauigantibus, si simul apparerent. Apparent autem ignis specie, malo aut antenæ insidentes, contra singuli, aut solita sibi. Horum igitur insigne habebat ea nauis. Memini me & alibi de ijs dixisse. Porro,si quis copiosius de hijs scire cupit, legat Viuem in Commentarijs super Augustinum libro decimo octauo de Ciui.dei cap. xiiij. Dioscuri sunt dicti, id est, Διὸς κοῦροι, hoc est,Iouis pueri &c.Vide secundũ Machabæorum vndecimo.

Syracusa.]Penultima producta metropolis Siciliæ.Hinc Syracusanus,a,um.Itẽ Syracusius possessiuum,sed Græce.

Rhegium.]Et ea ciuitas Siciliæ maritima, à promontorio Peloro dissita viginti milia passuum, nomen à ruptura sortitum, q̃d ea Siciliæ pars olim cohærẽs cũ Brutio agro Italiæ, postea mari interfuso sit reuulsa, fretum quindecim milibus passuum latum intercurrit.In eo Scylla est scopulus & Charybdis mare vorticosum. Item Rhegium est oppidum in margine Italiæ Siciliam versus, cuius populi Rhegini dicti sunt. Item Rhegium oppidum Galliæ Cisalpinæ, Vnde Rhegienses dicuntur.

Puteolis.] Ciuitas Colonia Campaniæ,eadem dicitur Ceadicta.Puteoli,Puteolorum,ciuitas Campaniæ. Vnde Puteolanus adiectiuum.

Appii forũ.]Cõstat oppidũ esse,q̃d longius abest à Roma,q̃ sit Aritia, id q̃d declarat Horatius in Sermonũ lib.i.Saty.v.Egressum magna me accepit Aritia Roma.Hospitio modico rhetor comes Heliodorus, Græcorũ longe doctissimus. Inde forũ Appij, actres tabernas. Sic eñ legimus in emendatis codicibus Latinis,cũ in nõnullis scriptũ sit, & tribus tabernis,sed mendose,vt credo.

Manere sibimet.] Id est, apud semetipsum,hoc est,solum & sine reliquis captiuis.

Aure audietis.] Auditiõe audietis, vt ad verbum reddã,perinde quasi dicas, audientes audietis, hoc ẽ, prsus audietis. Sic enim loquuntur Latini, hisce oculis vidi,hisce auribus audiui, hisce manibus palpaui.&c.

Sine prohibitione.]ἀκωλύτως,quod bifariam accipi potest,à nemine prohibitus,siue vetitus,aut hoc animo,vt à nemine possit impediri.

Explicationis in Acta Apostolorum Finis.

PROLOGI IN SEPTEM EPISTOLAS Canonicas explicatio.

Mysticus.]A mysterio, siue mysta, id est, arcanus,secretus, secluſus,& proprie quod in arcanis deorum sacris fieri solebat, qualia erant Bacchi Orgia.Vergilius:

Et mystica vannus Iacchi. Mysta, sacerdos. Mystagogus, princeps sacrorum. Mystica sacra.

Succinctus.] a, um. à succingo,is, q̃d est subtus cingo,&ad cingulum adligo.Est etiam accinctu vestes ita colligo,vt breuiores videantur,fiatq; ad agendum homo prõptior.Hinc succinctus sermo, succincta oratio,est breuis.Succincte,succinctim,id ẽ,breuiter,& cõpẽdiose,Laconice.Plinius:Arbores graciles, succinctioresq; & enodes. Succingulum,li.baltheum est.

Lecutio.]Id est,parum video,& cæcutiens quasi semicæcus.Varro:Vtrum oculi mihi cæcutiunt,an ego vidi seruos in armis cõtra dominos? A cæcus, a, um. Hinc cæculus.Cęcitas.Cæco, as,are,vt:Cæcata oculo.

Dudum.] Quasi diu,dum eandem vim habet,quàm iamdudum.Alias explicatum.

Ad lineam.]Hoc est,ad normam,ad regulam,ad perpendiculum, ad gnomonem, ad amussim.&c.Prouerbia fere sunt.

Comperio.] Significat inuenio,cognosco,scio,& ex opinione colligo. Hinc compertum habeo,pro exploratum habeo. Cõptum est mihi,& exploratũ est mihi,hoc ẽ, per inuestigationem. Comperior,depon. pro comperio apud Salustium.Compertus participium,vt:compertus in stupro.Compertum & cognitum.

Catholicus.]a,um,vniuersalis dicitur. Hinc ecclesia catholica, est vniuersalis & orthodoxa, sacrosancta, & augustissima mater nostra.

Impensius.] Comparatiuus ab impense, quod est valde vel nimis, vt impense doctus, id est, apprime doctus. Idem impendio significat. Sed impensius pro multo magis.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in Diui Iacobi epistolam expositio.

CAPVT. I.

Iacobus.] Tetrasyllabum, penultima ꝓducta. Claudianus: Quid laceras versus dux Iacobe meos? Nomina enim propria, sicuti Priscianus docet, in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata eundem retinent, & penultimã producunt, vt Adamus, Cainus, Abrahamus, Iosephus, Isaacus, Ioachimus &c. Hic Iacobus, quoniam fuit Hierosolymitarum episcopus, scribit & cæteris Iudæis, qui per omnes nationes sparsi habitabant, variis præceptis vitam illorum formans, atque instituens. Cæterum superuacuum arbitror, anxie de autore digladiari, rem potius amplectamur, & spiritum sacrum autoris exosculemur.

Integer.] a, um, si de ætate dicitur, intelligitur ea quæ est in flore, quæ viuida est & robusta. Teren. Egregia forma, atq; ætate integra. Integra res est, q̃ est perfecta. Integrũ corpus, cui nihil deest. Integer vir, q est castus. Horat. li. i. Carm. ad Fuscũ, Ode. xxij. Integer vitæ, scelerisq; purus, Non eget Mauri iaculis, nec arcu &c. Hinc fit aduerbium ab integro, quod rursus significat. Integrum est mihi, significat vtile est. Rursum integrum est significat in arbitrio & potestate est. Integrare, integrasco & integritas, vt: Corporis integritas. Integritas atq; innocentia singularis. Terentius. Hoc malum integrascit.

Affluenter.] Id est, affatim, abundãter, vbertim & exuberanter. Sed hic ἁπλῶς, id est, simpliciter & pure significat.

Intentator.] Latinis est, q mali ꝙpiã impingit. Est aũt hic ἀπείρασός ἐστι κακῶν .i. inexptus est malorũ, siue non põt tentari malis. Significat aũt deum neq; tentari ipm malis, neq; tẽtare quenq̃. q.d. intentabilis.

Abstractus & illectus.] Græcis est illectus & inescatus, tãetsi participia hæc p̃sentis sint tpis, alterũ ab abstraho, & alterũ ab illicio, siue inesco. ἐξελκομένῳ καὶ δελεαζόμενῳ.

Transmutatio.] Parallage. Hieron. differentiã vertit. Aug. li. de Ciui. dei xi. legit immutatio, nec momẽti obũbratio. Hilarius de trinitate lib. iiij. legit demutatio. τροπῆς ἀποσκίασμα, id ẽ, cõuersionis obũbratio.

Vicissitudo.] Alternatio. Terẽtius. Omnium rerum vicissitudo. Cicero: Nihil est aptius ad delectationẽ lectoris, quàm temporum varietas, fortunæ vicissitudines.

Insitus.] Participium, penultima cor. ab inserо: & tradunt qdam insitus arborum esse: insertus hoĩs vel alicuius rei. Insitas arbores dicimus, insertas vero causas, & fabulas. Plin. li. x. Pẽnaq; trãsuersas inserta nares.

Religiosus.] Hoc etymon supstitiosi & religiosi paꝛ ꝓbatur Lactantio lib. iiij. q religiosos vocatos dicit à religando, q̃d deo astricti, religatiq; sint: supstitiosos vero, qui falsam religionem colerent supstitemq; defunctoꝛ memoriam. De religioso Gell. lib. iiij. ca. ix. Veꝛ Cicero non solum eos dicit supstitiosos, q ita p̃carentur. Nam addit id nomen postea patuisse latiusi. i. alĩs permultis accõmodatum. Videto Ciceronem & Gellium citatis locis. Item G. Budæũ in Pandectas. Ex eodẽ loco supstitiosum, iracũdũ. Itẽ Lodouicũ Viuẽ in D. Aug. de Ci. dei lib. x.

Refrenare.] Coercere ẽ, atq; cohibere, & q̃si retrahere, cõpescere &c. vt Libidines refrenare.

CAP. II.

Conuentus.] Cõgregatio, siue cœtus est. Hic palam est, Synagogam esse quẽuis cœtum, aut consessum hominum.

Anulus aureus.] Græce cõposita dictione dr̃ chrysodactylios, quasi dicas, auranuleus, ut ita docẽdi gr̃a loq̃r. Annellus dimi. Annularius, ĩ, subst. Annularius, a, um. Annullaris, e, vt: Digitus annularis.

Scabellum.] Dimi. significat paruum scamnum. Nonnunq̃ ponitur pro suppedaneo, quod Græci hypopodion vocant.

Mechor.] aris. à mœcho, adultero formaꝛ. i. adulterium cõmitto, à q̃ mœcha, æ, & mœchia adulteriũ. Explicatum alibi copiosius.

CAP. III.

Frenum.] A frangendo, instrumẽtum, q̃ equus coercetur, q̃d equoꝛ ora frangat. Hĩc effrænus, a, ũ & effrænis, & hoc effrene, q̃d sine freno est. Infrænus siue infræne idẽ significat. Mordere frænum, ẽ cõtẽnere. Fræno, defræno, effræno, refræno cõposita. Hinc frænos alicui iniꝛcere, adhibere. Populos frænare. Cursus aquarum frænare. Voluptates frænare ac domare.

Sylua.] Gñale nomen est, non solum arborum, sed etiam herbarum. Differunt sylua, lucus, saltus, nemus: sæpe tamen cõfundun-

duntur. Sylua quandoque dicitur quod ex tempore scribitur velocissime, vt sylua Carminum: hic pro materia, aut copia videtur capi. Hinc syluula, syluecula, & syluicula, diminutiuum. Syluaticus, sylueſtris & hoc sylueſtre. Syluesco. Syluanus, syluarum deus. Syluius proprium, quod in sylua natus sit. In syluam ferre ligna, Adagium Horatianũ est, de quo vide Chiliades Erasmi.

Uniuersitas iniquitatis.] Græcis est cosmos, id est, mundus iniquitatis. Est autem aliquando mundus, cumulus rerum simul repositarum. Vnde mundum mulierem dicimus, cultum & ornatum.

Cetorum.] Legendum est, non cætetorum. Nam Græcis est ἐναλίων, id est, marinorum. Mansuescunt enim & marinæ beluæ, vt delphines. Horatius:

Delphinum syluis adpingit, fluctibus aprũ.

Adagium est. Cete immania apud Vergilium. Cetarius, ij, substantiuum & adiectiuũ, vt. Cetarij fines, vbi capiuntur cete.

Emano.] Penultima producta à mano, manas, quod ẽ per partes minutissimas stillo. Hinc emanatio. Distichon Magistri Iacobi Horlini: Sordescit propriis manans laus stulta labellis. Sola peregrino quæ venit ore placet. Vnde emanare saniem. Emanauit fama. Emanare in vulgus, &c.

Disciplinatus.] A disciplina manat. Sed hic Græcis est epistemon, sciens, siue scientia præditus, quem recentiores & Neoterici vocant scientificum minus Latine, mea sententia. Disciplinatus pro erudito, aut bene instituto Barbare dicitur.

Animalis.] Hic deducitur ab anima, ψυχικὴ, sic enim aliquando vocat adfectum humanum, vt opponamus spiritui.

Diabolica.] Græcis est δαιμονιώδης, id est, dæmoniaca, hoc est, non à spiritu Christi, sed à spiritu huius mundi. Et dæmones Græcis dicuntur quasi daemones, hoc est, scientes, & his antiqui tribuebant artium humanarum inuentionem. Vide Lodouicum Viuem in Diuum Augustinum de Ciuitate dei libro nono cap. vicesimo.

Suadibilis.] Pro tractabili & morigera ponitur, & cui facile persuadeatur. A suadeo, suades. Hinc suadela, suadelæ, suasio, Plautus, & apud Quintilianum dea suadeni. Suadæmedulla, Pitho suasionis dea dicta est. Suasor, oris. Suasorius, a, um.

CAP. IIII.

Adulter.] Ra. Gerce mœchus vel mœcha. Hic adultero, & or, aris, vitio, masculo. Adulterinus, a, um, & adulterium.

Detrahere.] Est obtrectare, & obloqui. Hinc detractio, obtrectatio, oblocutio, detractor, vt detractores, qui non castigat, irritat. Dictum Domitiani Imperatoris. Vide Polydorum in Prouerbijs, & digna lectu inuenies.

Legislator.] Qui legem tulit, & qui legifer dicitur, qualis apud Athenienses Solon fuit. Græci nomotheten vocant. Hinc legislatio. CAP. V.

Miseria.] Idem quod miseritudo, id est, infelicitas, ærumna. Actius. Qui felix miseritudine factus est aliena. Hinc multa. Miser, misellus, a, um. vt: misellum pallium. Misere, miseriter aduerbia. Misereor, misereo, miseret impersonale, misereſco, & cætera.

Tinea.] Vermiculus vestes aut libros corrodens. Hinc dicimus: Pascere tineas, & tineosus, a, ũ, vt aluei tineosi, vestis tineosa.

Est Est, non non.] Id est, quod est etiam etiam, & quod est non non. Nec est sermo vester, sed vestrum est, sit est, & vestrum nõ, sit non, hoc est, quod affirmatis, vere affirmate, & quod negatis, vere negate.

Epistolæ Diui Iacobi finis.

DICTIONVM QVARVNDAM IN priorem Diui Petri epistolam explicatio.

CAPVT. I.

Petrus.] Quemadmodum & Iacobus, Iudæis scribit sparsim incolentibus gentium regiões, epistolam profecto dignam Apostolorũ principe, plenam autoritatis, ac maiestatis Apostolicæ, ῥbis parcã, sententijs differtã. Hic primũ Simon nũcupabat. Deinde Cephas, post Petrus. Siquidẽ Petrus saxũ interp̃tatur, Cephas solidũ.

Galatia.] Prouincia Asiæ, à Gallis vocabulum trahens, quæ & Gallogręcia dicitur. Hinc Gallogræci, qui & Galatæ.

Præscientia.] A prę̃scio, Græcis est prognosin, id est, præordinationem, siue præfinitionem, prædestinationem. Quin & Latinis scita dicũtur decreta, & cognitores, iudices.

Incolatus.] Jus, ipsa habitatio, seu tp̃s q̃ qs in aliq̃ loco habitat, siue morat, vt inde discessurus sit, vt: Hei mihi, qa incolatus meus plongatus est, Dauid ait. Ab incola manat. Incolo, is, pe. cor. Castæ incolere. Locũ aliquẽ incolere. Incoli locus dr̃ passiue, Bevvont vverdẽ. Vitam incolere, laebẽ.

CAP.

CAP. II.

RAtionale.] Legendum est, non rationabile, nam Græcis est τὸ λογικὸμ, id ē, rationale, doli expers lac. Vocat autem lac logicon, vt à corporeo lacte discernat. A ratione. Hinc ratiuncula diminutiuum. Rationales & procuratores Cæsaris ĩdem erant. Vide librũ primũ Pandectarum. Rationarius, a, um. Ratiocinor &c.

Discolus.] Græca vox, Latine difficilis dicitur. Hinc discolia, difficultas, & δυσκόλως, difficulter. Græca tamen habent hic scolĩs, id est, prauis siue asperis. Hinc Adagium. Δυσκολατὰ καλά, hoc est, difficilia q̃ pulchra. Vide Prouerbia Erasmi.

Liuor.] Est vestigium plagæ in cute. Græci habent vibice. Quin & Apud Hebræos est habburah, q̃ vox illis tumorem ex plaga concretum significat. A liueo, liues. Hinc liuidus, a, um, &c.

CAP. III.

CApillatura.] A capillis, Græcus sermo dilucidior est, crispatura, siue contextus capillorum, siue capillitium.

Locuples.] Generis omnis secundum Priscianum, & tam i quàm e in ablatiuo habet, est diues locis & possessionibus. Horatius: In locuplete domo. Distichon Magistri Iacobi Horlini:

Nõ opus est vernas foribus pfigere frõdes,
Qui locuplete penu vina phalerna tenet.

Hinc locupletare, vt: Locupletata voluptas perfectione vitæ.

In summa.] Id est, ad summam, & summatim, hoc est, per singulas summas & breuiter, & omnibus quasi simul comprehensis. Quintilianus: In summa, non recedo, fas est mihi inuitis etiam parentibus pie facere.

Commessationes.] Sunt cibi potusque, qui post cœnam ex luxu sumuntur, sicut merenda cibus, qui ante cœnam sumitur, & ientaculum ante prandium. Hinc comessari est post cœnam epulari.

Maleficus.] Malefica, maleficum, pro pernicioso & incantatore ponitur. Græce cacopios dicitur. Sed maleficæ mulieres incantatrices dicuntur, & veneficæ. Inde maleficentia & malefi cium, damnum, iniuria, facinus.

Appetitor.] Ab appeto, is, quod est ardenter cupio, & tam in bonum, q̃ in malum. Alienorũ appetitor, Græcis est allotrioepiscopus, id ē, alienorum inspector, siue curator. Composita vox ab alieno & episcopo, hoc est, inspectore, quod qui quid appetit, inspectat. Hinc appetones antiquis dicti sunt appetentes. Appetens, tis. Appetẽtia, æ, vt: Appetentiam ciborum præstat. Appetitio. Appetitus, us, penultima producta.

CAP. V.

COnsenior.] Rectius fortasse conpresbyter. Quanquàm nonnihil hic quoq; offendit nomen Græcum additum coniunctiõi Latinę. Et haud scio, an quisquàm passurus sit sympresbyter, quemadmodum dicimus symmystes, & symmathites, id est, consacerdos, & condiscipulus. &c.

Clerus.] Latine sorte datus, & electus dicitur. Sed gregem vocat, qui cuiq; sorte contigit gubernandus. Cleros, siue clerus, cleri, lots, gluckfal. Clerus acuto accentu in fine sorte datus, electio, constitutio, diaconus. Interdum accipitur pro mensura terrę, vt iugero, vel horto, eyn erbgut.

Babylon.] Vrbs grandis fuit in Chaldæa. Item alia in Aegypto à Cambyse rege Persarũ cõdita, vt ait Iosephus. In Babylone collecta, id est, quæ in Babylone est simul electa, hoc est, consors electionis vestræ. Hinc Babylonius & Babylonicus, a, um.

Epistolæ prioris Diui Petri Apostoli FINIS.

VOCVM QVARVNDAM IN POsteriorem Diui Petri epistolam explanatio.

CAP. I.

Symon.] Onis, penultima producta in obliquis, interpretatur signum, Lucæ vi. Sed συμεὼν Symeon hoc loco Græcis est, quod sonat audientem, vel exauditionem. Quanquàm ea vox Græcis varie pronunciatur & scribitur.

Manu tentans.] μυοπάζωμ, myopazon, certũ est dictionẽ esse cõpositam. Videt aũt deducta metaphora à muribus, q parietem, aut tabulã, aut si qd aliud obuiũ fuerit, seq solent, donec cauũ nacti fuerint. Adiecit aũ tẽ hoc Apostolus, vt pfundam cæcitatẽ exprimeret, nã luscioſi magna corpora vident, vt ductu manuum non sit opus.

Indocte fabulæ.] Vocãt hoc loco arte cõfictę, q̃ Sophismata alio vocabulo noĩant.

Lucifer.] Stella Veneris cum ante gradi tur solem, cũ subsequitur Hesperus vocat.

CAP. II.

TArtarus.] In singulari gñis mascu. in pluratiuo neut. locus infernalis. Hinc

tarta-

tartareus,a,um. Item tartarum neutri generis fex vini dicitur. Tartarinum veteres dixerunt horrendum.

Præco.]Eſt qui iuſſu magiſtratus publice aliquid ore denunciat, qui auctionem facit,& qui audientiam in theatris indicebat. Plautus. In eo ipſo ſtas lapide, vbi præco prædicat,adagium. Vergilius:

Victorẽ Aenæas præconis voce Cloanthũ.

Hos quoque Curiones vocatos legimus. Hinc præconium laus, Græce encomion. Vnde Hipponactæum præconium.

Diem de die ducere.] Eſt rem in lõgum protrahere, vt Sardi venales. Vide Adagia.

Sibi placentes.] Græce φίλαυτοὶ dicuntur,apud Petrum ſic non eſt,ſed vtor Latina interpretatione. Etiam eſt Sapientiæ vi. Præbete aures vos, qui continetis multitudines,& placetis vobis in turbis nationum. φιλαυτία igitur id vitium dicitur, quaſi amor ſui, quem eſſe maximorum errorum malorumque fontem Socrates exiſtimabat. Hoc eſt caput omnis ſuperbiæ,hæc ignorationis omnis cauſa. Hinc φίλαυτοὶ prouerbialiter appellãtur,qui ſibi vehementer placent, quique ſuis ipſorum commodis impenſe ſtudent, aliorum rebus vel neglectis, vel etiam afflictis. Vitium ipſum Philautia appoſite circumloquitur Horatius. Cæcus, inquit, amor ſui. Id vitij Plato malorum omnium fontem autumat. Ariſtoteles ix. Moralium libro ſatis indicat hanc φίλαυτοῦ probroſam appellationem, ceu prouerbialem vulgo iactatam fuiſſe, cum ait homines ſui ſupra modum amantes à multitudine male audire, quippe qui fœdo, infamique cognomine vocentur φίλαυτοὶ.

Pernicies.] Mors à perneco, pernecas. Hinc perniciosũs pro mortifero, pernicialis,mortalis,perniciabilis,ad necem omnia ducens, Græce panolethria. Pernicioſe, aduerbium.

Volutabrum.] Penultima producta Bebelio teſte, locus cœnoſus, vbi ſues & porci volutantur. Vergilius:

Sæpe volutabris pulſis ſylueſtribus apros
Latratu terrebis agens. A voluto, volutas.

CAP. III.

Syncerus.]a,um,proprie quod eſt integrum, dicitur. Vnde pro puro & incorrupto & immaculato ponitur. Horatius:

Syncerum eſt niſi vas quodcunq; infundis aceſcit. Hinc ſynceritas,ſyncere & ſynceriter. Contrarium inſyncerus & inſyncere.

Non lateat.]Id eſt,non te clam ſit,non fugiat,non prætereat.

Deprauare.]Eſt prauum facere, corrũpere,ſed hic pro detorquere ponitur. Hinc deprauatio,& aduerbium deprauate. vt: deprauate iudicare. Deprauatus participiũ, vt: Deprauatus indulgentia.

Traducti.]A traduco,legendum eſt abducti nefariorum errore. Nam traducere elegans alioqui vocabulum aliud ſignificat, & alibi fuſius explicatum eſt.

¶Poſterioris epiſtolæ diui Petri apoſtoli Finis.

VOCABVLORVM QVORVNDAM IN epiſtolam diui Ioannis priorem explicatio.

CAPVT I.

Hanc epiſtolam eſſe Ioannis apoſtoli, qui ſcripſit euãgelium vel ipſe ſermonis character arguit, nec eſt qui de ea ambigat.

Societas.]Græcis cœnonia,q̃ſi participatio. Liuius: Infida regni ſocietas. A ſocius emanat,qui eſt eiuſdem ſortis. Hinc ſocialis & hoc ſociale,quod eſt ſocibrum. Vnde ſociale bellum,quod cum ſocijs geſtũ eſt: hoc dictum eſt Marſicum,quoniam à Marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium. Socio,as ſignificat iungo,à quo aſſocio, cõſocio eiuſdem ſignificantiæ. Diſſocio diuerſam habet ſignificationem, diſiungo. Socius,a, um. vt: Socia nox. Socia arma. Sociabilis,e. vt: Sociabilis conſortio inter binos reges. Socialitas,tis.

CAP. II.

Aduocatus.] Ab aduoco, qui alteri adeſt in cauſa. Hic Græce habetur paracletus,id eſt,patronus,conſolator. Valla inter aduocatum & patronum diſcrimen facit,quẽ vide ſi iuuat. Hinc aduocatio, & patrocinium. Aduocatio,id eſt,actus aduocandi. Aduocatus,ti. pro Oratore. vt: Aduocatus eo, aut venio amico. Aduocitare verbũ obſoletum,eſt ſæpe aduocare. Feſtus.

Malignus.]a,um. à malus fit,& is eſt, qui difficultatem ſui oſtẽdit,hoc eſt,q aſper, difficilis,inuidus,auarus eſt. Plinius: Homo malignus & inuidus. Hinc maligna via,quę anguſta & ardua eſt. Maligno, as. & malignor, & malignitas. Vt malignitas prædæ partitę,cui opponitur prodiga largitio. Maligne aduerbium. vtt Maligne virens, gelgrun. Maligne diuiſus,vntrevvlich.

Anti

Antichristus.] Latine contra Christũ & contrarius Christo, vernacule dicit Endchrist, filius perditionis. In Paulo dictũ.

Unctio.] Vnguen & vnguentum, Græce chrisma dicitur, ab vngo, is. Hinc vnguẽtarius, vnctum pingue illud in dorso porci mollius. Vnguentarius, a, um, vt pixis vnguentaria. &c.

CAP. III.

Mundus.] Substantiuum est hęc machina elementorum. Item ornatus muliebris, Græce cosmos. Hinc mundanus, a, um, quod mundi est. Vnde interrogatus philosophus, cuias esset, mundanum se esse respondit. Hic mundus pro hominibus capitur mundanis. Item mundus, a, um, adiectiuum, significat purum, tersum, politum. Hinc mundities & munditia. Mundo, as, are. Munditer aduerbium. Mundulus, diminutiuum. Mundifico, as, idem quod mundare. Munditias facere, seuberen.

Substantiam.] Non est hic hypostasis, sed pro possessione, diuitijs, & facultatibus ponitur. Sæpe explicatum.

CAP. IIII.

Mendax.] Nugax, nõ verax, & qui frequenter mentitur. Hinc mendaciũ. Distichon Magistri Iacobi Horlini. Mendax imbrifero rumor volat ocyus Euro, It testudineo candida fama pede. | Mendaculum diminutiuum à mendacio. Cicero: Quod tamen mendaculis est aspergendum. A mendax comparatiuus mendacior, mendacissimus & mendaciter aduerbium. Item Mendaciolum & mendaciunculum diminutiuum. Mendaciloquus, pro mendace Plautus dixit.

Deum nemo vidit vnquàm.] Diuus Iohannes in Euangelio, Iohannis primo deum à nemine vnquàm visum scribit, similiť hoc loco. Idem Apostolus Paulus confirmat, sed Iacob se vidisse dominum facie ad faciem asseuerat. Et de Mose scriptum est Exodi. xxxiij. quod loquebatur cum domino facie ad faciem, sicut amicus cum amico suo solet loquiꝫ quod & multa alia sacrorũ librorum loca videntur testari. Verum naturam dei esse homini viuenti inuisibilem ita constat, vt fuerint pleriqꝫ, qui ne angelos quidem & archangelos, eam cernere existimauerint, & prodiderint, vt docet Chrysostomus, & Gregorius. Viderunt igitur sancti patres angelos tanta maiestate formæ, vt facile diuinam esse intuentibus persuaderetur: nam angelos patribus locutos, & per illos datam esse legem, Paulus est autor ad Hebræos. Si enim sermo qui per angelos dictus est, factus est firmus &c. Et Act. vij. ait Stephanus Iudæos legem accepisse p dispositionem angelorum. Et species illa dei non erat, qui speciem nullam habet, q̃d Chrysostomus intelligi vult, quum dominus Iudæis negat eos vel speciẽ vidisse, vel audisse vocem, qui speciem se vidisse dei putabant, vt Exodi xix. scribitur: sed visibilis illa erat, & sub sensus cadebat species iussu dei ab angelo confecta, tam superans solitas à nobis spectari, vt diuina crederetur, & erat ad diuinitatem cernendam gradus.

CAP. V.

Fiducia.] Et fidenter, similiter audacia, à fide, & fere semper in bonum, quamuis aliquando in malum. Vergilius: Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri? Et: Cernis quæ Rutilos habeat fiducia rerum. Aliquando ponitur pro spe. Fidentia, idem. Hinc fidenter aduerbium, non fiducialiter. Fiduciarius, a, um, vt: Fiduciariã operam obtinere dicitur legatus. Fiduciarius hæres.

Iniquitas.] Est iniustitia & ab iniquus venit quod est non planus, vnde loci iniquitatem dicimus. Per translationem vero de hominibus impijs, seu improbis dicitur. Aliquando capitur pro magno. Vergilius: Iniquo pondere rastri. Interdum pro angusto. Inique aduerbium.

Generatio.] Genitura, natiuitas: Græce Genesis dicitur. Sed hoc loco genitus ex deo est, non generatio.

Prioris diui Iohannis Apostoli
Epistolæ Finis.

SECVNDAE
EIVSDEM EXPLICATIO

Senior.] Græcis est presbyter.

Natus.] Nomen pro filio, sicut & nata pro filia. Item natus participium. Addimus quãdoq; g, & dicimus gnatus, gnata, quæ semper sunt substantiua. Natus, us, non legi, nisi in ablatiuo tantum, vt grãdis natu, maior natu. &c.

Alterutrum.] Hic pro inuicem ponitur. Nam alteruter quiuis e duobus, aut alter e duobus dicitur. Hinc alterutrinq; aduerbium, von eyntvederem teyl.

Aue.] Verbum defectiuum & anomalũ,

lum & est salutantis & salutati, veniẽtis q̃q; vale soli abeuntes dicunt.

Charta.] Cum ch. aspirato in frontispicio, dictio Græca est, proprie ex papyro fit, apud Græcos vero poni consueuit pro libro. Ouidius: Nullus in hac charta versus amare docet. Hinc chartaceus, a, um. vt munus chartaceum. Item charteus aliquando pro foliis, paginis, & philuris ponitur, quibus inscribimus. Chartophylaciũ, repositorium chartarum & scrinium. Chartæ codicis, dye bledder in eym buch. Charta auersa scribere. Chartę epistolares. Charta plũbea.

¶Secundæ diui Ioannis epistolæ FINIS.

TERTIAE EIVSDEM EXPLICATIO.

Fideliter.] Aduerbium à fidelis. Potest & hic talis accipi sensus e Græcis. Tutum reddis, siue in tuto collocas.

Primatum gerere.] Siue primas tenere, est principatũ tenere & principem locum moderare, & habere imperij, ditionisq;.

Diotrephes, διοτρεφής.] Græca vox, dicit à Ioue nutritus, à dios Iouis, & trepho, nutrio, proprium nomen mali & insolẽtis, atq; primas amantis.

Demetrius.] Proprium pij iuxta ac religiosi hominis, cui testimonium probitatis & pietatis ab omnibus reddebatur. Et potest Latine dici Cerealis, sicut & Demetrius à Demeter, quæ Ceres dicitur. Vide Lexicon Græcolatinum Petri Gillij Albiensis. δήμητριοι καρποὶ dicuntur frumenta, & legumina, quasi Cerealia &c.

¶Epistolæ diui Ioannis Tertiæ FINIS.

VOCABVLORVM QVORVNDAM Iudæ epistolij explicatio.

Iudas Thaddeus.] Iesu Christi apostolus & seruus, frater Iacobi, multis verbis desto machatur in eos, qui cupiditatibus suis excæcati aduersabãtur euangelio. Hic à cõfessione nomen sortitur.

Alterco.] Significat mutuo iurgia iactare, criminari, & clamose inficiari, & quasi aduersam partem tueri. Dicitur & alterco. Terentius: Scio cum patre tuo dudum alter casti. Altercantur inter se mulierum ritu. Hinc altercatio, quæ vt docet Quintil. li. vi. constat, aut intentione, aut depulsione.

Increpet te dominus.] Hic lectitãdum est pro imperet. Sic D. Hieronymus ad Rufinum legit, ἐπιτιμῆσαι σοὶ κύριος, id est, increpet tibi dominus, imitatus Græcum sermonem. Similis locus est apud Zachariam ca. iij. Increpet in te dominus satan &c.

Balaam.] Filius Bosor. Hic conductus fuit, vt malediceret populo Israelitico corruptela mercedis, id est, data mercede siue pecunia, & interpretatur sine populo. Numer. xxij.

Epulis.] Græcis est ἀγάπαις, id est, in dilectionibus. Mirum est autem, vnde vox epularum inuaserit, quæ nihil habet affine cũ agapes, nisi forte & hoc significat Græcis: ἀγάπη geniale conuiuium. Porro agapas, ni fallor, vocat illorum benefacta, quæ Christiana charitate non definebãt in omnes exhibere. At illi hoc erant fœdiores & insignius mali, quod inter honesta pietatis exempla dedecorosam agerent vitam, vnde & maculas vocat.

Chora.] Vel kora, caluus interpretatur, Numeri. xvi.

¶Epistolæ Diui Iudæ Thaddæi apostoli Finis.

ET PROLOGI ET ARGVMENTI simul in D. Ioannis Apocalypsim perbreuis explicatio.

Ascio.] is. compositum à scio, est perfecte scio, adfirmo, adtribuo. Calepinus ex Columella annotat. Hinc ascisco ab asscio, accusatiuum semper fere post datiuum postulat, pro assumo, adrogo, attribuo, vt hic, Itẽ ascisere pro appetere &c. innumera.

πάτμος, Patmos.] Insula parua in Aegæo mari vna Sporadum, in qua Diuus Ioannes exulans hanc Apocalypsim scripsit. Et interpretatur lethalis, siue mortifera.

Sortior.] Significat sortes facio, siue p sortes aliquid recipio, & sorte aliquid consequor. Aliquando significat disponere. Hinc sortito penult. prod. aduerbium qualitatis, significat ex sorte. Horatius lib. Car. Lupis & agnis quanta sortitio obtigit. à sors fit sorticula diminut. Sortitio verbale, vt: Sortitio prouinciarum. Sortitio iudicum. Sortitus,

titus,us.m g. idem. Sortilegus,a. Sortilegium. Sorte aduerbium,durch das loss.

Pro merito.]Id est,p dignitate,magnitudine & laudis maiestate huiusce libri.

VOCABVLORVM QVORVNDAM in D.Ioannis Apocalypsim explicatio.

CAP. I.

Apocalypsis, ἀποκάλυψις.]Græca vox,& Latine reuelatio dicitur.Hæc dictio noua est à Septuaginta D.Hieronymo autore reperta,q̃ sermonis Hebraici proprietatem,& dialectum exprimerent. Siquidem Hebræorum more librum auspicatus est hic autor.

Palam facere.] Est hic ostendere, siue demõstrare,videlicet vt ostẽderet p hãc reuelationem Iesu seruis illius, quid mox futurum sit.

Angelus.]Latine nuncius.Sed vt intelligas pie lector hunc locum Græcis esse misso nuncio, siue mandato. Alioqui cum angelum miserit, quid erat quod mittebat per angelum? Hinc angelicus,a,um. Angelicos aduerbium.

Asia.] Duplex,scilicet maior & minor, hic de minore,in qua specialiter Ephesus ciuitas ẽ, Asia vocatur.Explicatũ alias fusius.

Pungo.]Non solum de ferro,sed de q̃cunq; alia re dicitur. Varro: Admota aspis cum pupugerit,si non occidat, sciat ex Psillorum esse stirpe.Nam Psilli populi in Africa,& Marsi in Italia,contra serpẽtes vim innatam habẽt,vt hi qui de familia sancti Pauli adhuc in Italia se iactitant. Hinc punctus m.g.& punctum neu.ge. Punctim aduerbium.Pungens particip.Punctio verbale. Pũctus particip.Punctus,us. Plinius:Oculis punctu erutis.

Etiam amen.] Etiam hic nõ est coniũctio,sed aduerbium cõfirmandi, vt sit gemina confirmatio,altera Græca,altera Hæbraica,ναὶ ἀμήν.

Alpha & ω.] Qui primus est in re quapiam,etiã prouerbio Græcis dicitur Alpha, vt apud Martialem alpha penulatorum, & ὦμέγα extrema est in ordine literarum Græcanicarum, de qua re copiosius in Chiliadibus Erasmus.

Patmos, πάτμος.]Sine aspiratione reperio apud Græcos,& est insula parua in Aegęo mari,vna Sporadũ.Dictũ in pfatione.

Smyrna, σμύρνα.]Vrbs Ioniæ,vel Meoniæ in Asia minori, quam vrbem Meles fluuius circunfluit.Hæc à quibusdã dicitur Homeri patria. Hinc Smyrnæus, a, um. Distichon: Si mihi Smyrnæo pectus distenderet Oestro:Et foret optatis dexter Apollo meis. Sic Græce etiam myrrha dicitur, teste Cholino.

Pergamus, πέργαμος.]Pen.cor.clarissima vrbs Asiæ vel Troadis, quã Silenus fluuius intermeat.Hæc eadem vrbs Troia vocatur.Dicitur etiam pluratiuo numero Pergama.Vergil.Pergama cum peteret. Hinc Pergamæus,a,um.& Pergamenus,a,um.altitudo vel sublimitas interpretatur.

Thyatira, θυάτειρα.] Pe.pro.vrbs Asiæ non longe à Pergamo,templo quondã Aeschlepiadĩ famosa,cuius erat illa Lydia puella Porphyropolis,id ẽ,purpuræ venditrix, de qua in Actis apostolicis.Et interpretatur odor,siue sacrificium contritionis.

Sardis.]Pluraliter vrbs,Lydiæ caput, regia Crœsi. Horat. Quid cõcinna Samos, quid Crœsi regia Sardis? Sed Sardinia insula est fertilissima. Adagium: Sardi venales, cum res in longum protrahitur.Sardis Syri ace cortinam sonat.

Philadelphia, φιλαδελφία.] Ciuitas Lydiæ ad radices Tmoli montis.Strabo eã ponit in Mysia proximam Lydiæ,& terræ motibus diuexatam dicit, & fraterna charitas interpretatur,vel amor fratris,aut fraternitatis.Hebræorum xiĩ.

Laodicea.] Per e vel i breue in penultima, vrbs Cælesyriæ ad montem Libanũ. Alia vrbs Asię celeberrima ad Lycum fluuium sita. Et populus iustus interpretatur, λαοδικεία.

Aurichalcum.]Ex auro & ære dictum est,quasi sit ęs aureum,habet enim colorem auri.Num cohæreat compositio Græca Latinis,sum plane nescius.Certe mihi non videtur,nisi forte propter cognationem, quæ est inter au,& o.Nam dicimus plostrum & plaustrum,aula & ollatcotes & cautes:sicut e diuerso dixerũt ausculum pro osculo.Dicitur & orichalcum,quia in locis montosis inuenit. Plautus: Ego istos mores orichalco comparem.Statius lib.x. Thebaid:Emicat effigies,& sparsa orichalca renident.Hic tamen Græcis est chalcolibano,dictio composita ex ære & thure.Suidas indicat esse genus electri preciosius aurotid conflari dicit ex vitro & lapide, testans eius temperaturã fuisse mensam sanctam magnæ, vt ipse vocat,ecclesiæ.

CA

CAP. II.

Sin autem.] Græcis est: Sin minus.

Nicolaite.] Secta quædã & factio, seu Hæresis à Nicolao quodam originẽ ducens, aduena Antiocheno diacono obscœno, hæretico omnium immunditiarum autore: quẽ scribit Clemẽs, teste Beda, ob zelũ pulcherrimæ coniugis increpatum. Hic duxit choros fœmineos, & erat vnus ex septẽ diaconis. Actorum vi. Vide Viuem.

Smyrne.] Id est, Smyrnensium ecclesię, de qua dictum priori capite.

Pergamo.] Id est, Pergamensi ecclesiæ.

Romphea.] Cum diphthongo, genus est gladij ancipitis. Valerius tamen Flaccus lib. vi. Arganauticon præter naturam corripit. Aequaque nec ferro breuior, nec romphea signo.

Αντίπας, Antipas.] Quidam martyr in Pergamo passus. Alij dominũ Christum intelligunt, & interpretatur pro omnibus, vel cõtra omnes.

Calculus.] Olim calculis ferebãt suffragia. Vnde albo lapillo notari dicuntur, quæ probantur: atro, quæ damnantur. Et in suffragijs comitiorum nomen eius, cui faueba tur, calculo inscribebant. Hinc calculosus, a, um. qui calculi morbo laborat.

Iezabel.] Impijssima regina, & vxor Achab, & interpretatur insula habitaculi, vel væ habitaculo, aut ex Hebræo & Syro, insula sterquilinij, vel væ sterquilinio. Filia regis Sidoniorum. iij. Regum. xvi. &. xxi. Et iiij. Regum. ix.

CAP. III.

Locuples.] Omnis generis secundum Priscianum, diues, abundans locorum & possessionum, hoc est, q plurima loca possidet. Hinc & locupletes dicebãt loci, hoc ẽ, agri plenos. Ouid. li. v. Fastor: Aut pecus, aut latũ diues habebat humũ. Hic ipsa pecunia dicta. Vide Gel. lib. xvi. cap. x. Pli. lib. viij. ca. iij. Hinc locupleto, as, pen. prod. & locupletatus & locupletatio. Nescio probum ne sit vocabulum, an non.

Collyrium.] Hoc loco vnguentum est oculorum, & pharmaci genus. Certe Græci legunt κολλούριον, quam vocem dictam putant ab ijs, quæ truncatam habent caudam. Oculis collyra lippis, inquit Horatius.

CAP. IIII.

Iaspis.] Lapis preciosus, qui à Plinio viridis gemma interpretatur. De hac dictũ Exod. xxviij. Adagium: Gallus iaspidẽ reperit. Vide Adagia.

Sardius.] Hanc ipsam opinor gemmã, quã Plinius Sardam vocat, testaturq; à Sardibus primum repertam, quàmuis Theophrastus Sardij mẽtionẽ faciat. Apparet ex Plinio candidam esse. De hac Exod. xxviij. dictum est.

Iris.] Arcus cœlestis versicolor, pluuiã prænuncians. Vergil. Irim de cœlo misit Saturnia Iuno, vernacule eyn regenbogen. Est etiam herba, blasvvertel, lilgẽ. Hinc irinus, a, um. vt: Irinum vnguentum.

Crystallus.] Et lum à glacie lapillus induratus. Hinc crystallinus pe. cor. cõtra vulgi opinionem.

Senus.] A sex possessiuum. Inde senarius numerus, qui ex sex rebus constat. A q̃ senarioli dicti sunt versus à sex pedibus. Cicero libro v. Tuscul. quæst. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumẽto esse inscriptos acceperam, qui declarabãt in summo sepulchro sphæram esse positam cum cylindro.

Secula seculorum.] Sæpe in sacris literis hæc duo nomina leguntur coniuncta, sæcula sæculorum. Quid ea significent Hieronymus in epistola ad Galatas primo sic diffinit. Quærendum, inquit, quoq; quid sit inter in sæculum, & sæculum sæculi, & sæcula sæculorum. Et vbi pro breui temporis spacio, vbi pro æternitate ponatur: quia in Hebræo sæculum, vbi vou literam positam habuerit, æternitatem significat, vbi vero sine vou scribitur, annum quinquagesimum, quẽ illi Iobileum vocant. Ob hanc causam & ille Hebræus, qui propter vxorem & liberos amans dominum suum aure pertusa seruitio subiugatur, seruire iubetur in sæculum, hoc est, vsq; ad annum quinquagesimum. Et Moabitæ & Amonitæ non ingrediuntur ecclesiam domini, vsq; ad quintam & decimã generationem & vsq; in sæculum. Quare omnis dura conditio Iobilei soluebatur aduẽtu. Quidam dicunt eundem esse sensum in sæculis sæculorum, quem in sanctis sanctorum, in cœlis cœlorum, in operibus operũ, in Canticis canticorum: & quã habent differentiam cœli ad eos, quoꝝ cœli sunt, & sancta quæ sanctorum comparatione sunt sanctiora, & opera quę operꝝ prælatione meliora sunt, & cãtica q̃ inter cantica vniuersa p̃cellunt, eandem habere & sæculum, quæ sæculoꝝ collatione sunt sæcula. Præsens itaq; sæculũ ita edisserũt, vt dicãt ex eo tẽpore illud esse numerandũ, ex q̃ cœlũ & terra sunt condita, & currere vsq; ad consummationẽ mundi, quo Christus iudicaturus est oñia.

Reuocant quoq; vltra, & in priora promouent gradum, de præteritis & futuris sæculis disputantes, bona an mala fuerint seu futura sint, & in tã profundas incidunt quæstiones, vt libros quoq; & infinita volumina super hac dissertione condiderint. Hæc ille.

CAP. V.

INtus & foris.] Græcis est, intus & in tergo, hoc est, vtraq; parte membranæ.

Signaculum.] Proprie est signum alicui rei impressum, vt lateat quousq; reseretur. Hinc signatores, signatorius, signo, as. & signio, cuius compositum est insignio, & insignitus, insigniter, insignite, & insignitas, insignis.

Odoramenta.] Dicuntur Græcis aromata, odoramina, ab odoro, as. siue odoror, aris. penult. produc.

Amen.] Fiat, firmum sit.

CAP. VI.

SIgillum.] Diminutiuum, id est, paruũ signum, prout signum statuã significat. Hinc sigillatim aduerb. significat per singulos. Sigillo, as, est signum imprimo, vnde sigillare literas dicimus. Sigillaria opera, sunt paruæ imagines, fictilibus descriptæ, dictæ à sigillis, id est, paruis signis. Sigillaria pluraliter, viculi Romæ, vbi sigilla vendebantur.

Tonitrus.] Et tonitru declinari potest. Ouidi. Vnde solet tonitrus, & fulmina mittere terris. Est autem tonitrus (vt in quæstionibus docet Seneca) nubis ictæ sonus, qui & tonus dicitur. Hinc tonescit, id est, tonus fit. Varro tonitribus tẽplum tonescit. Tonitro, as, est tonitrũ facio, donnern. Sed tono, as, certius est, vt: Deus tonat. Tonat cœlũ. Tonare laudes alicuius. Tonare murmure ac verbis, bochen, bolderen.

Bilibris tritici.] Græce est, chœnix, id est, mensura tritici, aut leguminis, quæ satis sit in cibum diurnum: Dictum in Luca.

Pallidus.] a, ũ. à palleo, es. & pallesco, cis. Ouid. Palleat omnis amãs, color hic est aptus amãti, vernacule, bleich. Hinc pallidulus diminut. Sed hic Græce est χλωρός, viridis. Sic paulo post: Omne fœnum viride.

Cilicinus.] a, um. pe. cor. Hinc vestis cilicina, quæ ex ipso cilicio fit, vel quæ illi similis est, eyn haren hempt.

Grossus.] Mascul. vel fœmi. generis. immatura & omphax ficus. Hinc omphacinum vinum dicimus immaturum & cruciuum. Grossus pro crasso inepte legitur. Grossulus, li. diminut.

Liber inuolutus.] Id est, liber qui voluitur siue conuoluitur. Eadem vox est in Psalmis de cœlis immutatis.

Petre, arum.] Latine saxa & rupes dicuntur.

CAP. VII.

SIgnati.] Græcis signati non repetitur, nisi in initio & fine. Et signati est participium à verbo sigillo, ac si dicas, sigillati, & sigillo obsignati.

Ruben.] Interpretatur visio filij. Genes. xxix.

Gad.] Fortuna, vt Hebræi exponunt Genesios xxx.

Aser.] Beatus. Genes. trigesimo.

Nephthali.] Quidã, vt Rabi Salomõ, exponũt associationẽ, qa iam Racheli socia fuit sororis habẽs etiã filios. Genes. xxx.

Manasses.] Dictus est ab obliuione. Genes. x. & iij. Reg. xxi.

Symeon.] Audiẽs vel auditio. Geñ. xix.

Leui.] Adhæsio. Genes. xxix.

Issachar.] Merces. Genes. xxx.

Zabulon.] Habitatio. Genes. xxx. à cohabitatione mariti.

Ioseph.] Augmentũ, additio. Geñ. xxx.

Beniamin.] Filius dextræ, sed Benoni est filius mœroris. Genes. xxxv.

CAP. VIII.

FAcula.] Diminutiuum à fax, quæ Græcis lampadion dicitur.

Absynthium.] Herbæ genus amarissimæ. Græcis hoc loco est absinthos. Allusit autem ad etymologiam Græce dictiõis, quæ inde dicta est, quod bibi non possit, quasi dicas apinthon. Agit enim de aquis versis in amaritudinẽ, sicuti de Marath legimus Exodi. xv. Hinc absynthites, m. g. sed figurate neutro iungitur, & est vinum factitium ex absynthio. Absynthij dilutum.

CAP. IX.

PUteus.] Qui perpetuas habet aquas, differt à fonte & cisterna. Huius diminuti. est puteolus, li &c.

Lorica.] Pen. prod. à loro, munimentũ est corporis. Græcis hic habetur thorax, munimentum pectoris. Hinc lorico, cas, & loricatus, a, um, ea indutus. Loricatio apud Iureconsultos pro ornatu domus accipit specioso, diminutiuum loricula.

Abbadon.] Hebræis abbad perdere est. Inde abbadon, quasi dicas, perditor, aut perdens.

Apollyon.] Græcis est perdens, exterminans, ab ἀπολλύω Græco verbo, quod est perdo

perdo. Interpres voluit & Latinos scire, qd sit apollyon.

Vicies milies dena milia.] Græcis est, duæ myriades myriadum, hoc est, vicies mille myriades. Nam myrias decem milia complectitur. CAP. X.

Amaricatus.] Ab amarico, quod est amaꝝ facio. Hinc amarulentus, id est, amaricatus, afflictus ex maleuolentia. Gellius: Amarulentus librum maledicentissimũ conscripsit. A quo amaritudo & amaror ꝓ eodem accipiuntur. Et amarulenter, id est, acerbe, aduerbium. Amarus, a, um. penultima producta. Amarus rumor, mulier amara. Amare, aduerbium. Amarescо, is, bytter vverden. CAP. XI.

Calamus.] Multa significat, hoc loco pro mensura capitur sex cubitorum & palmi: dictum alibi.

Prophetia.] Latine est prædictio, vaticinium.

Abyssus.] Immensa aquarum profunditas, & altitudo, barathrum, vorago, gurges, &c.

Amen.] Hebraica dictio, id est, fiat, firmum sit, vere, fideliter. CAP. XII.

Draco] Genus animalis venenosissimi, de quo Plinius libro octauo scribit. Apud Indos & Aethiopes dracões sunt xx. cubitorum. Dictus draco à δέρκω, id est, aspicio, video. Hinc draunculus diminutiuum & dracæna, draconis fœmina, quæ & draca quoq; dici potest: dracontium herba hortensis, Trackenvvuortz. Dracontium est etiam genus vitis præcocis. Draconigera à Poetis vocatur ciuitas Bœotiæ Thebæ, quia à viris e dracone natis ædificata dicitur. Draconites, gemma. Dracuina est oppidum Rhetiæ. Dracunculus herbæ genus, vulgus Myropolarum vocat Iarum: taliꝝ pudendum sacerdotis. Est & piscis ex conchārum genere.

Diadema.] Græcum est vocabulum, id est, amiculũ, quo caput regis obligabatur, à διαδέω, quod est, obuincio. Hinc diadematus, id est, diademate redimitus.

Diabolus.] Calumniator, delator: diabole, calumnia: diabolicus, a, um. &c.

CAP. XIII

Pusillus.] Diminutiuum à pusio, id ẽ, paruulus, à quo fit aliud diminutiuũ.

Character.] Penultima ꝓducta in obliquis contra vulgi prolationem, Latine signum, figura, stylus dicendi. Sed hic charagma est, id ẽ, nota impressa, siue insculpta. Genus & figura dicendi, vt character alicuius. Characterismos, designatio alicuius per periphrasin, vt: Caluus Nero ꝓ Domitiano.

Bestia.] Belua est à feritate magis accipiendum, teste Vlpiano. Hinc bestialis & bestiale, bestiarij & bestiola diminutiuum. Hinc dicimus ad bestias damnare. Bestijs obijcere. Bestiarius, ij, qui publice in theatro cum bestijs depugnat.

CAPVT XIIII.

Citharedus.] Qui cithara ludit. Hora. Et citharœdus Ridetur, chorda q̃ sem per oberrat eadem. Hinc citharœdicus, vt habitus citharœdicus dicit Suetonius in Nerone. Citharistria, quæ cithara canit. Citharizo, cithara cano, vt hic.

Babylon.] Ciuitas magna in Chaldæa, à Babel videtur deducit: quod confusionem sonat & permistionem. Hinc Babylonia, & Babylonicus, a, um.

Character.] Eris penultima producta in obliquis, signũ, nota impressa, insculpta figura.

Merum.] Prima correpta & substantiuum, pro vino ponitur solo sine aqua. Sed hic κεράννυσθαι Græcis dicitur, quod infunditur in calicem bibiturotetiamsi non diluatur aqua, aut alio potus genere.

CAP. XV.

Vitrum.] Materia translucida, q̃ ex arena & cinere fieri dicit, glass. Græci hyalon vocant. Hinc hyalinus, a, ũ, pe. pro. vitreus. Et hyalurgus, vitrearius, qui vitra conficit.

Pius.] Religiosus, Græcis hic est ὅσιος. Laurentius legit hagios, sanctus.

Vestiti lapide mũdo.] Græce est λίνου. i. lino mũdo. Interps legisse videt λίθου, q̃d lapidem sonat. Prior dictio vna duntaxat litera differt à lapide. Et splẽdido magis est, q̃ candido. Nam λαμπρόν splendidũ sonat.

CAP. XVI.

Vulnus sæuũ.] Græcis ẽ κακὸν καὶ πονηρόν. i. malũ ac malũ. Græce eñ bis idẽ dixit, nisi mauis miserum ac malum,

Etiam.] Confirmantis est, ναί.

Armageddon.] Hebraica vox, nomẽ ẽ loci & mõs euãgelij vel euãgelizatiõis, aut mõs pomoꝝ, vel fructuũ scilicet electoꝝ interpretatur. Græce sic scribitur ἁρμαγέδων.

Talentum.] Apud priscos diuersi põderis fuit. Dictũ alibi fusius ex Budæo. Græcis hic est, talẽtaris & magnitudine talenti. Talentũ magnũ antiquis dicebatur, vnde qcquid ingens esset, id τ αλαντιᾶιαν vocabant

CAP. XVII.

PRostitutio.]A prostituo,est meretricatio,vt ita dicam. Hinc prostitutæ meretrices dicuntur,quæ & prostibula,scorta, recellicluniæ,nonariæ & summœnianæ vocitantur.&c̃.Hæc tamen cum honestate dicta velim.

Margaritum.]Et margarita & margarites,lapillus precios̃us, gemma & vnio.

Et hic est sensus.]Græce, ὧλε ὁ νοῦς,id ẽ, hic mens, siue intellectus. Nam hic aduerbium est.

CAP. XVIII.

SEricus.] a,um, quod est confectum ex lana serica. Vnde vestem sericam dicimus holosericam. Subsericus,a, um,quod non est plene ex serico. Sericum substantiuum,vestis serica.Sericatus, serico indutus. Sericarius textor sericorum. Omnia à seres manant.

Coccus.] Vulgo granum vocatur,& est.Nam coccus Græce significat granum. Hoc addit ardorem colori. Hinc coccinus, a,um,penultima correpta purpureus,spadicus,phœniceus,& roseus vocatur. Coccina substantiuum,coccineus & cocceus, a, um, coccinati,coccinis induti.

Thyinon, θύϊνον] Lignum ab arbore Thyo. Alibi legimus Tinium,sed perperã. Nam θύον herba odorifera est,Græcis forte hinc deductum Thyinon.

Cinamomum.] Frutetum in Aethiopia odoriferum & dulce, & cinerei coloris. Nascitur & in Sabæis,& India quę haustilis est, teutonice zimmetrind. Sed cinnamum similis est arbuscula cinamomo, vel eadem. Græce κινάμωμον, quod Hebræi etiamnum cinamon vocant.

Rheda.] Vocabulum Gallicum, vt inquit Quintilianus, & significat carrucam. Vnde à Cicerone rhedarius dictus est auriga, rectorq; ipsius rhedæ.Inde epirhedium, vehiculi genus.

CAP. XIX.

HAlleluia.]Hebręis sonat laudate dominum. Siquidẽ hallelu laudate est, iah dominus. Ea vox crebra est in Psalmis, Laudate dominum.

Diadema.]Amiculum regis,quo caput eius obuinciebatur. Sępenumero dictum.

Character.] eris,penultima producta in obliquis, signum, figura, nota impressa siue insculpta.Hinc characterismos.

CAP. XX

GOg & Magog.] Accusatiui casus est vtrunq;,& generis masculi.quod articulus Græcus doclarat τὸν,siue pro hominibus accipienda sunt, siue pro gente. Nam Gog,interpretatur tectum,& Magog Latine sonat de tecto, Ezechielis tricesimo octauo.

Stagnum.] A stando, dicitur aqua stans. Vergilius stagnum pro parte maris profundissimi posuit.

Emissamq; hyemẽ sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis.

Hinc stagno, stagnas, stagnatus, a, um, vt
Stagnata terra.

CAP. XXI.

ALpha & ω,id est,principium & finis. ἐγώ εἰμι ἄλφα καὶ ὦ.] Ego sum alpha & o. Ego sum rerum omnium summa. Omnia proficiscuntur à me velut à fonte, & ad eundẽ omnia referuntur tanquàm ad felicitatis portum. Nam alpha à Græcis prima litera est, ω magnum postrema. Idem pollent prora & puppis, fossa & vallum. Vide Chiliades Erasmicas.

Veneficus,ca,]Qui & que venena cõficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus vtitur. Hinc triueneficus, id est, excellens veneficus. Hinc veneficium, ipse actus venenandi.

Jaspis.] Gemma preciosa:dictum in Exodo vicesimo octauo. Similiter & de reliquis hic positis lapillis preciosis.

Pellucidum.] Græce diaphanum,id ẽ, transparens, pellucens. A pelluceo, es, vt Pellucens oratio. Hinc pellucidus,a, um. Puluinus pellucidus Melitensi rosa factus. CAP. XXII.

CRystallus & crystallum.] Latine glacies,siue gelu concretum dicitur,& est lapillus preciosus. Hic crystallizanti habetur,vt referatur ad lapidem,& gemmam preciosam.

Adhuc.] Hic positum est pro amplius. Qui nocet, ὁ ἀδικῶν, id est, qui male agit:siue,qui iniustus est,&c̃.

Alpha & ω.] Initium & finis : dictum primo capite fusius, & vigesimo primo clarius.

Jdolum]Latine simulachrum penultima producta.

Etiam.] ναὶ, est confirmantis aduerbium. At idem mox repetitur,id est, certe.

Amen.]Hebraica vox est, & significat fiat,sit firmum, vere, fideliter. Pro quo Lxx.interpretes transtulerunt,γένοιτο.i.fiat. Et dominus in euãgelio sępe hoc verbo vtitur. Amẽ amen, id est,vere vere dico vobis. Aquila vertit πιστωμένως, id est, fideliter.

Item

Item Amen ita exponit, sic faciat dominus. Iuramentum est Christi, & signaculum dominicæ orationis. das vverde vvaar furvvaar. Hac voce vtimur, cum aliquid confirmādum est. Vide Diuum Hieronymum, in diuersis suarum fœlicium lucubrationum locis, librisq;.

AD LECTORES.

PErplacet iam tandem, cum Vrbanissimo iuxtá ac doctissimo Polydoro, Vrbinate presbytero, huic nostro Lexico Biblico, summum fastigium, summamq; manum, supremum fabulæ actum, Catastrophen deniq;(quādo à capite vsq; ad calcem peruenimus)imponere & Colophonem. Ita enim propemodum inquit Polydorus in Prouerbijs. Quoniam vmbilici ornamēti genus in fine libri solēt poni, hinc mos ille vetus est, quod elegantissimi Poetæ Prouerbij loco, quum exactū opus significarent, ad vmbilicum se venisse dicerent. Horatius in Epodo, siue in Odis. Deus deus nā me vetat Incœptum celeres promissum carmen Iambos Ad vmbilicum ducere, quod sic exponit Porphyrio. Ad vmbilicum adducere, pro finire, & consummare opus posuit Horatius. Quia in fine libri, ex ligno, aut osse, aut orichalco, aliave materia, vmbilici solent poni, in quem sensum & Martialis finem quarti libri clausit. Ohe iam satis est, ohe libelle. Iam peruenimus vsq; ad vmbilicos. Tu ꝓcedere adhuc & ire quæris. Et libro quinto idem poeta. Nunquàm grādia nec molesta poscit. Quæ cedro decorata purpuraq;. Nigris pagina creuit vmbilicis. Idem in tertio: Cedro nunc licet ambusles perunctus. Et frontes gemino decens honore. Pictis luxurieris vmbilicis. Rursum in vndecimo. Explicitum nobis vsq; ad sua cornua librum. Et quasi perfectum Septitiane refers. Porro Georgius Merula, vir impense doctus, id esse ad vmbilicum puenire autumat, quod Græci dicunt, ἐπέθηκεν τὴν κορῶνιν, hoc est, Coronim imposuisse. Soliti em̄, inquit, fuerant Græci consummatis operibus Coronim apponere. Vnde Prouerbiū natum, ἐπέθηκεν τὴν κορῶνιν, ad quod Martialis respexisse videtur, nimietatem decimi libri quodammodo arguens. Si nimius videor, seraq; Coronide longus Esse liber, legito pauca, libellus ero. Quoties igitur significare volumus quempiam opus consummare, prouerbialiter dicimus illum ad vmbilicum peruenire, aut imitatione Græcorum, Coronim imponere, quo potissimum adagio, ac similibus huius Dictionarij Biblici finem claudere visum est, vt hoc(qualecunque sit) perfecto iam Lexico, nos itidē ad vmbilicum peruenisse, vel Coronidem imposuisse diceremur. Quare habetis iam Lectores candidissimi, atque Symmystæ studiosissimi, Lexicon nostrum Biblicum, multis efflagitationibus extorsum. Quod si Reipublicæ Christianæ prodest, debēt nimirum hoc ipsum vobis acceptum ferre lectores, quos ego in ꝑsentia per Christum oro, vt omnia bene expendant, nunquàm iudicium præcipitent. & si cubi errauero (homo enim sum errare possum) fratrem amice moneant. Profecto, superbum est de libro ferre sentētiam quem nō intelligas, superbius & de eo quem ne legeris quidem. Legat prius ac respiciat, deinde si videatur, damnet, ac reijciat. Nam quæ ego feci in Christi dei gloriā, ac vestram vtilitatē feci. Cupio enim, vt solius dei in Christo gloria mundo nota fiat, suppressis impijs mundi erroribus, quos ego semper (perspecta veritate) odi cane peius & angue. In Christo Iesu cupio vos omnes bene valere.

τέλος.

τῷ θεῷ χάρις, καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Αμήν.

Venundantur Coloniæ in ædibus P. Quentell.

Anno. M. D. XLIII.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA W POZNANIU

Varsloniae
Ao 1551 die Aprilis 16.
empt. R 1/10

